MAURI LUDOVICI
DE LIMA
JURIS CONSULTI LUSITANI
COMMENTARIA
AD
ORDINATIONES REGNI PORTUGALLIÆ.
TOMUS PRIMUS.

MAURI LUDOVICI
DE LIMA
JURIS CONSULTI LUSITANI
In Suprema Supplicationis Domò Advocati integerrimi,

COMMENTARIA
AD
ORDINATIONES REGNI PORTUGALLIÆ,
In quibus dilucidè ſingulæ Leges explanantur, ſecundum Juris, ac Praxis in utroque foro Laico, & Eccleſiaſtico theoricam, continuando, ſcilicet ex lib. 4. tit. 36. ad perficiendum Opus
COMMENTARIORUM
AB
EMMANUELE GONÇALVES
DA SILVA
Editorum uſque ad tit. 35. lib. 4.
TOMUS PRIMUS
SANCTISSIMÆ GLORIOSIMÆ CŒLI,
Terrarumque Reginæ
VIRGINI VIRGINUM PRIMICERIÆ DEIGENITRICI
Digniſſimæ
MARIÆ
SUB TITULO
A' PENHA DE FRANÇA,
CONSECRATUS.

EDITIO PRIMA.

OLISIPONE,
Typis Patriarchalibus FRANCISCI LUDOVICI AMENO

M.DCC.LXI.
Solitis obtentis facultatibus.

SANCTISSIMÆ, SACRATISSIMÆQUE
Virginum

VIRGINI DEIPARÆ

SUB TUO SINGULARISSIMO TITULO

A' PENHA DE FRANÇA.

FUIT *hoc in more poſitum, communique veterum, & recentiorum inſtituto, ut qui novum aliquod opus, novamque ſtudiorum lucubrationem in lu-*

cem

cem edere ſtatueret, patronum ſibi aliquem, Mecænatemque deligeret, in cujus nomine, quaſi felici aliquo auſpicio ſuorum laborum fructus apparerent, in publicamque hominum lucem emitterentur. Alii namque viros Principes, *& authoritate præſtantes, & ſummos ſæpe* Reges *ſibi, quaſi tutores adhibuerunt, quibus ſcripta ſua offerre, dicareque honeſtiſſimè poſſent: quod mihi non ſine magno conſilio feciſſe prudentiſſimi rerum omnium ſcriptores viſi ſunt. Quidam enim Commentaria, ſcriptionesque ſuas approbandas, illuſtrandasque fore, tum maximè exiſtimarunt, cum clarorum hominum ſplendor, & amplitudo, in primo quaſi operum ſuorum veſtibulo præfulgeret. Quidam ab invidorum, obſtrectatorumque morſibus tutiores futuros eſſe ſperarunt, ſi* Principum, Potentumque *authoritate muniti in hominum cœtus, frequentiamque prodirent. Quod, ſi ſummi viri, ad ſummumque doctrinæ gradum evecti hæc ſibi ſemper præſidia compararunt; quid mihi erit, hac in parte faciendum, qui mediocrem tantùm eruditionem adeptus omnium opibus indigere, quique, & invidorum, & malevolorum impetus undique extimeſco. Cum ergo mihi tot pericula impendere videam, cum tot undique difficultatibus prèmar, & auxiliis ſim deſtitutus, non* Principum, *hominumque opem, ſed humano maius, & potentius mihi eſſe implorandum præſidium animadverti, ad varias calumnias, ad tot diſcrimina rerum propulſanda, cœlitus itaque mihi opem petendam video, in Cœlum oculos, animique aciem intendendam, ad illiusque præſidium confugiendum, quæ Optimi, &* Maximi Mater, *eademque* Virgo *ſub titulo à* Penha de França *humanos caſus miſerata adeſſe ab alto ſolet, illisque auxilium benignè ferre, qui ſe illi jure, & ex animo commenda-*

runt.

runt. Illa dolis, & inſidiis circumventos, conſtrictosque hoſtilibus vinculis, & compedibus exolvere, periculisque ab omnibus ſibi deditos liberare perpetuò conſuevit.

Illi ego offero, dedico, & conſecro labores, lucubrationes, ſtudia, Commentariaque mea ad Ordinationes Regni Portugalliæ. Non tardat offerentem munuſculi parvitas, quippe quod ambio, præſidio fiet magnum. Parùm tibi offero, ut magnum facias. Provenit ab auctore exiguitas, veniet à patrocinio magnitudo, licèt, ſi ad animum attendas meum, nihil eſt in me erga te parvum. Te duce, nullis me procellis, nullisque tempeſtatibus committere dubitabo.

Accipe igitur, ò Sacratiſſima Deipara, Divinaque Pallas, hoc exiguum de meis laboribus munuſculum: & tùm librum ipſum, tùm præcipuè illius auctorem ſerva, & tuere; protege nomine, tutare auxilio, dirigeque benefica Domina mea Commentaria. Te tenente, non corruam, te protegente non metuam, te duce, non fatigabor; ut honos ſit tibi, tuoque Nato perennis gloria, & tua leni pietate tutus, illiusque gloriam conſequi merear.

Servus tuus humilis inter omnes minimus

Maurus Ludovicus de Lima.

AD LECTOREM.

HUNC Commentariorum ad Ordinationes Regni Portugalliæ Tractatum [benevole Lector] tuæ cenſuræ ſubjicio. Continet materias in fori praxi frequentiſſimas, utiles, practicatas, & accommodatas ad textum. Preclariſſimus *Emmanuel Alvares Pegas* noſtras Regni Leges illuſtrare cœpit uſque ad titulum 12. libri tertii: poſt illum Doctiſſimus *Emmanuel Gonçalves da Silva* Leges ornatiſſimè enucleavit de titulo 13. libri tertii uſque ad titulum 35. libri quarti: poſt hunc literatiſſimum Virum nullus alius illud munus continuavit, ſive ſuo ordine in ſe ſuſcipere voluit, quia fortaſsè magnum, ac laborioſum. Aſt ego, licèt minimus, & non tanti ingenii vir inter anguſtias advocationis hoc munus proſequi non contremiſcò. Vellem autem [Amice Lector] ne me reprehendas, cur hoc Opuſculum publicis edere ſcriptis, ac ſapientium intellectibus objicere voluerim. Æquo animo illud legendum

ſuſcipias. Hunc laborem tuæ benevolentiæ offero, quam ſi experiar, primitiasque noſtras gratas tibi fuiſſe præſenſerim, & laboris mei ſatis fructum percipiſſe fatebor, ad alia nec minus ſublimia, nec minus utilia convolare non recuſabo; ſin autem pro gratia detractiones retribuas, me ab omni juſto, & honorifico labore retardabis; namque ſi creſcit laudata virtus, vituperata marceſcit.

Vale.

LICEN-

LICENÇAS.

DO SANTO OFFICIO.

Approbationes R. P. M. Fr. *Emmanuelis da Ribeira de Niza, in ſacra Theologia Ex-Lectoris, Provinciæque Pietatis Miniſtri Provincialis, ac Sancti Officii Conſultoris, &c.*

SERENISSIME PRINCEPS.

VOlumen continens *Commentaria ad Ordinationes Regni Portugalliæ*, à doctiſſimo Juriſperito, Domusque Supplicationis hujus Regiæ Civitatis præclariſſimo Advocato, Mauro Ludovico de Lima, omni dexteritate compoſitum, maximoque ingenii acumine exaratum vidi, evolvi, atque attentè perlegi, Alt. tuæ mihi ſemper magnifaciendis obtemperando mandatis; quibus præhabitis, atque adhibitis, etſi ab omnibus, & in omnibus à profeſſione alienus inveniar, culpa vacabo, meum ſi circa tantum, tamque proficuum, & perſpicuum opus judicium perferam: nec enim cenſurari debebo, quinimo de medio tollam, atque vitabo notam, quam in ſimilibus Civile hiſce verbis apponit: *Culpa non caret, qui ſe immiſcet rei alterius artis, & profeſſionis.* (*) Alii antea præclariſſimi Viri, noſtræ Luſitaniæ decus, & ornamentum hunc perutile, neceſſariumque laborem ſuſceperunt, & incœperunt; ſed quia ſolus Deus eſt, qui rebus, & operibus dat eſſe, & perficere, opus iſtud ſuſceptum, & incœptum, vita deficiente, non perfecerunt. Quod, cum Zelotypicus, & noſter accuratiſſimus Lima, aliis hucuſque cœcutientibus, aut videre non cupientibus, inſpexiſſet, nec tantà, tamque excellenti doctrinà prædicta Commentaria perfecta non eſſe, ſineret, decrevit (& ſicut decrevit, fecit) illa perficere, atque complere; & manum mittens, ut conceptum opus executioni mandaret, præacuta, quà pollet limâ, ipſum in lucem edidit, & ampliùs in aliam edere intendit. Et licet Juriſconſulti, uno Paulo atteſtante, non ordinem debeant attendere, ſed mentem, præacutus noſter Lima altiſſimè mentem, & rei ſubſtantiam attingens, ordinem incœpientium non deſeruit, quin amplectaverit, ab ipſorum fine exordium capiens. Hinc, & cum in volumine iſto nihil contra orthodoxam, bonosvè mores inveniatur, quibus illud laudibus, ſuumque auctorem (ut ipſe ſuis iteratis ſcriptis plus, & amplius literariam Rempublicam ditet, atque colluſtret) quibusque præconiis ipſe efferam, neſcio. Unum ſcio, & hoc judico, ſalvo ſemper &c. nempe, quod ſi tuæ placuerit Alt. debere hunc librum quàm citiùs Typis mandari, nè Luſitanæ Leges deinceps hac præclariſ-

(*) L. idem juris, §. ultim. ff. ad leg. Aquil.

ſima expoſitione indigeant. Hoc in Ducis Hoſpitio de Pedrouços, die 10 Novembris anni Domini 1759.

Fr. Emmanuel da Ribeira de Niza.

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI.

COmmiſſas mihi *Additiones ad Commentaria Ordinationis Regni Portugalliæ*, quæ Supremi Tribunalis juſſu ego ipſe jam jam perlegi, maxima, quà potui, vigilantia evolvi, legi, examinavi; cumque nihil in illis contra dogmata fidei, bonoſvè mores dignum cenſurâ invenerim, quinimò opus ſanè mirabile, commendabile, purum, primo, & additionato non abſimile judicem, non tantùm dignum, ſed & digniſſimum prælo, & ut in lucem prodeat, ſi Illuſtriſſimis Veſtris placuerit, cenſeo. Ducis Hoſpitio de Pedrouços, 12 Septembris anni 1760.

Fr. Emmanuel da Ribeira de Niza.

Approbationes R. P. M. *Fr. Feliciani Xaverii à Conceptione, Ex-Cuſtodii Provinciæ Portugalliæ Sancti Franciſci, in ſacra Theologia Ex-Lectoris, Examinatoriſque Ordinum Militarium, ac Sancti Officii Conſultoris, &c.*

SERENISSIME DOMINE.

LIber, cui titulus *Commentaria ad Ordinationes Regni Portugalliæ*, cujus Author eſt Maurus Ludovicus de Lima, dignus eſt, ut in publicam lucem edatur, quatenus nihil fidei noſtræ, probiſvè moribus adverſum continet; ſi tamen Altitudini Veſtræ non diſplicuerit. In hoc S. Patris Franciſci Oliſiponenſis Civitatis Conventu, die 26 Novembris, anni Domini 1759.

Fr. Felicianus Xaverius à Conceptione.

ILLUSTRISSIMI DOMINI.

ADditionum ad *Commentaria Ordinationis Regni Portugalliæ* librum vidi, illumque Fidei, ac probis moribus conſonum, nec non Typis dignum cenſeo. Hoc meum Illuſtriſſimis Veſtris judicium ſubmitto. In Regali S Patris Noſtri Franciſci Oliſiponenſis Civitatis Conventu, 22 Octobris anni Domini 1760.

Fr. Felicianus Xaverius à Conceptione.

Viſtas

VIſtas as informações, póde-ſe imprimir o livro de que ſe trata, e depois voltará conferido para ſe dar licença, que corra, ſem a qual naõ correrá. Lisboa, 24 de Outubro de 1760.

Silva. Trigoſo. Silveiro Lobo.

DO ORDINARIO.

Approbatio R. Sapientiſſimique Senatoris Mathiæ Joſephi Pereira de Caſtro Padraõ, Prioris Miniſtri Parochialis Eccleſiæ de S. Marinha, &c.

EXCELLENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE.

NIhil in *Commentariis ad Ordinationes Regni Portugalliæ*, Authore Mauro Ludovico de Lima, invenio contra Fidem, aut bonos mores expurgandum; quinimo hujuſmodi Commentaria jam pridem deſiderata, Typis promerita judico. Oliſip. 15 Januar. 1760.

Mathias Joſeph Pereira de Caſtro Padraõ.

Approbatio Sapientiſſimi Senatoris Franciſci Xaverii à Sanctis da Fonſeca, &c.

EXCELLENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE.

IN hoc Opere nihil reperi, quod non ſit ad amuſſim exactum, elucubratumque ad Cleanthis lucernam; explicent leges ſuas Græcis Foroneus, Ægiptiis Mercurius, Athenienſibus Draco, Numa Romanis, Minos Cretenſibus, & Hippodamus Miletiis, dum foro, Regno, & Orbi gratulor, quod tantus Author ſuæ doctrinæ radios Muſarum Candidatis expandat: quapropter opus digniſſimum cenſeo, non ſolùm Typis, ſed Cedro. Oliſipone, die 28 Octobris ann. 1760.

Franciſcus Xaverius à Sanctis da Fonſeca.

VIſta a informaçaõ, póde-ſe imprimir o livro, que ſe apreſenta, e depois voltará conferido, para ſe dar licença, ſem a qual naõ correrá. Lisboa, 28 de Outubro de 1760.

Coſta.

DO

DO PAÇO.

Approvaçaõ do Deſembargador Franciſco Xavier da Silva, Ouvidor do Crime, e Juiz das Capellas da Coroa, &c.

SENHOR.

VI com a devida applicaçaõ, e curioſidade eſte Tomo de Commentarios das leys de V. Mageſtade ao Tit. 36. até 53. incluſivè das *Ordenações* do Reino, livro quarto, que o Doutor *Amaro Luiz de Lima* pertende divulgar por meyo da eſtampa, ſeguindo os paſſos do Doutor Manoel Gonçalves da Silva, que deu principio aos ditos Commentarios; e para eſte effeito ſupplica a licença, ſobre que devo interpôr o meu parecer.

Eſta Obra he muy util pela importancia da materia, que trata, e muy louvavel pela elegancia do methodo, com que eſtá diſpoſta: o Author fez em huma, e outra couſa o mais patente teſtimunho da ſua diſcriçaõ, e acerto, elegendo a materia com ſingularidade, e executando a Obra com fortuna: elle regeo tudo pelos ſeus proprios dictames; porque certamente naõ podia ver outro tratado, que imitaſſe, e eſte he o argumento invencivel da ſua perfeitiſſima juriſprudencia, que igualmente aqui reluz na vaſtidaõ das noticias, como na obſervancia dos preceitos ſcientificos, com que eſtaõ compiladas.

Convem muito ao ſerviço de V. Mageſtade a conceſſaõ da graça, que ſe pede; porque *reſpondendo-ſe* por eſte modo ao trabalho de hum Conſulto taõ benemerito da Republica, elle continuará eſta Obra até o ſeu ultimo complemento; e outros dos muitos que florecem no Reino, ſe animaráõ a querer darnos tambem eſtes pingues, e delicioſos frutos de ſeus inceſſantes eſtudos; porém V. Mageſtade mandará o que for ſervido. Lisboa, 8 de Mayo de 1760.

Franciſco Xavier da Silva.

Approbatio Sapientiſſimi Ludovici Emmanuelis ab Oliva, in Suprema Supplicationis Domo Senatoris, Regiique Patrimonii Procuratoris, &c.

DOMINE.

REgio obediens præcepto, legi attentè, & utiliter librum hunc, in quo doctus Advocatus Maurus Ludovicus à Lima nullo parcens labori proſequitur Opus, cui alii duo Advocati famoſi Emmanuel Alvares Pegas, & Emmanuel Gonçalves à Silva, in honorem, & utilitatem Regni initium dederunt; ut Ordinationis Regiæ expoſitio dubias intelligentias reſecaret.

Lau-

Laudes illorum Scriptorum benè expoſuerunt eorum operum doctiſſimi Cenſores; & majori cum ratione debebam ego incumbere totus encomiis hujus periti Advocati, qui non ſolùm ut Juriſconſultus, ſed ut Orator perfectus, laconicè expoſuit Ordinationis titulos ſane perdifficiles, aliis expoſitis, à primis dictis Scriptoribus; ſed ipſe liber laborem meum excuſat, quia ille ſolus ſui Authoris laus melior eſt: quare illud Divi Ambroſii repeto: *Laude ipſe ſe coronet, & laureatus ſpiritu ſcriptis coronetur ſuis.* Contra leges Regias nihil habet, nec habere poterat opus, quod meliorem obſervantiam legum explicat, & propugnat; ideo dignum eſt ut Typis mandetur, ſi Majeſtati Veſtræ ita placuerit. Oliſip. 2 Julii anno 1761.

Ludovicus Emmanuel ab Oliva.

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impreſſo tornará à Meſa conferido, para ſe taxar, e dar licença para correr, e ſem iſſo naõ correrá. Lisboa, 7 de Julho de 1761.

Carvalho. Emaûs. D. Velho. Caſtello. Siqueira. Aſſonſeca.

PO'de correr. Lisboa, 6 de Outubro de 1761.

Silveiro Lobo. Mello.

PO'de correr. Lisboa, 6 de Outubro de 1761.

D. J. A. de Lacedemonia.

TAxaõ para correr em mil e quinhentos reis. Lisboa, 7 de Outubro de 1761.

Com tres Rubricas.

ELEN-

ELENCHUS

RUBRICARUM, QUÆ IN HOC PRIMO Tom. enucleantur.

TITUL. XXXVI. *De illo, qui pro ſe, & certis perſonis aliquam emphyteuſis proprietatem accepit, & aliquem ante mortem in illam non nominavit.* pag. 1.

TITUL. XXXVII. *Nominationes emphyteuſis quibus caſibus revocari poſſint.* 48.

TITUL. XXXVIII. *De emphyteuta alienante emphyteuſim authoritate domini, vel ſine illa.* 71.

TITUL. XXXIX. *De emphyteuta non ſolvente penſionem tempore debito, quomodo moram purgabit.* 80.

TITUL. XL. *Quòd domus non emphyteuticentur, niſi in pecunia.* 92.

TITUL. XLI. *Quòd emphyteutæ bonorum Coronæ, Maioratuum, Capellarum, Commendatarum, non præſtent pecuniam, nec aliam rem dominis ad emphyteuticandum, vel renovandum.* 93.

TITUL. XLII. *Quòd non obligentur perſonæ aliquæ perſonaliter habitare in aliquibus terris, vel prædiis.* 94.

TITUL. XLIII. *De Sexmariis.* 96.

TITUL. XLIV. *De Contractu ſocietatis.* 109.

TITUL. XLV. *De illo, qui dat prædium partiario pro medietate, tertia, vel locat pro certa quantitate.* 127.

TITUL. XLVI. *Quomodo inter virum, & uxorem ſua bona communicantur.* 142.

TITUL. XLVII. *De Arrbis.* 150.

TITUL. XLVIII. *Quòd maritus bona immobilia ſine conſenſu uxoris alienare non poſſit.* 154.

TITUL. XLIX. *Quòd nullus officialis juſtitiæ recipiat depoſitum aliquod.* 166.

TITUL. L. *De mutuo.* 172.

TITUL. LI. *De illo, qui confitetur ſe recepiſſe rem aliquam, & poſtea negat.* 182.

TITUL. LII. *De confitente cum qualitate, quod relinquitur ſuo juramento.* 199.

TITUL. LIII. *De contractu commodati.* 207.

TITUL. LIV. *De illo, qui non tradit rem commodatam, vel locatam, tempore debito, & de tertio illam impediente.* 223.

TITUL. LV. *Quòd terræ Coronæ, & annonæ non poſſint hypothecari, nec obligari.* 236.

TITUL. LVI. *De illis, qui ſua bona hypothecant conditione, quòd ſi non ſolvant uſque ad certum diem, pignus maneat ſubbaſtatum.* 239.

TITUL. LVII. *Quòd nemo capiat poſſeſſionem rei ſuæ, neque pignoret ſine authoritate juſtitiæ.* 244.
TITUL. LVIII. *De occupantibus vi poſſeſſionem, quam alter poſſidet.* 248.
TITUL. LIX. *De fidejuſſoribus.* 267.
TITUL. LX *De homine uxorato, quì fidejubet ſine conſenſu uxoris.* 288.
TITUL. LXI. *De beneficio Senatus Conſultus Velleiani introducto favore mulierum, quæ pro aliis fidejubent.* 291.
TITUL. LXII. *De donationibus inſinuandis.* 298.
TITUL. LXIII. *De Donationibus, & libertate, quæ revocari poſſunt cauſa ingratitudinis.* 302.
TITUL. LXIV. *De Donatione bonorum mobilium facta per maritum ſine conſenſu uxoris.* 314.
TITUL. LXV. *De Donatione inter virum, & uxorem.* 316.
TITUL. LXVI. *De Donatione facta ab homine uxorato ſuæ concubinæ.* 327.
TITUL. LXVII. *De Contractibus uſurariis.* 330.
TITUL. LXVIII. *Quòd non fiant contractus de pane, vino, oleo, & aliis alimentis, niſi in pecunia.* 362.
TITUL. LXIX. *Quòd non fiant locationes pecudum, vel alvearum.* 363
TITUL. LXX. *De Pœnis conventionalibus, judicialibus, & intereſſibus, in quibus caſibus debeantur.* 364.
TITUL. LXXI. *De Contractibus ſimulatis.* 374.
TITUL. LXXII. *De Contractibus vulgò* Deſaforados. 384.
TITUL. LXXIII. *Quòd non fiant contractus, neque diſtractus cum juramento promiſſorio, vel bona fide.* 386.
TITUL. LXXIV *De facientibus ceſſionem bonorum.* 389.
TITUL. LXXV. *Quando valebit obligatio facta ab incarcerato.* 418.
TITUL. LXXVI. *De illis, qui carcerari poſſunt pro debitis civilibus, vel criminalibus.* 422.
TITUL. LXXVII. *De illis, qui in carcere recommendari poſſunt.* 433.
TITUL. LXXVIII. *De compenſationibus.* 434.
TITUL. LXXIX. *De præſcriptionibus.* 445.

MAURI

MAURI LUDOVICI
DE LIMA
COMMENTARIA
AD
ORDINATIONES
REGNI PORTUGALLIÆ.

Ad Lib. 4. tit. 36.

AD RUBRICAM.

De illo, qui pro ſe, & certis perſonis aliquam emphyteuſis proprietatem accepit, & aliquem ante mortem in illam non nominavit.

SUMMARIUM.

1 *Definitur emphyteuticus contractus, & n 2.*

3 *Ad illius validitatem requiritur ſcriptura, & probatio per teſtes eſt nulla, remiſſivè.*

4 *Nemo in judicio audiendus ad probandum per teſtes hunc contractum, niſi per publicum inſtrumentum, remiſſivè.*

5 *Valet probatio ſine ſcriptura, ubi ſervatur contraria conſuetudo, remiſſivè.*

6 *Quod procedit, ubi lex deficit aliud non ſtatuens.*

In hoc Regno Luſitano contractus emphyteuticus abſque ſcriptura non probatur, ibid.

7 *Quando deficit lex Regia, recurritur ad conſuetudinem Regni.*

8 *Stylus, ſive conſuetudo contra legem non obſervatur.*

9 *Nec legem vincere poteſt.*

10 *Amiſſio inſtrumenti an per teſtes probari poſſit?*

11 *Contentum in inſtrumento amiſſo quot teſtibus probetur.*

12 *Emphyteuſis quid ſit.*

13 *Non habet propriam naturam, ſed ſuſcipit partium conventio-*

nem, & pacta de ejus natura intelliguntur.

14 *Pacta quæcumque ad unguem ſunt obſervanda.*

Contractus ex partium voluntate legem accipiunt, ibidem.

15 *Nullus contrahentium ultra formam contractus aliquid agere poteſt.*

16 *Quomodo differat contractus emphyteuticus à cenſuali, & n. 17.*

18 *In quo differat ab emptione, & locatione.*

19 *Conductor nullum dominium acquirit, nec jus in re, nec poſſeſſione, niſi nomine domini.*

1 *EMPHYTEUSIS eſt contractus nominatus, quo quis dat rem ſuam immobilem alii quoad dominium utile, retento dominio directo, vel in perpetuum, vel ad vitam ejus, cui conceditur, aut plures generationes ſub penſione reali in recognitionem dominii*; quæ quidem definitio deducitur ex *text. in l.* 1. *cod. de jur. emphyt.* & cum multis hanc definitionem tradit Begnudel. *Bibliothec. jur. tom.* 1. verbo *emphyteuſis*, §. 1. *n.* 1. Verſic: *Emphyteuſis eſt contractus, per quem utile dominium rei immobilis transfertur in perpetuum, vel ad tempus, pro quo ſolvitur aliquid reale per tempora conſtituta directo domino in dominii recognitionem*; quam definitionem amplectitur Valaſc. *de jur emphyt. quæſt.* 1. *n.* 2. & illam explanat.

2 Aliam definitionem ponit Guerr. *tract.* 3. *de tut. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 5. ut ibi: *conceſſio rei immobilis ad tempus, vel in perpetuum pro conventa penſione, ſeu redditu domino directo præſtanda in dominii directi recognitionem.* Alias definitiones, quæ paſſim *à Doctor.* traduntur, relinquo, quia ad eundem finem ſupradictum incidunt, ut legenti patebit.

3 Suppoſitis his terminis definitionis ſupra poſitis, & aliis quibuſcumque, ad validitatem contractus emphyteutici requiritur ſcriptura, ut per DD. apud Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 4. *text. in l.* 1. *cod. de jur. emphyt*, & ibi Gloſ. verbo *ſcriptura*; hocque probatur ex noſtra lege Regia in *lib.* 3. *tit* 59. *in princip.* ideo hic contractus emphyteuticus probari debet per ſcripturam, ita ut probatio facta per teſtes ſit nulla, & nullius effectus, etiam non opponente parte, ut expreſſe patet ex d. lege Regia verſic. *e em taes caſos.* Tenet etiam cum multis Reinicolis Sylv. *tom.* 2. *ad princip.* d. legis Regiæ ſub *n.*4. quæ reſolutiones procedunt, & locum habent non ſolùm in contractu emphyteutico, ſed etiam in aliis quibuſcumque contractibus contentis in illa lege.

4 Et licèt contractus emphyteuticus, de quo hic, & alter contentus in proxima lege *lib.* 3. *tit.* 59. probari non poſſit, niſi per publicum inſtrumentum, aliàs probatio per teſtes eſſet nulla, ut à lege reprobata, & *à Doct.* ſupra, & non admittatur quis in judicio, nec audiatur, nec etiam citatio decerni poſſet ſine appræſentatione illius, & alio modo nulliter procederetur, ut ſtatuitur in Ord. *lib.* 3. *tit.* 1. §. 1. *& tit.* 59. *in princip.* Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *ſub. n.* 7. & Sylv. *ad dict. Ord.* §. 4. *n.* 7.

5 Attamen videtur hunc contractum emphyteuticum probari ſine ſcriptura, ubi alia conſuetudo ſervaretur contraria Gloſ. *in d. l.* 1 *cod. de jur. emphyt.* verbo *additio.* Clar. *loc. cit. quæſt.* 4. quia conſuetudo legitimè præſcripta eſt lex *l. de qui-*

quibus, *ff. de legib.* §. *ex non ſcripto*; & ubi talis conſuetudo vigeret, valeret hujus contractus probatio abſque ſcriptura.

6 Sed hoc procedere debet, ubi deficit lex Regia, quæ aliud non ſtatueret; in noſtro verò Regno adeſt Regia Ord. *lib.* 3. *tit.* 59. *in princip.* decernens contractum emphyteuticum probari non poſſe abſque ſcriptura: ergo ſtante prædicta Regia ſanctione, non admittitur conſuetudo in contrarium.

7 Quia caſus tantummodo decidi debet per conſuetudinem longo tempore obſervatam, deficiente lege Regia, ut ſtatuitur in *Ord. lib.* 3. *tit.* 64. *in princip.* Cardoſ. *verbo cauſa*, *n.* 16. Per. *de Reviſ. cap.* 40. *n.* 35. Peg. *for. cap.* 1. *n.* 21. Sylv. *ad Ord.* proxime *n.* 35.

8 Unde venit, quòd ſtylus, ſive conſuetudo contra legem obſervari non debet, nec poteſt Larr. *deciſ.* 29. *n.* 19. 1. *p.* & 2. *p. deciſ.* 100. *n.* 6. *ad finem.* Giurb. *conſ.* 39. *n.* 45. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *ſub n.* 39. Thom. Valaſc. *alleg.* 76. *n.* 71. Leit. *de jur. Luſit. tract.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 20.

9 Nec ſtylus, aut conſuetudo legem vincere poteſt, nec adverſus eam præferentiam obtinere *ex l.* 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo.* Ex quibus deducitur, quòd, ſtante lege Regia prohibente probationem contractus emphyteutici per teſtes, non debemus admittere aliam probationem, niſi per ſcripturam, ut patet ex ſuprà dictis.

10 Hoc limitandum venit in caſu, quo inſtrumentum, vel ſcriptura deperdita, vel amiſſa ſit; tunc enim ſi aliter inſtrumenti, vel ſcripturæ copia haberi non poteſt, teſtium probatio admittitur, & eandem fidem facit, quam inſtrumentum præſtat, dum modo tria concurrant, ſcilicet probatio eorum, quæ in inſtrumento continebantur, & probatio ejus tenoris, ac amiſſio ejuſdem. *Ord. lib.* 3. *tit.* 60. §. 6. Cardoſ. *verbo Probatio*, *n.* 56. Maſcard. *de probat. concl.* 603. *n.* 14. Phœb. 1. *p. areſt.* 70. Souſa de Maced. *deciſ.* 55. *per tot.* ubi de reformatione inſtrumenti amiſſi Cancer. *p.* 3. *cap.* 17. *ex n.* 376.

Probari per teſtes contractum 11
contentum in ſcriptura, vel inſtrumento deperdito, vel amiſſo ultra ſuprà dicta, poteſt etiam ex Auguſt. Barb. *ad leg. Teſtium facilitatem*, *n.* 5. *cod. de teſt. tit.* 20. ubi aſſerit tales teſtes debere eſſe viros bonos, idoneos, valdeque peritos; & ad probationem ſufficere duos teſtes, etiam ſi agatur de actibus, ad quorum probationem ſeptem, vel quinque teſtes requiruntur, veluti in teſtamentis, & codicillis, ſi ſermo ſit de probando teſtamento amiſſo, ejuſque tenore tradit Auguſt. Barb. *proxime*, *n.* 8. Cardoſ. *verbo inſtrumentum*, *n.* 44. aſſerens citandos eſſe illos, quibus negotium tangit.

Emphyteuſis eſt nomen græcum 12
idem latine reddens ac melioratio; fiebat enim olim contractus iſte, quando agri ſteriles alicui pro annua penſione concedebantur, ut meliorarentur ab illo, licèt hodie in emphyteuſim etiam agros uberes dari, ut tradit Gaſparr. *inſtit. civil.* 3. *p. tit.* 7. §. 3. *n.* 70.

Nullam propriam naturam ha- 13
bet contractus iſte emphyteuticus, niſi ut partes conveniunt, ſed ſuſcipit conventionem, quam ei partes imponunt, & pacta appoſita in hoc contractu de ejus natura eſſe intelliguntur. Altim. *de Nullit contract. p.* 2. *quæſt.* 18. *n.* 29. & 311. Cald. *de Renovat. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 9.

Pacta quæcumque, & conven- 14
tiones poſitæ inter directum dominum, & emphyteutam tenent, va-

lideque ſunt ad unguem obſervandæ. Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.*14. Cald. *de Renovat. lib.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 2. quia contractus omnes ex partium voluntate legem accipiunt, *l.* 1. *ſi conveniat*, *ff. depoſit. l. contractus*, *ff. de reg. jur.* Barb. *axiom. jur. lit.* C. *n.* 181.

15 Ideoque quilibet contractus eſt obſervandus ſecundum ſubſtantiam, & formam ejuſdem contractus; nec poteſt aliquis eorum contrahentium ultra formam contractus aliquid agere. Cardoſ. *verbo contractus*, *n.*17.

16 Quæres hîc primo, in quo differat contractus emphyteuticus à contractu cenſuali? Reſpondetur differre in multis; nam in cenſuali contractu transfertur in recipientem dominium tam directum, quàm utile; in emphyteuſi autem non transfertur niſi utile; directum verò remanet apud concedentem. Jul. clar. *lib.* 4. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 1. *n.* 2. Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 3. proprie namque canon, qui ſolvitur ab emphyteuta, dicitur penſio; cenſus autem, qui ſolvitur à cenſuali, dicitur cenſus.

17 Pariterque iſti contractus differunt inter ſe in hoc, quòd emphyteuta biennio, ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, vel triennio, ſi ſit laica, canones non ſolvens cadat à jure ſuo; quod minimè procedit in cenſuario, qui nunquam rei traditæ dominium amittit, quamvis penſionem ſtatutam non ſolverit, ſed cogi ſolummodo poteſt ad præteritas penſiones ſolvendas, ut tradit Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 4. *Repet.* 2. *ad Bullam Piannam de cenſib. n.*12.

18 Quæres 2. in quibus differat emphyteuſis ab emptione, & locatione? Ad quam differentiam, ſive diſtinctionem agnoſcendam recordare debes de illis definitionibus *n.* 1. & 2. quæ quidem deſcriptio ſatis demonſtrat hunc contractum à venditione, & locatione differre, quæ in rebus quoque mobilibus jure contrahuntur, & quoniam venditor nihil retinet, ſed omne omnino jus transfert in emptorem *l. exempt. de act. empt.* §. *per traditionem inſtit. de rerum diviſ.*

19 Conductor verò non modo dominium non acquirit *l. non ſolet*, *ff. locat.* ſed nec ullum quidem jus in re, nec poſſeſſionem, etiam naturalem, niſi nomine domini *l. non ſolum*, §. *quod vulgo*, *ff de uſu cap.* ſed in emphyteuſi aliud obſervatur, ut expreſsè demonſtrant verba poſita in definitione.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta accipiens pro ſe emphyteuſim, & decedens cum teſtamento, ejus hæres ſcriptus cenſetur nominatus, remiſſivè.*

2 *Et illam conſequitur, remiſſivè.*

3 *Emphyteuſis ipſa ad morientis inſtitutum hæredem tranſibit, ſi non nominavit, remiſſivè.*

4 *Facultas nominandi impletur per inſtitutionem hæredis univerſalis.*

5 *Diſpoſitio textus verificatur tam in ſeculari, quàm Eccleſiaſtica emphyteuſi.*

6 *Dominium utile eſt quid profanum, & ſuper eo ſtatuere poſſunt Principes ſeculares.*

7 *Quid veniat appellatione* Perſonæ.

8 *Hæredes qui dicantur, & n. ſeq. remiſſivè.*

10 *Perſonam defuncti repræſentant, remiſſivè.*

11 *Ad illos tranſit actio, & obligatio*

gatio tam activè, quàm paſſivè, remiſſivè.

12 *Clauſula* pro ſe, & filiis *filios naſcituros non dum natos etiam comprehendit.*

13 *Emphyteuſis* pro ſe, & filiis *venit ad nepotes, remiſſivè.*

14 *Ordine ſucceſſivo ſucceditur, quando conceditur* pro ſe, & filiis maſculis; *ſecus ſi conceſſio facta fuit per dict.* cum.

15 *Clauſula* pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus *in contractu emphyteutico, extraneos comprehendit.*

16 *Emphyteuſis pro hæredibus, & deſcendentibus non comprehendit hæredes, qui non ſint deſcendentes; neque deſcendentes, qui non ſint hæredes.*

17 *Clauſula* pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque *hæredes extraneos comprehendit, & ad illos eſt tranſitoria, remiſſivè.*

18 *Lex reſtringitur ad capacem hæredem, & defunctus contra legem contractus prohibitum nominare non poteſt.*

19 *Diſpoſitio generalis ad perſonam habilem reſtringitur, remiſſivè.*

20 *An inſtitutus in re certa nominatus cenſeatur ad emphyteuſim?*

21 *Inſtitutus in re certa, nullo dato cohærede, cenſetur nominatus ad emphyteuſim.*

22 *Nemo decedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, remiſſivè.*

23 *An ſuprà dicta habeant locum in teſtamento nuncupativo?*

24 *An nominatio in teſtamento nullo valida ſit?*

25 *Nullitas proveniens ex præteritione non invalidat nominationem in teſtamento factam, neque legata, remiſſivè.*

26 *Reſponſio ad argumentum, remiſſivè.*

27 *Statuto teſtamentum poteſt valere pro parte, & pro parte non.*

28 *An Collegium, Confraternitas, vel Monaſterium poſſit in emphyteuſi ſuccedere, quando hæres inſtituitur? & n. 29.*

30 *An cenſeatur anima nominata ad emphyteuſim, ſi hæres inſtituatur?*

31 *An diſpoſitio noſtræ legis habeat locum in capella liberæ nominationis?*

32 *An hæres inſtitutus debeat adire hæreditatem, ut nominatus cenſeatur?*

33 *Contrarium eſt verius.*

34 *Filius naturalis patris nobilis, licèt non ſit hæres, admittitur ad emphyteuſim, legitimis non extantibus.*

35 *Emphyteuſis de pacto, & providentia retineri poteſt, repudiata paterna hæreditate.*

36 *Aliud in emphyteuſi* pro ſe, filiis, & hæredibus.

37 *An nominatus in parte emphyteuſis totam conſequatur?*

38 *Ex inſtitutione hæredis non poteſt deduci, quòd ut quis ſuccedat in emphyteuſi debeat eſſe hæres emphyteutæ, remiſſivè.*

Diſponitur in hoc textu, quòd emphyteuta, qui accepit emphyteuſim pro ſe, & certis perſonis nominandis, decedens cum teſtamento, & abſque nominatione, ejus hæres ſcriptus cenſetur nominatus ad ipſam emphyteuſim. Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 32. Guerr. *tract.* 2. *de Diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 69. *& quæſt. for.* 25. *n.* 6. 1

Quia hæres ſcriptus, ſeu inſtitutus dicitur nominatus ſub titulo generali inſtitutionis, conſequiturque 2

que emphyteuſim, quaſi nominatus, ac electus. Cald. *de nominat. quæſt.* 7. *ex n.* 1. ubi dicit hanc Ordinationem habere ortum ex Papiniani *reſponſo in l. unum ex familia*, §. *ſi duos*, *ff. de legat.* 2.

3 Qui enim accepit aliquam rem dotatam, vel aliam quamcumque rem, ita ut poſt ejus mortem veniat, ad quem ipſe nominaverit, ſi, nulla facta nominatione, decedat, ipſa tranſibit ad hæredem inſtitutum morientis. Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 7. *verſic. quarta concluſio.* Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 7. *tit.* 4. *gloſ.* 5. *ex n.* 1.

Sicque in præſenti textu ipſa nominatio, ſeu electio ad prædictam emphyteuſim facta cenſetur ex tacita, & præſumpta voluntate emphyteutæ per illam inſtitutionem univerſalem hæredis. Peg. *for. cap.* 10. *n.* 126. ubi judicatum refert, ita ut tota cauſa ſucceſſionis ſit ipſa præſumpta nominatio, & tota cauſa præſumptionis ſit ipſa inſtitutio. Cordeir. *dub.* 22. *n.* 26.

4 Iſte hæres ſic inſtitutus nominatus remanet in ipſa emphyteuſi, & ad ipſum ſine dubio tranſibit emphyteuſis ipſa, capietque eam; quia facultas nominandi impletur per inſtitutionem hæredis univerſalis, ut patet ex textu in principio *l. unum ex familia*, §. *ſi duos*, *ff. de legat.* 2. inſtitutoque ab emphyteuta hærede univerſali in teſtamento, ex hoc reſultat manere nominatam ipſam emphyteuſim, & pertinere ad hæredem ſic inſtitutum, quando non ſit alia nominatio.

5 Diſpoſitio hujus textus habet locum tam in emphyteuſi ſeculari, ſive accepta à privato, quàm in Eccleſiaſtica, ſive accepta ab Eccleſia. Cald. *de nominat. quæſt.* 7. *n.* 3. Phœb. *deciſ.* 160. *ex n.* 14. Guerr. *tract.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 83.

6 Quia utile dominium eſt quid profanum, & ſuper eo Principes ſeculares ſtatuere poſſunt. Barb. *in l. Titia*, *ff. ſolut. matr. tom.* 2. *n.* 44. Guerr. *proximè n.* 84. Cald. *ſuprà n.* 13. & licèt aliqui contrarium teneant, noſtra reſolutio practica, & verior eſt, quæ in judicando, & conſulendo ſequenda eſt.

Advertendum, ſive notandum eſt, quòd *Perſonæ* appellatione venit non ſolum maſculus, ſed etiam fœmina, *l. qui domum*, *juncta l. mater*, §. *mulier*, *ff. ad l. Jul de adulter. cap. mulieres*, *vel aliæ perſonæ de ſent. excommum.* Auguſt. Barb. *tract. de Appell. verbor. utriuſque juris*, *appellat.* 198. *n.* 11. Cum multis juribus. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 4. *n.* 199. quæ procedunt in fœminis, quæ inſtitutæ fuerint hæredes, ſicut etiam quando dicitur *aliquis homo* comprehendit non ſolùm maſculos, ſed etiam fœminas, utpote communis utrique ſexui. Cald. *de nominat. quæſt.* 4. *n.* 1. 7

Notandum etiam eſt hæredes eſſe illos, qui in jus, & locum defuncti ſuccedunt, *l.* 9 §. 1. *ff. de edend. l.* 34. *ff. de jud. l.* 43. *ff. de diverſ. reg. l.* 37. *ff. de acquirend. hæred.* ab eo quod quaſi heri ſint, id eſt domini. §. *ult. inſtit de hæred qualit.* Hæredes aut ſunt neceſſarii, aut ſui & neceſſarii, aut extranei ut in principio *inſtit. lib.* 2. *tit.* 19. *de hæred. qualit & different.* 8

Neceſſarius hæres, eſt ſervus hæres inſtitutus ex §. 1. *inſtit. de hæred. qualit.* ſui autem, & neceſſarii hæredes ſunt filii, filia, nepos, neptiſve ex filio, & ſic deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate morientis modo fuerint, §. 2. *inſtit. de hæred. qualit l. in ſuis*, *ff. de liber. & poſth.* Cæteri verò hæredes, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, extranei appellantur hæredes, ex §. 3. *inſtit. de hæred. qualit.* 9

Hæ-

10 Hæredes iſti repræſentant perſonam defuncti, cujus hæredes ſunt, & ſunt ſucceſſores vitiorum in rebus hæreditariis *l. cum à matre, cod. de rei vind. l. ſequitur*, §. *hæres*, *ff. de uſu cap. & l. quod ipſis*, *ff. de reg. jur.* hæresque tenetur de vi, & dolo illius, cujus eſt ſucceſſor, *l. ad eà quæ non habent*, *ff. de reg. jur.*, *l. vitia*, *cod. de acquir. poſſ.*

11 Sicque actio, & obligatio regulariter tranſit ad hæredes tam activè, quàm paſſivè, quia hæredes poſt additionem hæreditatis repræſentant ipſum defunctum in totum, ſi eſt unus ſolus hæres, vel pro parte hæreditaria, ſi ſunt plures. Cald. *de empt. cap.* 28. *n.* 3. *verſic. quoniam* Auguſt. Barb. *in l. pecuniam* 1. *n.* 3. 4. *&* 5. *cod. de hæreditar. act.* conducitque *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 48. §. 3.

12 Emphyteuſis conceſſa ſub hac clauſula *pro ſe*, *& filiis* comprehendit etiam filios naſcituros nondum natos. Auguſt. Barb. *de clauſul. uſu frequent. clauſ.* 110. *n.* 1. poteſtque uni filiorum aſſignari, cæteris excluſis; idem Auguſt. Barb. *ſuprà.*

13 Sic conceſſa emphyteuſis *pro ſe*, *& filiis* poteſt ad nepotes venire, quoniam in emphyteuſi, filiorum appellatione veniunt nepotes. Cald. *de nominat. quæſt.* 13. *n.* 14. *& quæſt.* 17. *n.* 48. priuſque venire debet ad filium, vel filiam exiſtentem, & poſt ad nepotes. Cald. *ſuprà dict. quæſt.* 13. *n.* 3.

Si verò ſit emphyteuſis conceſſa *pro ſe*, *& filiis*, *ac nepotibus maſculis*, *aut pro ſe*, *& deſcendentibus maſculis*, poteſt in ea ſuccedere nepos maſculus filius filiæ. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 41. *n.* 5. Jul. Clar. *lib.* 4. §. *emphyteuſis quæſt.* 36. *n.* 1. licèt contrarium ſequantur Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 41. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. primamque opinionem amplectitur Auguſt. Barb. *ſuprà* cum multis aliis.

Ordine ſucceſſivo ſucceditur, 14
quando emphyteuſis conceſſa fuit *pro ſe*, *& filiis maſculis*, ſecus verò ſi conceſſio ſit facta per *dict. cum* Grat. *diſc. for. cap.* 70. *n.* 24. cum ſeq. quia tunc maſculi, & fœminæ inſimul admittuntur, tradit Valaſc. *de jur. emphyt. dict. quæſt.* 41. *n.* 4. De effectibus dictionis *cum* Auguſt. Barb. *dict.* 75. *ex n.* 1.

Clauſula hæc *pro ſe*, *ſuiſque* 15
hæredibus, *& ſucceſſoribus* poſita in contractu emphyteutico comprehendit hæredes etiam extraneos, *l. ſciendum l. hæredis appellat. ff. de verbor. ſignif. l. in annalibus*, *cod. de legat.* Auguſt. Barb. *clauſul.* 111. *n.* 1.

Emphyteuſis conceſſa pro hære- 16
dibus, & deſcendentibus, cum ſit mixta, non cumprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint, neque hæredes, qui etiam deſcendentes non ſint. Cald. *de nominat quæſt.* 22. *n.* 33. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 44. *n.* 18. Auguſt. Barb. *clauſul.* 112. *n.* 5.

Clauſula *pro ſe*, *ſuiſque hære-* 17
dibus. *& ſucceſſoribus quibuſcumque* amplectitur hæredes extraneos; cum multis Auguſt. Barb. *clauſ.* 113. *n.* 1. emphyteuſisque conceſſa cum hac clauſula eſt tranſitoria ad hæredes etiam extraneos; Jul. clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 28. *n.* 9. Auguſt. Barb. *ſupra proxime cum multis n.* 7. talia enim verba, & alia ſimilia apta ſunt comprehendere hæredes etiam extraneos, qua ratione feudum, & emphyteuſis ſub ea forma conceſſa propriam naturam non habere dicuntur, & conſequenter ſimpliciter loquendo hæreditaria ſunt, quia ad extraneos hæredes tranſire libere poſſunt, ſequitur Cald. *de nominat. quæſt.* 23. *n.* 29.

No-

18 Notandum eſt verba legis Regiæ in principio reſtringenda eſſe ad hæredem capacem emphyteuticæ conceſſionis, quæ incapacitas tam ex forma contractus emphyteutici, quàm ex rei natura, & hæredis conditione colligi poteſt, ſcilicet ſi prohibitus hæres reperiatur, aut emphyteutica conceſſione indignus; quia is licèt hæreditatem conſequatur, non autem emphyteuſim, defunctus, quoniam contra legem contractus, vel *jure* repugnante, nominare prohibitum, & indignum non poteſt; *l. Lucius Titius Daman.*, *ff. de legat.* Cald. *de nominat. quæſt.* 10. *n.* 9. Guerr. *for. quæſt.* 25. *n.* 7.

19 Quare omnis generalis diſpoſitio reſtringitur ad perſonas habiles *l. ut gradatim*, *ff. de muner.* Bart. *in l. emancipaſti*, *ff. de adopt. & in l.* 1. *cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed.* 4. *n.* 753. *& ſeqq.* ideoque lex Regia in princip. generaliter concedens hæredi inſtituto emphyteuſim reſtringi neceſſariò debet ad hæredem emphyteuſis capacem; omnis enim diſpoſitio ad juſtum, & habilem hæredem refertur ſecundum Bald. *in Rubr. de cauſ. poſſ. & propriet. in fin.*

Aliàs legis noſtræ Regiæ beneficium, & prærogativa odioſis, & incapacibus videbuntur collata contra diſpoſitionem *text. in d. l. Lucius Titius Daman. ff. de legat.* 2. & ne hoc contingat jure noſtro ſtatutum eſt verba generalia cujuſcumque diſpoſitionis reſtringenda eſſe ad perſonas habiles, & idoneas ut dictum eſt, Cald. *de nominat. quæſt.* 9. *ſub n.* 25. *& quæſt.* 13. *ad finem.*

20 Quæritur hîc: utrùm inſtitutus hæres in re certa cenſeatur nominatus ad emphyteuſim? Inſtitutus in re certa vel datur quando teſtator illum inſtituit in aliqua re certa, inſtituto ſimul altero hærede univerſali, & tunc ſi hæres univerſalis non repudiet hæreditatem, inſtitutus in re certa habetur tamquam legatarius, & non cenſetur nominatus in emphyteuſi. Cald. *de nominat. quæſt.* 9. *n.* 1.

Si verò teſtator non inſtituat alium in hæredem præter inſtitutum in re certa, vel in caſu, quo inſtituat, ipſe non adeat vel repudiet hæreditatem defuncti, in tali hypotheſi hæres inſtitutus in re certa non reputatur ut legatarius, ſed ut hæres univerſalis, conſequiturque totam hæreditatem, l. 1. *ff. de hæred. inſtit.* Begnudel. *Bibliothec. jur. tom.* 2. *verbo Hæres*, §. 2. *n.* 36. Cancer. *var. p.* 3. *cap.* 22. *n.* 216. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *n.* 109.

Quapropter hæres inſtitutus in 21
re certa, vel quota hæreditatis, nullo alio dato cohærede, cenſetur univerſaliter inſtitutus hæres, ſicque nominatus in emphyteuſi. Jul. Clar. *lib.* 4. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 38. *n.* 1. Cald. *de nominat. quæſt.* 9. *n.* 2. *&* 3.

Nemo enim decedere poteſt pro 22
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. jus novum*, *ff. de reg. jur.* Begnudel. *ſupra verbo Hæreditas* §. 2. *n.* 36. Conciol. *tract. de Hærede*, *art.* 1. *n.* 48. ideo inſtitutus in re certa, nullo alio, vel aliis datis hæredibus, vel cohæredibus, cenſetur nominatus in emphyteuſi, ſicut in tota hæreditate, ut etiam probat. Barb. *ad principium hujus ordinationis n.* 5.

Quæritur 2. utrùm ſupra dicta 23
procedant etiam in teſtamento nuncupativo? Affirmativè reſpondetur; quoniam in hoc caſu emphyteuta verè teſtatus eſt, & ab eo inſtitutus verus hæres eſt; ideo illi negari emphyteuſis non poteſt, ſed

in

in illa nominatus cenſetur, nec negatur *l. fin. cod. de edict. Diu.* Adrian. *beneficium & ibi gloſ.* Bart. *n.*17. Cald. *de nominat. quæſt.* 10. *n.* 1.

Quod procedit ſive teſtamentum ſit à notario ſcriptis mandatum, ut aliquando fit, ſive coram teſtibus enunciatum, deindeque teſtibus in forma juris examinatis, & in ſcriptis redactum. Bart. *in d. l. n.* 17. *in fin. &* Bald. *ibidem n.* 40. Cald. *de nominat. ſuprà n.* 1. ampliando *n.* 2. hoc etiam procedere in legatario, cui defunctus in teſtamento, aut codicillis emphyteuſim nominatim legavit, quia eo ipſo nominare viſus eſt, habet legatum vim electi, ſeu nominationis, *l. unum ex familia*, §. *ſed & ſi fundum*, *ff. de legat.* 2.

24 Quæritur 3. utrùm nominatio emphyteuſis in teſtamento nullo ſit valida? Hanc quæſtionem videtur eſſe reſolutam in *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 37. §. 4. ubi aſſeritur, quòd anullato teſtamento, manet revocata nominatio in eo facta; quia nominatio facta in teſtamento revocato, ſive anullato, manet eo ipſo nulla, ac ſi facta non eſſet; probant hoc Cald. *de nominat. quæſt.* 10. *n.* 29. *& de poteſtat. elig. cap.* 8. *n.* 1. *&* 5. Thom. Valaſc. *alleg.* 61. *n.* 8. quod procedit in teſtamento abſolutè nullo.

25 Si verò nullitas teſtamenti proveniat ex prætiritione, vel exhæredatione filii, tunc nominatio facta in teſtamento erit valida, ſicut etiam omnia legata, & fideicommiſſa in eo contenta conſervantur, & firma manent: hocque probat *text.* expreſſus *in auth. ex cauſa, cod. de liber. præterit.* ad formalia verba *ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis, irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones, cætera namque firma permanent.* Gom. *in l.* 24. Taur. *n.* 3. Fachin. *lib.* 4. *contr. jur. cap.* 10. Begnudel. *tom.* 4. *verbo teſtamentum*, §. 10. *n.* 56. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 82. §. 1. Thom. Valaſc. *ubi proximè ex n.* 17. rejecto Valaſc. *conſ.* 61.

Neque obſtat argumentum; nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus ſecundum vulgarem juris regulam; cum ergo teſtamentum quantum ad inſtitutionem ſit irritum, valere non poteſt quoad cætera in eo diſpoſita. Reſpondetur namque, ab initio quidem neminem poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum; ſecus ex poſt facto *l. circa* 24. *ff. de inoffic. teſtam*: ergo pro parte rumpi teſtamentum poteſt, defuncto teſtatore, & pro parte obtinere; & cùm de hac re clara ſit conſtitutio Juſtiniani, nullatenus ambigendum videtur. 26

Nam, & ſtatuto obtineri poteſt, ut teſtamentum pro parte valeat, & pro parte non valeat, optimè probat Dec. *ad l. jus noſtrum*, *ff. de reg. jur.* hoc modo reſolvit argumentum Fachin. *dict. lib.* 4. *contr. cap.* 10. 27

Ex dictis oritur dubitatio: utrùm ſi conſtituatur hæres aliquod collegium, Confraternitas, vel Monaſterium poſſit virtute inſtitutionis ſuccedere in emphyteuſi? Hanc dubitationem, licèt Cald. *de poteſt. elig. cap.* 1. *n.* 15. *&* 16. videatur reſolvere affirmativè, attamen idem Cald. *in tract. de extinct. cap.* 10. *n.* 21. affirmat, quòd ſiquis habeat emphyteuſim pro eo, quem nominabit, conceſſam, illam Eccleſiæ, aut Monaſterio, aut pio loco relinquere non poteſt, ex eo fundamento; quia Eccleſia eſt de his, quæ nominari ad emphyteuſim prohibentur ex tacita voluntate concedentis. 28

Quapropter efficeretur valde de- 29

deterior domini directi condictio, cùm non eſſet ulla ſpes luitionis, vel caducitatis, aut reverſionis emphyteuſis propter finem lineæ nunquam finitæ, & ſucceſſivè repullantis, quam reſolutionem amplectitur Cald. ſuprà laudatus, *quæſt.* 20. *n.* 27. *& de renovat. quæſt.* 19. *per tot.* & precipuè *n.* 21.

30 Quid autem dicendum ſit in caſu, quo emphyteuta inſtituat animam ſuam hæredem univerſalem, an cenſeatur anima nominata ad emphyteuſim? Negat Guerr. *for. quæſt.* 25. *per tot.* ubi tenet tunc emphyteuſim devolutam manere ad dominum directum, *& n.* 25 refert ſententiam, quæ prolata fuit in tali caſu.

31 Quæritur iterum: utrùm diſpoſitio legis noſtræ Regiæ habeat locum, ſive procedat, quando aliquis habet capellam liberæ nominationis, & inſtituit hæredem in ſolidum in omnibus bonis ſuis, cenſeatur iſte nominatus ad illam? Affirmat Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap* 6. *n.* 53. cum Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 5. *p.* 1. *n* 63. *& deciſ.* 172 *n.* 24.

32 Quæritur ultimò: utrùm hæres inſtitutus debeat accipere, ſeu adire hæreditatem defuncti, ad hoc ut cenſeatur nominatus ad emphyteuſim? Hanc quæſtionem reſolvit Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 45. affirmans inſtitutum hæredem debere accipere, ſive adire hæreditatem defuncti; aliàs enim ſi illam repudiet, non cenſebitur nominatus; quia verba illa, *que ficar herdeiro*, intelligenda ſunt cum effectu agnita, ſcilicet hæreditate non repudiata.

33 Contrarium verò tradit Phœb. 2. *p. deciſ.* 123. *n.* 9. ex eo fundamento, quia nominatio pendere non debet ex aditione; nam nominatus omne jus capit ab eo, qui poteſtatem eligendi dedit, nec ex ſuo dat, qui nominat, nec liberalis exiſtit, qui ex alieno præcepto dare obligatus eſt, hancque ſententiam amplexus fuit Senatus, ut tradit Phœb. *ſuprà n.* 53. tradit etiam Cordeir. *dubit.* 28. *n.* 83. *& dubit.* 29. *n.* 16. *& dubit.* 31. *n.* 22. *& dubit.* 32. *n.* 28. quod eſt verius.

Idem dicendum in filio naturali patris nobilis, qui licèt non ſit hæres patris *Ord. hoc lib.* 4 *tit.* 92. §. 1. admittitur tamen ad emphyteuſim, deficientibus legitimis, & aſcendentes ejuſdem patris ab illa excludit, ut generaliter, & expreſſis verbis reſolvit legislator *in.* §. 4. *hujus tituli*, tradit Cordeir. *dubit.* 22. *n.* 25. *& ſeqq.* 34

Hoc etiam procedit in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filiis, quæ cùm ſit ex pacto, & providentia, poteſt retineri ab illis, etiam repudiata hæreditate paterna, cum ad eam veniant, non tanquam hæredes patris, ſed ex pacto, & providentia. Altim. *tom* 4. *quæſt.* 18. *n.* 135. Cordeir. *dubit.* 28. *n.* 81. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n* 78. Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam.* 4. *p cap.* 1. *n.* 175. *verſic. ducuntur*, refutato Pinh. *de emphyteuſi diſp.* 1 *ſect.* 1. *n.* 9. 35

Aliud diſponit Altim. ſupra proxime in emphyteuſi accepta *pro ſe, filiis, & hæredibus*; quia requiritur utraque qualitas, ſcilicet, quod ſint filii, & hæredes. Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt* 37. *&* cum multis aliis ſuprà Altim. 36

Dubium eſt, an nominatus in parte emphyteuſis totam conſequatur? Hanc quæſtionem reſolvit Cald. *de nominat quæſt.* 3. *n.* 2. ubi dicit, quòd pater nominans, ſeu eligens filiam pro parte videtur illam nominare ad totam; quia in individuis, qui partem dat, dicitur totum dare; hocque probat, *l.* 1. §. *ex fundo*, *ff. de hæred. inſtit. l. quoties*, *cod. eod. tit.* tradit Cardoſ. 37

doſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 49. quod intellige cum declarationibus ab ipſis factis.

38 Nota ultimò, quòd ex inſtitutione hæredis requiſita tantummodo ad inducendum factum, ex quo poſſit fingi nominatio, non poteſt deduci, quòd, ut quis ſuccedat in emphyteuſi, debeat eſſe hæres emphyteutæ; de hoc enim non curat legislator, nec de qualitatibus neceſſariis in ſucceſſuro, & nominando, ſed ſolùm de nominatione fingenda ex aliquo facto, quodcumque illud ſit, quando emphyteuta non nominavit, ut omne tradit Cordeir. *dub.* 25. *n.* 85.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Plures hæredes extranei inſtituti omnes cenſentur ad emphyteuſim nominati.*

2 *Pertinet ad omnes hæredes emphyteutæ, ſi de illa non diſponat ſpecialiter.*

3 *Emphyteuſis remanet in poteſtate unius hæredis, & non dividitur inter plures.*

4 *Eſt individua.*

5 *Per partes non dividitur, ſed per æſtimationem, remiſſivè.*

6 *Diviſio multa incommoda affert.*

Dominus non tenetur ſolutiones per partes accipere, remiſſivè ibidem.

7 *Emphyteuſis per partes non dividitur, ne penſio dividatur in præjudicium domini, remiſſivè.*

8 *Obtinens emphyteuſim ſolvet penſionem domino, remiſſivè.*

9 *Res indiviſibilis tota uni adjudicatur; qui exceſſum cohæredi in pretio reſtituet, remiſſivè*

10 *Verba*, acordando ſe todos, ou a mayor parte delles niſſo, *intelliguntur*, *remiſſivè.*

11 *Incapacitatio in uno ſolo facienda, & per hoc dominis providetur, remiſſivè.*

12 *Diſſentientibus hæredibus, ne aliquis emphyteuſim obtineat, illam vendere, aut permutare tenentur intra ſemeſtre, requiſito prius domino, an velit pro eodem pretio.*

13 *Dictio* uſque *quid ſonet, remiſſivè.*

14 *Durantibus ſex menſibus, venditio, aut permutatio fieri debet; neque prodeſt illis elapſis.*

Terminus conſtitutus à lege eſt peremptorius, niſi aliud exprimatur, ibidem.

15 *Lapſus termini renuntiationem inducit.*

Tempus legis formam inducit, ibidem.

16 *Emphyteuta bona emphyteutica vendere, & alienare non poteſt, domino non requiſito; aliter caducitatem incurrit, remiſſivè.*

17 *Hæredes non vendentes, neque permutantes intra ſemeſtre, neque retinentes in ſe emphyteuſim, ipſa ad dominum devolvitur, ſi voluerit.*

18 *Dominus rei de illa diſponit ſecundum ſuum arbitrium.*

Dominium emphyteuticum remanet penes dominum, & ſine illius conſenſu non poteſt alienari, ibid.

19 *Dominium penes duos reſidere non poteſt, remiſſivè.*

20 *Per contractum emphyteuticum jus in re transfertur ad omnes contentos, & comprehenſos in pacto.*

21 *Jus hoc in re eſt dominio ſimile, & dicitur quaſi dominium.*

22 *Tale jus in re vocatur dominium utile, remiſſivè.*

23 *Ex hoc jure omnibus viis competit actio reivendicationis, etiam contra tertium.*

24 *Jus accreſcendi an habeat locum in terminis textus, remiſſivè.*

25 *Inductum fuit ne quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, remiſſivè.*

26 *In licitatione emphyteuſis cohæres præfertur extraneo emptori, remiſſivè.*

1 Dicit textus, quòd ſi in teſtamento emphyteuta plures hæredes extraneos inſtituat, qui aſcendentes, vel deſcendentes non fuerint, omnes cenſentur nominati ad prædictam emphyteuſim; exornat Cald. *de nominat. quæſt.* 11. *n.* 1. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 70.

2 Quare emphyteuta non diſponens de emphyteuſi ſpecialiter, quam habebat cum facultate nominandi, ipſa pertinet ad omnes ejus hæredes univerſaliter inſtitutos, ut hæreditas. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 96. §. 23. & 24. (quo in loco dicemus Deo dante) licèt ſint hæredes extranei. Peg. *for. cap.* 9 *n* 21. & 22. Themud. *deciſ.* 73. *n.* 2.

3 Sed quia emphyteuſis dividi non poteſt inter plures, ne ejus penſio confundatur, ſtatuit textus, quòd ſi tot bona per mortem emphyteutæ remanſerint, quod prædicta emphyteuſis in portionem alterius ex cohæredibus obvenire poſſit, bona defuncti dividantur inter hæredes, remanente emphyteuſi in poteſtate unius hæredis, qui penſionem domino directo ſolvere teneatur juxta formam contractus, ut probat textus.

Emphyteuſis eſt individua de jure Regni, ut probant textus verba, & *Ord. hoc lib. tit.* 96 §. 23. Almeid. *alleg.* 7. *n.* 20. Souſ. *deciſ.* 6. *n* 7. Giurb. *ad conſuetud. cap.* 1. *gloſ.* 2. *n.* 18. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 13. Cordeir. *dubit.* 37. *n.* 60. 4

Ideo per partes dividi non poteſt inter hæredes, ſed tantummodo per æſtimationem eſt dividenda, uni ſcilicet adjudicando totam emphyteuſim in ſua portione, ſi in ea capiat, & ille, in cujus poteſtate emphyteuſis relicta ſit, penſionem ſolvat domino directo ſecundum formam contractus emphyteutici; ut decernitur in §. 5. *hujus tituli*, & *tit.* 96 §. 23. 5

Diviſio namque multa incommoda afferre ſolet; *l. cum pater.* §. *Dulciſſimis*, *ff. de legat.* 2. creditorque, ſive dominus directus non tenetur ſolutiones per partes accipere; *l Tutor* §. 1. *ff. de uſur. l.* 9. *cod. de ſolut. l. plane*, *ff. famil. erciſcund.* propter incommoda, quæ ſimiles partiales ſolutiones ſecum afferre ſolent. 6

Quapropter emphyteuſis per partes non eſt dividenda, ne penſio per plures ſolvenda neceſſario dividatur, & in non modicum domini præjudicium confundatur. Cald. *de nominat. quæſt.* 24. *n.* 14. & ne hoc contingeret, legislator in præſenti decrevit emphyteuſim adjudicandam eſſe totam uni ſoli hæredi, qui penſionem domino directo ſolvere teneatur. 7

Quòd ſi per mortem emphyteutæ tot bona non remanſerint, ut alteri hæredum integra emphyteuſis in ſuam portionem obtingere non poſſit, tunc quilibet hæredum prædictam emphyteuſim conſequatur, ſi velit, qui cæteris hæredibus reſarciet illud, quod juſta ratione prædicta emphyteuſis ei poterat 8

terat obvenire, conſentientibus hæredibus, aut maiore eorum parte, & is, qui obtinuerit emphyteuſim, ſolvet domino penſionem, ut deducitur ex noſtro textu hîc.

9 Sî verò alter hæredum totam emphyteuſim recipere non poſſit, quia valor ejus excedit ſuam portionem hæreditariam, ſtatuit legislator quemlibet hæredum obtinere poſſe prædictam emphiteuſim, ſi velit, ita ut cæteris hæredibus reſarciat, ac refundat exceſſum ſuæ portionis, ſi conſentiant omnes hæredes, aut maior eorum pars; quoniam res individua, ſeu indiviſibilis, qualis eſt emphyteuſis, uni tota adjudicatur per æſtimationem, qui partem cohæredi in pretio reſtituet; *l.* 1. *& ibi gloſ. l. ad officium*, *cod. commun. divid. l. ſi familiæ*, *ff. fam. erciſc.* §. *pen.* & cum hac reſolutione concordat *Ord. hoc lib. tit.* 96. §. 23.

10 Verba illa textus, *acordando ſe todos, ou a mayor parte delles niſſo*, id eſt conſentientibus omnibus hæredibus, aut maiore eorum parte, intelligenda ſunt per vota hæredum in eo, qui habuerit plura ſuffragia, id eſt *mais votos*, ut docet. Valaſc. *de part. cap* 26. *n.* 6 & qui pro ſe habuerit plura ſuffragia, ſive vota, capiet totam emphyteuſim, refundendo cæteris hæredibus exceſſum portionis ſuæ, quando tot bona emphyteutæ non remanſerint ſufficientia ad integrandam portionem cujuslibet hæredis, ut dictum eſt, & probant verba textus.

11 Hocque totum diſpoſuit Regia noſtra lex ſequuta illud juriſconſulti conſilium *in text. in l. communi*, *ff. commun. divid.* ne talis emphyteuſis dividatur niſi per æſtimationem, & tota uni ſoli hæredi aſſignetur, quæ aſſignatio noſtri vocant *encabeçamento*, ſeu incapacitatio, in hocque textu voluit legislator providere dominis directis, ne penſio divideretur inter plures, confuſionem, & difficultatem ſolutionis induceret; *text. in l. plane*, *ff. fam. erciſc.* quod ſemper quidem notandum eſt.

Quod ſi diſſenſerint, ſive diſcordaverint omnes hæredes, aut eorum maior pars, ne aliquis eorum obtineat, vel capiat emphyteuſim iſtam, tunc teneantur vendere, aut permutare illam intra tempus ſemeſtre ex die, quo emphyteuta deceſſerit, facta domino prius denuntiatione, an illam velit pro eodem pretio oblato à quocumque emptore; & poſtea divident inter ſe pretium productum ex venditione ipſius emphyteuſis, ut ſtatuit legislator hîc, quod fieri debet uſque ad ſex menſes. 12

Dictio enim *uſque* terminum terminatum comprehendit. Auguſt. Barb. *dict.* 637. *n.* 7. *incluſive*; ſtat dictio hæc, ubicumque terminus, cui adjicitur hæc dictio, eſt de pertinentiis rei, in qua habetur ſermo, quia ſemper includit ea, quæ ſunt de pertinentiis, ut tradit Auguſt. Barb. *ſupra n.* 13. 13

Unde venditio, aut permutatio emphyteuſis, de qua hîc agit legislator, fieri debet durantibus illis ſex menſibus; quia dictio *uſque* includit illos ſex menſes, ſicut etiam vendens cum pacto redimendi uſque ad diem Natalis proximi, includit ipſum diem Natalis. Barb. *ſuprà n.* 9. elapſiſque ſex menſibus, non prodeſt venditio, neque permutatio emphyteuſis, quia terminus à lege conſtitutus eſt peremptorius, niſi aliud à jure exprimatur; *text. in l. facta*, §. *ſiquis bonorum*, *ff. ad Trebel. l. ſcire*, §. *ſufficit ff. de execut. tut.* Cardoſ. *verbo Terminus*, *n.*6. 14

Lapſusque termini renuntiationem inducit. Cabed. 1. *p. deciſ.* 111. *n.* 2. 15

n. 2. quia tempus legis formam inducit, *auth. quæ ſupplicatio, cod. de precibus Imperat offerend.* Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3 *cap.* 21. *ex n.* 118. *&* 119.

16 Dicitur in textu, *requerendo primeiro o Senhorio ſe o quer, tanto por tanto*, id eſt, facta prius domino denuntiatione, an velit pro eodem pretio; quia emphyteuta alienare non poteſt, neque vendere bona emphyteutica, domino irrequiſito; *alias incurrit* caducitatem, ut infra dicemus; *l. fin. cod. de jur. emphyt. cap. potuit ubi.* Fagnan. & Barb. *de locat.* Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 13. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alien. quæſt.* 1. *n.* 1 *& alii communiter.*

Ratio hujus eſt, tum ut dominus poſſit offerre idem pretium, & ita præferri, tum ut conſequi poſſit laudemium, tum ne contemnatur, & cogatur invictus habere alium emphyteutam forte difficilioris conditionis, in eamque difficultatem perducatur invictus, ut ſi agere velit, & reivendicare adverſus eum, in quem translata emphyteuſis fuerit, jus dominii ſibi competens oſtendere compellatur, &c. ut omne tradit. Gonſal. *tom.* 3. *in cap.* 4 *de locat. & conduct. ſub. n.* 8. Begnudel. *tom.* 1. *verbo emphyteuſis*, §. 3. *n.* 36. ex quibus prius domino denuntiatio fieri debet, antequam emptor emittatur in poſſeſſionem emphyteuſis.

17 Ultimò deducitur ex textu in hoc §. 1. quod ſi intra tempus ſemeſtre hæredes neque vendant, neque permutent, neque in ſe retinere velint dictam emphyteuſim; tunc devolvitur ad dominum directum, ſi illam capere velit, qui pro libito poteſt de illa diſponere, prout probant verba textus; conſolidaturque dominium utile cum directo, hoc eſt, revertitur ad dominum emphyteuſis, quia eſt extincta, & dicitur extincta per generationem, aut commiſſum, vel aliud pactum. Cardoſ. *verbo emphyteuſis, n.* 30.

Dominium rei illud eſt, per quod dominus de re ſua diſponere poteſt ſecundum voluntatis arbitrium ſine aliqua dependentia alienæ voluntatis, nec alieni conſenſus. Peg. 3 *for. cap.* 22. *n.* 31. *&* 39. *&* 62. *text. in leg. qua ratione*, §. *hæc quoque, ff. de acquir rerum dominio*; hocque dominium in contractu emphyteutico non transfertur, ſed manet penes dominum concedentem, ſine cujus conſenſu emphyteuta alienare non poteſt. Peg. *for. cap.* 9. *n.* 1 *&* 2. *Ord hoc lib. tit.* 38. *in principio.* Carvalh. *in cap. Rainald de teſtam.* 2. *p. n.* 362. 18

Quapropter ad emphyteutam tranſire non poteſt tale dominium, quia remanet apud concedentem, & penes duos dominium reſidere non poteſt; *l. ſi ut certo*, §. *ſi duobus vehiculum, ff. commodat*; transfertur tamen in emphyteutam jus fruendi, quod eſt ſimile dominio, ſeu dominii quidam effectus ex juribus traditis à Peg. 3. *for. cap.* 22. *n.* 31. 19

Jus hoc, quod transfertur juxta communem reſolutionem eſt, quod per contractum emphyteuticum transfertur jus in re omnibus contentis, & comprehenſis in pacto, ſive hi ſint hæredes ſtipulantis, ſive ſucceſſores particulares, ex eo quod ſit pactum reale, ut tradit Peg. 3. *for. cap.* 28. *n* 775. 20

Quia per titulum habilem, & traditionem, quam accepit primus acquirens, quaſi procurator eorum, qui in contractu vocantur, in eos transfertur jus in re tanquam effectus illius traditionis. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 6. *n.* 20. Cum verò tale jus in re propriè dominium dici non poſſit, ſed ſit jus in multis 21

tis dominio ſimile ; ideo vocatur etiam quaſi dominium per *text. in l. ſi domus*, §. *ſi fundus*, *ff. de legat.* 2. Peg. 3. *for. cap.* 28. *n.* 774.

22 Nomen autem, quod in praxi huic translato juri frequentius, & magis communiter tribuitur, eſt dominium utile ; competuntque emphyteutæ actiones utiles, ſicut domino directo competunt directæ, quia emphyteuta eſt utilis dominus; *l.* 1. § *fin. ſi ager vectig. gloſ verbo nec conditionis ad finem in l.* 1. *cod de jur. emphyt.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt* 14. *n.* 6. Leit. *fin. reg. cap.* 27. *n.* 3. ubi ſi dominium utile non tranſeat in emphyteutam, contractus dici non poſſit emphyteuticus. Valaſc. *ſuprà quæſt.* 13. *n.* 1. relatus *à* Leit. *ſuprà.*

23 Ex hoc jure per pactum emphyteuticum ſucceſſoribus, & quocumque ex prædictis nominibus vocato, ſine dubio eſt apud omnes, quod omnibus vitis competit actio in rem, ſive ad inſtar competit actio reivendicationis etiam contra tertium. Peg. 3. *for. cap.* 28. *&* *n.* 774.

24. Quæritur hîc obiter : utrùm in terminis noſtri textus habeat locum jus accreſcendi ? Affirmativè reſpondeo ; quia ſi emphyteuta inſtituat tres, vel quatuor perſonas univerſaliter hæredes in omnibus bonis, quæ non ſint aſcendentes, vel deſcendentes, omnes cenſentur nominati ad emphyteuſim, ut dictum eſt, decedentibus duabus, v. g. antequam emphyteuſis per æſtimationem dividatur, portiones hæreditariæ, quæ illis duabus competebant, accreſcunt alteri, vel alteris hæredibus exiſtentibus, *ex l. unic.* §. *his itaque*, *&* *ſeq. cod. de caduc. tollend.*

25 Quod quidem jus accreſcendi inductum fuit, ne quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus contra *l. jus noſtrum*, *ff. de reg. jur.* & hanc fuiſſe rationem juris inductivam tradit *gloſ. in l. ſervus communis ab extero*, *ff de acquir. hæred.* & quod in hoc Regno Luſitano jus accreſcendi in emphyteuſi locum habeat tradit Arouc. *alleg.* 26. *n.* 9. de materia juris accreſcendi. Cancer. *p.* 3. *cap.* 22. Conciol. *alleg.* 46. *n.* 1. Cald. *de poteſt. elig. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 44 *&* 46. De hoc cogita.

Adverte hîc, quod quando res venditur, quia commodam diviſionem non patitur, nec poteſt dividi per partes, ſeu regiones, qualis eſt emphyteuſis, de qua hîc ſermo eſt, primo loco hæredes inſtituti, vel ſocii ad rei licitationem admittuntur, & plus licitanti res conceditur, præferturque alteri extraneo emptori. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 23. cum multis Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 32.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta non nominante decedendo ab inteſtato, aſcendentibus, vel deſcendentibus non relictis, emphyteuſis revertitur ad dominum.*

2 *Quod intelligitur de emphyteuta in prima, vel ſecunda vita exiſtente, non verò in tertia.*

3 *Jus petendæ renovationis competit ſolùm ſucceſſori, vel agnato ultimæ vitæ, remiſſivè.*

4 *Renovationem dominus tenetur facere, & negare non poteſt.*

5 *Petenda eſt intra annum, remiſſivè.*

6 *Quando emphyteuſis eſt apud extraneum, uſque ad triginta annos peti poteſt renovatio.*

7 *Licèt habeat renovationem, remiſſive.* Re-

8 *Renovatio negari non poteſt, etiam vitis finitis, non obſtantibus clauſulis in contrarium.*

9 *Inteſtatus quot modis decedat, & n. 10. 11. & 12.*

13 *Traduntur alii modi inteſtati, remiſſivè.*

14 *An emphyteuta in tertia, vel ultima vita poſſit nominare, vel legare jus renovationis!*

15 *Quid ſit jus renovationis, remiſſivè.*

16 *Emphyteuta ab inteſtato decedens, deſcendentibus relictis, emphyteuſis ad ſeniorem filium pertinet, & in illius defectu ad filiam.*

17 *Tamquam vocatus ex judicio patris, & ejus voluntate ſuccedit ab inteſtato, remiſſivè.*

18 *Præfertur filiæ licèt primogenituræ.*

19 *Retinere poteſt emphyteuſim, repudiata hæreditate.*

20 *Præferentia provenit ex ſexus prærogativa, remiſſivè.*

21 *Linea maſculina fæmineæ præfertur, & ex defectu illius, ſuccedit fæminea.*

22 *Sexus virilis habet maiorem dignitatem, quàm fæmineus.*

23 *Filia admittitur, non extante filio, ſicut nepos, neptiſve, filia, vel filio non extante, remiſſivè.*

24 *Filius maſculus excludit filiam; & in defectu maſculi, nepotem excludet filia, remiſſive.*

25 *In hoc caſu repræſentationem lex non admittit.*

26 *Traditur contrarium, remiſſivè.*

27 *Sed ſolvitur, remiſſivè.*

28 *Nemine nominato ad emphyteuſim nominationis, ſuccedit filius ſenior, excluſo ſobrino, facta conceſſione nomine collectivo.*

29 *Filius non habet jus ad emphyteuſim, ſi pater ejus illam non præoccupavit in vita, remiſſive.*

30 *Remotior in gradu non excludit proximiorem, remiſſivè.*

31 *Repræſentatio non ſolùm non admittitur in emphyteuſi ſeculari, ſed neque in Eccleſiaſtica.*

32 *Diſpoſitio textus habet locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Lex non diſtinguens, nec nos diſtinguere debemus, ibidem.*

33 *Repræſentatio admittitur in emphyteuſi hæreditaria, de pacto, & providentia, ſi concedatur more primogenei.*

34 *Filius maior cenſetur nominatus ad officium, quando proprietarius non nominavit, remiſſivè.*

35 *Sicut filius mortuo patre cenſetur nominatus ad emphyteuſim, ita filius intelligitur nominatus ad officium, patre decedente ſine nominatione.*

36 *Succeſſio. Maioratus defertur maiori, vel proximiori conſanguineo.*

37 *Venientes ab inteſtato ſuccedunt ex voluntate defuncti, remiſſivè.*

38 *Habens facultatem diſponendi de aliqua re decedens ab inteſtato diſpoſuiſſe cenſetur in favore venientium ab inteſtato.*

39 *Succedens ab inteſtato dicitur quaſi dominus in vita patris.*

40 *Pater acquirens officium cum facultate nominandi, ſtatim filius dicitur nominatus, remiſſivè.*

41 *Negativa ſententia defenditur.*

42 *In hæreditate ſucceditur ex tacita vocatione teſtatoris, in emphyteuſi ex interpretata mente concedentis.*

43 *Officium conceſſum pro patre, & filiis, filius maior jus habet ab inteſtato ex vocatione Principis; aliter quando ſolum*

lum

lum patri beneficium conceditur nominandi.

44 *Qui contrahit cum juris diſpoſitione, ſe conformare cenſetur.*

45 *Concedens emphyteuſim de filiis ſemper cogitat, ne extinguatur, contra mentem acceptantis.*

46 *Princeps jus novum condere poteſt, tanquam lex animata.*

47 *Quando Princeps ex conſuetudine Regni ſolet filiis concedere officium, hoc ex nova gratia, non ex obligatione fit.*

48 *Senatus deciſiones, & ſtylum judicandi obſervare tenemur.*

49 *Occidens emphyteutam, vel alium de medio, an admittatur ad emphyteuſim?*

50 *Interficiens aliquem fit indignus, ut interfecto ſuccedat ex teſtamento, vel ab inteſtato, remiſſivè.*

51 *Ad hoc requiritur ſententia declaratoria.*

52 *Occidens maioratus poſſeſſorem ſucceſſione privatur, & pro vita ejus ad fiſcum pertinent illius fructus, remiſſivè.*

53 *Occiſor nec immediatè, nec mediatè ſuccedere poteſt occiſo, remiſſivè.*

54 *Ille, ad quem venit emphyteuſis pretium, quo empta fuit, hæredibus defuncti tenetur refundere, & 55.*

56 *Pretium, quo fuit empta, inter emphyteutæ hæredes dividendum, remiſſivè.*

57 *Filius in legitimam computare tenetur militiam, vel redditum annuum ex defuncti pecunia emptum.*

58 *Si excedat legitimam Hæredes æquales debent eſſe in ſuis portionibus, ibid.*

59 *Pretium, quo emphyteuſis fuit empta excedens legitimam, filius conferre debet, ne detur inæqualitas, remiſſivè.*

60 *Sive nominata fuerit in vita patris, ſive relicta poſt mortem.*

61 *Emphyteuſis non confertur, ſed pretium, quo fuit empta.*

62 *Filius non tenetur conferre æſtimationem emphyteuſis nominationis, ſi empta non fuit.*

63 *Procedit in emphyteuſi nominationis antiquæ, quæ ab avis conſequuta fuit.*

64 *Tenetur conferre meliorationes, vel computare in legitima filius, qui capit emphyteuſim.*

65 *Melioramenta ſunt illorum qui fecit, vel illorum hæredum.*

66 *Pertinent ad hæredes meliorantis poſt ejus mortem.*

67 *Melioramenta conferenda ſunt, ne detur inæqualitas inter hæredes.*

68 *Ad ſolvenda melioramenta habet filius electionem, attento tempore preſenti, vel tempore quo facta fuerunt.*

69 *Concluſio, quæ deducitur ex hoc § 2.*

70 *Secunda concluſio.*

71 *Filius non ſuccedit ex nominatione ficta, ſed domini vocatione.*

Dicit textus, quòd ſi emphyteuta ab inteſtato decedat, non facta nominatione, ſeu electione alicujus perſonæ ad emphyteuſim, abſque hærede aſcendente, vel deſcendente, emphyteuſis ad dominum directum devolvitur, Thom. Valaſc. *alleg.* 61. *n.* 2. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 71. Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *in principio*, & *de renovat. quæſt.* 9. *n.* 8. 1

Textus intelligendus de emphyteuta in prima, vel ſecunda vita exiſtente; quia in prima poterat no- 2

nominare ſecundam, & ſecunda tertiam; non verò eſt intelligendus de emphyteuta in tertia, vel ultima vita exiſtente; quia jam non habet aliam vitam, qua poſſit nominare; ſuccurriturque tunc proximioribus per jus renovationis, ut cum Dec. *conſ.* 78. *n.* 3. & aliis tradit Cald. *de renovat. quæſt.* 17. *n.* 6.

3 Jus petendi renovationem emphyteuſis ſolùm competit ſucceſſori ultimæ vitæ, qui ſit hæres, vel ſucceſſor ultimi poſſeſſoris; nec in tali caſu inſpicienda eſt agnatio primi acquirentis, ſed ultimi poſſeſſoris. Arouc *alleg.* 50. *n.* 10. *&* 11. & hoc eſt verum loquendo de emphyteuſi, quæ non ſit ſimpliciter *hæreditaria*, non ſufficit tunc conſanguinitas abſque qualitate hæredum. Fulgin. *de renovat. quæſt.* 1. *n.* 39.

4 Hancque renovationem ex æquitate ſuggerente tenetur dominus facere, & non poteſt negare. Per. *deciſ.* 31. *n.* 4 Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 102. *& ſeqq.* Cordeir. *dubit.* 37. *n.* 37.

5 Quæ quidem renovatio petenda eſt ab emphyteuta intra annum, ut cum aliis tradit Guerr. *ſuprà n.* 108. Cald. *de renovat. quæſt.* 5. *n.* 11. Altim. *de nullit. contract. tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 7. *ſubſect.* 7. *n.* 120.

6 Quod intellige, quando renovatio petenda eſt à domino, & emphyteuſis non eſt penes tertium; ſi verò fuerit apud extraneum, peti poteſt uſque ad triginta annos. Gabr. Per. *deciſ.* 128. *n.* 4. Altim. *ſuprà n.* 120. Fulgin. *de jur. emphyt. quæſt* 1. *n.* 21.

7 Quamvis extraneus renovationem habeat, quia ſucceſſor habet actionem, citato emphyteuta, & domino, & in tali proceſſu agitur de nullitate renovationis. Peg. *for. cap.* 20. *n.* 71. *&* 72. cum multis Cordeir. *dub.* 37. *n.* 35. & utrùm renovatio fieri poſſit durantibus vitis, ut inchoetur poſt finitas? negat Valaſc. *conſ.* 28. quem vide.

Et tunc renovatio petenda eſt, 8
quam negare non poſſunt domini directi, etiam vitis finitis, ut tradit Cordeir. *dubit.* 37. *ex n.* 56. & hanc reſolutionem amplectitur Senatus, non obſtantibus clauſulis appoſitis in inveſtitura contrarium ſuadentibus.

Inteſtatus quatuor modis decedere quis poteſt ex *inſtit. lib.* 3. *tit.* 9
1. *in princip. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur.* Primò; inteſtatus decedere dicitur, qui dum jure teſtamentum facere potuit, non fecit; *l. inteſtatus de verb. ſignif.* fortè quia præventus morte, vel alio quocumque impedimento, involutus fuit.

Secundò; is, qui non jure fecit 10
teſtamentum, dicitur inteſtatus, quia omiſſa ſit in teſtamento aliqua juris ſolemnitas, quam intervenire oportebat, ſcilicet teſtes, ſigilla, vel id genus alia, quę recenſentur in *l.* 1. *de injuſt. rupt. teſtam.*; vel filius familias ſit præteritus; paria enim ſunt aliquod omnino non fieri, aut minus ritè fieri; *l. non putavit*, §. *non quævis de bon. poſſ. contr. tab. & l. quoties qui ſatiſdar. cog.*

Tertiò; inteſtatus decedit, qui 11
teſtamentum quidem jure firmum fecit, ſed poſtea per capitis corruit diminutionem, aut præteriti poſthumi nativitatem, vel ſecundi teſtamenti factionem, vel inofficioſi querelam, & aliis modis, quibus teſtamenta injuſta, irritavè pronunciantur; *l.* 3. *de injuſt. rupt. l. ut liberis, cod. de collat.* §. *alio quibus mod. teſtam. infirm.* §. *poſterior, eod. tit.* quia idem eſt teſtamentum omnino non facere, vel hu-

hujusmodi facere, quod nullum pronuncietur.

12 Quartò, is inteſtatus dicitur, qui teſtamentum ex ſe validum fecit, ſed corruit ex eo quòd hæreditas adita non ſit; *l. circa de inofficioſ. teſtam.* ſive quia noluit eſſe hæres, ſive quia non potuit, vel conditione defectus ſit, ſub qua fuerat inſtitutus.

13 Qui teſtari non poſſunt, propriè non ſunt inteſtati, ſcilicet impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt, ſed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus, ut dicit Ulpian. *lib.* 12. *ad Sabinum in l.* 1. §. *plane*, *cod. de ſuis*, *& legitim. hæred.* Sunt alii duo modi, ut per querelam, vel contra tabulas teſtamento reſciſo, ut habetur *in l. ut liberis*, *cod. de collat.* & de his omnibus facit mentionem Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *ex n.* 1.

14 Utrùm emphyteuta in tertia, ſeu ultima vita poſſit legare, ſeu nominare uni ex filiis jus renovationis, vel alii? Affirmativè reſpondet Cald. *de renovat. quæſt.* 17. *n.* 20. ubi judicatum refert Per. *deciſ.* 128. *per tot.*

Regulatur enim natura emphyteuſis finitæ per naturam emphyteuſis conceſſæ, ſeu inter vitas durantis, ut tradit Cordeir. *dubit.* 38. *n.* 25. 26. 27. *&* 35. cum multis; & ſicut emphyteuta, durantibus vitis, poteſt nominare, ſi eſt in prima, vel ſecunda vita, ita in tertia poteſt legare, dotare, vel nominare illud jus petendi renovationem. Vide Arouc. *alleg.* 50. *n.* 14.

15 Hocque jus petendæ renovationis nihil aliud eſt, quàm obligatio, quam ſucceſſor, ſive nominatus habet implendi conditionem illam, ſub qua dominium utile ſibi fuit quæſitum, quia in primo contractu fuit conceſſum pro omnibus ſucceſſuris, ſcilicet ſi renovatio petatur intra tempus legitimum, ut tradit Cordeir. *dubit.* 38. *n.* 21.

Unde hoc jus petendæ renovationis non eſt quid diſtinctum, vel per ſe exiſtens, ſed quædam conditio inhærens dominio utili, & qui illud habet, de eo diſponere poteſt cum obligatione implendi conditionem, ſub qua fuit quæſitum, quæ quidem conditio conſiſtit in renovatione petenda tempore debito; hoc eſt intra annum, ut dixi *ſuprà n.* 5. ideoque ſucceſſor, ſive nominatus ab emphyteuta petere poteſt hoc jus renovationis, ſive dominium utile, ſi ſit capax, & ei non reſiſtat natura ipſius contractus emphyteutici.

Diſponitur etiam in textu, quòd 16
ſi emphyteuta decedat ab inteſtato, relictis deſcendentibus, tunc emphyteuſis ad filium ſeniorem pertinet, & in defectu filiorum ad filiam, ut probant verba textus. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 78. cum aliis.

Filius enim legitimus ſuccedens 17
patri ab inteſtato conſequitur emphyteuſim, quam pater habebat cum facultate nominandi ſecundam, vel tertiam perſonam; non minus, ac ſi pater illum nominatim inſtituiſſet, aut nominaſſet; quia filius ab inteſtato ſuccedens tanquam vocatus ex judicio patris, & ſecundum ejus voluntatem ſuccedit, ut probatur ex *text. in l.* 2. *cod. de bon. mater. l. conficiuntur*, *ff. de jur. codicil.* Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 44.

In ſucceſſione hac emphyteuti- 18
ca ab inteſtato ſemper filius legitimus præfertur filiæ fæminæ, etiam primogenituræ, vel maiori natu. Cald. *de nominat. quæſt.* 17. *n.* 9. Cordeir. *dubit.* 29. *n.* 37. Altim. *de nullit. contract. tom.* 3. *rub.* 1. *quæſt.* 7. *ſub ſect.* 3. *n.* 130.

Quod filius retinere poſſit em- 19
phy-

phyteuſim repudiata patris hæreditate, tradunt Cald. *de nominat. quæſt.* 7. *n.* 41. Guerr. *ſuprà dict. n.* 78. Gam. *deciſ.* 229. & ſic capiet emphyteuſim abſque hæreditate, & ego dixi ſupra ad principium hujus tituli, *n.* 35.

20 Hæc enim præferentia, quam maſculus, licèt junior, habet in hac emphyteutica ſucceſſione, provenit ex ſexus prærogativa, & illi dumtaxat tribuenda videtur. Cald. *de nominat. quæſt.* 14. *n.* 1. ideo non eſt *mirum ſi maſculus*, quamvis junior fæminas præcedat in aſſequenda emphyteuſi non dum extincta, ſed ad vitam ſecundæ, vel tertiæ perſonæ adhuc duratura.

21 Qua ratione voluit legislator maſculum etiam juniorem fæminas excludere, taliter quòd ſemper præferatur linea maſculina lineæ fæmininæ, & deficiente linea maſculina, ſuccedat fæminea, & maior præferatur minori, tradit Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 62. *&* Cald. *ſuprà* cum *aliis.*

22 *Qualitas hæc ſexus* utpote nobilior prævalere ſemper debet, quia maior dignitas eſt in ſexu virili, quàm fæmineo *ex l.* 1. *ff. de Senator*; & ſemper ſeniorem juniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fæminæ præferemus *ex* Ulpian. *in l.* 6. *ff. de fid. inſtrum.* & ex his legislator decrevit in ſucceſſione emphyteutica, quando emphyteuta decedit ab inteſtato, filium ſeniorem præferre, & excludere fæminas.

23 In defectu filiorum admittit legislator filias emphyteutæ ad ſucceſſionem hanc emphyteuticam, & in defectu filiarum tunc capiet emphyteuſim nepos, neptiſve emphyteutæ, & quatenus extiterint filii, filiæve, non habebunt, neque capient emphyteuſim nepos, neptiſve emphyteutæ; quamvis nepos filius ſit filii ſenioris, ubique extiterint multi filii, filiæve, ſemper filius ſenior filiorum, & in defectu iſtorum, filia ſenior capiet, ſive habebit emphyteuſim, ut probant verba textus.

Unde dum extiterit aliquis filius 24
maſculus emphyteutæ, non habebunt emphyteuſim filiæ; quia iſtæ ſolùm in præſenti ſuccedunt in defectu filiorum, & in defectu iſtarum, vel filiorum nepos, neptiſve, ita ut ſi non extiterit filius, ſed tantummodo filia emphyteutæ, hæc excludet nepotem ex filio ſeniori, ut ex textu patet. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 79.

Lex enim in hoc caſu repræſen- 25
tationem non admittit, ſed immo potius illam excludit. Guerr. *ſuprà n.* 80. Cordeir. *dubit.* 25. *n.* 46. Peg. 3. *for. cap.* 28. *n.* 56. *&* 57.

Obſtat tamen in caſu propoſito: 26
ſi in rerum natura exiſteret pater illius nepotis excluderet filiam emphyteutæ, quia ipſe erat filius, quamvis junior, & ſecundum verba textus ipſe ſuccedere debet: ergo ſtante ejus filio, qui repræſentat ipſius perſonam, ipſe excludet filiam emphyteutæ, ſive ſororem patris ſui.

Reſpondetur tamen, quòd li- 27
cet dum extiterit in rerum natura ipſe pater filius emphyteutæ excluderet ſororem ejus, ſive filiam ipſius emphyteutæ, iſtius nepos, licet natus ex filio ſeniori, non excludet filiam ipſius emphyteutæ, ut probatur ex verbis textus in hoc §. 2.

Quod principaliter procedit in 28
emphyteuſi nominationis, in qua nemine nominato, ſuccedit filius ſenior, excluſo ſobrino ex filio ætate maiori, & hoc etiam procedit in emphyteuſi de providentia, quando conceſſio eſt facta pro multis ſimul nomine collectivo ad eam vocatis.

catis; tradit Guerr. *tract. 7. de diviſ. lib. 4. cap. 6. n. 54.*

29 In hoc genere emphyteuſis, de qua hic legislator, ſuccedere non poteſt remotior, ſtante proximiori, quando ſucceſſio devolvitur ab inteſtato, licèt remotior per repræſentationem æqualis ſit proximiori, ut ex textu colligitur, dum enim filius, vel filia extiterit, nullatenus nepos ſuccedere poteſt, quamvis ſit natus ex alio filio, & ipſe nepos per repræſentationem ſuo patruo æqualis fiat; quia cum pater ipſius nepotis non præoccupaſſet ipſam emphyteuſim, minime filius poteſt habere jus, quod à patre penitus exulavit. Guerr. *for cap. 29. n. 70.*

30 Et cùm ipſe nepos ſit remotior in gradu, quàm illa filia emphyteutæ, iſta ſuccedere debet in emphyteuſi ab inteſtato, non exiſtente alio filio, excluſo nepote, licet enim pater ejus, ſi exiſteret, ſuccederet; hoc ideo eſt, quia proximior in gradu, ſed hoc in ejus filio non verificatur, qui eſt remotior; qua ratione filia, utpote proximior, excludit nepotem remotiorem, & iſte ſolum ſuccedit, non exiſtente filio, nec filia, ut dictum eſt, & ex his ceſſat dubium ſupra, & quodcumque aliud.

31 Hocque, quod dictum eſt non dari repræſentationem in ſucceſſione emphyteuſis, procedit indiſtincte in quacumque emphyteuſi ſeculari, vel Eccleſiaſtica, ex Cald. *conſ. 30. n 55. & 56.* & ideo dictum de una verificatur de alia.

32 Sicut etiam diſpoſitio noſtri textus, ſcilicet, quòd emphyteuſis devolvatur ad filium ſeniorem, & ex defectu iſtius ad juniorem, & nullo exiſtente filio, ad filiam, & ſic deinceps, habet locum, & verificatur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia lex loquitur indiſtinctè, & nulla ad hibita diſtinctione, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; *l. de pretio, ff. de public. in rem act. l non diſtinguimus, ff. de recept. arbitr.* Barb. *axiom. jur. lit.* L. *n.* 50. & hoc probatur ex Cald. *ſuprà*

Contrarium verò dicendum in emphyteuſi hæreditaria, & de pacto, & providentia, quando eſt conceſſa ea lege, ut more primogenei in aliqua familia conſervetur, in his enim habebit locum repræſentatio. Cov. *Pract. cap. 38. n. 13.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 19.* cum multis aliis. Guerr. *ſuprà de diviſ. lib. 4. cap. 6. n 52. & 53.* & hæc eſt limitatio ad ſupra dicta. 33

Si Rex concedat alicui officium cum poteſtate nominandi, antequam moriatur, unum ex filiis ſuis, ſi contingat quòd proprietarius nominationem non faciat, cenſeatur nominatus per legem filius maior in terminis noſtræ legis dict. §. 2. *verſic. E finando ſe?* reſolutionem affirmativam amplectuntur Cabed. 2. *p. deciſ.* 23. *n.* 11. Arouc. *tom.* 1. *ad lib.* 1. *tit.* 5. *de ſtat. homin. l.* 9. *n.* 131. Portug. *lib.* 2 *cap.* 13. *ex n.* 23. hancque opinionem veriorem reputant, & hoc probant, quia quando filiorum officialium unus eſt admittendus, jus eſt expreſſum pro maiori *ex text. in l. fin. cod. de filiis officialium lib.* 12. 34

Neque in hoc differt officium ab emphyteuſi, ita qualibet altera diſpoſitione in beneficium alicujus facta ex certis eligendis, electione namque non facta, vel admittuntur omnes, vel natu maior, quando ad omnes tranſire non poteſt, tradunt *DD. in l. unum ex fam.* §. *rogo, ff. de leg.* 2. hæc, & alia adducit Arouc. *in loc. cit.*

Quia ſicut filius, mortuo patre, nominatus cenſetur ad emphyteu- 35

teuſim, Valaſc. *de jur. emphyt. q* 44. Gam. *deciſ.* 229. Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 44. Barb. *ad Ord. dict. tit.* 36. ad hunc §. 2. *n.* 5. ita etiam mortuo patre ſine nominatione ad officium, filius maior nominatus intelligitur; quia de feudis, & emphyteuſi ad officia validum eſt argumentum; tradit Portug. *ſuprà n.* 23.

36 Hocque confirmatur, quia decedente adminiſtratore maioratus, qui ſucceſſorem eligere poterat nulla facta nominatione, defertur ejus ſucceſſio filio maiori, vel proximiori conſanguineo, qui cenſetur nominatus. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 3. *p.* 5. *n.* 11. ergo idem dicendum eſt in officio, quod pater nominare poterat.

37 Inteſtatus cenſetur relinquere hæreditatem venientibus ab inteſtato, qui ex voluntate defuncti ſuccedere videntur; *l. ſiquis cum teſtamentum*, *l conficiuntur*, *ff. de jur. codicill.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 14. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 6. *gloſ.* 11. *n.* 15. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 1. Fontanel. *de pact. nupt. clauſul.* 4. *gloſ* 23. *n.* 10 *&* 11. ideo & pariter, qui nominare poterat filium decedens ab inteſtato, & nulla facta nominatione, cenſendus eſt filium nominaſſe.

38 Quia ille, qui habet poteſtatem diſponendi de aliqua re, ſi decedat ab inteſtato, cenſetur diſpoſuiſſe ad favorem venientium ab inteſtato: ergo ſimiliter dicendum eſt in caſu propoſito; hæc ſunt fundamenta iſtius ſententiæ, quam ſequitur Amicang. *tract. de Regal. offic. q.* 16 *ex n.* 10.

39 Et probat illam ſuam opinionem optimè, facitque limitationem iſtius opinionis, quod debeat procedere in filio ſuccedente ab inteſtato, qui dicitur quaſi dominus in vita patris; *l. in ſuis*, *ff. de liber. & poſthum.*

Dumque pater quæſivit officium 40
cum facultate nominandi ſucceſſorem, ſtatim filius dicitur nominatus, & officium filius de novo non acquirit per mortem, ſed quæſitum capit, ſicque apertè dicitur nominatus in officio; *l. cum ratio*, *ff. de bon. donator.* his, & aliis fundamentis comprobat hanc ſententiam Amicang. *dict. tract. de Regal. ex n.* 10. *uſque ad* 13.

Negativam ſententiam ſequun- 41
tur Phœb. 2 *p deciſ.* 127. *n.* 20. *&* 21. *& areſt.* 14. ubi judicatum refert; tradit Cordeir. *dubit.* 24. §. 7. *& n.* 30 & fundamentum in eo conſiſtit, quia filius non ſuccedit ex tacita nominatione, ſed ex domini vocatione, & eſſe alterum fundamentum ad Senatus ſententiam, & ultra ab eo relata, hoc idem probat Amicang. *ſuprà ex n.* 14.

Non obſtant, quæ in contra- 42
rium adducit Portug. 2. *p. cap.* 13. *n.* 23. *cum ſeqq.* quia exempla, quibus argumentatur, procedunt in hæreditate, in qua ſuccedi poteſt ex tacita vocatione teſtatoris, non itaque in emphyteuſi, in qua ſolùm ſucceditur interpretata mente concedentis, ut tradit ipſe Cordeir. *ſuprà n.* 31. immo ipſe Portug. *n.* 27. fatetur filium ſucceſſurum jam habere aliquod jus ad obtinendam emphyteuſim, quæ deſcendentibus defertur, ex quo infert cenſeri nominatum.

Si verò diploma Regis officium 43
concedat pro patre, & filiis, tunc jus habet filius natu maior ab inteſtato ex vocatione Principis; aliter ſi ſolùm concedat patri beneficium nominandi, non cenſetur filius vocatus, nec nominatus, ut cum Phœb. probat Cordeir. *ſuprà n.* 33.

Di-

44 Dicitque *n.* 35. quòd concedens emphyteuſim cenſetur ſe conformare cum juris diſpoſitione, *ex auth. de non alien. reb. Eccleſ.* §. *emphyteuſim*, ubi filii ſemper cenſentur vocati; quilibet enim contrahens cum juris diſpoſitione ſe conformare cenſetur *ex text. in l. quæro*, §. *inter locatòr. ff. locat.* ut cum multis Carleval *de judic. tit.* 3. *diſp.* 5. *n.* 12.

45 Unde qui concedit emphyteuſim, ſemper de filiis cogitat, & pro eis concedit, ne emphyteuſis extinguatur contra mentem acceptantis, qui pro deſcendentibus ſtipulavit, ut tradit ipſe Cordeir. *ſuprà n.* 36.

46 Princeps verò, qui officium concedit, non cenſetur ſe conformare cum juris diſpoſitione, quia jus novum condere poteſt, tanquam lex animata *Ord. lib.* 3. *tit.* 75. §. 1. & alii, cum quibus Cordeir. *ſuprà n.* 37.

47 Si verò Princeps ex conſuetudine Regni filiis ſolet concedere officium, ut videmus, & tradit Portug. 2. *p. dict. cap.* 13. *n.* 27. hoc ex nova gratia, quam ex obligatione fit, ut cum multis Cordeir. *dict. dubit.* 24. §. 7. *n.* 39.

48 Hanc negativam ſententiam cogimur defendere; quia noſter Senatus pro illa judicat ut dictum eſt, ſed non videntur apparere fundamenta æquivalentia, quæ deſtruant rationes, quibus nititur affirmativa; ideo non dubitarem cum illa tranſire, ſi me non torquerent Senatus deciſiones, & ſtylus judicandi, quem obſervare tenemur ex *Ord. lib.* 3. *tit.* 64. in principio, deficiente lege Regia, ut hic in caſu præſenti tradit Silv. *ad prædictam Ord. ex n.* 12.

49 Quæritur: utrùm ille, qui occidit emphyteutam, aut alium de medio, quo ſublato, ad eum poſſeſſio pertineret, admittatur ad ſucceſſionem emphyteuticam? Reſpondetur negativè ex Peg. 3. *for. cap.* 28. *n.* 515.

Quia interficiens aliquem, indignus eſt, ut eidem cum effectu ſuccedat. ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel hæredi ejus in bonis illius interfecti, quia Fiſcus ab eo aufert; *l. Lucius, ff. de jur. fiſc.* tradit cum multis juribus Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 2. *tit* 3. *ex n.* 1. Gom. 3. *var. cap.* 3. *n* 51. Cald. *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate n* 16. 50

Sed ad hoc neceſſaria eſt ſententia declaratoria ex Cald. *conſ.* 35. *n.* 22. quem vide *per tot.* & licet DD. loquantur de hæreditate defuncti, hoc idem dicendum eſt reſpectu ſucceſſionis emphyteuſis. 51

Confirmatur ſupra poſita reſolutio; quia ille, qui occidit maioratus poſſeſſorem, ejus ſucceſſione privatur, & ad fiſcum pro vita ejus pertinent maioratus fructus, & commoditates, ut cum multis tradit Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 28. ergo idem dicendum eſt de occiſore poſſeſſoris emphyteutæ, quia privatur illius ſucceſſione, non enim apparet ratio differentiæ. 52

Reſolutio ſupra poſita ampliatur; ut homicida, ſive occiſor nec immediatè, nec mediatè ſuccedere poſſit occiſo; taliter, ut ſi aliquis juſtus, & legitimus hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedit interfecto, & iſte hæres occiſorem inſtituat, non poſſit ipſe homicida ſuccedere hæredi interfecti in bonis ab eo provenientibus, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato; in hocque caſu bona occiſi à fiſco vendicantur; probat cum multis Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 31. *ex n.* 70 Gom. *ſuprà n.* 53. ubi tenet, quòd neque filii occiſoris poſſint ſuccedere interfecto, quòd intellige 53

cum

cum diſtinctione Doctorum ſupra. Et an, & quando filii, vel hæredes ob indignitatem à diviſione excludantur, vide Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* ubi plura invenies.

54 Ulterius dicit textus, quòd ſi emphyteuſis, de qua hîc agit legislator, fuerit empta à defuncto, aut in ea meliorationes fecerit, tunc obſervandum eſt circa pretium, vel meliorationes, quod dicemus infra in titulo de judicio familiæ erciſcundæ, hoc eſt in titulo 96. *&* 97. *hoc lib.* 4. Ille enim, ad quem emphyteuſis deveniet, tenetur refundere pretium hæredibus defuncti, quo ipſa emphyteuſis fuit empta. Gam. *deciſ* 229 *n.* 2. *&* 3. de hac *Ord.* Cald. *de nominat. quæſt.* 18. *per tot.*

55 Sicut enim in diviſione hæreditatis inter filios defuncti, quando feudum fuit emptum, habetur ratio æſtimationis, ita ſimiliter in emphyteuſi pretio empta, filius apud quem ipſa manet, tenetur fratribus ad æſtimationem ſuarum partium, ut tradit Valaſc. *de jur. emphyt. q.* 38. *n* 27. ubi quod hoc proprie procedit in emphyteuſi nominationis.

56 Quia hoc pretium, quo emphyteuſis fuit empta ex patris ſubſtantia, & patrimonio prodivit, & cùm legislator velit ſervare æqualitatem inter omnes liberos, ideo pretium dividendum eſt inter hæredes ipſius emphyteutæ defuncti ex *text. in l. ut liberis, cod. de collat.*

57 Filius enim computare tenetur ſibi in legitimam militiam, ſive redditum annuum ex defuncti pecunia emptum *ex text. in l.* 30. *omnimodo*, §. *imputari, cod. de inoffiicioſ. teſtam.* cum exceptione ibi poſita.

58 Hocque intelligendum eſt, ſi pretium excedat legitimam, ſive portionem illius, qui capit emphyteuſim, ut dictum eſt ſupra ad §. 1. *n.* 9. quia ſi pretium legitimam, ſive portionem non exceſſerit, tunc imputabitur in legitimam, & alia bona defuncti dividentur inter hæredes, ita ut omnes æquales fiant in ſuis portionibus hæreditariis, ut ex *gloſ. in l. ut liberis, cod. de collat.* quæ æquitatem ſervare jubet in diviſione hæreditatis defuncti.

Quantum enim pater pro emphyteuſi expendit, tantum de bonis diminuit, ut emphyteuſim acciperet, & tantum eſſet inter fratres dividendum, ſi pater emphyteuſim non emeret; quare æquiſſimum eſt, ut filius, qui in ea ſuccedit ſolus, & illam præcipuam habet, pretium, quo empta eſt, hæreditati paternæ refundat, ne detur inæqualitas inter filios, ut ille ultra legitimam fruatur emphyteuſi ſine refuſione pretii, quo empta fuit. 59

Ideo ſi pretium excedat ſuam portionem hæreditariam, ſive legitimam, refundere debet exceſſum, hoc eſt conferre pretium illud *Ord. hoc lib.* 4 *tit.* 97. §. 22. in illis verbis: *Salvo ſe o dito prazo foſſe comprado, &c.* Valaſc. *de part. q.* 13. *n.* 102.

Hocque procedit ſive emphyteuſis nominata fuerit filio in vita patris, ſive ab eo relicta poſt mortem, quia in utroque caſu pretium eſt conferendum, ut traditur à Valaſc. *ſuprà cit.* 60

Sed per hoc non eſt dicendum emphyteuſim conferendam eſſe, ſed tantummodo pretium, quo fuit empta, quod eſt quid diverſum à re ipſa, ut cum *text. in l. ſi rem, ff. de petit. hæred.* docet idem Valaſc. *ſuprà dict. quæſt.* 13. *ſub n.* 102. 61

Emphyteuſim nominationis, quæ non fuit pretio empta, ſi contingat patrem nominare filium in di- 62

cta

cta emphyteuſi, non tenetur ipſe filius conferre, nec ejus æſtimationem, ſeu aliud quid, probatur *ex Ord. dict. tit.* 97. §. 22. *hoc lib.* 4. & Valaſc. *ſuprà n.* 97. Mend. à Caſtr. *in l. cum oportet* 2. *p. de bon. quæ liber. n.* 99.

63 Quod procedit in emphyteuſi nominationis antiquæ, quæ non ab ipſo patre, ſed ab avis conſequuta fuit; filius tunc à patre nihil habere cenſetur, ut cum *text. in l. unum ex famil. & ſuis* §§ *ff. de legat.* 2. & aliis multis tradit Mend. *ſuprà*.

64 Sed ſi defunctus in tali emphyteuſi meliorationes fecerit, filius, vel alius, ad quem ipſa emphyteuſis devenerit, tenetur conferre meliorationes ipſas, ſive illas ſolvere, aut computare in legitima ex *dict.* §. 22. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 97.

65 Melioramenta enim ſunt illorum, qui illa fecerunt, vel hæredum illorum; *l. Dominus horreorum*, §. 1. *l. colonus*, *ff. locat.* tradit cum multis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 2. quamvis colonus conduxerit cum onere, & obligatione meliorandi. Decian. *conſ.* 29 & 19. *n.* 5. Cyriac. *contr.* 692. *n* 39 & 40. & cum aliis Begnudel. *tom.* 3. verbo *Melioramenta*, *n.* 28.

66 Ideo melioramenta ad diviſionem ſpectant, & ad hæredes ipſius meliorantis poſt ejus mortem pertinent. Valaſc. *conſ.* 116. *n.* 15. & 16. & *de jur. emphyt. quæſt.* 25. *n.* 6. & *de part cap* 13 *n.* 114. Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 18. *n.* 30. Gam. *deciſ.* 41. *n.* 7. Per. *deciſ.* 121. *n.* 2. cum multis Guerr. *ſuprà dict. n.* 2.

67 Notiſſimum enim eſt; quòd prodiverunt ex ſubſtantia parentis, non minus quam pretium, quo empta fuit emphyteuſis; quapropter veniunt conferenda melioramenta, ne detur inæqualitas hæreditatis inter hæredes, quod ex ſupra dictis minime eſt dicendum.

Circa iſta melioramenta filius 68
nominatus, ſive ſuccedens ab inteſtato in prædicta emphyteuſi, habet electionem, ut probat *Ord. dict. lib.* 4 *tit.* 97. §. 22. in verbis ibi: *E lhe ſerá contado no caſo das bemfeitorias o preço ao tempo que elle houver o dito prazo, ou o que cuſtaraõ ad ditas bemfeitorias, qual elle mais quizer*; quæ ordinatio notanda eſt, quia dirimit controverſiam Doctorum varia reſolventium reſpectu eorum ſolutionum, ſcilicet an fieri debeant juxta valorem tempore, quo facta fuerunt, vel tempore, quo recipiuntur.

Ordinatio enim illa varietatem tollit reſpectu melioramentorum in hoc caſu; ideo filius habet electionem ad illa ſolvenda vel attento valore emphyteuſis de præſenti ratione melioramentorum in ea factorum, vel attento valore ipſorum tempore, quo facta fuerunt, ut etiam tradit Valaſc. *de part. dict. cap.* 13. *n.* 115.

Hæc pro interim ſufficiant reſpectu collationis pretio emphyteuſis, quæ empta fuit, & reſpectu meliorationis, quæ in ea facta fuit; multa alia, quæ deſideras, tibi dabo, quando dicam *ad* §. 22. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 97. (Deo dante) ad illum enim locum pertinent variæ dubitationes, ſive reſolutiones, quas hîc non adducimus, & in illo loco tibi offerre licet, quod deſideras.

Prima concluſio, quæ ex hoc §. 69
2. deducitur, eſt, quod ſi emphyteuta non nominaverit emphyteuſim, nec relinquerit deſcendentem, vel aſcendentem inſtitutum hæredem, devolvatur ipſa ad dominum directum; quæ quidem concluſio eſt vera, & verus caſus, de quo loquitur Ordinatio in hoc §. 2. in principio, quia emphyteuta decedens

dens ſine deſcendente, vel aſcendente inſtituto hærede, quia nec eum inſtituit hæredem, nec eum habebat, devolvitur tunc emphyteuſis ad dominum directum.

70 Concluſio ſecunda: ſi emphyteuta non fecerit nominationem, nec hæredem inſtituit, tunc filius legitimus natu maior habebit emphyteuſim ipſam, & hoc deficiente, filia natu maior ſuccedit, & ſic deinceps; ſed exiſtente aliquo filio juniori, filia non ſuccedit, ſolum hæc capiet emphyteuſim ex defectu filii maſculi.

71 Sed quando in hac lege requiritur qualitas legitimitatis, ut ibi *filbo legitimo*, qualitas *ſexus*, & qualitas *gradus*, nec unum quidem verbum adjicitur, ex quo poſſit inferri qualitas hæredis ad ſuccedendum in emphyteuſi; & bene ſequitur in forma hujus legis filios non ſuccedere ex nominatione ficta, ſed ſolum ex vocatione domini, ut cum multis probat Cordeir. *dubit*. 23. *ex n.* 12.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta inſtituens deſcendentes, vel aſcendentes obſervabitur dictum in* §.2. *licèt tertia relinquatur alteri, qui deſcendens, nec aſcendens ſit.*

2 *Succedit filius maior in emphyteuſi, & alii nihil obtinent, remiſſivè.*

3 *Diſpoſitio iſtius* §. 3. *denegat deſcendentibus, quod extraneis concedit* §. 1.

4 *Filii ſuccedunt ab inteſtato ex vocatione concedentis, non ex tacita patris nominatione, remiſſivè.*

5 *Emphyteuta non nominante, ſi habeat filios, non finitur emphyteuſis, ſed in illa ſuccedit primogenitus vocatione concedentis.*

6 *In terminis* §. 3. *nominatio non fingitur ex hæredis inſtitutione, nec emphyteuſis extinguitur; inducitur verò in terminis* §. 1. *remiſſivè.*

7 *Ceſſat æquitas fingendi nominationem ſine neceſſitate, & æquitate.*

8 *Fictio non inducitur in alterius præjudicium, remiſſivè.*

9 *Legislator nominationem fingit in terminis* §. 1. *ne emphyteuſis finiretur, & n.* 10. *remiſſivè.*

11 *In terminis* §. 3. *non fingitur nominatio, ſed reducitur ab inteſtato.*

12 *Fictio non admittitur ſine æquitate, remiſſivè.*

13 *Nominati in terminis* §. 1. *habent portionem in emphyteuſis valore ſine domini præjudicio.*

14 *Emphyteuſis capitur à domino concedente, remiſſivè.*

15 *Traditur argumentum.*

16 *Reſponſio ad argumentum.*

17 *Lex non fingit nominationem abſque neceſſitate.*

18 *Diſpoſitum in* §. 3. *locum habet, quando pater de tertia diſpoſuit.*

19 *Inſtitutus in tertia defuncti cenſetur nominatus in emphyteuſi, & n.* 20. *remiſſivè.*

21 *Contrarium defenditur.*

22 *Non eſt hæres in ſolidum.*

23 *Reſponſio ex veriori ſententia traditur.*

24 *Ratio, quæ datur, ut inſtitutus in tertia non ſuccedat in emphyteuſi, quando eſt extraneus, datur etiam ſi relinquatur*

tur alicui de liberis, remiſſivè.

Dictio quamvis, vel etiam ſi, *quid? ibid.*

25 *Ceſſat æquitas fingendi nominationem in filio inſtituto univerſaliter, vel inſtituto in tertia.*

In uno, & altero caſu datur eadem diſpoſitio, remiſſivè, ibid.

26 *Caſus expreſſus in verbo* Poſto que.

27 *Occurrit legiſlator caſui magis dubitabili per verbum* Poſto que, *remiſſivè.*

28 *Nominatus quis cenſeatur, quando filius exhæredatur, & filia inſtituitur hæres univerſalis?*

29 *Filia inſtituta in ſolidum habetur pro nominata, remiſſivè.*

30 *Cenſetur magis dilecta, & ex præſumpto amore patris nominata.*

31 *Licèt filius exhæredatus in emphyteuſi ſuccedat.*

32 *Procedit quando non datur nominatio, & ex illius defectu petit emphyteuſim.*

33 *Filius non ſuccedit contra voluntatem patris, remiſſivè.*

34 *Contrarium pro filio traditur, & defenditur, remiſſivè.*

35 *Filius licèt exhæredatus impedimentum non habet ad ſuccedendum in emphyteuſi.*

36 *Res tradita melioranda pro filiis cenſetur conceſſa.*

Fæminæ induſtrioſæ non ſunt, & in ſua propria incommoda ruunt. ibid.

37 *Ordinatio pro filia pugnans non obſtat, remiſſivè.*

38 *Filius exhæredatus non ſuccedit in emphyteuſi hæreditaria, remiſſivè.*

39 *Succedit tunc filia inſtituta hæres, & non filius exhæredatus.*

40 *Filius minor quando eſt primus vocatus, ſuccedit in emphyteuſi, primogenito excluſo.*

41 *Sed contrarium ſuadetur, remiſſivè.*

42 *Fictio nominationis ſine lege non admittitur, remiſſivè.*

Dicitur in hoc textu, quòd ſi 1
emphyteuta fecerit teſtamentum, & inſtituerit ejus deſcendentes, aut aſcendentes in hæreditate, obſervabitur quod diximus in §. 2. prout quando emphyteuta ab inteſtato decedit, licèt in prædicto teſtamento alteri ſuorum bonorum tertiam relinquat, qui non ſit deſcendens, nec aſcendens, utroque caſu legiſlator decidit ſucceſſionem emphyteuſis devolvi eodem modo, quo devolvitur ab inteſtato, ut ex textu colligitur.

Succedit tunc in emphyteuſi fi- 2
lius natu maior, & cæteri filii inſtituti nec æqualiter, nec proportione hæreditaria aliquid de emphyteuſi obtinebunt, ſicut obtinent hæredes extranei inſtituti in terminis, §. 1. ut diximus, quando potius contrarium ſuadebat ratio juris communis, ſecundum quod ſucceſſio deſcendentium multo favorabilior eſt per *text in l. cum ratio naturalis, ff. de bon. damnat.* & arguit Cald. *de nominat. quæſt.* 11. *n.* 4.

Diſpoſitio hujus §. 3. omnino de- 3
negat deſcendentibus illud ipſum, quod in §. 1. concedit extraneis hæredibus; quapropter Cald. *dict. q.* 11. *n.* 4. illam vocat nimis duram, rigoroſam, & aſperam, nullamque aſſignari rationem differentiæ, ut ipſe fatetur *n.* 9.

Sed relictis rationibus differen- 4
tiæ, quas ipſe Cald. cogitavit ex *n.* 5. veram rationem differentiæ, & concludenter aſſignabis, ſi ſententiam non deſpexeris affirmantem fi-

lios, & deſcendentes ſuccedere in emphyteuſi ab inteſtato, non ex tacita nominatione patris emphyteutæ, ſed ſuccedere ex ipſa vocatione domini concedentis, & ex contractu primi ſtipulantis, quam ſententiam optimè probat Cordeir. *dubit.* 23. ex *n.* 22. & ad contraria reſpondet ex *n.* 50.

5 Quia ex eo, quod emphyteuta habet filios, licèt in emphyteuſi nullam nominationem faciat, nec ex inſtitutione ficta præſumatur, filius ſucceſſurus erit natu maior in forma *Ord* §. 2. *hoc tit.* ſed hoc non ex aliqua nominatione ficta; ſed ex vi contractus, & vocatione domini concedentis, nec emphyteuſis finitur, nec devolvitur ad dominum, exiſtentibus filiis, qua ſemper ex illis primogenitus ſuccedit, ut patet ex *dict.* §. 2. per vocationem domini, ut ibi diximus.

6 Ergo in terminis hujus §. 3. non debuerat legislator fingere nominationem ex actu inſtitutionis, ubi per exiſtentiam deſcendentium nunquam emphyteuſis extingueretur; in terminis verò, & in forma *Ord. dict.* §. 1. ideo legislator fingit nominationem ex actu inſtitutionis hæredum; ne emphyteuſis extinguatur contra mentem emphyteutæ hæredes inſtituentis, & pro hæredibus ſtipulantis in primo contractu, ut per *text. in l.* 9. *ff. de probat.* Cald. *de nominat. quæſt.* 13. *n.* 38. *verſic. ne emphyteuſis extinguatur*, tradit Cordeir. *dubit.* 24. *n.* 47.

7 In forma verò hujus §. 3. deficit tota ratio inducendi nominationem fictam, quæ ex inſtitutione hæredum deſcendentium, vel aſcendentium deducitur, quando nullatenus emphyteuſis finienda erit, nec devolvenda; namque deſcendens erit ſucceſſurus, ceſſatque omnino æquitas fingendi nominationem ex inſtitutione, quando emphyteuſis non finitur, ac per conſequens ceſſare debuerat in terminis hujus §. 3. fictio aliqua ſine neceſſitate, & æquitate ex *text. in l. nec ei*, §. *Et primum*, *ff. de adopt.* cum multis Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 23. *ſub n.* 79.

Reſultaret imò iniquitas, ſi 8
filiis inſtitutis in hæreditate, ſine nominatione expreſſa in terminis hujus §. 3. legislator induceret nominationem fictam, quando emphyteuſis non finiretur; nam filius primogenitus vocatus à jure, & à domino concedente, ut ſupra diximus, teneretur ſolvere penſiones emphyteuticas fratribus ex illo ſolo fundamento, quod eos legislator fingiſſet nominatos per inſtitutionem hæreditatis, quando in hoc caſu nulla eſt neceſſitas inducendi illam fictionem.

Et propter hoc præjudicium erga primogenitum non debuerat legislator fingere nominationem ex illa inſtitutione; quia cum alterius præjudicio non ſolet fictionem inducere. Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 23. *n.* 87 Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 7. Giurb. *in conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 1 *gloſ.* 4. *p.* 1. *n.* 108.

At in terminis, de quibus in *dict.* 9
§. 1. extranei hæredes inſtituuntur; ideo legislator ibi fingit nominatos, qui inſtituti inveniuntur, quia poſtulabat æquitas, ut haberentur pro nominatis in emphyteuſi illi, qui ſunt inſtituti, ne ſcilicet ex defectu deſcendentium, vel aſcendentium, emphyteuſis finiretur, ut dictum manet. Cald. *de nominat q.* 13. *n.* 38.

Confirmatur hoc ex verbis ipſa- 10
rum legum; quia in §. 1. ubi extranei inveniuntur hæredes inſtituti, oſtendit eos legislator per fictionem cenſeri nominatos, ut demonſtra-

ſtratur ex verbis: *E ficando no teſtamento do foreiro muitos herdeiros eſtranhos, que naõ ſejaõ aſcendentes, ou deſcendentes, todos ſe entendem ſer nomeados ao foro.*

11 In §. verò 3. in quo deſcendentes inveniuntur inſtituti hæredes, nullum apparet verbum, ex quo inferri poſſit legislatorem induxiſſe nominationem fictam, ſed imò potius ex diverſo modo reducit legislator caſum nominationis ab inteſtato, ut demonſtratur ex verbis ibi: *E ſe o foreiro fazendo teſtamento inſtituir ſeus deſcendentes, ou aſcendentes, ſe terá a maneira acima dita, quando morre ab inteſtado.* Ac ſi nulla adeſſet emphyteuſis nominatio; ideoque legislator jubet obſervari diſpoſitionem ſucceſſionis ab inteſtato, de qua ſuprà in *dict.* §. 2. ubi non ſucceditur ex fictione, nec ex præſumpta nominatione emphyteutæ, ſed tantummodo ex ſola vocatione domini concedentis, ut dixi ad dictum §. 2.

12 Unde ideo in *dict.* §. 1. inducitur nominatio ficta ex inſtitutione, quia poſtulabat æquitas, quòd ceſſante utroque domini præjudicio, induceretur, & fingeretur nominatio, ne extingueretur emphyteuſis; in terminis verò §. 3. ceſſabat æquitas, ut induceretur nominatio ficta, quando filius primogenitus vocatur à jure, & domino concedente virtute contractus, ex quo nunquam emphyteuſis extingueretur.

Ubi enim ceſſat æquitas, non admittitur fictio. Arouc. *alleg.* 2. *n.* 26. Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jur.* 2. *p. cap.* 13. *clauſul.* 15. *n.* 13. *&* 15 tradit cum multis Begnudel. *tom.* 2. *verbo Fictio*, *n.* 6.

13 In §. 1. datur nominatio, licèt ficta à legislatore; idcirco omnes nominati habent portionem in ipſa emphyteuſi, ſive ejus valore, excluſo domini præjudicio in totum, ut verificatur ex fine verborum ipſius textus.

Sed in hoc §. 3. nulla datur nominatio; quia lex non fingit nominationem ibi ex defectu neceſſitatis, & æquitate; quapropter nullus filiorum, qui inſtituti ſunt, habet jus in emphyteuſi ex nominatione, quæ non datur, nec fingitur. Nec deinde aliquis jus habet ex illa inſtitutione, quia ipſe ſine fictione non comprehendit emphyteuſim, quæ non eſt hæreditas, ſed tantummodo eſt res, quæ capitur à domino concedente. Per. *decis.* 25. *n.* 9. Valaſc. *conſ.* 61. *n.* 11. cum multis tradit Carvalh. *in cap. Rainald.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 175. *verſic. Ducuntur.* 14

Neque obſtabit, ſi dicas, quòd etiam in terminis, in quibus legislator in *dict.* §. 2. *in principio* poſtulabat æquitas, ut fingeretur nominatio, ſcilicet in perſona venientis ab inteſtato, ne emphyteuſis extingueretur, quando pro hoc urgent fundamenta plurima, ut latè Cald. *de nominat. q.* 7. *n.* 47. *cum ſeqq.* ſed contrarium videmus deciſum in verbis ibi: *E finando ſe o foreiro ab inteſtado naõ nomeando alguma peſſoa ao foro, e ſem herdeiro deſcendente, ou aſcendente, fique o foro devoluto ao Senhorio.* 15

Reſpondetur namque ibi non inveniri factum aliquod, ex quo inferri poſſit ad nominationem, vel illam fingere, ſicut invenitur in terminis, de quibus in hoc *tit. in principio*, & in §. 1. ubi invenitur teſtamentum, & inſtitutio. 16

Et licèt in terminis *dict.* §. 3. inveniretur factum inſtitutionis, ex quo ad fictionem nominationis inferri poſſit, quia ceſſavit æquitas, extantibus filiis, non fineretur emphyteuſis; quapropter non admittitur 17

titur fictio: neque aliis filiis inſtitutis fit injuria, quia non inveniuntur nominati, utpote quia pater nominationem non fecit, & ſine neceſſitate eam non fingit lex, ut cum DD. ſuprà citatis.

18 Hocque, quod dictum eſt ſuprà in hoc §. 3. ubi legislator jubet obſervari diſpoſitionem tanquam ab inteſtato, ut ſcilicet ſuccedat primogenitus, ſive filius natu maior eodem modo, de quo in §. 2. procedit etiam quando pater emphyteuta filios inſtituendo diſpoſuit de tertia, ut demonſtratur ex verbis: *Poſto que no dito teſtamento deixe ſua terça a outra peſſoa*; de quo Cald. *de nominat. quæſt.* 11. *ex n.* 16.

19 Unde ſi admittamus, quòd emphyteuta teſtator tertiam relinquat titulo inſtitutionis, quod facere poteſt, ut ipſe fatetur Cald *dict. q.* 11. *n.* 17. Valaſc. *de part. cap.* 19. *n.* 13. videbatur dicendum ſic inſtitutum in tertia defuncti emphyteutæ cenſeri nominatum in emphyteuſi, quia nempe ipſe teſtator alia bona non habebat plusquam tertiam; cæteraque bona debita ſunt filiis ex Valaſc. *ſuprà n.* 1. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 82.

20 Ideoque honorato, & inſtituto in tertia tanquam magis dilecto, debuerat adjudicari emphyteuſis, ſicut dicitur de hærede inſtituto in ſolidum, de quo in principio hujus tituli, & proſequitur ſuprà Cald. *dict. quæſt.* 11. *n.* 16. *&* 17.

21 Et cùm legislator in hoc §. 3. contrarium diſponat, ut verificatur ex verbis ſupra poſitis; reſpondet Cald. ipſe *dict. quæſt.* 11. *n.* 17. inſtitutum in tertia legatarii loco haberi, quia habet in terminis illius, §. deſcendentes inſtitutos univerſales ex *text. in l.* 1. §. *ſi in fundo*, *ff. de hæred. inſtit.* ſicut dixerat, *quæſt* 9. *n.* 5. *&* 10. tradit etiam Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 43. *in fin.* ideo inſtitutus in tertia bonorum non cenſetur nominatus in emphyteuſi, ſed habetur loco legatarii

22 Hæcque ratio decidendi, quam exponit Cald. *dict. n.* 17. optime oſtendit fundamentum, per quod inſtitutus in tertia bonorum non cenſetur nominatus in emphyteuſi, utpote quia non eſt hæres in ſolidum, ſicut ille, de quo legislator in principio hujus tituli.

Sed licèt Cald. *ubi ſuprà* optimè oſtendat inſtitutum in tertia non cenſeri nominatum in emphyteuſi, non oſtendit tamen quare non cenſeatur nominatus talis inſtitutus, quia cenſetur magis dilectus, & honoratus, & qui eſt inſtitutus in ſolidum in bonis emphyteutæ, quæ ſolam tertiam partem comprehendebant, ut dicebat *dict. quæſt.* 11. *n.* 16.

23 Sed melius reſpondendum videtur ex veriori ſententia, de qua ſuprà, ubi ſæpe ſæpius diximus in terminis hujus §. 3. de quo hîc eſt ſermo, emphyteuta habet deſcendentem, qui ex vocatione domini concedentis ſemper erit ſucceſſurus, & non datur æquitas, neque neceſſitas, ut legislator ex aliqua inſtitutione fingat nominationem, quando emphyteuſis non extinguitur, exiſtente filio, qui ſuccedit, ut dictum eſt.

24 Quod dictum eſt ſuprà de emphyteuta, qui relinquit tertiam alicui extraneo, quin per hoc ſuccedat in emphyteuſi, ſed filius vocatus à domino concedente, dicendum eſt in caſu, quo relinquat tertiam alicui de liberis licèt juniori, quia in utroque caſu datur eadem ratio; loquiturque legislator per verbum *Poſto que*, quod ex ſui natura comprehendit caſum minus dubium, quem ſupponit, & explicat

plicat alium magis dubitabilem. Gutierr. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 80. *n.* 8. *&* *lib.* 3. *quæſt.* 33. *n.* 13. Hermoſilh. *l.* 42. *gloſ.* 4. *n.* 5. *tit.* 5. *p.* 5. Auguſt. Barb. *dict.* 304. *n.* 2.

Hæc enim eſt natura dictionis *quamvis*, vel *etiam ſi*, ut præter ſupra dicta tradunt Reinoſ. *obſerv.* 61. *n.* 11. §. 7. *reformat. juſt. n.* 66.

25 Datur enim eadem ratio decidendi, quando filius inſtituitur univerſaliter, atque quando in tertia inſtituitur; namque in quibuſcumque terminis iſtis ſemper ceſſat æquitas, & non datur neceſſitas fingendi nominationem ex inſtitutione, quando adeſt filius vocatus à domino concedente, ac per conſequens datur eadem diſpoſitio in uno, & altero caſu; *text. in l. illud*, *ff. ad l. Aquil.* Portug. 2.*p. cap.* 10. *n.* 110 *&* 112. quia diſpoſitio una, & eadem non debet diverſo jure cenſeri. Barb. *axiom. jur. lit.* D. *n.* 121.

26 Caſus magis dubitabilis, quem legislator expreſſit in verbo *Poſto que*, eſt quando extraneus, qui non eſt deſcendens, inſtituitur in tertia: utrùm ſcilicet cenſeretur in emphyteuſi nominatus? quia decreverat legislator in principio hujus tituli, quòd inſtitutus in ſolidum nominatus cenſeretur, & cum inſtitutus in tertia dici poſſit in ſolidum inſtitutus, pater enim inſtituens illum, alia non habebat bona, quia cætera alia dicuntur legitimæ filiorum, & in hoc verſabatur dubitandi ratio, prout notavit Cald. *de nominat. q.* 11. *n.* 16.

27 Quapropter huic magis dubitabili caſui occurruit legislator in hoc §. 3. ex verbo *Poſto que*, decernens nempe non habere locum fictam nominationem deſumptam ex inſtitutione; quia licèt dici poſſet aliquo modo inſtitutum in tertia eſſe inſtitutum *in ſolidum*; ceſſabat attamen æquitas, & neceſſitas nominationem fingendi, quando exiſtente filio, qui ſucceſſurus eſt ex domini vocatione, emphyteuſis non extingueretur, ut ſæpe ſæpius diximus.

Quæritur hîc: utrùm quando emphyteuta filium natu maiorem legitimæ exhæredavit propter aliquam ex cauſis contentis in *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 88. & filiam inſtituit hæredem in ſolidum, excluſo maſculo primogenito, & in eodem teſtamento nullam emphyteuſis nominationem fecit, nec nominavit, quiſnam eorum ſucceſſurus eſt in emphyteuſim? Filius exhæredatus, quia primogenitus; an filia, quia hæres univerſalis inſtituta? 28

Stat primò pro filia *Ord. hoc tit. in fine princip.* ubi hæres inſtitutus *in ſolidum* habetur pro nominato, ut diximus, & patet ex verbis ipſius *Ord. Se o que a ſi tomar a poſſeſſaõ do foro antes de ſua morte fizer teſtamento, em que deixe certo herdeiro em ſeus bens in ſolidum, naõ nomeando certa peſſoa ao foro, o que ficar herdeiro na herança do defunto fica nomeado ao foro*; ex quibus verbis ſatis colligitur, quòd hæres inſtitutus *in ſolidum* in bonis defuncti pro nominato habetur in emphyteuſi, ſine alia nominatione. 29

Stat ſecundo pro filia in caſu, de quo ſupra, cum ſit in omnibus inſtituta, & honorata, magis dilecta cenſetur, quàm filius exhæredatus, & exoſus; ac proinde cenſeri debet nominata in emphyteuſi ex præſumpto amore patris emphyteutæ ad illa quæ Cald. *de nominat. quæſt.* 11. *n.* 16. *&* 17. & pater emphyteuta ſi interrogaretur, ita reſponderet. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. cap.* 15. *n.* 11. Cald. *de nominat. quæſt.* 12. & eſt argumentum regulare 30

lare Ægid. *ad l.* 1. *cod. de ſacroſ. Eccleſ.* 1. *p. in initio*, *n.* 36. *verſic. ſed ego.* Portug. 2. *p. cap.* 11. *n.* 88.

31 Stat tertiò pro filia, quod licèt filius exhæredatus poſſit in emphyteuſi ſuccedere, ut tenent Peg. *for. cap.* 28. *n.* 96. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 45. quamvis illum tanquam incapacem, & inhabilem excludat Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 51.

32 Procedit hoc, quando nulla alia datur nominatio, *ſed ipſe filius* exhæredatus emphyteuſim petit ex defectu nominationis, quam ſupponimus non feciſſe patrem emphyteutam, qui filiam inſtituit, & filium exhæredavit.

33 *In* caſu verò noſtro datur nominatio emphyteutæ per inſtitutionem hæredis univerſalis, ut patet ex *Ord. in princip.* hujus tit., contra namque nominationem emphyteutæ, filius non poteſt ſuccedere, qui contra ſe habet voluntatem expreſſam patris per illam inſtitutionem univerſalem.

34 Sed pro filio ſtat urgentius, quòd licet pater in teſtamento deſcendentem filiam inſtituiſſet, ex hoc deduci non poteſt ad nominationem fictam, ſed decidere debemus caſum ab inteſtato, ut patet ex textu in hoc §. 3. lex nominationem non fingit ex inſtitutione deſcendentium; nunquam enim filiis exiſtentibus emphyteuſis extingueretur, ut ſæpe ſæpius diximus.

35 Et cum filius propter exhæredationem non habeat impedimentum juris, ut cum *Doctorib.* ſupra, optime jure, & ratione ſuccedit in hoc caſu filius primogenitus, quando non datur nominatio emphyteuſis expreſſa; pater enim cum poſſet, non nominavit; neque etiam datur nominatio ficta ex illa inſtitutione hæredis univerſalis, quia legiſlator in hoc §. 3. non fingit nominationem in tali caſu, daturque pro filio maſculo vocatio domini, ex qua ſuccedit, non verò ex nominatione præſumpta, quæ hîc non admittitur, ut dictum eſt.

In propoſitis terminis pro filio 36
datur conjecturata concedentis voluntas, qui quando res tradit meliorandas, potius cenſetur conceſſiſſe pro maſculo, qui aptior eſt à communiter accidentibus ad intentum prædictum domini concedentis, quàm pro fæminis, quæ communiter induſtrioſæ non ſunt, imò potius in ſua propria incommoda laborent, & ruant Gabr. Per. *deciſ.* 77. *n.* 5. Mor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap* 8. *n.* 15. & ex hac ratione, & utilitate domini cenſendus eſt primò pro maſculis conceſſiſſe, ſicut in feudis propter ſervitium ex illis, quæ Cald. *de poteſt. elig. cap.* 11. *n. fin.*

Non obſtat *Ord. hoc tit. in prin-* 37
cipio pro filia pugnans in ſolidum inſtituta, quæ procedit quando extraneus inſtituitur, & non quando deſcendens inſtituitur, ut optime expreſſit legiſlator in §. 1. hujus tituli, & in hoc §. 3. de quo hîc tractamus; non obſtat etiam ſententia, quam ſequitur Cald. *de nominat. quæſt.* 12 *à n.* 51. in qua tenet filium exhæredatum eſſe inhabilem ad ſuccedendum in emphyteuſi, quia hæres non eſt Reſpondetur namque veriorem eſſe ſententiam contrariam, quam defendimus.

Reſolutio prædicta limitatur, 38
quando emphyteuſis eſt hæreditaria; tunc enim filius exhæredatus in illa ſuccedere non poteſt ſine qualitate hæredis. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 45. tradit etiam cum Cald. *de poteſt. elig. cap.* 17. *n.* 42. Peg. *for. cap.* 9. *n.* 27. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. cap.* 8. *n.* 23. *&* 24. *lib.* 2.

Quò in caſu filia inſtituta in 39
hæ-

hæreditate ſuccedere debet in emphyteuſi; ſed non ex eo quod ſit inſtituta, & per conſequens ſit nominata; namque ſcilicet inſtitutis deſcendentibus, nunquam fingit lex nominationem, ut probatur ex hoc §. 3. & dictum eſt ſuprà; ſed ex eo ſuccedere debet, quia nominatio emphyteuſis in iſtis terminis devolvitur ab inteſtato, ut hîc exprimitur à legislatore in §. 3. & venit ſucceſſura filia, quæ hæredis qualitatem habet ex §. 2. hoc tit. & non filius exhæredatus, qui ſuccedere non poteſt, ut diximus proxime cum *Doctorib.* citatis ſuprà proxime n. 38.

40 Quid autem dicendum ſit, quando ſcilicet pater emphyteuta inſtituit filios non modo collectivè, ſed per ordinem, & nominatim, v. g. hæredes inſtituendo Franciſcum, & Joannem primogenitum; in quibus terminis. Cald. *de nominat. quæſt.* 11. *n.* 11. aſſerit fore ſucceſſurum natu minorem, primogenito excluſo, utpote quia primus vocatus magis dilectus cenſetur ab ordine literæ, ſumpto argumento, ut ipſe Cald. *quæſt.* 10. *n.* 38. *&* 40. ubi in fine judicatum tradit Cordeir. *dubit.* 24. §. 12. *n.* 116. & quod ita veniat intelligenda *Ord. hoc tit.* 36. §. 3. *in dict. quæſt.* 11. *n.* 11. Cald. ipſe aſſerit.

41 Contrarium namque tenendum eſt ex intelligentia vera, & genuina hujus *tit. dict.* §. 3. ex ſuprà dictis; quia ſcilicet cum in propoſito pater emphyteuta filios inſtituit hæredes, & illos habebat, non fingit legislator ullam nominationem ex inſtitutione in hoc §. 3. quia adſunt filii, qui ſucceſſuri ſunt ex vocatione domini, & virtute contractus, ideoque non datur neceſſitas inducendi fictionem, ſive nominationem fictam, utpote quia emphyteuſis non extinguitur, ut oſtendimus ſuprà.

Lex enim non diſtinguit inter modos inſtituendi, nec Cald. *ſuprà* diſtinguere debuerat, nec fictionem nominationis admittere ſine lege, quæ ſolùm fingere poteſt, quod non facit in iſtis terminis; *l. ſi forte, ff. de caſtrenſ. pecul.* Valenzuel. cum multis, *tom.* 1. *conſ.* 97. *n.* 61. ubi quod fictio introduci non poteſt ab homine, ſed à lege Giurb. *deciſ.* 85. *n.* 4. 42

Ad §. IV

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuſim non habebit aſcendens, exiſtente aliquo de linea deſcendente, remiſſivè.*

2 *Filius naturalis patris nobilis ſuccedit in emphyteuſi ab inteſtato ex defectu deſcendentis, omiſſo aſcendente.*

3 *Legislator legitimis æquavit naturales ſecundum jus naturale.*

4 *Non excluditur ab emphyteuſi, nec in illo deficit ratio filiationis, remiſſivè.*

5 *Præfertur aſcendentibus ratione filii ad ſucceſſionem emphyteuſis.*

6 *Non accipit emphyteuſim à patre, ſed à domino, remiſſivè.*

7 *Non excluditur ab emphyteuſi; ſed à legislatore vocatur.*

8 *Filii habent jus quæſitum, quando pater non nominavit, in quo legislatores præjudicare non poſſunt.*

9 *Naturalis in emphyteuſi ſuccedit pro ſe, & filiis conceſſa.*

10 *Lex quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

11 *Loquens generaliter, generaliter intelligi debet.*

12 *Comprehendit emphyteuſim tam liberæ nominationis, quàm pro ſe, & filiis, & in utraque naturalis ſuccedit, remiſſivè.*
13 *Succedit in emphyteuſi pro ſe, & filiis, non extantibus legitimis, ex veriori ſententia.*
14 *Erubeſcimus quando loquimur ſine lege, & qui loquuntur ſine lege non audiuntur.*
15 *Non adeſt lex, quæ excludat naturales ab emphyteuſi ex defectu legitimorum.*
16 *Succedere poteſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, remiſſivè.*
17 *Res veniens ad judicium ſeculare, quamvis Eccleſiaſtica ſit, debet determinari juxta ſtylum, & practicam, in quo agitur cauſa.*
18 *Perſonæ Eccleſiaſticæ in ſuis contractibus videntur ſe conformare cum legibus Regni, in quo habitant.*
19 *Naturales inhabiles non ſunt inhabiles ad ſuccedendum in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
20 *Dominium utile pertinet ad emphyteutam; & in hoc obſervandum jus ſeculare, licèt emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica.*
21 *Totum pertinet ad judicium ſeculare.*
22 *Laicus ſuper dominio utili conventus, in judicio ſeculari cauſa agitanda eſt.*
Eſt mere laicum, & profanum ſubjectum ſtatutis, & legibus Principum ſecularium, ibid.
23 *Senatus admittit naturales ad emphyteuſim Eccleſiaſticam.*
24 *Idem procedit in filio naturali patris plebei, remiſſivè.*
25 *Filius naturalis patris nobilis non ſuccedit in emphyteuſi hæreditaria.*
26 *Limitatur in legitimato ſuccedenti ab inteſtato in bonis patris.*
27 *An naturalis ſuccedat in maioratu? & n. 28.*
29 *Spurius non ſuccedit in emphyteuſi, niſi legitimatus; & qui poſſit ſuccedere ab inteſtato.*
30 *Quis dicatur naturalis?*
31 *Qui ſpurius, & ex coitu damnato?*
32 *Natus ex virgine ſtuprum paſſa, ſeu deflorata, an ſit naturalis?*
33 *Quid ſi inter conceptionem, & partum impedimentum abſit, remiſſivè.*
34 *Tempus nativitatis attenditur filiis favorabile, remiſſivè.*
35 *Quid de nato ex muliere uxorata putante maritum mortuum?*
36 *Quid de filio ex matrimonio contracto inter eos, qui exiſtimabant non eſſe impedimentum, remiſſivè.*
37 *Spurius requirit legitimationem, ut poſſit ſuccedere in emphyteuſi; aliàs eſt incapax ſuccedendi patri.*
38 *Poteſt capere à quocumque alio, reſpectu cujus non eſt ſpurius.*
Incapacitas ſolùm nititur reſpectu parentum, non aliorum, ibid.
39 *Nullum habet juris impedimentum ad ſuccedendum in emphyteuſi, quam capit à domino.*
40 *In hoc caſu ſuperfluè requirit Ord. Principis legitimationem, remiſſivè*
41 *Juri quæſito non ſolet Princeps præjudicare.*
42 *De jure ordinario non poteſt per legem generalem, nec reſcriptum tollere jus quæſitum tertio.*
43 *Conceſſio emphyteutica pro filiis ſtipulantium intelligitur,*

licèt in inveſtitura de illis non fiat mentio.

44 *Qui de jure dicitur filius, ſuccedit in emphyteuſi, & pro filiis ſecundum leges Regni judicari debet.*

45 *Spurius ſecundum jus civile, appellatione filiorum non venit, ſecundum jus Regni vere filius vocatur, ſi ſit legitimatus.*

46 *Spurii ſuccedunt, in quibus vere filii ſuccedunt.*

47 *Poſt legitimationem filii dicuntur, licèt antea filii non dicerentur.*

48 *Reſponſio ad contraria.*

49 *Reſponſio altera, remiſſivè.*

50 *Spurius legitimatus emphyteuſim capit ab inteſtato, & manet habilis ad ſuccedendum tam in emphyteuſi, quàm in hæreditate patris.*

51 *Diſpoſitio in §. fin. an habeat locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica, remiſſivè.*

52 *Spurius, ſive illegitimus legitimatus non ſuccedit in emphyteuſi, quando in inveſtitura fuerit expreſſum, remiſſivè.*

53 *Utile dominium eſt quid profanum ſubjectum diſpoſitioni juris civilis, remiſſivè.*

54 *Nullum jus canonicum adeſt requirens diſpenſationem, ut filius ſpurius ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

55 *Spurius legitimatus ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, remiſſive.*

1 Dicitur in hac lege omnia ſuprà dicta de filiis, & nepotibus per lineam deſcendentem locum habere, & obſervari in illis, qui adſunt de linea aſcendente, ſcilicet in patre, & matre &c. ſed dum extiterit aliquis de linea deſcendentis, aſcendens emphyteuſim non habebit, ut patet ex verbis: *porque em quanto houver deſcendente, naõ haverá o foro aſcendente.*

2 Filius naturalis patris nobilis decedentis ab inteſtato, nullo relicto deſcendente legitimo, ſuccedit in emphyteuſi, omiſſo aſcendente, ut ſtatuitur in hac lege. Cald. *de nominat. quæſt.* 21. Cordeir. *dubit.* 22. *&* 25. decedenteque patre emphyteuta ſine deſcendente legitimo, capiet emphyteuſim filius naturalis, quamvis pater ejus ſit nobilis, excluſo aſcendente.

3 Æquavit in hoc caſu legiſlator noſter filios naturales legitimis, ſequendo ita jus naturale primævum; tradunt Cald. *in l. ſi curatorem*, verbo *ſine curatore*, *n.* 94. Cabed *deciſ.* 100. *n.* 11. Per. *deciſ* 12. *n.* 1. *in fin.* Cordeir. *dubit.* 11. *n.* 31. *& dubit.* 12. *n.* 56. *&* 57.

4 Eſſet enim iniquum excludere filios naturales à ſucceſſione emphyteuſis, quando illis nec deficit ratio filiationis. Valaſc. *de part. cap.* 13. *n.* 171. *&* 173. Reinoſ. *obſerv.* 53. *n.* 10. *&* 11. Nec etiam de illis deeſſe præſumendum erat domini concedentis voluntatem, quando non exiſtit filius legitimus, ut in hac lege. Cald. *for. lib.* 2. *quæſt* 38. *n.* 17. *&* 19. Et ex his rationibus admittitur filius naturalis ad ſuccedendum in emphyteuſi, quando non exiſtit filius legitimus.

5 Quapropter cùm legiſlator filios naturales æquaverit filiis legitimis quoad ſucceſſionem, non eſt mirum, quòd ſicut legitimus, ſi exiſteret, excluderet aſcendentes à ſucceſſione emphyteuſis, ita illos excludit naturalis filius, qui etiam eſt filius in emphyteuſi ſucceſſibilis, præferturque aſcendentibus ex ſola ratione filii per ea, quæ tradit Cald. *de nominat. quæſt.* 12. *n.* 55. *&* 56.

6 Neque obſtat, quòd filius naturalis patris nobilis non poſſit ſuccedere

cedere in hæreditate ipſius patris, neque ad partitionem cum filiis legitimis admittatur ex *Ord. hoc. lib. 4 tit.* 92. § 1. quia reſpondetur primò, quod filius non accipit emphyteuſim à patre nobili ab inteſtato decedente, ſed eam accipit à domino directo, ut eſt regulare in materia emphyteutica, ut tradunt Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam. p. 4 cap. 1. n. 175. verſic. Ducuntur.* Cald. *de nominat. quæſt.* 10. *n. 3.*

7 Et cum bona emphyteutica non accipiantur à patre, nec ſint ipſius patris, nec à Majoribus provenientia, ſed à domino concedente, non poſſumus dicere, quòd nobilitas domini coinquinatur per emphyteutam naturalem, nec quod parentum nobilitas per ſucceſſionem emphyteuſis coinquinetur; filius enim naturalis non excluditur à ſucceſſione emphyteuſis, ſed imò potius vocatur à legiſlatore, deficiente filio legitimo, ut patet ex hoc §. 4.

Reſpondetur ſecundò, quòd non nominante patre ad emphyteuſis ſucceſſionem, dicitur quæſitum jus filiis, namque à domino cenſentur in primis vocati. Cald. 2. *for. quæſt.* 38. *n.* 17. & huic juri quæſito noluit legiſlator præjudicare, quando naturales æquavit legitimis; legiſlatores enim præjudicare non ſolent juri quæſito *ex l.* 2. § *merito, & §. ſiquis à Principe, ff. ne quid in loco publico*; tradit Cordeir. *dubit.* 20. *n.* 20.

Dubium eſt, utrùm naturales filii ſuccedere poſſint in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filiis, in quo caſu duplex datur ſententia, negativa una, affirmativa alia & licèt pro negativa me torqueant magna fundamenta; attamen affirmativam ſententiam amplector; quoniam in hoc §. 4. non invenitur aliquod verbum, quod me ducere poſſit ad dicendum, quòd filius naturalis non ſit ſucceſſibilis in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filiis: ergo filius naturalis poteſt ſuccedere in emphyteuſi accepta pro filiis, deficientibus legitimis.

10 Non facit legiſlator diſtinctionem inter emphyteuſim liberæ nominationis, vel emphyteuſis pro filiis conceſſæ, & quando lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; *l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. Præſes, ff. de offic. Præſid. l.* 2. § *convenire, ff. de Judic.* tradit cum multis juribus Auguſt. Barb. *axiom.* 136. *n* 4.

11 Loquitur legiſlator in hoc §. 4. generaliter, quod ſufficit, ut comprehendat emphyteuſim etiam conceſſam pro ſe, & filiis; lex enim generaliter loquens, generaliter intelligi debet; *ex l de pretio, ff. de public. in rem act. l.* 1. §. *generaliter, ff. de legat. præſtant.* cum aliis multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 1.

12 Ex quibus rationibus legiſlator in præſenti comprehendit utramque emphyteuſim tam liberæ nominationis, quàm acceptam pro ſe, & filiis; ac proinde in illa filius naturalis etiam patris nobilis ſuccedere ſine dubio poteſt; non habemus enim Regiam limitationem, quæ illum excludat à ſucceſſione emphyteuſis pro filiis acceptæ; ideo ſtandum erit Regiæ *Ord. dict. tit.* 92. *& hoc.* §. 4. quæ illum vocat generaliter, excepta ſucceſſione patris nobilis, qualis non eſt emphyteutica res, in qua non patri, ſed domino concedenri ſucceditur, ut dictum eſt ſuprà, & probant Valaſc. *conſ.* 61. *n.* 11. Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 175.

13 Hanc ſententiam affirmativam defendit Cordeir. *dub.* 27. *ex n.* 25. ubi firmiter tenet filios naturales ſuc-

cedere

cedere in emphyteuſi accepta pro ſe, & filiis, quando non extiterint filii legitimi; quod nos dicimus ex verbis generalibus hujus §. 4. quæ me non ducunt in aliam partem, & fundamentis ſententiæ negativæ ſatis reſpondet Cordeir. *ſupra ex n.* 31. quem conſule.

14 Unde DD. qui tenent contrariam opinionem audiendi non ſunt, quia ſine lege loquuntur, & melius feciſſent, ſi non loquerentur: erubeſcimus cum ſine lege loquimur ex *l illam, cod. de collat.* Barb. *axiom. jur. lit.* E *n* 60. *&* 63. Auguſt. Barb. *axiom.* 83. *n* 1. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap* 15. *ſub n.* 3. Cordeir. *dubit.* 10. *n.* 58. *& dubit.* 13. *n.* 18.

15 Et cùm habeamus legem in hoc §. 4. quæ expreſsè admittit ad ſucceſſionem emphyteuſis filios naturales ex defectu legitimorum, excluſo aſcendente, ideo dicendum ſine dubio ſucceſſuros fore in emphyteuſi accepta pro ſe, & filiis, ex eo quod non apparet lex, quæ illos ab hac ſucceſſione excludat.

16 Sed magis dubium eſt, an filii naturales ſuccedere poſſint in emphyteuſi Eccleſiaſtica in terminis hujus §. 4. Et licèt DD. inter ſe diſcordent, attamen contrarium tenendum eſt, ſcilicet filios naturales ſuccedere poſſe in emphyteuſi Eccleſiaſtica: probant hanc ſententiam Gam. *deciſ.* 2. *n.* 5. *& deciſ.* 149. *n* 6. *& deciſ.* 387. *n.* 7. Phœb. 2. *p. deciſ.* 160. *n.* 12. Oliv. *de for. Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 32. *n.* 62. Et hæc ſententia in hoc Regno ſæpius practicatur, & obſervatur in praxi, & per illam multoties Senatus judicavit; & ſecundum hanc conſuetudinem judicandi tenentur judices in hoc Regno judicare. *Ord. lib.* 3. *tit.* 64. Phœb. *ſuprà n.* 14.

17 Quotieſcumque enim res venit competenter ad judicium ſeculare decidi, & determinari debet juxta ſtylum, & practicam, in quo cauſa agitatur, quamvis profana ſit, vel Eccleſiaſtica, ut tradit Cabed. 1. *p. deciſ.* 17. *n.* 4. & cum eo Phœb. *ſuprà n* 15.

Perſonæ enim Eccleſiaſticæ in contractibus ſuis ſemper cum legibus Regni, in quo habitant, volunt ſe conformare; & cum per noſtram legem Regiam naturales filii ad ſucceſſionem ab inteſtato admittantur in bonis emphyteuticis, ideo ſecundum dictam legem Regiam ſunt intelligendi contractus, qui in hac materia cum perſonis Eccleſiaſticis celebrantur; ex *text. in cap. Eccleſia Sanct. Mar. de conſtit.* & tradit cum multis Phœb. *ſuprà n.* 16. 18

Sicque conſtanter tenendum eſt Ordinationem noſtram in hoc §. 4. omnino habere locum, & intelligi debere, etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica, præſertim ſi nominationis ſit liberæ.

De jure filii naturales inhabiles non ſunt ad ſucceſſionem emphyteuſis Eccleſiaſticæ nominationis, ut dictum eſt, quamvis juxta opiniones Doctorum ita ſit, limitando in emphyteuſi liberæ nominationis; nec apparet Doctor, qui me compellat ad tenendum contrarium. 19

Neque contra diſpoſitionem Ord hoc §. 4. obſtabit, ſi arguatur, quod ſolùm procedit in bonis profanis, ſed non in Eccleſiaſticis; ad illa enim Princeps ſecularis habilitare non poteſt perſonas Eccleſiaſticas. Reſpondetur namque hîc non agi de dominio directo, quod quidem ad Eccleſiam pertinet; agitur ſolùm de dominio utili, quod ſane pertinet ad emphyteutas, & in hoc utili dominio circa ſucceſſionem, jus ſeculare, & municipale obſervandum

vandum eſt, ut tradunt Gam. *deciſ.* 2. *n.* 5. Ægid. *in tract. de jur. & privileg. honeſtat. art.* 16. *n.* 10. *verſic. contrarium.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 17. *n.* 12.

21 Principaliter, quando in jure canonico non adeſt *text.* qui contrarium diſponat contra noſtram Ordinationem, & rationem decidendi, imò in noſtra *Ord. lib.* 2. *tit.* 1. *§.* 6. declaratum fuit, quod hoc utile dominium in totum pertinet ad judicem ſecularem in verbis ibi: *Mas que o util he delle demandado, em tal caſo, o conhecimento pertence ao juizo ſecular, onde deve o leigo ſer demandado.*

22 Non tenebiturque laicus conventus de dominio utili, aut de cauſis circa ipſum motis coram judice Eccleſiaſtico reſpondere, ſed imò potius coram judice laico cauſa agenda eſt, ex ea ſolùm ratione, quia utile dominium mere laicum, & profanum eſt; ideoque ſubjectum ſtatutis, & legibus Principum ſecularium, ut cum multis tradit Barb. *ad Ord. dict. lib.* 2. *tit.* 1. §. 6. *n.* 2.

23 Ex quibus rationibus non eſt inconveniens, quòd filius naturalis ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica nominationis, quando illud dominium utile eſt laicum, & profanum, circa quod ſtatuere poſſunt Principes ſeculares, ut dictum eſt; ſicque eſt ſtylus, & recepta praxis hujus Senatus, quod filii naturales ſuccedant in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis liberæ nominationis, ut tradit ſuprà laudatus Phœb. *n.* 28. quem vide per totam *deciſ.* vide etiam Cordeir. *dubit.* 26. *ex n.* 24.

24 Hæc omnia, quæ dicta ſunt, ſcilicet, quòd filius naturalis patris nobilis ſuccedat in emphyteuſi etiam pro ſe, & filiis, ſicut etiam in illa, quæ ſit Eccleſiaſtica, locum habent, & verificantur in filio naturali patris plebei, id eſt, qui nobilis non erat; hunc enim admittit noſtra *Ord. in hoc* §. 4. ad ſucceſſionem utriuſque emphyteuſis ſecularis ſcilicet, & Eccleſiaſticæ, militant in hoc caſu eædem rationes, & fundamenta, quæ adducimus pro filio naturali patris nobilis.

Filius naturalis patris nobilis 25 ſuccedere non poteſt in emphyteuſi illa, quæ hæreditaria fuerit, quia ei obſtat diſpoſitio Ordinationis hoc *lib.* 4. *tit.* 92. §. 1. qua cavetur, quòd iſti filii non poſſint ſuccedere in hæreditate patris ſui; & cum emphyteuſis hæreditaria ſit pars hæreditatis, in illa non ſuccedit filius naturalis patris nobilis, venitque per hoc limitanda noſtra *Ord. in hoc* §. 4.

Sed hoc limitatur in filio natu- 26 rali legitimato per Principem, ſive Regem; talis enim legitimatus poteſt ſuccedere in bonis patris ſui decedentis ab inteſtato, ut patet ex verbis ſolitis in ſcriptura, ſive charta legitimationis ibi: *E que outro ſim poſſa ſucceder ab inteſtato ao dito ſeu Pay*; & cum filius iſte legitimatus ſuccedere poſſit in bonis ſui patris ab inteſtato decedentis, poteſt etiam ſuccedere in emphyteuſi hæreditaria, quam pater ejus poſſidebat; & in hoc caſu locum habent tradita *ſuprà n.* 25.

Quæritur hîc obiter, utrùm fi- 27 lius naturalis ſuccedere poſſit in Mayoratu? Qui negant filios naturales non poſſe ſuccedere in emphyteuſi pro ſe, & filiis, negant etiam non poſſe ſuccedere in Mayoratu; & per hoc inferunt ad illam emphyteuſim non eſſe admittendos, ut videre eſt in fundamento, quod refert Cordeir. *dubit.* 27. *n.* 17. ſed illi reſpondet *n.* 43. aſſerendo veriorem eſſe opinionem, quòd filius na-

naturalis poſſit ſuccedere in Maioratibus; hocque probat ex Guſman. *de verit. jur. verit.* 5. & quod ita multoties judicatum fuiſſe, refert Peg. *de maiorat. cap.* 20. fere per totum, & *n.* 431. oſtendit veriorem eſſe iſtam ſententiam, ut concludit Cordeir. *ſuprà* proxime.

28 Hanc ſententiam amplexus fuit Senatus Granat. ut tradit Larr. *tom.* 1. *deciſ.* ſeu *diſp.* 32. *per tot. ubi n.* 9. tradit judicatum filios naturales admitti poſſe ad Maioratum, aliis conſanguineis legitimis deficientibus; ſed cùm hæc quæſtio ad alium locum pertineat, non eſt cur hîc immoremur.

29 Filius verò ſpurius non poteſt ſuccedere in emphyteuſi, de qua hîc; ſed ſi fuerit legitimatus, ita ut quod ſuccedere poſſit ab inteſtato, tunc filius ſpurius in emphyteuſi ſuccedit; aliter ſuccedere non poteſt, ut patet ex verbis textus in hoc §. 4. ibi: *E o filho eſpurio nam poderá haver o dito foro, ſalvo ſendo legitimado por nós em tal fórma, que poſſa ſucceder ab inteſtado, e naõ de outra maneira.*

30 Quæritur, qui dicatur filius naturalis, & qui ſpurius? reſpondetur filium naturalem eum vocari, qui eſt natus, & procreatus ex unica concubina retenta in domo, & utroque ſoluto, inter quos non adeſt impedimentum ad contrahendum matrimonium, ut probatur ex *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 92. *in principio.*

Sed ad hoc, ut filius dicatur naturalis, non requiritur, quòd ſit unica concubina, & retenta in domo, ſed tantummodo, quòd filius prædictus ſit natus ex ſoluto, & ſoluta, inter quos juſte poſſit eſſe matrimonium ſine diſpenſatione, ut tradit Gom. *in l.* 9. Taur. *n.* 1. Reinoſ. *obſerv.* 53. *n.* 24. Phœb. 1. *p. deciſ.* 68. *n.* 6.

Spurius filius dicitur ille, qui natus eſt ex his genitoribus, qui matrimonium contrahere non poſſunt, ut cum multis Cordeir. *dubit.* 28. *n.* 1. & dicuntur ex coitu damnato nati. Reinoſ. *ſuprà n.* 17. Hujus generis ſunt adulterini, inceſtuoſi, & ſacrilegi, & nati ex virgine deflorata, cujus coitus ex parte viri punibilis eſt. Reinoſ. ubi proxime *n.* 23. facit Portug. *de donat. Reg.* 2. *p. cap.* 17. *n.* 54. 31

Quid dicendum, ſi coitus ſit cum virgine ſtuprum paſſa, ſeu deflorata, & ex eo naſcatur filius, an iſte filius cenſeatur naturalis? Filium hunc ſic natum eſſe ſpurium, & non naturalem, cum multis Reiniculis, & exteris tradit Arrouc. *alleg.* 89. *à n.* 1. 32

Et quid ſi ſaltem medio tempore inter conceptionem, & partum abſit impedimentum? Et filium eſſe naturalem tradit judicatum Larr. *deciſ.* 43. *n.* 19. quia naturales filii, ut ſuprà reſolvimus, ſunt, qui naſcuntur ex illis, inter quos poteſt eſſe matrimonium; ſed quando talis filius fuit natus, non erat impedimentum ad matrimonium contrahendum: ergo talis filius eſt naturalis, attento tempore nativitatis. 33

Favor enim filiorum poſtulat, ut tempus illud nativitatis attendatur, quod ipſis favorabile eſt ex *text. in l. nuper in fin. cod. de naturalib. liber.*, itaque ſatis eſt quod tempore conceptionis, vel tempore nativitatis eſſent patres ſoluti. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 92. §. 1. *&* 2. Cordeir. *dubit.* 19. *n.* 33. ut poſſint contrahere matrimonium; nec hæc duo copulativè requiruntur, ut filius naturalis dicatur, ſed ſufficit unum tantum eſſe verum, ut optime tradit Spin. *de teſtam. gloſ.* 15. *n.* 118. 34

Et cùm parentes iſtius filii tempore.

pore nativitatis poſſent contrahere matrimonium, quia impedimentum abfuit, filius eorum naturalis eſt, conducit quod Phœb. 1. *p. deciſ.* 68. *n.* 11. & 12.

35 *Quid reſpondendum eſt de filio nato ex muliere uxorata, quæ putabat maritum eſſe mortuum? In* quo caſu judicavit Senatus filium tunc ab ea conceptum eſſe tanquam ſi non exiſteret impedimentum, ut tradit Cabed. 1. *p. deciſ.* 101. *n.* 4.

36 Sicut etiam in matrimonio contracto inter eos, qui exiſtimabant non eſſe impedimentum, ſed bona fide contraxerunt, filii nati legitimi judicantur, quia in figura matrimoniali ſunt parentibus, vel altero eorum probabiliter impedimentum ignorantibus, ex *cap.* 2. *cap. ex tenore qui filii ſint legit.* ubi *DD.* notant, & cum aliis tradit Spin. *ſuprà gloſ.* 15. *ſub n.* 119. & 120.

37 Redeundo iterum ad verba textus in *verſic. fin.* de quo hîc eſt ſermo in hoc §. 4. ad hoc ut ſpurius ſuccedere poſſit in emphyteuſi, prius requirit legitimationem, difficiliſque reditur ratio decidendi primò; licèt enim filius ſpurius incapax ſit ſuccedendi ipſius genitori, ut cum multis tradit Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. & 9. Carvalh. *de teſtam. p.* 1. *n.* 491. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. cap.* 18. *n.* 66.

38 Attamen capere poteſt à quocumque alio, reſpectu cujus non eſt ſpurius incapax capiendi, quia pater non eſt; ratioque incapacitatis ſolum nititur in refrænanda parentum libidine, & non reſpectu aliorum parentum, ut tradit Carvalh. *ſuprà dict.* 1. *p. n.* 513. quem vide.

39 Sed emphyteuſis capitur à domino concedente, & non à patre emphyteuta, ut dictum eſt ſuprà, & tradit Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 175. *verſic. Ducuntur* ergo filius ſpurius poteſt ſuccedere in emphyteuſi, quam tantummodo à domino capit; quia ad hoc nullum juris habet impedimentum, ſaltem quoad emphyteuſim liberæ nominationis. Oliv. *de for. Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 32. *n.* 62. & 63.

Superfluum videbatur ergo, quod *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* requirat Principis legitimationem expreſſe, ut ſpurius in emphyteuſi ſuccedere poſſit, quando illam à patre non capit, ſed ſolum à domino concedente, reſpectu cujus non habet impedimentum, ut videtur. 40

Secundò; conceſſa namque emphyteuſi pro eo, qui nominabitur, decedenteque patre emphyteuta ſine nominatione, dicitur jus domino quæſitum, ut emphyteuſis extinguatur, ex *Ord. hoc tit.* §. 2. ibi: *Fique o foro devoluto ao Senhorio*; non eſt ergo cur dicamus Principem potuiſſe præjudicare huic juri quæſito domini directi legitimando filium ſpurium, quando non ſolet Princeps juri quæſito præjudicare; ex *l.* 2. §. *ſiquis à Principe, ff. ne quid in loc. public.* 41

Ergo illa Principis legitimatio, ſi foret neceſſaria eſſet iniqua contra jus quæſitum tertio, quod jus Princeps de jure ordinario tollere non poteſt per legem generalem, nec per reſcriptum. Larr. *alleg.* 3. 1. *p. n.* 6 Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 16. *ſub n.* 44. *in fin.* Larr. *deciſ.* 8. *n.* 45. tradit cum multis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 30. Begnudel. *tom.* 2. *verbo jus*, §. 14. *n.* 257. *verſic. Sed pars negativa.* 42

Sed his, & aliis non obſtantibus, juſta, & neceſſaria fuit diſ- 43

poſitio

poſitio *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* quia omnis conceſſio emphyteutica, quamvis reſtricta, & indefinita, ſemper facta, & conceſſa intelligitur pro filiis ſtipulantium, qui nullo caſu cenſentur excluſi, etiam defectu nominationis; ſuccedereque debent, quoniam cenſentur expreſsè vocati, quamvis in conceſſione, ſeu inveſtitura mentio de illis non fiat, ut probatur ex §. 2. *hoc tit.* Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. 15. 16. 17. *&* 18.

44 Quapropter ſuccedere debet in emphyteuſi indefinite conceſſa omnis ille filius, qui de jure municipali dicatur filius, pro filiiſque ſecundum leges Regni judicari debet, ut colligitur ex Cald. *de nominat. quæſt.* 21. *n.* 37.

45 Et licèt filius ſpurius ſecundum jus civile appellatione filiorum non contineatur, *l. filium definimus, ff. de his qui ſunt*, ut tenet Portug. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 62. attamen ſecundum jus noſtri Regni, cum ſit legitimatus, quoad ſucceſſionem verè, & propriè vocatur filius; docent Carvalh. *de teſtam.* 1. *p. n.* 528. Portug. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8.

46 Proindeque debet ſuccedere in iis, in quibus filii verè ſuccedere debent, ac per conſequens in emphyteuſi, in qua ſemper filii ſuccedunt. Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. *&* 15. *text. in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ.* §. *emphyteuſim, collat.* 2.

47 Ideo neceſſaria fuit diſpoſitio in hoc §. 4. *verſic. fin.* cum in illo egiſſet legislator de perſonis, quæ ſine nominatione cenſentur vocatæ, & poſtquam decrevit de filiis naturalibus, de ſpuriis etiam decrevit, qui filii per legitimationem judicantur, licèt antea non dicerentur filii, & ex his neceſſaria fuit diſpoſitio Ordinationis in hoc §. 4. *verſic. fin.*

Non obſtant in contrarium adducta: Reſpondetur namque ad primum, quòd licèt ſpurius à domino concedente emphyteuſim capiat, hoc obtinere non poteſt, niſi vere, & civiliter dicatur filius; quia ille, qui filius non dicitur, non cenſetur vocatus, ut patet ex §. 2. *hoc tit.* Civiliter filius dici non poteſt ſpurius ſine eo, quod legislator eum faciat vocari, cenſeri filium, ut talis judicari poſſit, ut diximus n. 45. 48

Secunda in contrarium adducta non offendunt; quia domino jus quæſitum in defectu nominationis dici non poteſt, niſi quando filii non extiterint, ſemper enim in conceſſione vocati cenſentur; non extare autem filios in caſu ſpurii, ex illa tacita condictione dependet, quæ de jure Regni adeſt, ſi filius ſpurius non legitimetur, quæ, quatenus pendet, non dicitur jus quæſitum tradit cum multis. Peg. *for. cap.* 1. *ex n.* 53. Portug. *prælud.* 2. §. 1. *n.* 29. 49

Concluditur ergo, quòd filius ſpurius legitimatus in hoc Regno poteſt emphyteuſim, quam pater habebat, capere, quando decedit ab inteſtato, ſi ipſe filius ſpurius per legitimationem ſuccedere poſſit ab inteſtato, ut requiritur in hoc §. 4. *verſic. fin.* quia per illam legitimationem manent habiles ad ſuccedendum tam in emphyteuſi, quàm in hæreditate patris, & comprehenduntur appellatione filiorum, ut dictum eſt. 50

Quæritur in præſenti utrùm diſpoſitio Ordinationis in hoc § *verſic. fin.* procedat, & habeat locum in emphyteuſi Eccleſiſtica, ita ut in illa filius ſpurius legitimatus per Principem ſecularem ſuccedere poſſit, licèt non ſit legitimatus à Pontifice? Sententiam affirmativam ſequitur Cordeir. *dubit.* 28. *ex n.* 28. & reſ- 51

pore nativitatis poſſent contrahere matrimonium, quia impedimentum abfuit, filius eorum naturalis eſt, conducit quod Phœb. 1. *p. deciſ.* 68. *n.* 11. *&* 12.

35 Quid reſpondendum eſt de filio nato ex muliere uxorata, quæ putabat maritum eſſe mortuum? In quo caſu judicavit Senatus filium tunc ab ea conceptum eſſe tanquam ſi non exiſteret impedimentum, ut tradit Cabed. 1. *p. deciſ.* 101. *n.* 4.

36 Sicut etiam in matrimonio contracto inter eos, qui exiſtimabant non eſſe impedimentum, ſed bona fide contraxerunt, filii nati legitimi judicantur, quia in figura matrimoniali ſunt parentibus, vel altero eorum probabiliter impedimentum ignorantibus, ex *cap.* 2. *cap. ex tenore qui filii ſint legit.* ubi *DD.* notant, & cum aliis tradit Spin. *ſuprà gloſ.* 15. *ſub n.* 119. *&* 120.

37 Redeundo iterum ad verba textus in *verſic. fin.* de quo hîc eſt ſermo in hoc §. 4. ad hoc ut ſpurius ſuccedere poſſit in emphyteuſi, prius requirit legitimationem, difficiliſque reditur ratio decidendi primò; licèt enim filius ſpurius incapax ſit ſuccedendi ipſius genitori, ut cum multis tradit Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. *&* 9. Carvalh. *de teſtam. p.* 1. *n.* 491. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. cap.* 18. *n.* 66.

38 Attamen capere poteſt à quocumque alio, reſpectu cujus non eſt ſpurius incapax capiendi, quia pater non eſt; ratioque incapacitatis ſolum nititur in refrænanda parentum libidine, & non reſpectu aliorum parentum, ut tradit Carvalh. *ſuprà dict.* 1. *p. n.* 513. quem vide.

39 Sed emphyteuſis capitur à domino concedente, & non à patre emphyteuta, ut dictum eſt ſuprà, & tradit Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 175. *verſic. Ducuntur* ergo filius ſpurius poteſt ſuccedere in emphyteuſi, quam tantummodo à domino capit; quia ad hoc nullum juris habet impedimentum, ſaltem quoad emphyteuſim liberæ nominationis. Oliv. *de for. Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 32. *n.* 62. *&* 63.

Superfluum videbatur ergo, quod *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* requirat Principis legitimationem expreſſe, ut ſpurius in emphyteuſi ſuccedere poſſit, quando illam à patre non capit, ſed ſolum à domino concedente, reſpectu cujus non habet impedimentum, ut videtur. 40

Secundò; conceſſa namque emphyteuſi pro eo, qui nominabitur, decedenteque patre emphyteuta ſine nominatione, dicitur jus domino quæſitum, ut emphyteuſis extinguatur, ex *Ord. hoc tit.* §. 2. ibi: *Fique o foro devoluto ao Senhorio*; non eſt ergo cur dicamus Principem potuiſſe præjudicare huic juri quæſito domini directi legitimando filium ſpurium, quando non ſolet Princeps juri quæſito præjudicare; ex *l.* 2. §. *ſiquis à Principe, ff. ne quid in loc. public.* 41

Ergo illa Principis legitimatio, ſi foret neceſſaria eſſet iniqua contra jus quæſitum tertio, quod jus Princeps de jure ordinario tollere non poteſt per legem generalem, nec per reſcriptum. Larr. *alleg.* 3. 1. *p. n.* 6 Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 16. *ſub n.* 44. *in fin.* Larr. *deciſ.* 8. *n.* 45. tradit cum multis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 30. Begnudel. *tom.* 2. *verbo jus*, §. 14. *n.* 257. *verſic. Sed pars negativa.* 42

Sed his, & aliis non obſtantibus, juſta, & neceſſaria fuit diſ- 43

poſitio

poſitio *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* quia omnis conceſſio emphyteutica, quamvis reſtricta, & indefinita, ſemper facta, & conceſſa intelligitur pro filiis ſtipulantium, qui nullo caſu cenſentur excluſi, etiam defectu nominationis; ſuccedereque debent, quoniam cenſentur expreſsè vocati, quamvis in conceſſione, ſeu inveſtitura mentio de illis non fiat, ut probatur ex §. 2. *hoc tit.* Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. 15. 16. 17. *&* 18.

44 Quapropter ſuccedere debet in emphyteuſi indefinite conceſſa omnis ille filius, qui de jure municipali dicatur filius, pro filiiſque ſecundum leges Regni judicari debet, ut colligitur ex Cald. *de nominat. quæſt.* 21. *n.* 37.

45 Et licèt filius ſpurius ſecundum jus civile appellatione filiorum non contineatur, *l. filium definimus, ff. de his qui ſunt*, ut tenet Portug. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 62. attamen ſecundum jus noſtri Regni, cum ſit legitimatus, quoad ſucceſſionem verè, & propriè vocatur filius; docent Carvalh. *de teſtam.* 1. *p. n.* 528. Portug. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8.

46 Proindeque debet ſuccedere in iis, in quibus filii verè ſuccedere debent, ac per conſequens in emphyteuſi, in qua ſemper filii ſuccedunt. Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. *&* 15. *text. in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ.* §. *emphyteuſim, collat* 2.

47 Ideo neceſſaria fuit diſpoſitio in hoc §. 4. *verſic. fin.* cum in illo egiſſet legislator de perſonis, quæ ſine nominatione cenſentur vocatæ, & poſtquam decrevit de filiis naturalibus, de ſpuriis etiam decrevit, qui filii per legitimationem judicantur, licèt antea non dicerentur filii, & ex his neceſſaria fuit diſpoſitio Ordinationis in hoc §. 4. *verſic. fin.*

Non obſtant in contrarium adducta: Reſpondetur namque ad primum, quòd licèt ſpurius à domino concedente emphyteuſim capiat, hoc obtinere non poteſt, niſi vere, & civiliter dicatur filius; quia ille, qui filius non dicitur, non cenſetur vocatus, ut patet ex §. 2. *hoc tit.* Civiliter filius dici non poteſt ſpurius ſine eo, quod legislator eum faciat vocari, cenſeri filium, ut talis judicari poſſit, ut diximus n. 45. 48

Secunda in contrarium adducta non offendunt; quia domino jus quæſitum in defectu nominationis dici non poteſt, niſi quando filii non extiterint, ſemper enim in conceſſione vocati cenſentur; non extare autem filios in caſu ſpurii, ex illa tacita conditione dependet, quæ de jure Regni adeſt, ſi filius ſpurius non legitimetur, quæ, quatenus pendet, non dicitur jus quæſitum tradit cum multis. Peg. *for. cap.* 1. *ex n.* 53. Portug. *prælud.* 2. §. 1. *n.* 29. 49

Concluditur ergo, quòd filius ſpurius legitimatus in hoc Regno poteſt emphyteuſim, quam pater habebat, capere, quando decedit ab inteſtato, ſi ipſe filius ſpurius per legitimationem ſuccedere poſſit ab inteſtato, ut requiritur in hoc §. 4. *verſic. fin.* quia per illam legitimationem manent habiles ad ſuccedendum tam in emphyteuſi, quàm in hæreditate patris, & comprehenduntur appellatione filiorum, ut dictum eſt. 50

Quæritur in præſenti utrùm diſpoſitio Ordinationis in hoc § *verſic. fin.* procedat, & habeat locum in emphyteuſi Eccleſiſtica, ita ut in illa filius ſpurius legitimatus per Principem ſecularem ſuccedere poſſit, licèt non ſit legitimatus à Pontifice? Sententiam affirmativam ſequitur Cordeir. *dubit.* 28. *ex n.* 28. 51

pore nativitatis poſſent contrahere matrimonium, quia impedimentum abfuit, filius eorum naturalis eſt, conducit quod Phœb. 1. *p. deciſ.* 68. *n.* 11. *&* 12.

35 Quid reſpondendum eſt de filio nato ex muliere uxorata, quæ putabat maritum eſſe mortuum? In quo caſu judicavit Senatus filium tunc ab ea conceptum eſſe tanquam ſi non exiſteret impedimentum, ut tradit Cabed. 1. *p. deciſ.* 101. *n.* 4.

36 Sicut etiam in matrimonio contracto inter eos, qui exiſtimabant non eſſe impedimentum, ſed bona fide contraxerunt, filii nati legitimi judicantur, quia in figura matrimoniali ſunt parentibus, vel altero eorum probabiliter impedimentum ignorantibus, ex *cap.* 2. *cap. ex tenore qui filii ſint legit.* ubi *DD.* notant, & cum aliis tradit Spin. *ſuprà gloſ.* 15. *ſub n.* 119. *&* 120.

37 Redeundo iterum ad verba textus in *verſic. fin.* de quo hìc eſt ſermo in hoc §. 4. ad hoc ut ſpurius ſuccedere poſſit in emphyteuſi, prius requirit legitimationem, difficiliſque reditur ratio decidendi primò; licèt enim filius ſpurius incapax ſit ſuccedendi ipſius genitori, ut cum multis tradit Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. *&* 9. Carvalh. *de teſtam. p.* 1. *n.* 491. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. cap.* 18. *n.* 66.

38 Attamen capere poteſt à quocumquê alio, reſpectu cujus non eſt ſpurius incapax capiendi, quia pater non eſt; ratioque incapacitatis ſolum nititur in refrænanda parentum libidine, & non reſpectu aliorum parentum, ut tradit Carvalh. *ſuprà dict.* 1. *p. n.* 513. quem vide.

39 Sed emphyteuſis capitur à domino concedente, & non à patre emphyteuta, ut dictum eſt ſuprà, & tradit Carvalh. *in cap. Rainald. de teſtam.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 175. *verſic. Ducuntur* ergo filius ſpurius poteſt ſuccedere in emphyteuſi, quam tantummodo à domino capit; quia ad hoc nullum juris habet impedimentum, ſaltem quoad emphyteuſim liberæ nominationis. Oliv. *de for. Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 32. *n.* 62. *&* 63.

Superfluum videbatur ergo, 40
quod *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* requirat Principis legitimationem expreſſe, ut ſpurius in emphyteuſi ſuccedere poſſit, quando illam à patre non capit, ſed ſolum à domino concedente, reſpectu cujus non habet impedimentum, ut videtur.

Secundò; conceſſa namque em- 41
phyteuſi pro eo, qui nominabitur, decedenteque patre emphyteuta ſine nominatione, dicitur jus domino quæſitum, ut emphyteuſis extinguatur, ex *Ord. hoc tit.* §. 2. ibi: *Fique o foro devoluto ao Senhorio*; non eſt ergo cur dicamus Principem potuiſſe præjudicare huic juri quæſito domini directi legitimando filium ſpurium, quando non ſolet Princeps juri quæſito præjudicare; ex *l.* 2. §. *ſiquis à Principe*, *ff. ne quid in loc. public.*

Ergo illa Principis legitimatio, 42
ſi foret neceſſaria eſſet iniqua contra jus quæſitum tertio, quod jus Princeps de jure ordinario tollere non poteſt per legem generalem, nec per reſcriptum. Larr. *alleg.* 3. 1. *p. n.* 6 Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 16. *ſub n.* 44. *in fin.* Larr. *deciſ.* 8. *n.* 45. tradit cum multis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 30. Begnudel. *tom.* 2. *verbo jus*, §. 14. *n.* 257. *verſic. Sed pars negativa.*

Sed his, & aliis non obſtanti- 43
bus, juſta, & neceſſaria fuit diſ-

poſitio *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.* quia omnis conceſſio emphyteutica, quamvis reſtricta, & indefinita, ſemper facta, & conceſſa intelligitur pro filiis ſtipulantium, qui nullo caſu cenſentur excluſi, etiam defectu nominationis; ſuccedereque debent, quoniam cenſentur expreſsè vocati, quamvis in conceſſione, ſeu inveſtitura mentio de illis non fiat, ut probatur ex §. 2. *hoc tit.* Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. 15. 16. 17. & 18.

44 Quapropter ſuccedere debet in emphyteuſi indefinite conceſſa omnis ille filius, qui de jure municipali dicatur filius, pro filiiſque ſecundum leges Regni judicari debet, ut colligitur ex Cald. *de nominat. quæſt.* 21. *n.* 37.

45 Et licèt filius ſpurius ſecundum jus civile appellatione filiorum non contineatur, *l. filium definimus*, *ff. de his qui ſunt*, ut tenet Portug. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 62. attamen ſecundum jus noſtri Regni, cum ſit legitimatus, quoad ſucceſſionem verè, & propriè vocatur filius; docent Carvalh. *de teſtam.* 1. *p. n.* 528. Portug. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8.

46 Proindeque debet ſuccedere in iis, in quibus filii verè ſuccedere debent, ac per conſequens in emphyteuſi, in qua ſemper filii ſuccedunt. Cordeir. *dubit.* 23. *n.* 14. & 15. *text. in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ.* §. *emphyteuſim*, *collat.* 2.

47 Ideo neceſſaria fuit diſpoſitio in hoc §. 4. *verſic. fin.* cum in illo egiſſet legiſlator de perſonis, quæ ſine nominatione cenſentur vocatæ, & poſtquam decrevit de filiis naturalibus, de ſpuriis etiam decrevit, qui filii per legitimationem judicantur, licèt antea non dicerentur filii, & ex his neceſſaria fuit diſpoſitio Ordinationis in hoc §. 4. *verſic. fin.*

Non obſtant in contrarium adducta: Reſpondetur namque ad primum, quòd licèt ſpurius à domino concedente emphyteuſim capiat, hoc obtinere non poteſt, niſi vere, & civiliter dicatur filius; quia ille, qui filius non dicitur, non cenſetur vocatus, ut patet ex §. 2. *hoc tit.* Civiliter filius dici non poteſt ſpurius ſine eo, quod legiſlator eum faciat vocari, cenſeri filium, ut talis judicari poſſit, ut diximus n. 45. 48

Secunda in contrarium adducta non offendunt; quia domino jus quæſitum in defectu nominationis dici non poteſt, niſi quando filii non extiterint, ſemper enim in conceſſione vocati cenſentur; non extare autem filios in caſu ſpurii, ex illa tacita condictione dependet, quæ de jure Regni adeſt, ſi filius ſpurius non legitimetur, quæ, quatenus pendet; non dicitur jus quæſitum tradit cum multis. Peg. *for. cap.* 1. *ex n.* 53. Portug. *præluд.* 2. §. 1. *n.* 29. 49

Concluditur ergo, quòd filius ſpurius legitimatus in hoc Regno poteſt emphyteuſim, quam pater habebat, capere, quando decedit ab inteſtato, ſi ipſe filius ſpurius per legitimationem ſuccedere poſſit ab inteſtato, ut requiritur in hoc §. 4. *verſic. fin.* quia per illam legitimationem manent habiles ad ſuccedendum tam in emphyteuſi, quàm in hæreditate patris, & comprehenduntur appellatione filiorum, ut dictum eſt. 50

Quæritur in præſenti utrùm diſpoſitio Ordinationis in hoc § *verſic. fin.* procedat, & habeat locum in emphyteuſi Eccleſiſtica, ita ut in illa filius ſpurius legitimatus per Principem ſecularem ſuccedere poſſit, licèt non ſit legitimatus à Pontifice? Sententiam affirmativam ſequitur Cordeir. *dubit.* 28. *ex n.* 28. & reſ- 51

& reſpondet contrariis, qui negant, ampliando ſic diſpoſitionem *Ord. in hoc* §. 4. *verſic. fin.*

52 Et quod filius illegitimus, ſive ſpurius legitimatus in forma legis Regni non poſſit ſuccedere in rebus Eccleſiæ, ſive emphyteuſis, quando ita expreſſum fuerit in conceſſione, ſcilicet in inveſtitura, quæ quidem ad unguem obſervari debet, ut tradit idem Cordeir. *ſuprà n.* 32. ſi verò non excludatur expreſſe in conceſſione, tunc verba, & diſpoſitio intelligenda venit conformis legi, quæ filium legitimum vere facit ſpurium, ut tradit Cordeir. *ubi proximè n.* 33. vide Gam. *deciſ.* 387. *n* 3.4. & 5.

53 Et quod legiſlator noſter, dum ſpurium facit legitimum, non diſponat de re aliqua, ſed tantummodo de perſona ſibi ſubdita, ac per conſequens protrahitur diſpoſitio ad dominium utile, quod jam diximus eſſe extra Eccleſiam concedentem, quia eſt profanum, & ſubjectum diſpoſitioni juris civilis cum multis Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 2 *cap.* 8 *n.* 6. & cum illo Cordeir. *ſuprà n* 39.

54 Et quod ſpurius filius excludatur à ſucceſſione emphyteuſis, hoc ſolum proveniat ex conjecturata mente Prælati concedentis, non tamen ex diſpoſitione juris canonici, quia non datur jus canonicum in quo neceſſarium ſit diſpenſatio, ad hoc ut filius ſpurius legitimatus non ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica, Cordeir. *dict dubit.* 28. *n.* 47.

55 Concluditurque filium ſpurium legitimatum per Principem ſecularem poſſe ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica quoad dominium utile, quod eſt profanum, præcipuè ſi non inveniatur prohibitus in conceſſione, ſeu inveſtitura Prælati, cum a jure Canonico, nulla appareat diſpoſitio, quæ illum excludat à ſucceſſione emphyteuſis, quoad utile dominium, quod eſt quid profanum, & ſubjectum diſpoſitioni juris civilis, ut patet ex ſuprà dictis, circa quod videndus Cordeir. *ſuprà.*

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Penſio ſolvenda eſt ab emphyteuta ſecundum formam contractus, qui legem accipit ex conventione partium.*

2 *Eſt onus adjectum rei, quod tranſit cum illa ad quemcumque vadit.*

3 *Res tranſit cum ſuo onere in ſingularem ſucceſſorem, etiam privilegiatum.*

4 *Procedit in onere reali, non vero in perſonali.*

5 *Emptor penſionem ſolvere tenetur.*

6 *Ad penſiones decurſas non tenetur, ſed ad futuras.*

7 *Contrarium probatur verius, remiſſivè.*

8 *Executivè agi poteſt pro præteritis penſionibus adverſus quemcumque res emphyteutica devenerit.*

9 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, remiſſivè.*

10 *Quæ neceſſaria ſint, ut procedatur executive pro penſionibus, remiſſivè.*

11 *Aliqui ſtatim mandatum executivum decernunt, non oſtenſa ſcriptura, remiſſivè.*

12 *Ultra viam executivam agi poteſt per viam ſpolii contra penſionem recuſantem ſolvere.*

A

A quo tempore competat ſpoliatio, ibid.

13 *Intra annum intentanda actio ſpolii, remiſſivè.*

14 *Etiam contra tertium negantem ſolvere agi poteſt, remiſſivè.*

15 *Contra negantem ſolvere penſionem, quæ ſolvebatur prædeceſſori, agi poteſt interdicto unde vi.*

16 *Quaſi poſſeſſio tranſit in ſucceſſorem abſque apprehenſione.*

17 *Non variatur poſſeſſio, neque obligatio ex mutatione perſonarum, contra quas poſſidetur, remiſſivè.*

18 *Præſcriptio 30. vel 40. ann. ſufficit ad præſcribendam præſtationem, & obligationem principalem.*

19 *Penſionem non ſolvens per decennium compelli non poteſt executivè, ſed via ordinaria, remiſſivè.*

20 *Penſio propter ſterilitatem non diminuitur, ſecus quando correſpondet fructibus.*

21 *Neque propter damnum, niſi emphyteuſis pereat tota.*

22 *Si domus deſtruatur, remanente area, emphyteuta tenetur reficere, & totam penſionem ſolvere pro ſolo tantum, remiſſivè.*

23 *Demittendo emphyteuſim ab onere penſionum liberatur, ſed non ab onere præteritarum.*

1 DEducitur ex hoc textu, quòd ille, ad quem emphyteuſis devenerit per aliquem modum ſuprà declaratum, tenebitur penſionem ſolvere domino directo, ſecundum formam contractus, quia contractus ex partium conventione legem accipiunt, & ſecundum illius formam ſunt obſervandi; *l. quis*, ubi *DD. de ſervit. præd. ruſt. l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſit. l. contractus, ff. de reg. jur.*

Debet ergo emphyteuta, ad quem emphyteuſis devenerit, penſionem ſolvere domino; eſt enim penſio ipſa onus adjectum rei, facitque, ut res cum illo onere tranſeat ad quemcumque vadit; *l. is cui* ubi Jaſ. *n. 6. ff. de nov. oper nunciat. l. ſi convenerit, §. ſi fundus, ff. de pignorat. act. l. perſecutione, cod. de pignor. l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. Ord. hoc lib. 4. tit. 3. in princip.* & ibi Silv. *n. 1.* cum multis Auguſt. Barb. *axiom.* 199. *n.* 5. Reinoſ. *obſerv.* 61. *n.* 12. Cabed. 2. *p. deciſ.* 52. *n.* 1. 2

Amplia, tranſire rem cum ſuo onere, etiam quando tranſit in ſingularem ſucceſſorem; *l. cum fundo, ff. de ſervit. ruſt. præd. l. 3. cod. de ſervit.* quod procedit, ſi res tranſeat in Eccleſiam, ſeu privilegiatum alium, & ita in fiſcum. Auguſt. Barb. *ſuprà dict. axiom.* 199. *n.* 7. Silv. *ubi ſuprà n.* 3. 3

Procedunt ſuprà dicta, quando onus dumtaxat eſt reale, non verò quando eſt perſonale; *l. ult. ff. de contrah. empt.* tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6. Begnudel. *tom.* 3. verbo *res*, *ſub n.* 20. ſicque limitanda veniunt, quæ diximus, ſcilicet quod res tranſeat cum ſuo onere ad quemcumque vadit. 4

Ille, qui fuerit emptor rei emphyteuticæ, penſionem domino ſolvere tenetur, quantumvis, domino irrequiſito, & inconſulto emerit, ut videtur probari ex noſtra lege Regia in hoc §. 5. & ex alia hoc *lib.* 4. *tit.* 96. §. 23. in verbis: *E o que comprar o dito foro pagará a penſaõ ao Senhorio*; & ita 5

probat Cald. *de emphyteuſis extinct. cap.* 4. *n.* 1.

6 Sed emptor rei emphyteuticæ, licet emat de conſenſu domini, non tenebitur ſolvere decurſas penſiones, quas forte venditor, ſive poſſeſſor non ſolverat, quia eo ipſo, quod lex Regia illum obligatum eſſe decernit ad penſiones futuras, negat utique illum remanere obligatum ad præteritas, & decurſas, ut cum *l. cum Prætor, ff. de judic. & cap. nonne de præſumpt.* Cald. *ſuprà n.* 4.

7 Contrarium tamen videtur eſſe verius ex *l. Imperatores de publican. & vectig.* ibi: *in vectigalibus ipſa prædia, non perſonas conveniri, & ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſolvere debere*; & hoc tenere videtur Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 17. *n.* 17. hancque ſententiam amplexus fuit Senatus, ut aſſerit Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. §. 10. *n.* 56. quatenus dicit adverſus tertios illius rei poſſeſſores praxim admittere etiam pro præteritis penſionibus executivè agi poſſe.

8 Et hoc procedit etiam contra quemcumque emphyteutam, ad quem res ipſa emphyteutica devenerit; quia ex eadem ratione, qua ſuprà poteſt contra eum procedi executivè pro penſionibus decurſis, ſive præteritis, quod etiam habet locum adverſus ejus hæredem, ut tradit Mend. à Caſtr. *ſuprà n.* 56. faciunt illa, quæ tradit Mor. *de execut. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 26. & 27.

9 Neque obſtant ſuprà *n.* 6. quia lex in hoc §. 5. non negat, quòd ille, ad quem emphyteuſis devenerit, teneatur ſolvere penſiones præteritas anteceſſoris, ſed imò potius ad illas præſtandas videtur diſponere per verba illa: *Será obrigado pagar a penſaõ ao Senhorio ſegundo a fórma do contracto*; quæ verba inducunt obligationem ſolvendi penſionem debitam ab ipſo emphyteuta poſſeſſore, ſive ab alio quocumque anteceſſore; loquitur enim lex generaliter, & generaliter intelligi debet; *l. de pretio, ff. de public. in rem act.*

10 Sed ad hoc ut procedatur executive, id eſt per pignorationem contra emphyteutam non ſolventem penſiones, ut tradit Peg. 1. *for. cap.* 3 *n.* 354. Mor. *ſuprà ex n.* 25. neceſſarium eſt, quòd dominus, ſive actor offerat ſcripturam cenſus, vel emphyteuſis, vel habeat poſſeſſionem longi temporis, vel triginta annorum per præſtationem, vel ſolutionem ſibi factam ex aliquo fundo, & ſufficiet decennium ad præſumendam emphyteuſim, ut docet Mend. à Caſtr. *ſuprà ſub n.* 56. *verſic. Sed hæc omnia.*

11 Aliqui verò judices ad ſolam partis inſtantiam, non oſtenſa ſcriptura, ſtatim, nec probata poſſeſſione recipiendi annuas penſiones, non dubitant executivum mandatum decernere adverſus illas non ſolventes; ſi verò reus compareat poſt pignorationem, & cenſum neget, non proceditur tunc ad condemnationem, & pignorum diſtractionem, niſi acto de titulo, vel poſſeſſione doceat ipſe dominus, quam praxim laudat Mor. *ſuprà n.* 30. & *verſic.* Et licèt ibi doceat de cenſu, tamen *n.* 31. affirmat illa omnia procedere in emphyteuſi, quæ praxis videtur verior; & practicatur ſæpe ſæpius.

12 Si emphyteuta, vel cenſuarius recuſaverit ſolvere penſionem domino, ultra viam executivam, poterit dominus directus contra debitorem agere per viam ſpolii, quæ ſpoliatio non competit ab eo die, quo debitor deſinit ſolvere, ſed ab

eo die, quo requiſitus, ut ſolveret, recuſavit, ut tenet Thom. Valaſc. *alleg.* 75. *n.* 6. & cum eo, & aliis Mend. à Caſtr. 2. *p. lib* 3. *cap.* 21. *n.* 175.

13 Hæcque cauſa ſpolii intra num intentanda eſt à die commiſſi ſpolii; *Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *in princip.* & ibi Silv. *n.* 1. *&* 2. & unica præſtatio ſufficiet ad conſtituendum poſſeſſorem, ut tradit cum multis Mend. à Caſtr. *ſuprà n.* 158.

14 Quapropter contra negantem ſolvere, poteſt penſionarius, ſive dominus directus agere remedio ſpolii, ſive intentare interdictum unde vi pro penſione ſibi detracta, vel negata *cap. quærelam de elect.* & ibi Auguſtin. Barb. *cum multis*, *n.* 4. ubi adverſus tertium negantem ſolvere penſionem poſſe agi interdicto poſſeſſorio.

15 Sicut etiam potes agi interdicto unde vi contra negantem ſolvere penſionem, quæ ſolvebatur ſuo prædeceſſori, ut cum Maſcard. *de probat. concl.* 1323. *n.* 19. *&* Cevalh. *commun. contra commun.*, *quæſt.* 656. tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 5. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 159. Guerr. *tract* 3 *lib.* 6. *cap.* 42. *n.* 27. *&* 28.

16 Ratio hujus eſt; quia in caſu, de quo ſupra quaſi poſſeſſio defuncti anteceſſoris in ſucceſſorem tranſit abſque nova apprehenſione, ſeu exercitio, ut cum multis tradit Grac. *de Benefic. p.* 5. *n.* 33.

17 Et ſic poſſeſſorium inſurgens ex ſimilibus actibus ſolutionum tranſit activè, & paſſivè in ſequentem ſucceſſorem, cum ad effectum manutentionis ſufficiant ſolutiones per prædeceſſorem factæ, quia ex mutatione, & variatione perſonarum, contra quas poſſidetur, non variatur poſſeſſio, nec jus actoris, neque etiam obligatio. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 124. *n.* 32. Auguſt. Barb. *in praxi exigendi penſionem*, *quæſt.* 2. *n.* 44. Mend. à Caſtr. *ſuprà n.* 160. *&* 161.

Præſcriptio 30. annorum vel 40. ſufficiet non ſolum ad præſcribendas præſtationes præteritas, ſed etiam ad præſcribendam obligationem principalem, ita ut in poſterum annuus redditus peti non poſſit. Valaſc. *conſ.* 49. *n.* 6. Mend. à Caſtr. *ſuprà n.* 153. *& de annon. civil. lib.* 11. *n* 39. Auguſt. Barb. *in praxi exigendi penſiones*, *quæſt.* 27. *n.* 1. 18

Ille, qui penſionem non ſolverit per decennium, & allegans cauſas apparentes, nos poteſt executive compelli. Flor. *de* Men. *quæſt.* 12. *n.* 42. Gig. *de penſ. quæſt* 85. *n.* 3. ſed poterit compelli via ordinaria per dominum directum ad ſolvendum. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 9. *ſub n.* 2. *& ſeqq.* quod procedit reſpectu penſionum præteritarum, non verò reſpectu aliarum. 19

Penſio hæc emphyteutica diminuenda non eſt propter ſterilitatem, ſive in pecunia, ſive in fructibus ſolvatur; *l. quicumque*, *cod. de fund. patrimon. lib.* 11. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 27. *n.* 8. Clar. *lib.* 4. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 8. *n.* 7. ſecus quando penſio eſſet correſpondens fructibus, tunc enim bene admitteretur diminutio propter ſterilitatem. 20

Sicut etiam propter aliquod damnum contingens in re emphyteutica penſio emphyteuſis non diminuitur niſi tota emphyteuſis pereat; tunc enim periet etiam penſio. Clar. *ſuprà n.* 8. Valaſc. etiam *ſuprà. n.* 1. 21

Unde ſi domus deſtruatur, remanente area, emphyteuta tenetur ad penſionem integram ſolvendam, licet ſine ejus culpa corruiſſet domus. Reinoſ. *obſerv.* 59. *n.* 7. Angel. 22

gel.

gel. *in §. lex itaque in auth. de non alien. collat.* 2. area enim eſt potiſſima pars domus; *l. qui res*, §. *aream*, *ff. de ſolut.* & non dicitur totam rem emphyteuticam perire, quia remanet area, emphyteutaque domum tenetur reficere, & totam penſionem ſolvere pro ſolo tantum. Valaſc. *de jur. emphyteut. quæſt.* 27. *n.* 2.

23 Ab onere autem futurarum penſionum liberatur poſſeſſor demittens emphyteuſim, & ſe eximit ab onere, quod ei ſolvere incumbit, ratione illius rei; *l. cum uſufruct.* & cum multis tradit Peg. *for. cap.* 10. *n.* 50. 51. 52. *&* 53. Mor. *de excut. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 96. *verſic. ſic & ibi in emphyteuſi*; non liberatur tamen ab onere penſionum præteritarum. Peg. ubi *ſuprà n.* 53. cum multis.

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Dicta de emphyteuſi privatorum obſervantur in emphyteuſi Regia Coronæ.*
2 *Traditur facultas emphyteutæ bonorum Regiæ Coronæ.*
3 *Talia bona regulantur ad inſtar allodialium, remiſſivè.*
4 *Traditur duplex genus fundorum patrimonialium.*
5 *Traduntur contractus plures emphyteutici bonorum Regalium.*
6 *Bona hæc emphyteutica ad filium primogenitum pertinent.*
7 *Limitatur.*
8 *Clericus, & Beneficiatus non ſuccedit in bonis iſtis.*
Et ſi ſolus exiſtat, bona devenient ad Coronam, remiſſivè.
9 *Fæmina, vel maſculus ex fæmina deſcendens non ſuccedunt in iſtis bonis.*
10 *Filius legitimus clerici excludit patruum.*

STatuitur in hac lege, quòd emphyteuſes bonorum Regiæ Coronæ regulantur ſecundum emphyteuſes privatorum, & juxta formam contractus; & omnia, quæ dicta ſunt in hoc tit. reſpectu emphyteuſis privatorum, obſervanda ſunt in emphyteuſi Bonorum Regiæ Coronæ, ut in hoc textu decernitur, & hoc idem probatur ex alia *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 7. Cald. *de nominat. quæſt.* 15. *n.* 24. *&* *quæſt.* 22. *n.* 1. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 43. *n.*25. *&* 26. Valaſc. *conſ.* 120. *n.* 6. 1

Iſti emphyteutæ bonorum Regiæ Coronæ largius videntur habere facultatem, quam emphyteutæ privatarum rerum, libere namque illa dividunt, & vendunt, ſalvo Regi canone ſuo, ut tradit Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 13. *ſub n.* 1. *verſic. hoc autem*, Cald. *de extinct. cap.* 2. *n.* 10. Et licèt poſſeſſores iſti canonem ſuis temporibus non ſolvant, non ideo cadunt in commiſſum; *l. fundi* 4. *cod. de fund. patrim. lib.* 11. *tit.* 61. ibi: *Ut commiſſi metus eſſe non poſſit.* Cald. *ſuprà*, & Valaſc. *ſuprà*. 2

Bona hæc patrimonialia regulantur quidem ad inſtar allodialium, & in partes diſtinctas dividuntur in portionibus, imputanturque in legitimas, ex illiſque tertia deducitur, ut tradit Carvalh. *p.* 4. *cap.* 1. *n.* 214. *&* 215. Portug. *de donat. reg.* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 43. *n.* 27. ubi quod eorum ſit communicatio inter virum, & uxorem ex conſuetudine Regni. 3

Unde apud nos fundorum patrimonialium duplex eſt genus, alii juris emphyteutici ſimiles privatæ em- 4

emphyteutæ, qui regulantur juxta formam contractus tanquam emphyteuſis privatorum, ut dicit Portug. *ſuprà n.* 25. alii juris privati ſimiles privatorum agris, qui vocantur *Reguengos*, qui pertinent ad poſſeſſores pleno jure, de illisque diſponere poſſunt ad ſuas voluntates, dummodo penſiones ſolvantur, ut tradit ſupra laudatus Portug. *n.* 26.

5 Aliique plures ſunt contractus emphyteutici ex bonis Regalibus, ſcilicet in perpetuum conceſſi pro ſe, & filiis, quibuſcumqueque hæredibus juxta formam *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 96 §. 23 *&* 24. ubi mentio fit de illis, qui pro filiis, & deſcendentibus, ita ut ſi concedatur pro hæredibus, hæreditaria ſit, aliter verò non; ut omne tradit Carvalh. *ſuprà n.* 217.

Et tunc per æſtimationem fieri diviſio debet, ut ſtatuitur in *Ord. dict. tit.* 96. §. 23. quod procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ in hoc Regno devenire poteſt ad extraneos hæredes. Fragoſ. *de regim. reipubl. p.* 3. *diſp.* 9. §. 7. *n.* 5.

6 Declara, ſive intellige, ut bona emphyteutica Regiæ Coronæ per mortem poſſeſſoris ſemper maneant, & pertineant ad filium primogenitum exiſtentem tempore mortis ipſius poſſeſſoris, & non ad nepotem filium filii ſenioris jam defuncti, ut colligitur ex *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 1.

7 Limitatur quando filius illius poſſeſſoris mortuus ſit in bello contra infideles in vita patris; tunc enim vivus reputatur per gloriam ſecundum jura, ad hoc ut ejus filius, vel alter legitimus deſcendens illum repræſentet, excludatque filium ſecundum ad ſuccedendum in bonis Regiæ Coronæ, eodem modo, quo pater ejus ſuccederet, ſi exiſteret, ut probatur ex ſuprà *Ord.*

Sed ad ſuccedendum in bonis 8
Regiæ Coronæ nullatenus admittitur Clericus, ſive filius primogenitus ordinatus in ſacris, neque Beneficiatus, quia eſt ſubjectus juriſdictioni Eccleſiaſticæ, & non ſeculari; & quando per mortem illius, qui poſſidebat bona Regiæ Coronæ extiterit tantummodo ſolus filius in ſacris ordinatus, iſte non habebit ipſa bona, ſed devenient ad Regiam Coronam, ut expreſſe ſtatuitur in *Ord. dict. lib.* 2. *tit.* 35. §. 14. Cabed. *ſuprà. n.* 2.

Neque filia fæmina ſuccedit in 9
iſtis bonis, ut decernit *Ord. ſuprà*, §. 4. neque filius, aut alius maſculus deſcendens ex fæmina ſuccedere poteſt, ut expreſsè diſponit *Ord. ſuprà d. lib.* 2. *tit.* 35. §. 14. Cabed. *ſuprà*, *n.* 2.

Nota filium legitimum Clerici 10
conceptum antequam pater ordines ſacros ſuſcepiſſet, excludere patruum ab hujuſmodi ſucceſſione ex rationibus, de quibus Cabed. *ſuprà n.* 3. Si alia deſideras vide DD. citatos in hoc §. 6. *& Ord. lib.* 2. *tit.* 35. ubi multa invenies.

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & ſuis hæredibus tranſit ad omnes hæredes.*

2 *Pro ſe, ſuisque hæredibus ſucceſſoribus tranſit ad extraneos*

3 *Hæreditaria tota uni adjudicatur, qui aliis ſatisfacit, & appellatur* encabeçamento.

4 *Adjudicatio intra ſex menſes fieri debet, aliàs venditur,* re-

requiſito prius domino.

5 *Penſionem tenetur ſolvere qui emphyteuſim capit, quæ devolvitur ad dominum, ſi ipſe velit, tranſactis ſex menſibus ſine incapacitatione, remiſſivè.*

1 DEducitur ex hoc textu, quòd emphyteuſis pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus accepta per mortem emphyteutæ tranſit ad omnes ſuos hæredes; & circa illius diviſionem obſervabitur, quod dicemus ad titulum, *famil. erciſcund.* hoc eſt in *tit.* 96. §. 23. *hoc lib.* 4.

2 Emphyteuſis conceſſa pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, licèt addita non ſit dictio *quibuſcumque*, tranſit ad hæredes extraneos; *l. ſciendum, l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſignif.* tradit cum multis Auguſt. Barb. *clauſ.* 112. *num.* & cum emphyteuſis, de qua hîc *Ord.* ſit comprehenſa ſub dicta clauſula, non eſt dubium illam tranſire poſſe ad extraneos hæredes.

3 Eſtque hæreditaria emphyteuſis, de qua hîc legiſlator, & ad omnes hæredes tranſitura, totaque uni ſoli hæredi eſt aſſignanda, ne penſio inter multos diviſa confuſionem, & difficultatem ſolutionis inducat, & inter ipſos hæredes dividenda per æſtimationem, quia uni fratrum, ſeu hæredum, qui maiorem habet partem, adjudicatur tota emphyteuſis, ut aliis ſatisfaciat in pecunia de ſuis portionibus, & appellatur hoc *encabeçamento do prazo*, ut totum decidit *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 96. §. 23. Cabed. 1. *p. deciſ.* 107. *n.* 3. Valaſc. *de part. cap.* 25. *n.* 18. *& conſ.* 53. *n.* 2.

4 Sed hæc incapacitatio, ſive adjudicatio emphyteuſis fieri debet intra ſex menſes enumeratos à die, quo emphyteuta deceſſerit; quod ſi non convenerint, vel uti quia vota ſunt paria, vel quia hæredes ſunt tantum duo, & unuſquiſque totam emphyteuſim ſibi adjudicari contendit, ſicque non concordant, tunc emphyteuſis vendatur intra dictos ſex menſes, requiſito prius domino, ſi illam velit pro eodem pretio, ut omne decidit ſuprà *Ord. dict. tit.* 96. §. 23.

Et ille, ad quem emphyteuſis devenerit, ſive per incapacitationem, id eſt vota, ſive per emptionem ſolvet aliis ſuam portionem, & penſionem domino directo, ut decidit Ordinatio noſtra Regia *dict.* §. 23. & tranſactis illis ſex menſibus ſine dicta incapacitatione, vel venditione; tunc emphyteuſis devolvitur ad dominum directum, ſi ille voluerit, ut tradit legiſlator in verbis finalibus illius §. 23. 5

Alia multa, quæ hic deſiderare poteras, pertinent ad alium locum, ubi (Deo dante) tibi offerre licet. Tranſeamus jam ad interpretationem *Ord. hoc lib. tit.* 37.

Ad tit. 37.

Nominationes emphyteuſis quibus caſibus revocari poſſint.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Habens facultatem nominandi ad tempus mortis, variare poteſt uſque ad mortem, remiſſivè.*

Actus qui referuntur ad tempus mortis, uſque ad mortem revocari, & mutari poſſunt, ibid.

2 *Contrarium objicitur, remiſſivè.*

Reſ-

3 *Reſponſio ad objectionem, remiſſivè.*
4 *Facultas collata ad ultimæ voluntatis actum pluries mutari, & variari poteſt, in quo ſenſu loquitur Ord.*
5 *Emphyteuta habens poteſtatem nominandi uſque ad tempus mortis, poteſt facere quantas nominationes voluerit, revocatis aliis, & ultima permanebit.*
6 *Habet emphyteuta liberam voluntatem uſque ad ultimæ vitæ ſpiritum, quam poteſt mutare, minuere, corrigere, & revocare prout voluerit.*
7 *Hanc facultatem habet nominatus ad emphyteuſim, remiſſivè.*
8 *Ubi datur eadem ratio, ibi eſt eadem juris diſpoſitio.*
9 *Mutatio, & variatio amplius non admittitur, ubi facultas nominandi ſimpliciter fuit conceſſa.*
Exequuta prima nominatione, fungitur officio ſuo, ibid.
10 *Quid quando facultas nominandi conceſſa fuit in tempus mortis perſonam incertam de certis, & quando reſtringitur ad certam perſonam, & n. 11. remiſſivè.*
12 *Differentia inter primum, & ſecundum caſum aſſignatur.*
13 *Ordinatio in principio unde ortum habeat.*
14 *Per ultimam nominationem, cæteræ antea revocantur.*
15 *Ampliatur primo diſpoſitio.*
16 *Ampliatio ſecunda.*
17 *Ampliatio tertia.*
18 *Variatio admittitur uſque ad mortem, ſive facultas competat ex contractu, ſive ex ultima voluntate.*
19 *Nominatio manet irrevocabilis per traditionem rei emphyteuticæ.*

Deducitur ex hoc textu, quòd emphyteuta habens poteſtatem nominandi ad tempus mortis relatam poteſt facere quantas nominationes voluerit, & variare uſque ad ultimum vitæ terminum, & ultima nominatio valida erit, aliis revocatis antea factis; quia omnes actus, qui ad tempus mortis referuntur, uſque ad mortem mutari, & revocari poſſunt, ut probatur ex hac *Ord.* Cald. *de poteſt. elig. cap.* 2. *n.* 1. & *conſ.* 12. *n.* 14. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4 *n.* 23. *verſic. ſi eligendi facultas.* Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 13. *n* 39. 1

Sed contra hæc videntur obſtare: in jure certum eſt, quòd habens facultatem nominandi aliquem ad emphyteuſim, vel aliam rem, aut officium, ſi ſemel de facto nominet, ſeu eligat, non poteſt amplius nominationem revocare; electio enim ipſa, aut nominatio ſecum trahit executionem, & omnino dicitur conſumata. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 155 *n.* 18. & 26. Valaſc. *conſ.* 102. *n.* 12. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 37. Salgad. *de ſupplicat. p* 1. §. *unic. n.* 23. ergo diſpoſitio noſtræ Ordinationis in principio non videtur vera, neque dicta ſuprà *n.* 1. 2

Reſpondetur tamen, quod aut facultas, ſeu poteſtas eſt ſimpliciter conceſſa in contractu primordiali ipſius emphyteuſis, aut eſt conceſſa cum declaratione, quòd poſſit nominare uſque ad mortem: ſi fuerit conceſſa ſimpliciter, facta tunc nominatione, non poterit iterum nominare, nec primam nominationem revocare, & in hoc ſenſu loquuntur ſuprà citati DD. pro contraria parte, & ultra eos Portug. *tom.* 1. 2. *p. cap.* 13. *n.* 38. quod fateor verum. 3

Quando verò facultas, ſeu poteſtas 4

teſtas fuit collata ad actum ultimæ voluntatis, tunc nominatio facta virtute prædictæ voluntatis poterit pluries mutari, & variari, prout ultima voluntas, uſque ad mortem, ut tradunt Valaſc. *conſ.* 102. *ſub n.* 25. Portug. *ſuprà n.* 39. & Doctores citati, *n.* 1. & in hoc ſenſu loquuta fuit noſtra *Ord.* & ſic non obſtant in contrarium adducta, quæ procedunt in caſu diverſo, ut vides, veraque eſt diſpoſitio noſtri textus.

5 Unde emphyteuta habens emphyteuſim pro ſe, & certis perſonis nominandis, ſcilicet uni, quem ipſe nominaverit, & hic ſic ab eo nominatus poſſit nominare alterum, & ſic deinceps, ſi in vita aliquem nominaverit ad emphyteuſim, poteſt facere alteram nominationem poſtea, & quantas voluerit uſque ad tempus mortis, revocatis aliis; & ultima permanebit, ſi in primo contractu emphyteutico data fuit poteſtas ad *nominandum ante mortem, vel* uſque ad mortem, ut dicit legislator in præſenti.

6 Habet emphyteuta facultatem liberam ad faciendum plures nominationes emphyteuſis, quoties voluerit, & ſibi placuerit juxta diſpoſitionem noſtri textus; ideo poteſt mutare, & revocare uſque ad mortem nominationes antea factas; habet enim in hoc caſu deambulatoriam voluntatem uſque ad ultimum vitæ ſpiritum, ſicut eſt voluntas defunctorum, qui habent liberam facultatem de rebus ſuis diſponendi, & quoties poſſunt mutare, minuere, corrigere, declarare, revocare, & aliud ſtatuere, & conficere uſque ad mortem, ut cum multis juribus tradit Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 32. *n* 6.

7 Quæ dicta ſunt de emphyteuta, qui poteſt facere uſque ad tempus mortis plures nominationes, revocatis aliis, & ultima permanebit, intelligenda ſunt, & habent locum etiam in emphyteuta nominato, in quem habuit effectum nominatio; quia lex loquitur generaliter de emphyteuta contemplato in contractu primordiali, qui ſucceſſurus eſt, & in quem tranſlata ſit emphyteuſis cum eadem poteſtate nominandi in vita, vel uſque ad mortem.

Daturque in nominante, & nominato eadem ratio, & ubi datur eadem ratio, debet eſſe eadem juris diſpoſitio ex *l. illud*, *ff. ad l. Aquil. l. ſi ſtipulaverit*, §. 2. *ff. ad l. Jul. de adulter.* tradit cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* R. *n.* 14. 8

Prædicta non habebunt locum quando, ſeu facultas nominandi data fuit ſimpliciter ad nominandum; in tali enim caſu ſemel facta nominatione emphyteuſis, vel alicujus rei, non poteſt amplius mutari, nec variari nominatio, quare dum nominans primam exequitur nominationem, functus eſt officio ſuo ex *text. in l. boves*, §. *ſermone*, *ff. de verb. ſignif.* Portug. *lib.* 2. *cap.* 13. *ſub n.* 44. 9

Et, in hoc ſenſu militant illa, quæ tradunt Doctores *ſuprà n.* 2. & per hoc veniunt limitanda, quæ hactenus diximus de illo, qui habet poteſtatem nominandi ante, vel uſque ad tempus mortis in terminis textus.

Quid autem dicendum ſit, quando data fuit facultas nominandi in tempus mortis perſonam incertam de certis, & quid quando facultas nominandi reſtringitur ad certam perſonam? Hanc dubitationem reſolvunt Brit. *in cap. potuit* 3. *p.* §. 3. *n.* 31. & Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 25. in quibus locis dicunt, quod quando facultas data fuit nominandi in tempus mortis perſonam incertam de certis; tunc 10

uſ-

uſque ad tempus mortis variatio permittitur.

11 Secus verò quando facultas nominandi reſtringitur ad certam perſonam; quia tunc facta ſemel nominatione in vita variatio non admittitur, & hæc probant ex intelligentia textus in *l. poſt. mortem*, *cod. de fideicommiſſ.*

12 Et rationem differentiæ inter primum, & ſecundum caſum aſſignant; quia in præventione electionis, quæ de perſona certa facienda eſt, nullum præjudicium, niſi ipſius verſari poterit, quia neceſſariò perſona illa ſuccedere debet: in præventione autem electionis, quæ de incerta perſona de certis fieri debet, maximum præjudicium cæteris filiis, qui eligi poſſunt, verſaretur, cùm poſſit quilibet ipſorum nominari juxta formam conceſſionis uſque ad tempus mortis; ideo in hoc ſecundo caſu admittitur variatio; non autem in primo, ut dicunt Brit. & Molin. *ſuprà n. 25. 26. & 27. & ſeqq.*

13 Concluditur, quòd ille, qui habet facultatem nominandi uſque ad mortem, vel cùm morietur, etiam ſi in vita facta ſit nominatio, variare poteſt, & ipſam nominationem revocare ex authoritate *textus in l. cum pater, §. à filia, ff. de legat. 2. & l. unum ex famil. in princip. ead. tit.* Ex quibus juribus noſtra Ordinatio in hoc princip. ortum habuit, dum dicit omnes actus, qui ad tempus mortis referuntur, uſque ad mortem mutari, & revocari poſſe; conducuntque *text. in l. 3. § fin. cum leg. ſeq. ff. de adim. leg. l. ſiquis in princip. ff. de leg. 3.*

14 Unde juxta diſpoſitionem noſtræ Ordinationis ex eo, quod in contractu emphyteutico data ſit facultas emphyteutæ ad nominandum uſque ad mortem, licèt in vita faciat nominationem, poteſt, antequam moriatur, variare, & facere alteram, vel plures nominationes, prout voluerit, & placuerit, & per ultimam cæteræ antea factæ manebunt revocatæ, ut patet ex noſtra diſpoſitione textus in principio.

Amplia 1. etiam ſi nominatio fiat præſenti, & acceptanti per viam donationis, aut alterius contractus irrevocabilis ex *text. in l. cum pater, §. à filia, ff. de leg. 2.* quod etiam procedit, quamvis nominans promiſerit non revocare, nec venire contra electionem, ſive nominationem. Cald. *de poteſt. elig. lib. 3. cap. 2. n. 22. & 23.* Surd. *conſ. 264. n. 34.* & omne tradit Hermoſilh. *l. 7. gloſ. 5. tit. 4. p. 5. n. 30. & 31.* 15

16 Amplia 2. & ſi juret nominationem, ſeu electionem non revocaturum, quia juramento non obſtante, revocare eam poterit, ut tradit Cald. ubi proximè, *n. 35. & 36.* tradunt Mier. *de maiorat. p. 1 q. 48. n. 252. & 4. p. quæſt. 2. n. 79.* Hermoſilh. *ſuprà n. 32.*

17 Amplia 3. quando hæc facultas eligendi, ſeu nominandi commiſſa fuit tam ex contractu, quàm ex teſtamento; quia licèt in electione ſimpliciter conceſſa differentia inter electionem competentem ex ultima voluntate, ſive ex contractu aſſignari ſoleat; attamen in electione, vel nominatione in tempus mortis collata, nulla differentia facienda eſt.

18 Imò ſive competat ex contractu, ſive ex ultima voluntate, ſemper variatio uſque ad mortem licita erit; militat enim eadem ratio tam in contractu, quàm in ultima voluntate. Valaſc. *conſ. 102. n. 26.* Hermoſilh. *ſuprà n. 33.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. n. 34.* ubi numeris ſeqq. bene.

19 Limitatur, quando ultra nominationem proceſſum ſit ad traditionem rei emphyteuticæ; quia tunc nominatio manebit irrevocabilis, etiam ſi conceſſa ſit facultas nominandi uſque ad mortem, tradit Valaſc. *conſ.* 61. *n.* 13. in tali caſu poſtquam nominans fecit nominationem cum traditione rei, amplius variare non poteſt, neque aliam nominationem facere.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta nominando, & transferendo cum traditione omne jus, aliam nominationem facere non poteſt, neque variare, imò nominatus de emphyteuſi diſponere poteſt.*

2 *Jus quæſitum auferri non poteſt, remiſſivè.*

3 *Quod placuit ſemel, amplius diſplicere non poteſt.*

4 *Jus ſuum qui cedit, non habet amplius regreſſum ad illud, remiſſivè.*

5 *Nominatio manet irrevocabilis apud dotatum, vel nominatum, & amplius non revocatur, remiſſivè.*

6 *Ad hoc neceſſaria eſt translatio totius juris emphyteutici, & in quem fuerit translatum de illa diſponere poteſt.*

7 *Tradendo emphyteuſim ſive translatione totius juris, emphyteuta adhuc habet poteſtatem nominandi.*

8 *Facultas variandi, & nominandi tollitur per translationem totius juris, non per ſimplicem nominationem.*

9 *Nominatus cum translatione totius juris poteſt diſponere de emphyteuſi, ſicut poterat nominans.*

10 *Nominatio titulo dotis manet irrevocabilis.*

11 *Contrarium verius eſt, remiſſive.*

EXpreſſe probatur ex hoc textu, quòd ille, qui habet facultatem nominandi uſque ad tempus mortis, ſi in vita ſua transferat in aliquam perſonam per titulum dotis, vel alium titulum, cedendo, ſive transferendo in illa univerſum jus, quod in emphyteuſi habebat, tunc emphyteuta non poterit facere alteram nominationem, neque variare, licèt ſibi uſumfructum reſervet, perſonaque nominata poterit diſponere de re emphyteutica, ut infra dicemus. 1

Per hanc diſpoſitionem ſine dubio limitanda venit Ordinatio in principio hujus tituli; quod enim in illa decernitur, hic limitatur, dum ſtatuit textus emphyteutam, qui facultatem nominandi habet uſque ad mortem, amplius variare non poſſe, neque facere alteram nominationem, quando tranſtulit in alium emphyteuſim cum omni jure, quod habebat, ſive hoc faciat per titulum dotis, vel per alium quemcumque titulum in vita ſua. 2

Per illam namque nominationem, ſequuta traditione, abdicavit à ſe emphyteuta ome jus, quod habebat, & in nominatum tranſtulit, & jus alicui quæſitum ab eo auferri non poteſt, etiam per eum, cujus facto illud quæſitum fuit; *l. fin. ff. de pact.* Giurb. *in conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 8. *n.* 53. 54. & 55.

Unde quando emphyteuta, qui habet facultatem nominandi aliquem ad emphyteuſim uſque ad mortem, nominat, & ultra nominationem 3

nationem ſubſequitur traditio rei, & abdicavit à ſe omne jus illud transferendo in nominatum, amplius nominare non poterit, neque revocare illam nominationem, eodem modo, quo emphyteuſis conceſſa fuit alicui cum facultate ſimpliciter nominandi; tunc eo ipſo, quod ſemel nominavit, nominatio irrevocabilis fit, & ſtatim jus quæritur nominato, nominansque in iſto caſu amplius variare non poteſt; & procedit regula, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt; *cap. quod ſemel de reg. jur. lib.* 6. & ad intentum Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 18.

4 Emphyteuta per illam nominationem, ſequuta traditione, & ſimul toto jure, quod habebat, amplius regreſſum non habet ad illud jus in nominatum translatum, quia jus ſuum cedens non habet regreſſum ad illud ex *l. quæritur circa fin. in* §. *ſi venditor. ff. ad l. Jul. de adulter.* tradit cum multis Begnudel. *tom.* 2. *verbo jus*, *n.* 5.

5 Ideo in terminis noſtri textus emphyteuta nominans emphyteuſim illam transferendo, & omne jus in nominatum, non poteſt amplius revocare; nominatio enim illa irrevocabilis manet apud emphyteutam dotatum, vel nominatum; & hoc totum tradit Cald. *de poteſt. elig. cap.* 2. *n* 30. *& cap.* 3. *n.* 13. *in fin. & cap* 4. *n.* 31. & cum eo Olea *de ceſſ. jur. tit.* 6. *quæſt.* 8. *n* 5.

6 Quare ad inducendam nominationem irrevocabilem non ſufficit ſolum traditio rei emphyteuticæ in vita ſua, ſed requiritur præcipuè ceſſio, ſive translatio totius juris emphyteutici, ut ex verbis ibi: *Traſpaſſando na dita peſſoa todo o direito, que na couſa aforada tinha*; & facta hac ceſſione, ſive translatione totius juris emphyteutici in aliquam perſonam, quamvis emphyteuta reſervet in vita ſua uſumfructum, ad alteram nominationem convolare non poteſt, u patet ex verbis: *Já naõ poderá nomear outra vez a peſſoa alguma*, ſed perſona, in quam ſic fuerit translata, diſponere poterit de emphyteuſi, ſcilicet illam vendendo, ut infra dicemus; tradit. Cald. *de poteſt. elig. lib.* 3. *cap.* 4 *n.* 31. *& ſeqq.*

Non ſufficit ergo, quòd emphyteuta transferat rem emphyteuticam in vita ſua, ut maneat irrevocabilis nominatio, ſi non transferat totum jus, quod habebat, quia ſi ſolum res tradatur, & non cedatur totum jus emphyteuticum, non obſtante illius traditione, poterit emphyteuta adhuc facere aliam nominationem ipſius emphyteuſis, remanet adhuc poteſtas nominandi penes emphyteutam tradentem, ut ex hac Ordinatione colligitur, & Cordeir. *dubit.* 33. *n.*33. Cald. *ſuprà*, *& n.* 33. & conducunt ad intentum illa, quæ tradit Valaſc. *conſ.* 102. *n.* 15. *verſic. cæterum*, *& ſeqq.* 7

Quapropter in propoſito, ut nominatio maneat irrevocabilis, non ſufficit ſola traditio rei emphyteuticæ, ſed requiritur translatio totius juris emphyteutici; quia per hanc translationem totius juris emphyteutici abdicat à ſe emphyteuta omnem facultatem ulterius variandi, ſeu nominandi, & hoc impedimentum non reſultat ex ſimplici nominatione, quam facit emphyteuta per titulum dotis, vel alium quemcumque. 8

Quia illa poteſtas nominandi adhuc durat in emphyteuta uſque ad mortem, ut poſſit variare, & nominare, ſupoſitis illis, quæ ad principium hujus tituli adduximus; omnes enim actus, qui ad tempus mortis referuntur, uſque ad mortem mutari,

tari, & revocari poſſunt, ut tradunt *Doctores* ſuprà citati *in n.* 1. principii hujus tituli, & ſeqq.

9 Ex dictis plane ſequitur, quòd in terminis textus, ut emphyteuta ulterius variare, & nominare non poſſit, non ſufficit ſola traditio invita rei emphyteuticæ, ſed ulterius requiritur, ſcilicet translatio totius juris emphyteutici in nominatum, vel dotatum; per hanc enim translationem tota facultas ulterius variandi, ſeu nominandi aufertur ab emphyteuta, ita ut nulla poteſtas in eo reſideat ad alteram nominationem faciendam, quia totum illud jus tranſtulit in nominatum; qui poterit de illa emphyteuſi diſponere, eodem modo, quo emphyteuta nominans antè traditionem totius juris, ut probatur ex hac *Ord.*

10 Et licèt gravis ſit quæſtio utrùm nominatio facta titulo dotis maneat revocabilis, & Doctores, quos refert Barb. *ad hunc* §. 1. *n.* 2. affirment talem donationem manere irrevocabilem, & pro hac parte bis judicatum fuiſſe aſſerit.

11 Attamen ſententiam contrariam refert ipſe Barb. *verſic. contrariam*, ubi dicit nominationem factam titulo dotis manere revocabilem, niſi emphyteuta cum prædicta nominatione totum jus cedat emphyteuticum, & in favorem ſponſi transferat ad inſtar nominantis, & univerſum transferentis, quam ſententiam ſequuntur Valaſc. *conſ.* 102. *n.* 11. *&* 36. *cum ſeqq.* Cald. *de poteſt. elig. cap.* 2. *n.* 15. & pro hac parte judicatum fuiſſe, concludens hanc ſententiam eſſe receptiorem, ex quibus confirmatur noſtra aſſertio, quam tradimus; ad hoc videndus Cordeir. *dubit.* 34. *ex n.* 69.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta revocare non poteſt, quando in contractu facultas nominandi fuit data ſine mentione mortis, remiſſivè.*

2 *Nominato per primam nominationem jus acquiritur, quod auferri non poteſt.*

3 *Electio ſemel facta retractari nequit, remiſſivè.*

4 *Factum contra jus pro non facto habetur, remiſſivè.*

5 *Electio unius eſt alterius reprobatio.*

Nominatione ſemel facta ulterius variari non poteſt, ibid.

6 *Emphyteuta functus eſt officio ſuo, facta ſemel nominatione, remiſſivè.*

Variatio reprobatur in jure, quando fit in præjudicium partis, ibid.

7 *Limitatur quando prima nominatio fuit nulla, emphyteuta tunc ſecundam validam facere poteſt, remiſſivè.*

Actus nullus non eſt actus, & pro non facto habetur, ibid.

8 *Nominato non acquiritur jus irrevocabile per invalidam, & inutilem nominationem.*

9 *Secundus actus primus dicitur, quando primus nullus, & invalidus fuit.*

10 *Nominatio nulla nomen nominationis non meretur.*

Actus nullus nomen actus non meretur, ibid.

11 *Nominans iterum nominare poteſt, ſi nominatus prius moriatur.*

In-

12 *Intelligitur quando jus non transfertur in nominatum.*
Jus quæſitum rurſus auferri non poteſt, ibid.

1 SI in contractu emphyteutico præſertim inter dominum, & emphyteutam celebrato data ſit facultas nominandi ad emphyteuſim unam perſonam, nulla facta in contractu mentione mortis, poſtquam ſemel nominaverit, vel elegerit, non poterit emphyteuta revocare prædictam nominationem, neque facere alteram poſteriorem, per quam prior revocetur; & ſi faciat, non valebit, ut plane, & optime probat legislator in hoc textu.

Quod legislator diſpoſuit initio tituli, hîc reſtringitur; initio namque tituli diſpoſuit legislator, quod emphyteuta, facta ſemel nominatione emphyteuſis, poteſt aliam facere & quantas voluerit uſque ad mortem, & ultima permanebit, revocatis aliis; & hoc quando in contractu emphyteutico data fuit facultas nominandi ante mortem, vel uſque ad tempus mortis, ex eo quia omnes actus, qui referuntur ad mortem, uſque ad mortem revocari poſſunt, ut dixi ad illud principium.

2 Sed hoc reſtringitur in iſto §. 2. ubi legislator ſtatuit, quòd emphyteuta, facta ſemel nominatione emphyteuſis, non poterit illam amplius revocare, neque aliam facere, revocata prima, quando in contractu emphyteutico data fuit facultas ad nominandum, nulla facta mentione mortis, & ſi illam fecerit, non valebit, quoniam per primam nominationem nominato fuit jus quæſitum, quod auferri non poteſt ex *text. in l. fin. ff de pact.* tradit cum aliis Valenzuel. *tom. 1. conſ.* 59. *n.* 8. ſed imò potius illibatum, & illeſum ſervari debet, §. *ſed & maior. Inſtit. qui ſunt ſui, vel alieni juris*, Valenzuel. *ſuprà n.* 2.

Non poteſt igitur emphyteuta 3 procedere ad aliam nominationem, quia facultas nominandi, quam habebat, erat ad nominandam aliquam perſonam, nulla facta mentione mortis; & cum per illam nominationem facta fuiſſet electio illius perſonæ nominandæ, non poteſt emphyteuta amplius procedere ad alteram, quia electio ſemel facta retractari nequit; *cap. quod ſemel de reg. jur. in* 6 *l. quod in hæredem*, §. *eligere*, *ff. de tribut. act. l. nemo poteſt mutare*, *ff. de re jud.* quod principaliter procedit, quando variatio in alterius præjudicium progreditur, ſi ex prima electione ei fuit jus quæſitum. Bald. *in l.* 1. *n* 33. *cod. quand non pet. part.* tradit cum multis Giurb. *ad conſuetud. Meſſan cap.* 10. *n.* 22 *verſic. contrar.*

Quare facta nominatione em- 4 phyteuſis in terminis textus, ſi procedatur ad aliam, erit nullius momenti, ut patet ex verbis ibi: *E ainda que a faça, naõ valerá*; quia factum contra jus pro non facto habetur, *cap quæ contra jus* 64. *de reg. jur. lib* 6. *l. jubemus*, § *prædia*, *cod. de ſacroſ. Eccleſ.* tradit cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* F. *n.* 28. *&* 81.

Et per illius primam electio- 5 nem, ſeu nominationem, aliæ remanent reprobatæ, namque unius electio eſt aliorum reprobatio; *l. cum ita legatum*, § 1. *ff. de condit. & demonſtr. l. Tribunus*, *ff. de teſtam. milit.* cum aliis Barb. *axiom. jur. lit.* E *n* 24. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. ſuprà cap.* 10. *n.* 22. *in fin.* ideo ſemel facta nominatione emphyteuſis in terminis textus ulterius variari non poteſt; cum multis Portug. *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 38.

Un-

6 Unde ille, cui ſimpliciter eſt conceſſa poteſtas nominandi, ſeu eligendi, nulla facta mentione mortis, ex eo quod ſemel nominavit, non habet amplius facultatem nominandi, ſeu eligendi; functus eſt enim officio ſuo, ut tradit Cald. *de poteſt elig. cap.* 5. *ſub n.* 1. & per illam electionem quæſitum fuit jus electo, quam electionem eligens revocare non poteſt; variatio namque in jure reprobatur in præjudicium partis, ut cum multis Auguſt. Barb. *in report. pract. concluſ. verbo Electio.*

7 Limitatur primò, quando nominatio prima fuit nulliter facta, quia tunc alia ſecunda nominatio valida erit, & fieri poteſt; in jure enim non præſtant impedimentum illa, quæ de jure nullum ſortiuntur effectum, ex *reg. non præſtat de reg. jur. in* 6. & actus nullus non eſt actus, & pro non facto habetur; *l. ſi cui, ff. de oper. libert.*

8 Noſtra *Ord. in hoc* §. 2. loquuta fuit de nominatione valida, & non de invalida, & inutili; quia ex invalida non poteſt irrevocabile jus emphyteuticum nominato acquiri ex *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re jud.* ideo ſi prima nominatio fuerit nulla, poteſt fieri ſecunda valida, ut bene explicat Cald. *ſuprà n.* 8.

9 Igitur ſi contingerit, quòd emphyteuta faciat nominationem, ſeu electionem, quæ nulliter facta ſit, tunc nominatio dici non poteſt, & ſecundus actus dicitur primus, quando alius fuit nullus, & invalidus, ut optimè dicit Cald. *ſuprà n.* 12.

10 Et cùm Ordinatio loquatur de nominatione valida, per quam transfertur jus nominato, nihil mirum, quòd poſſit procedi ad aliam nominationem validam, quando prima fuit nulliter facta, quæ nomen nominationis non meretur, ut iterum docet Cald. *ſuprà n.* 15. ſemper laudandus, & actus nullus nomen actus non meretur; *l. ſtatutis, cod. de ſent. ex brevicul. recit.* tradit cum aliis Barb. *axiom. jur. lit.* A. *n.* 144. *& lit.* N. *n.* 84.

Limitatur ſecundò; ſi primò nominatus præmoriatur nominanti, & ſic non habuit effectum nominatio, tunc enim eligens iterum nominare poteſt; Cardoſ. *verbo emphyteuſis, n.* 42. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 6. *n.* 31. quæ enim carent effectu nomen non merentur; *l.* 2. §. *teſtamentum, ff. quemadmodum teſtam. operiant.* & hoc tradit Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 40 *&* 41. & noſtra *Ord.* § 5. *hoc tit.* 11

Sed hæc ſecunda limitatio eſt intelligenda, quando nominans, ſeu eligens nominat ſimpliciter, & non transfert aliquod jus in nominatum; quia ſi transferat, videtur non poſſe iterum nominare, ut patet ex hoc §. *&* §. 1. *hoc tit.* unde in terminis iſtius §. 2. locum non habebit hæc ſecunda limitatio, quia jus transfertur nominato per illam nominationem, & jus alicui acquiſitum eo invito rurſus auferri non poteſt; *l. fin. ff. de pact.* §. *fin.* Begnudel. *tom.* 2. *verbo jus, n.* 2. idcirco variatio non admittitur, neque eligens iterum nominare poteſt faciendo alteram nominationem, quia per primam acquiſitum fuit jus nominato irrevocabile. 12

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Nominatio per teſtes non probatur, dum alia extiterit inſtrumento celebrata.*

2 *Inſtrumentum eſt probatio probata, remiſſivè.*

3 *Producens illud in judicio approbare videtur omnia in eo contenta. niſi proteſtaverit.*

4 *Habet pro ſe tres præſumptiones, & illius fides incorrupta dicitur.*

5 *Nominatio facta in teſtamento nuncupativo valebit, licèt adſit alia inſtrumento confecta, remiſſivè.*

6 *Limitatur diſpoſitio in principio §. remiſſivè.*

7 *Nominatio per tres teſtes probata valet, quando alia non apparet publico inſtrumento facta.*

8 *Nominatio probata per ſcripturam ſemper attenditur, neglecta per teſtes probata, remiſſivè.*

9 *Non revocatur per aliam per teſtes probatam.*

Res per eaſdem cauſas diſſolvitur, per quas naſcitur, ibid.

10 *Nominatio per teſtes non probatur, quando ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus.*

11 *Nominatio facta in ſcriptura privata cum tribus teſtibus prævalebit.*

12 *Ut habeat prælationem partium, ſubſcriptio requiritur, & trium teſtium probatæ, & integræ opinionis.*

13 *Nominatio facta in ſcriptura privata habente vim publicæ valet, & per illam revocatur prima publico inſtrumento celebrata.*

14 *Nominatio verbalis facta in favorem filii præcedit inſtrumentalem, remiſſivè.*

15 *Teſtamentum nuncupativum ad ſui validitatem requirit ſex teſtes.*

16 *In Ordinatione Philippina deeſt verbum tres typographi incuria.*

IN hoc §. 3. agit legislator de modo probandi nominationes emphyteuticas, an ſcilicet probari poſſint per teſtes, vel neceſſarium ſit probari per ſcripturam, vel inſtrumentum? Et reſolvit legislator in præſenti, quòd dictæ nominationes probari non poſſunt per teſtes, dum extiterit altera per publicum inſtrumentum celebrata, ut ex verbis: *E as ditas nomeações naõ ſe poderaõ provar por teſtemunhas, quando houver outra nomeaçaõ por eſcritura publica.* 1

Inſtrumentum dicitur probatio probata, & veritas apparens; Bald. *in l. imperator. ff. de ſtat. hom.* Bart. *in l.* 1. *ff. de nov. oper. nunt.* Begnudel. *tom.* 2. *verbo inſtrumentum, n.* 19. Peg. *for. cap.* 19. *n.* 1. & 2. inducitque rem liquidam, & evidentem præcipuè in antiquis; Panorm. & DD. *in cap. cum olim de cenſib.* verum præſumitur; *l. cum precibus, cod. de probat.* niſi argumentis luce meridiana clarioribus probetur contrarium; *l generaliter, cod. de non numer. pecun.* 2

Inſtrumentum, vel ſcripturam producens in judicio videtur approbare, & confiteri omnia in ea contenta. Maſcard. *de probat. concl.* 368. *n.* 9. Barb. *ad Ord. lib. tit.* 55. *ad §. ult. n.* 2. Auguſt. Barb. *in cap. cum olim.* 19. *de cenſib. n.* 4. niſi producens fuerit proteſtatus, quòd nolit uti, niſi in favorabilibus ſibi; tradit Begnudel. *ſuprà* cum multis *ſub n.* 19. *in fin.* 3

Propter has, & alias rationes legislator in præſenti §. 3. ſtatuit nominationes emphyteuticas probari non poſſe per teſtes, dum extiterit nominatio altera per inſtrumentum celebrata, fides enim inſtru- 4

menti dicitur incorrupta; *text. in l. emancipatione*, *cod. de fid. inſtrum.* habetque pro ſe tres præſumptiones, ſcilicet quòd ſit verum, ſolemne, & ſcriptum de voluntate partium, ut cum multis tradit Peg. *for. capit.* 19. *num.* 6.

5 Sed ſi nominans fecerit teſtamentum nuncupativum cum teſtibus, quos noſtræ Ordinationes requirunt, in eoque nominaverit, prædicta nominatio valebit, ac plenum robur obtinebit, quamvis alia nominatio prius facta extet publico inſtrumento confecta, in eo caſu, quo prima nominatio revocari poteſt, & altera confici, ut ſtatuit legislator in hoc §. 3. *verſic. Salvo.*

6 Ex quibus verbis videntur limitari illa, quæ legislator diſpoſuit in principio §.; in illo namque principio ſtatuit legislator nominationes probari non poſſe per teſtes, quando extiterit probatio altera publico inſtrumento celebrata, ſed in hoc *verſic. Salvo* aliud decernit; ſcilicet probari poſſe per teſtes, quando nominans fecerit teſtamentum nuncupativum, & nominaverit; tunc enim diſponit valere talem nominationem, licèt appareat altera facta nominatio inſtrumento publico celebrata; hæcque videntur inter ſe contrariari: ſed cogita benevole lector, & intellige, ut ex ſequentibus.

7 Legislator in hoc *verſic. Salvo* tradit nominationes emphyteuticas probari poſſe per teſtes, quando nominans fecerit teſtamentum nuncupativum teſtibus Ordinationibus requiſitis, valebitque talis nominatio; ſed hoc intelligendum eſt, ſi non appareat nominatio altera publico inſtrumento celebrata; poterit tunc nominatus probare nominationem ſaltem per tres teſtes, ut ſtatuit legislator in *verſic.* ibi: *E aſſim ſe ſe naõ moſtrar feita alguma nomeaçaõ por eſcritura publica, poderá o nomeado provar por tres teſtemunhas ao menos a nomeaçaõ, que diſſer lhe ſer feita, e valerá a tal nomeaçaõ.*

Unde quod legislator decernit in præſenti §. 3. eſt, quòd nominationes emphyteuticæ factæ in ſcritura publica ſemper ſint attendendæ, neglecta nominatione, quæ probata fuerit tantummodo per teſtes, quia ubi extiterint publico inſtrumento celebratæ, ceſſant aliæ factæ per teſtes, & ſolum iſtæ nominationes per teſtes locum habebunt ex defectu nominationis publico inſtrumento celebratæ, ut colligitur ex verbis textus. 8

Nominatio probata in ſcriptura publica revocari non poteſt per alteram nominationem poſteriorem factam, & probatam per teſtes, ſed requiritur altera nominatio facta in ſcriptura publica, ut docet Cald. *de poteſt. elig. cap.* 7. *n.* 14. quia res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur; *cap. omnis* 27. *quæſt.* 2. *cap. omnis res de reg. jur.* Valaſc. *conſ.* 130. *n.* 17. Anguſt. Barb. *axiom.* 199. *n.* 8. 9

Et cùm prima nominatio facta fuiſſet in publico inſtrumento, revocari non poteſt per aliam poſteriorem factam coram teſtibus, ex eo enim quod emphyteuta nominans potuit priorem coram teſtibus facere, & non fecit, adſtringitur ſecundam per publicum inſtrumentum facere; aliter nihil actum erit, licèt adſint plurimi teſtes, quod maxime procedit, quando prima ſcriptura fuerit de ſubſtantia contractus. Cald. *ſuprà n.* 15. ubi multa. 10

Si contingat emphyteutam Pe- 11

trum

trum nominare in aliqua privata ſcriptura trium teſtium præſentia, & ſubſcriptione munita, licèt poſtea alium nominet in publico inſtrumento, illa privata ſcriptura, ac nominatio examinatis teſtibus prævalebit; *l. ſcripturas* 11. *cod. qui pot. in pig. hab.* Neguſ. *de pign* 2. *memb.* 5. *p. n.* 47. Cald. *ſuprà n* 30.

12 Ad hoc enim ut dicta ſcriptura privata habeat effectum prælationis, requiritur etiam ſubſcriptio partium ultra ſubſcriptionem trium teſtium. Soc. *conſ.* 274. ponderando ad hoc *d. l. ſcripturas*, ſicut etiam requiritur ad iſtum effectum prælationis ante dictum, quod illi tres teſtes, qui ſubſcripſerunt, ſint probatæ, & integræ opinionis, quæ qualitas probari debet, ut ex eodem Soc. *d. conſ.* 274. *in pen. col. in verſic. poſtremo dico*, & hoc tradit Neguſ. *ſuprà ſub eod. n.*

13 Scripturæ privatæ perſonarum, de quibus in *Ord. lib* 3. *tit.* 59. §. 15. habent vim publicæ ſcripturæ, ut ex illa lege probatur, Thom. Valaſc. *alleg.* 72. *n.* 74. Sylv. *ad d. Ord. ex n.* 1. & ideo nominatio facta in ſimilibus ſcripturis valet, ſicut ſcriptura publica, & ſi fiat, prævalebit, & per illam revocatur prima nominatio publico inſtrumento celebrata, in caſu, quo emphyteuta, facta prima nominatione, poteſt variare uſque ad mortem, & facere aliam, ut dictum eſt.

14 Emphyteuta habens poteſtatem nominandi ad emphyteuſim ſecundam, vel tertiam perſonam, ſi de facto nominet in publica ſcriptura Titium, & poſtea filium ſuum coram tribus teſtibus nominavit, videtur hanc verbalem factam nominationem in favorem filii præcedere inſtrumentalem, ut cum *Ord. lib.* 3. *tit.* 59. §. 11. tradit Cald. *ſuprà de poteſt. elig. cap.* 7. *n.* 31. ſed ab hoc cave propter præſumptionem fraudis, quæ aliquando contingere ſolet, ut dicit idem Cald.

Nota teſtamentum nuncupativum, ſive verbale in hoc Regno requirere ſex teſtes ad ſui validitatem, ſive ſint maſculi, ſive fæminæ, ut probatur ex *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 80. §. *ult.* Cordeir. *dubit* 4. *n.* 5. Reinoſ. *obſerv.* 39. & de hac materia largius dicam in illo §. *ult.* Deo dante 15

Nota ultimò, quòd licèt in hoc §. 3. non exprimatur numerus teſtium, quibus nominatio facta probari poſſit, præcipuè in Ordinatione Philippina, attamen in illa deeſt verbum *tres*, ſicut erat in antiqua, ut tradit Coſt *aſſent.* 143. Barb. *ad hanc Ord. n.* 3. Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 35. §. 8. *lit.* N. *n.* 3. & hoc verbum *tres* omiſſum fuit typographi incuria, ideo in illis verbis: *Poderá o nomeado provar por teſtemunhas ao menos*, addendum verbum *tres*; ita ut legatur ſic: *Poderá o nomeado provar por tres teſtemunhas ao menos*, ſicut legitur in aliis Ordinationibus poſt Philipinam impreſſis. 16

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Nominatio in teſtamento nullo, & revocato manet nulla, & revocata, & emphyteuta iterum nominare poteſt.*

2 *Teſtamento annullato, corruit nominatio in eo facta, remiſſivè.*

3 *Et omnia in teſtamento relicta nulla, & revocata manent.*

4 *Loquitur Ord. de emphyteuta habente ſimpliciter poteſtatem nominandi, abſque mentione mortis.*

5 *Loquitur de nominatione revocabili in teſtamento revocato, vel annullato in vita teſtatoris, non de judicato nullo poſt mortem.*
6 *Annullato teſtamento ratione præteritionis, vel exhæredationis, nominatio eſt valida, legata, & omnia in eo diſpoſita.*
7 *Ord. procedit in teſtamento abſolutè nullo, non verò nullo ex defectu præteritionis.*
8 *Reſponſio ad objectiones contrarias.*
9 *Emphyteuta faciens teſtamentum, quod in vita revocavit, & omnino nullum eſt, nominatio manet nulla, & revocata, & poteſt iterum nominare.*
10 *Nominatio firma manet, quando teſtamentum nullum judicatur per mortem emphyteutæ ratione præteritionis.*
11 *Teſtamentum omnino vitiatur, & omnia in eo relicta in caſu* Ord. lib. 4. tit. 82. §. fin.
12 *Non rumpitur in terminis* §. 1. dict. Ord. *remiſſivè.*
13 *Legatum capitur titulo lucrativo, ex teſtamento, & donatio ab hærede præſtanda.*
14 *Nominandi jus eſt actus neceſſarius immediatè procedens à dominica conceſſione.*
15 *Nominatus dicitur ſucceſſor particularis.*
Nominatio non habet ſimilitudinem cum legatis, ibid.

1 STatuit legislator in hoc §. 4. quòd ubi nominatio ſemel facta, amplius revocari non poteſt, ſi emphyteuta, qui nominare debet, ſuum teſtamentum fecerit, & nominaverit aliquem ad emphyteuſim, & poſtea prædictum teſtamentum revocaverit, aut idem quocumque modo ſit nullum, tunc ipſa nominatio remanet nulla, & revocata, & nullius momenti, ſicut ipſum teſtamentum, in hocque caſu emphyteuta iterum nominare poterit, ut ex hoc §. probatur.

2 Corruit ergo nominatio facta in teſtamento, illo revocato, vel annullato, ut patet ex hoc §. 4. Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. & conduct. tit.* 28. *n.* 149. *fol. mihi* 156. *col.* 1. Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *gloſ.* 5. *cap.* 3. *n.* 26. & 27. Cald. *de nominat. quæſt* 5. *n.* 35. Rebell *de obligat. juſt. p.* 2. *lib.* 13. *quæſt.* 17 *n.* 6. Ægid. *in repet. l* 1. *cod. de ſacroſ. Eccleſ. p.* 2. *in initio, n.* 26. *in fin.* & 27.

3 Et non ſolùm nominatio ipſa nulla, & revocata manet, ſed etiam legata, & cætera omnia in teſtamento relicta; *l. filio præterito, ff. de injuſt. rupt. l.* 1. §. 1. *verſic. quia nihil, ff. de legat.* 3. Phœb. 1. *p. deciſ.* 30. *n.* 8. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 8. *n.* 1.

4 Loquitur *Ord.* noſtra Regia in hoc §. 4. de emphyteuta, qui nominandi ſimpliciter poteſtatem habet extra relationem factam ad tempus mortis; aliter ſi emphyteuta poteſtatem variandi habeat, nulla eſt controverſia; *gloſ. fin. in l.* 3. §. *fin. ff. de ſervit. ruſt.* Cald. *ſuprà n.* 1. *verſic. unde*: quia ſi habuerit poteſtatem variandi, facta relatione uſque ad tempus mortis, poterit variare uſque ad mortem, & facere quantas nominationes voluerit, ut probavimus ad principium hujus tit.

5 Advertendum eſt, quòd legislator in §. 4. loquitur tantummodo de nominatione revocabili in teſtamento, quod ipſe teſtator in vita revocavit, vel quocumque alio modo in vita nullum habuit, in hocque caſu ſicut teſtamentum eſt nullum, ita ſimiliter nulla eſt nominatio

natio in illo teſtamento nullo facta.

Non verò loquitur in teſtamento poſt mortem teſtatoris nullo judicato, quia poſt mortem teſtatoris nulla in eo reperitur voluntas, vel facultas nominandi, & eo mortuo eſſet inutilis; ideo ratio prædictæ legis procedit in teſtamento revocabili in vita emphyteutæ teſtatoris, ut ratiocinat, & intelligit Peg. *ſuprà tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 62. *gloſ.* 5 *cap.* 3 *n.* 26.

6 Non loquitur etiam noſtra Regia Ordinatio de teſtamento nullo propter exhæredationem, vel præteritionem; quia ex hoc capite bene poteſt teſtamentum eſſe nullum ratione præteritionis, vel exhæredationis, & nominationem eſſe validam, ſicut etiam omnia legata, & cætera diſpoſita in eo dicto teſtamento ex *text. in auth. ex cauſ. cod. de liber. præterit.* ad verba ibi. *Ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutionem, cætera namque firma permanent, Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 82. §. 1. Peg. *tom* 4. *ſuprà ex n* 18. Gom. *in l.* 24 *Taur. n.* 3. Cald. *de poteſt. elig cap.* 8. *n.* 7. *& conſ.* 10. *n.* 53 Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 52. *n.* 1. Auguſt. Barb. *ſuprà de locat. & conduct. ſub n.* 149 *verſic. Nominatio tamen*; idem Auguſt Barb. *in repert. pract. concl. verbo Teſtamentum, fol. mihi* 225. *col.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 61. *n.* 17 *&* 18. Phœb. *dict. deciſ.* 30. *n.* 16.

7 Unde *Ord.* noſtra tantummodo procedit in teſtamento ſimpliciter, & abſolutè nullo, in quo nec nominationes, nec legata ſuſtineri poſſunt; non verò procedit in teſtamento nullo ex defectu præteritionis, in quo legata ſuſtinentur, & etiam nominationes conſequenter tenent Valaſc. *dict. alleg.* 61. *n.* 17. Phœb. *ſuprà n.* 17. Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 62. *gloſ.* 5. *cap.* 3. *n.* 25.

Quia ſi teſtamentum ex capite præteritionis tantummodo nullum judicetur, nominatio, & legata in eo relicta permanebunt, ut dictum eſt; & ad objectiones, quæ à contraria ſententia adducuntur, optime ſatis faciunt Peg. *ſuprà ex n.* 20. Phœb. *ubi ſuprà ex n.* 17. Thom. Valaſc. *dict. alleg.* 61. *ex n.* 19. quos conſule. 8

Concludo igitur, quòd emphyteuta faciens teſtamentum, in illoque nominans ad emphyteuſim, & poſtea in vita ſua illud revocavit, aut ſit omnino nullum, eo ipſo nominatio in eo facta, nulla, & revocata remanet, & poterit iterum nominare, etiam ſi loquamur de nominatione, quæ ſemel facta amplius revocari non poteſt, ut patet ex hoc §. 4. 9

Si verò teſtamentum per mortem emphyteutæ nullum judicetur propter præteritionem, vel exhæredationem, nominatio firma manet, ſicut legata, ut ex Doctoribus ſuprà allegatis, qui omnes tenaciter probant nominationem factam in teſtamento nullo propter præteritionem firmam manere, ſicut etiam legata. 10

Contra hæc videtur obſtare *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 82. §. *fin.* in quo rupto teſtamento agnatione poſthumi legata vitiantur: ergo etiam annullato teſtamento propter præteritionem, vitiatur nominatio in eo facta, ſicut etiam legata; ſed reſpondetur, quòd in caſu, de quo in illo §. *fin.* teſtamentum omnino vitiatur, & omnia in eo relicta, ut ſic loquitur *Ord. in hoc* §. 4. Phœb. *deciſ.* 30. *n.* 22. 11

At verò *Ord. in tit.* 82. §. 1. loquitur in caſu, in quo non teſtamentum, ſed ſola hæredis inſtitutio, 12

tio,

tio, vel exhæredatio rumpitur, & ita primus caſus nullum habet reſpectum ad *auth. ex cauſ cod. de liber. præterit.*, ſicut habet ſecundus caſus; in terminis enim *dict. auth. &* §. 1. ſola vitiatur inſtitutio; minimè verò legata, quod non verificatur in terminis *d.* §. *fin.* in quo legata infirmantur agnatione poſthumi, ut patet, & tradit Phœb. *dict. deciſ.* 30. *n.* 22.

13 Unde licèt *Ord. illa dict.* §. *fin.* anullet, & infirmet legata, non tamen nominationem emphyteuticam, quæ longe à legato differt; legatum enim capitur titulo lucrativo ex teſtamento, & eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda, ut ex §. 1. *inſtit de legat. l. legatum* 36 *ff de legat.* 2. tradit ad intentum Cald. *conſ.* 10. *n.* 56.

14 At nominatio emphyteutica ex dominica conceſſione provenit, non ex libertate emphyteutæ nominantis, ſicut in legato, ſed in ea nudum tantum factum, & miniſterium neceſſariæ electionis verſatur, & emphyteuta tam ex teſtamento, quàm extra teſtamentum nominare poteſt, & eligere; quare nominandi, ſeu eligendi jus eſt actus neceſſarius à dominica conceſſione procedens immediatè, qui nominantem adſtringit, in quo nullum hæredis, ſeu emphyteutæ factum verſatur, ſed qui nuda tantum nominantis electione explicatur.

15 Ideo ſucceſſor particularis dicitur nominatus in re emphyteutica ex *l. unum ex famil. ff. de legat.* 2 & quamvis in terminis illius *Ord.* legata corruant, non corruit nominatio emphyteutica, quæ nullam ſimilitudinem cum legatis habet, ut docet Cald. *ſuprà n.* 56. Phœb. *deciſ.* 123. *n.* 45.

Si alia deſideras, vide Cald. *ſuprà conſ.* 10. *per tot.* & Phœb. *deciſ.* 123. etiam *per tot.* ubi multa invenies, quæ confirmant noſtram reſolutionem ſuprà, per quam multoties judicatum fuit in noſtro ſupremo Senatu.

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Nominatus moriens ante nominantem, iſte iterum nominare poteſt, donec nominatio ſortiatur effectum.*

2 *Quæ effectu carent, nomen non merentur, remiſſivè.*

3 *In jure idem eſt aliquid facere, vel eſſe inefficax.*

4 *Nominatio, quæ non habuit effectum, iterum fieri poteſt.*

5 *Poteſtas nominandi de primo actu valido, non de invalido intelligitur.*

6 *Nominato præmoriente, emphyteuſis adhuc penes nominantem manet, nec tranſit ad nominati hæredes, ſi nominatio facta fuit abſque translatione alicujus juris.*

7 Nominatio *nulla nominantem non impedit ad iterum nominandum.*

8 *Facta ſimpliciter nullum aliud jus tribuit, niſi ſpem ſuccedendi in locum ſecundæ, vel tertiæ perſonæ, & nominans iterum poteſt nominare.*

9 *Nominans nominare iterum non poteſt, quando transfert in nominatum omne jus emphyteuticum, remiſſivè.*

10 *Res ad effectum perducitur, quando ad traditionem eſt progreſſum.*

Jure ejus uti debet, qui in jus ſuccedit alterius, ibid.

Em-

11 *Emphyteuta non poteſt imponere gravamen, neque onus nominato, neque nominatus acceptare tenetur, ſed liberè emphyteuſim capit, remiſſivè.*

12 *Nominans de ſuo nihil præſtat, ſed nominatus capit à domino directo.*

13 *Pater in vita nominans, & tradens emphyteuſim, gravamen nominato imponere poteſt, remiſſivè.*

1 DIcitur in textu, quòd ſi ille, qui habet poteſtatem nominandi ad emphyteuſim, nominaverit ſimpliciter, non transferendo in nominatum aliud jus, & nominatus prius deceſſerit, tunc nominans iterum nominare poteſt, quia nominatus deceſſit antequam nominatio habuiſſet effectum; & quando nominatio, ſeu electio non ſortitur effectum propter mortem nominati, ſeu propter aliud impedimentum, poteſt nominans iterum nominare, ſeu eligere, & variare, donec nominatio, vel electio effectum ſortiatur, ut patet ex hoc §. 5. *l. ex caſtrenſ. in princip. ff. de caſtrenſ. pecul.* Cald. *de poteſt. elig. cap.* 9. *n.* 1. *text. in cap. ſi electio de elect. lib.* 6. Molin. *de primogen. lib* 2. *cap.* 4. *n.* 38. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *p.* 1. *n.* 49. Portug. *de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 40.

2 Poterit ergo emphyteuta iterum nominare, quando nominatus mortuus fuerit ante nominantem, ſi in illum non tranſtulit nominans aliud jus, & nominatio facta ſit ſimpliciter, ut ſtatuitur in hoc §. 5. illa enim, quæ carent effectu, nomen non merentur ex *l.* 2. §. *teſtamentum, ff. quemadmodum teſtam. aperiant*; *l. ſiquis aliquid*, §. *teſtamentum, ff. de pæn.* Gratian. *cap.* 213. *n.* 20. Larr. *alleg.* 33. *n.* 12.

Et idem eſt in jure aliquid habere, vel eſſe, quod inefficax habetur, ex *gloſ.* 2 §. *ſed ſi dedi, verſic. ſed hic quoque, ff. de condict. ob turp. cauſ.* Larr. *deciſ.* 45. *n.* 4. *& alleg.* 33. *n.* 14. 3

Ac proinde ſi electus, vel nominatus deceſſit, electio, ſive nominatio, qua frui non potuit, pro non facta exiſtimanda eſt; *cap. ſi electio de elect.* poteritque eligens iterum eligere, vel nominare. Gratian. *cap.* 58. *n* 5. *& ſeqq.* Nominatio ſemel facta, quæ non habuit effectum, poteſt iterum fieri; Luc. *diſc.* 58. *n.* 1. *& diſc.* 719. *n* 22 Sabell. §. *facultas*; tradit Altim. *de nullit. contract tom.* 6. *rub.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 37 *n.* 396. 4

Unde facultas, & poteſtas nominandi aliquem ad emphyteuſim, officium, vel ad aliam rem, intelligitur de primo actu valido, & non de invalido; *l. hæc conditio filiæ meæ* 10 *ff de cond. & demonſtr.* Tiraq. *in repet. leg. boves*, §. *hoc ſermone, limit.* 9 *de verb. ſignif.* Sanfel. *deciſ.* 149. Amicangel. *de regal. offic. quæſt.* 16. *n* 30. Luc. *diſc.* 58. *n.* 3. Altim. *ſuprà proximè dict. n.* 296 *in fin.* 5

Et cùm in terminis propoſitis *dict.* §. 5. illa nominatio emphyteutica reduceretur ad caducitatem, quia non habuit effectum, mortuus fuit nominatus ante nominantem, & non erat translatum aliquod jus, meritò poterit emphyteuta iterum nominare; manet adhuc penes nominantem emphyteuſis, nominato præmoriente, nec tranſit ad hæredes nominati, ut tenet Cald. *de poteſt. elig. cap.* 9. *n.* 2. & colligitur ex hoc §. 5. 6

Ideoque emphyteuta aliam nominationem facere poteſt, quia non privatur facultate nominandi, eodem modo, quo nominatio nulla haben- 7

tem

tem facultatem nominandi non privat, ne poſſit iterum nominare, ut cum multis tradit Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 6. *n.* 30.

8 Quapropter cum per hujusmodi nominationem ſimpliciter factam nullum aliud jus tribuatur nominato, quàm ſpes ſuccedendi in locum ſecundæ perſonæ, ſi contingat nominanti ſupervivere nominatum, ſequitur, quòd illo prædefuncto penes ipſum nominantem, qui iterum nominare poterit, omne jus emphyteuticum remanere; quia illa prima nominatio effectum ſuum non fuit ſortita; nominatus enim, antequam nominans moriretur, deceſſit, ac proinde antequam jus ſecundæ, vel tertiæ perſonæ aſſequeretur, ut dicimus, & docet Cald. *de poteſt elig. cap.* 9. *n.* 14. ubi optimè explicat noſtram reſolutionem.

9 Si verò nominans omne jus emphyteuticum, quod habebat, conceſſit, ac transtulit in nominatum, non poterit nominans iterum nominare, & nominatus de re ipſa emphyteutica diſponere poteſt, & loco ſui aliam perſonam nominare, ac eligere; nominans enim omne jus, quod habebat, à ſe abdicavit, & nominato ceſſit, & poterit tunc deducens aliam perſonam in ſui locum nominare eodem modo, quo ille prius nominavit, ut probatur ex §. 1. hujus tituli, & dicit Cald. *ſuprà n* 9.

10 Quia emphyteuta nominans emphyteuſim, & nominato tradens omne jus emphyteuticum, quod habebat, res ad effectum perducit, quando ad traditionem eſt progreſſum, ut tradit Cald. *ſuprà n.* 12. & ideo quia penes nominantem nulla facultas, ſeu poteſtas remanſit, non poterit in tali caſu iterum nominare, omne jus, quod habebat, tranſtulit in nominatum, & iſte poterit diſponere de re emphyteutica, illam nominando in quem voluerit; ſucceditque in jus illius nominantis, & jure ejus uti debet, qui in jus ſuccedit alterius; *l. ſi aquæductus, ff. de contrah. empt.* cum multis tradit Barb. *axiom. jur. lit.* I. *n.* 166.

Nota, emphyteutam non poſſe in nominatione imponere gravamen nominato, nec aliquod onus, nec nominatus tenetur illud acceptare, nec implere, quia liberè debet habere emphyteuſim. Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 47. Cald. *de nominat. quæſt.* 2. *n* 9 Phœb. *deciſ.* 156. *n.* 4. 11

Et ratio eſt; quia nominatus de ſuo nihil præſtat, nec capit ab illo nominatus, ſed à domino directo, ex *l. unum ex famil.* §. *ſi falſidia, ff. de legat.* 2. *l. ab eo, cod. de fideicommiſſ.* ideo nominans nominato gravamen, nec onus imponere poteſt, itaque judicatum tradit Phœb. *ſuprà.* 12

Hocque limita, quando pater in vita nominavit, & tradit rem emphyteuticam, quam retinere poterat uſque ad extremum vitæ ſpiritum; tunc bene poterit imponere gravamen aliquod nominato, quia de ſuo præſtat illud, quod in vita ſua recipere poterat.; aut quando nominato relinquit tantumdem de aliis bonis allodialibus; *l. unum ex famil.* §. *ſed & fundum, ff. de legat.* 2. Cald. *de nominat. quæſt.* 18. *n.* 2. & cum eo ita tradit Cardoſ. *ſuprà n.* 47. & idem eſt, quando nominatus eſt hæres nominantis, Peg. *for. cap.* 10. *n.* 31. 13

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Contractus emphyteuticus pro uxore, & filia utriuſque, pater*

ter unum ex filiis, vel filiabus nominare poteſt, non verò extraneum.

Filiis deficientibus nepos, vel neptis nominari poteſt, remiſſivè, ibid.

2 *An filia nominari poſſit in emphyteuſi pro filiis, exiſtente filio?*

3 *In lege verba non debent eſſe ſuperflua.*

4 *Filia nominari poteſt, excluſo filio, remiſſivè.*

5 *Poteſtas nominandi non debet eſſe ſuperflua.*

6 *In hoc Regno fœmina ſuccedere poteſt in emphyteuſi, ſicut maſculus.*

7 *Ampliatur, remiſſivè.*

8 *In dubia conceſſione habet locum argumentum ab ordine literæ.*

9 *In conceſſione pro filiis, vel filiabus, filius præferendus eſt in nominatione, ſumpto argumento ab ordine literæ.*

10 *In alternativis unum ſufficit verificari.*

11 *Nepos nominari non poteſt, filio exiſtente.*

12 *Argumentum ab ordine literæ eſt in jure validum.*

13 *Verbum* qual quizer *in Ord. quomodo intelligatur, & n. ſeq.*

15 *Quid dicendum de emphyteuſi* pro filiis, & nepotibus *conceſſa.*

16 *Nepos nominari poteſt in emphyteuſi conceſſa ſolum pro filiis.*

17 *Filius ſecundi matrimonii an nominari poſſit in emphyteuſi* pro filiis, *exiſtente filio primi?*

18 *Conceſſio pro marito, & uxore, eorumque filio reſtringitur ad communem filium, non ad natum ex alia uxore.*

19 *Verba* Tiraquel. *referuntur, remiſſivè.*

20 *Emphyteuſis pro filiis utriuſque exigit filium nominandum debere eſſe copulativè utriuſque, non alterius tantùm.*

21 *Quid in conceſſione* pro filiis *primi tori, & expreſſe* pro filiis *ſecundi matrimonii, remiſſivè.*

22 *Taciti, & expreſſi idem judicium, remiſſivè.*

23 *Emphyteuſis accepta ſibi, & uxori, ac filiis intelligitur de filiis primi matrimonii.*

24 *Emphyteuſis viro, & uxori cum libera facultate nominandi poteſt libere nominari in filio, vel filia, tam primi, quam ſecundi matrimonii; idem in nepote, vel nepte, remiſſivè.*

25 *Emphyteuta committens crimen læſæ Majeſtatis aliquem ad emphyteuſim nominare non poteſt, & emphyteuſis devolvitur ad dominum, remiſſivè.*

26 *Aliqua de criminis læſæ Majeſtatis gravitate traduntur.*

27 *Pater nominare non poteſt contra formam conceſſionis, aliàs nominatio non valebit.*

28 *Pater vendens alicui tertio emphyteuſim pro ſe, & filiis, venditio reſcindi poteſt à filio, remiſſivè.*

Quando contractus emphyteuticus celebratur pro accipiente uxore, & pro filio ex utroque nato, rectè poterit parens ſuperſtes, qui alteri ſupervixerit, unum ex filiis, vel filiabus, quem voluerit, nominare, ſed perſonam extraneam minimè nominare poterit, deficientibus filiis, nepotem, neptemve, quem maluerit, libere nominare poterit, licèt in con- 1

contractu filii dumtaxat mentio facta ſit, ut probatur ex hoc §. 6.

2 Quæritur 1. utrùm in emphyteuſi conceſſa *pro filiis* nominari poſſit filia, extante filio? Et licèt hoc videatur eſſe deciſum in hoc §. 6. in quo parens ſuperſtes habet facultatem nominandi ad emphyteuſim filium, aut filiam, ut denotant illa verba *qual quizer*: attamen in præſenti duo pugnant ſententiæ inter ſe contrariæ, affirmativa una, altera negativa.

Fundatur affirmativa ſententia primò; quia legiſlator in hoc §. 6. loquitur per illa verba: *Bem poderá o Pay, ou Māy qual derradeiro delles falecer, nomear hum de ſeus filhos, ou filhas, qual quizer*; quibus verbis videtur conceſſa facultas eligendi omnino libera; *l. cum quidam*, *ff de legat.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 3.

3 Probatur ſecundò; quia aliàs illud verbum *qual quizer* ſuperfluum redderetur, ſi ex eo non deduceretur filiam nominari poſſe, excluſo maſculo, quod admittendum non eſt; in lege enim nec unum quidem verbum, nec ſyllaba ſuperflua admittitur Phœb. 1. *p. deciſ.* 31. *n.* 9. *& p.* 2. *deciſ.* 140. *n.* 11.

4 Probatur tertiò; quia poteſtas nominandi non eſt reſtricta, ſed imò potius eſt libera, quoad filios; ideo liberè, & ſine aliqua reſtrictione exerceri debet inter filios, ac proinde nominari poteſt filia, filio excluſo. Reinoſ. *obſerv.* 15. *n.* 15. *&* 16. Phœb *deciſ.* 96 *n.* 4. *&* 6.

5 Quartò probatur; quia ſi pater non haberet electionem inter filios, ſuperflua redderetur poteſtas, ſeu facultas nominandi, quod non eſt dicendum. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 11. *n.* 32. *in fin.* ideoque filia nominari poteſt, filio excluſo, vel extante.

Probatur quintò: in his Regnis 6
æqualiter ſuccedere poſſunt fœminæ in emphyteuſi, ſicut maſculi, æque namque penſionem ſolvere poſſunt; quapropter pariter ſuccedere debent fæminæ, licèt exiſtant maſculi, ut ita cum aliis tradit Cald. *de poteſt. elig. cap.* 15. *n.* 32. his & aliis fundamentis probatur ſententia affirmativa.

Sed illis non obſtantibus, ſen- 7
tentiam negativam veriorem amplecti licet; filiam nempe in terminis hujus §. 6. in conceſſione facta pro filiis nominari non poſſe ad emphyteuſim, exiſtente filio maſculo, per rationes, de quibus Cald. *de nominat. quæſt.* 19 *n.* 10.

Quæ quidem ſententia negati- 8
va probatur primò: conceſſio facta *pro filiis, vel pro filiabus, & filiabus* quod idem valet, eſt conceſſio dubia, & incerta. Reinoſ. *obſerv.* 15 *n.* 17. Cald. *de nominat. quæſt.* 14. *n.* 36 *& de poteſt elig. cap.* 11. *n.* 31. 32. *&* 34. ergo cenſetur facta conceſſio ipſa, ut prius ſuccedat, nominandusque ſit primò vocatus, ſumpto argumento ab ordine literæ, & vocationis, *text. in l. Gallus*, §. *quidam recte*, *ff. de liber. & poſthum.*

Secundò probatur; quia in con- 9
ceſſione *pro filiis, vel filiabus* facta per disjunctivam, alternativæ natura non obſtante, filia nominari non poteſt, filio maſculo exiſtente; ſed imò potius præferendus erit in nominatione filius, deſumpto argumento ab ordine literæ, quod facit ceſſare alternativæ naturam. Cordeir. *dubit.* 30. *ex n.* 7.

Et hoc idem eſt dicendum in 10
conceſſione *pro filiis, & filiabus*, in qua non conſideratur tam libera, amplaque facultas nominandi, ſicut conſideratur in conceſſione per alternativam *pro filiis, vel filiabus*, in qua de jure ſufficit unum verificari

ficari; *reg. in alternativis de reg. jur. in* 6. Barb. *axiom. jur. lit.* A. *n.* 238. Cordeir. *dub.* 30. *n.* 2. Reinoſ. *obſerv.* 14. *n.* 2.

11 Tertiò probatur noſtra aſſertio, ſive negativa ſententia; in conceſſione facta *pro filio, & nepote*, ſive per disjunctivam *pro filio, vel nepote*, nunquam nominari poteſt nepos, exiſtente filio, ſed filius ex ordine literæ, ſeu vocationis præferendus eſt. Cordeir. *dict. dubit.* 3. *n.* 37. & cum hoc procedat de jure Regio, utique fateri debemus argumentum ab ordine literæ, & vocationis in iſta materia locum habere etiam de jure Regio.

12 Quartò probatur, quia in conceſſione *pro filiis*, vel conceſſione *pro filiis, & filiabus*, filius ſemper eſt primus vocatus in ordine literæ; & ideo venit omnino præferendus, neque datur ratio, cur in hac materia locum non habeat argumentum ab ordine literæ jure validum. Barb. *axiom jur. lit.* D. *n.* 103. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 11. *n.* 33. Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 1. *n.* 68. *& conſ.* 53. *n.* 35. *l. cum pater*, §. *pen. ff. de legat.* 2.

13 Neque obſtant primum, ſecundum, & tertium fundamentum ſententiæ affirmativæ, de quibus *ſuprà n.* 2. 3. *&* 4. quia legiſlator in hoc §. 6. ideo uſus fuit verbo *qual quizer*, ut cognoſceretur libertas, ſive facultas nominationis inter filios, & inter filias; quia ſi prædictum verbum non adjiceret, tolleretur facultas nominandi, & devento ſerviret. Peg. 3. *for. cap.* 28. *n.* 96. & in tali eventu ſuccederet filius; nam in iis, quæ ad unum pervenire debent præfertur maſculus ſenior. Thom. Valaſc. *al. leg.* 61. *n.* 4.

14 Unde ſenſus eſt, quòd poſſit pater ex filiis primò vocatis nominare, ſeu eligere, quem maluerit, & illis defficientibus, quam maluerit ex filiabus ſecundò vocatis, & in vocatione comprehenſis, ſequendo ordinem literæ, & applicando verbum illud *qual quizer* ad unam quamque partem, alternative ſcilicet: *Filhos qual quizer, ou filhas qual quizer*; quod ita ſtricte interpretari debet. Peg. *for. cap.* 28. *n.* 986.

Sic reſpondet argumentis contrariæ ſententiæ Cordeir. *dubit.* 29. *ex n.* 44. quem conſule, ubi multa invenies ad intentum optimè explanata, & *dubit* 30. excitat alteram ſimilem quæſtionem, an in conceſſione emphyteuſis per alternativam *pro filiis, vel filiabus* nominari poſſit filia, excluſo maſculo, & licèt ex *n* 2. referat fundamenta ſententiæ affirmativæ, attamen ex *n.* 7. amplectitur contrariam ſententiam, & illam probat.

Quid autem dicendum de emphyteuſi conceſſa *pro ſe, & nepotibus*, dubitandum non eſt nepotem nominari poſſe tanquam expreſſe vocatum in conceſſione, ut probatur ex hoc §. 6 *verſic. E no dito caſo naõ tendo filhos poderá nomear hum netó, &c* ſed ex ratione decidendi ſuprà nepos nominari non poteſt, ſtante filio. Peg. *for. cap.* 28. *n.* 47. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 11. *n.* 33. 15

Non eſt etiam dubitabile, quòd nepos nominari poteſt in emphyteuſi conceſſa ſolum *pro filiis*, ut declaratur in hoc §. 6. quæ eſt quæſtio ibi deciſa. Cald. *ſupra dict. n.* 33. 16

Quæritur: utrùm conceſſa emphyteuſi *pro filiis* poſſit filius natus ex ſecundo matrimonio nominari, extante filio primi? Et quamvis pro ſententia affirmativa adſint plures DD., qui acriter illam probant; cum contraria, ſive negativa ſententia tranſire licet, quæ indiſtincte 17

ctè aſſerit, quòd nec in emphyteuſi conceſſa homini ſoluto, nec uxorato *pro filiis* nominari poteſt filius ſecundi matrimonii, dum aliquis exiſtit ex primo, nec adhuc ſi conceſſa ſit *pro filiis utriuſque*.

Et hoc videtur probare *text. in* §. *ſiquis per triginta annos, verſic. mulier, lib.* 2. *Feudorum tit.* 26. *ſi de Feudo defunct. contentio ſit* ad formalia verba ibi. *Mulier habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis deceſſit, inter quos feudi quæſtio, aliarumque rerum maternarum vertebatur, obtinuit filios prioris matrimonii tam in feudo, quàm in cæteris potiores eſſe.*

Cum qua ſententia tranſeunt Cald. *de poteſt. elig. cap.* 13. *n.* 22. *& de renovat. quæſt.* 13. *n.* 8. Guerr. *tract. de diviſ. cap.* 8. *n.* 92. *lib.* 2. Cordeir. *dubit.* 31. *ex n.* 20.

18 Probatur ulterius hæc noſtra ſententia negativa per illa verba in *Ord. in hoc* §. 6. poſita, nempe: *E para hum filho, que de entre elles naſcer*, quæ verba important filium ſucceſſurum debere eſſe natum ex utroque conjuge, & ideo in propoſita ſpecie aſſerendum eſt conceſſionem emphyteuticam pro marito, & uxore, eorumque filio nominando reſtringendam eſſe ad communem filium, minime verò ad natum ex alia ſecunda, ſeu futura uxore, ut tradit Cald. *de poteſt. elig. cap.* 13. *n.* 55. quapropter ſtante filio primi tori, nominari non poteſt filius ſecundi matrimonii.

19 Dominus enim, qui nominandi facultatem unum de ſuis filiis præſtitit emphyteutæ, ad filios tantum illius matrimonii, non verò alterius futuri eam poteſtatem reſtringiſſe cenſetur, ut optime Tiraq. *in princip. l. ſi unquam, cod. de revoc. donat. n.* 105. vel aliàs 108. ibi: *Ut interim omittamus quod qui de liberis loquitur, aut cogitat, debet cenſeri loqui, aut cogitare de liberis primi matrimonii tantum, ſicut qui de matrimonio loquitur, de primo tantum intelligere videtur per text in l. dotis promiſſis*, §. *ultimo, ff. de dot. promiſſ. l. boves*, §. *hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.*

Unde emphyteuſis conceſſa pro filio utriuſque nominando, eſt terminus complexivus exigens copulative, & connexe filium nominandum eſſe utriuſque, non alterius tantum adnotavit Rip. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, n.* 1 *ff. ad Trebell.* quare in terminis hujus §. 6. filius ſecundi tori non eſt nominandus, dum aliquis exiſtat ex primo matrimonio natus. 20

Probatur, ſive illuſtratur magis hæc negativa ſententia; quando conceſſio emphyteutica facta fuit *pro filiis* primi tori, & expreſſe *pro filiis* etiam ſecundi matrimonii; juxta authores contrariæ ſententiæ in conceſſione *pro filiis*, etiam filii ſecundi matrimonii comprehenduntur; ſed in caſu expreſſo, quando nempe expreſſe vocantur filii tam primi, quam ſecundi tori, cenſentur ex interpretativa mente concedentis vocati ordine ſucceſſivo, ut ſuccedant primò vocati, & primi ordine vocationis. Cordeir. *dubit.* 30. *n.* 53 *&* 54. Cald. *de nominat. quæſt.* 14. *n.* 40. *in fin. &* 41. 21

Ergo filii ſecundi tori debent ſuccedere ſolum in caſu, quo non exiſtant filii primi matrimonii, qui primo ordine ſunt vocati, & non poſſunt præferri filii ſecundi matrimonii in illa conceſſione *pro filiis*, in qua non expreſſe, ſed tacitè intelliguntur comprehenſi, quia taciti, & expreſſi idem eſt judicium; *l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* Mor. 22

de

de execut. lib. 2. *cap.* 7. *n.* 5. Portug. *de donat. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *n.* 101. *&* 102.

23 Tandem emphyteuſis accepta per maritum ſibi, & uxori, eorumque filiis, de qua legislator in hoc §. 6. de filiis utriuſque, & ſic illius primi matrimonii, non ſecundi intelligi debet, ut tradit Gam. *deciſ.* 233. *n.* 2. filiusque ſecundi matrimonii minime præferendus, dum extiterit aliquis primi tori, & ſic tenenda eſt noſtra ſententia, & ad fundamenta contrariæ opinionis ſatisfacit optime Cordeir. *dubit.* 31. *ex n.* 38.

24 Suprà dicta limitanda ſunt, quando emphyteuſis viro, & uxori fuit conceſſa cum libera nominandi facultate; tunc enim ille, cui emphyteuſis eſt conceſſa, poteſt libere nominare filium, vel filiam tam primi, quàm ſecundi matrimonii, prout ei magis placuerit, ut cum aliis docet Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 93. & idem dico de nepote, vel nepte, quia in illo militat eadem ratio, & ubi datur eadem ratio, ibi debet eſſe eadem juris diſpoſitio, ut cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* R. *n.* 14.

25 Emphyteuta committens crimen læſæ Majeſtatis poſt commiſſum hoc graviſſimum delictum non poteſt nominare aliquem ad emphyteuſim pro ſe acceptam, & certis perſonis nominandis; quod ſi ante aliqua nominatio per illum facta ſit, erit nullius momenti, ac ſi facta non eſſet, emphyteuſisque ipſa devolvitur ad dominum, ut probatur ex *Ord. lib.* 5. *tit.* 6 §. 19.

26 Eſt hoc crimen læſæ Majeſtatis graviſſimum, horrendum, exceptum, enormiſſimum, ſceleſtiſſimum, peſſimum, & arduum. Farin. *quæſt.* 112. *n.* 1. *inſpect.* 1. *de crim. læſ. Majeſt.* & qui commiſerit crimen hoc, condemnatur ad mortem crudeliter, & omnia bona ſua confiſcanda erunt ad Coronam Regni, quamvis filios habeat, aut deſcendentes, vel aſcendentes habitos ante, vel poſt commiſſum maleficium, ut expreſſe *Ord. dict. tit.* 6. *lib.* 5 §. 9. Multa de hoc adducere hic poteram ſi ad hunc locum pertineret.

Nota patrem in emphyteuſi conceſſa *pro filiis* non poſſe nominare perſonam extraneam, & ſi hoc faciat, nominatio non valebit, utpote facta contra formam conceſſionis, ut probatur ex hoc §. 6. pater enim non poteſt præjudicare filiis, pro quibus ſtipulatus fuit, ut cum aliis docet Cordeir. *dubit.* 23 *n.* 43. *& dubit.* 24. *n.* 64. 27

Unde ſi pater emphyteuſim *pro ſe, & filiis* alicui tertio venderet, reſcindi poteſt venditio ipſa à filio, licèt filius teneretur emptori pro ſua parte pretium reſtituere, ſi patris hæres exiſteret. Gam. *deciſ.* 8. *n.* 4. ubi dicit non obſtare licentiam vendendi poſitam in inveſtitura cum conſenſu domini, quia verificari poteſt, quando pater filium non habebat. 28

Ad §. VII

SUMMARIUM.

1 *Nominatus revocare poteſt nominationem, & iterum nominare, ſicut primus emphyteuta, & quando iſte revocare non poterat, neque etiam ab eo nominatus.*

2 *Conventiones inter dominum, & emphyteutam ſervandæ ſunt, remiſſivè.*

3 *Emphyteuſis ad nominatum tranſit cum eadem facultate nominandi, & revocandi, eo-*

eodem modo, quo conceſſa fuit.

1 DIcitur in textu, quòd in caſu, in quo emphyteutæ facultas nominandi aliquam perſonam in contractu emphyteutico conceſſa fuerit, & quòd nominationem revocare poſſit, iterumque nominare, ita etiam ab eo nominatus, ſi virtute primi contractus emphyteutici nominandi alteram perſonam facultas data fuerit. Et in caſu, quo primus emphyteuta revocare non poteſt nominationem ſemel factam, ita etiam nominatus ab eo non poterit revocare, ut probatur expreſſe ex hoc §. 7.

2 Ampliat legislator in hoc §. 7. omnia ſuprà ſcripta in ſecunda perſona, poteritque nominatus ſemel factam nominationem revocare eiſdem caſibus, modo, & forma, quibus prima perſona poterat, ſi viveret, & non aliter, & omnia, quæ verificantur in primo emphyteuta, locum etiam habent in ſecunda, & tertia perſona, ſi adhuc poteſtatem nominandi habeat, quilibet enim utitur ſuo jure juxta formam conceſſionis à qua recedendum non eſt, ſed omnia pacta, vel quæcumque conventiones inter dominum, & emphyteutam ad unguem ſunt obſervandæ; cum multis Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 14.

3 Concludo igitur, quòd emphyteuta habens emphyteuſim cum poteſtate nominandi, & revocandi nominationem ab eo factam, emphyteuſis ipſa ad nominatum tranſit eadem poteſtate, & facultate nominandi, & revocandi eodem modo, quo conceſſa fuit poteſtas primo emphyteutæ nominanti; ſi vero in contractu emphyteutico data non fuit facultas revocandi nominationem ſemel factam, ſimiliter ab eo nominatus revocare non poterit nominationem, quam ipſe poſtea fecerit, ut plane ex hoc textu deducitur. Si alia deſideras conſule Cald. *de poteſt. elig. cap.* 16.

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Dicta locum habent ſive facultas nominandi, & revocandi data ſit in teſtamento, ſive ultima voluntate.*

2 *Voluntas teſtatoris eſt obſervanda in forma ſpecifica, prout ipſe diſpoſuit.*

OMnia, quæ dicta ſunt in hoc titulo reſpectu nominandi, & revocandi, vel non revocandi nominationem ſemel factam, habebunt etiam locum non ſolum quando poteſtas, ſeu facultas nominandi conceſſa fuit in quolibet contractu, ſed etiam quando fuit in teſtamento, ſeu ultima voluntate, ut probatur ex textu in hoc §. 8. & ultimo. 1

Quamvis enim poteſtas nominandi, & revocandi, vel non revocandi data ſit in teſtamento, non minus eſt obſervanda, quam ſi conceſſa fuiſſet in alio contractu, voluntas enim teſtatoris eſt obſervanda prout ipſe in forma ſpecifica diſpoſuit Arouc. *alleg.* 10. *n.* 24. cum aliis, & in ultimis diſpoſitionibus lex voluntatis ante omnia eſt obſervanda. Nogueir. *alleg.* 23. *n* 4. Arouc. *alleg.* 17. *n.* 6. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 2. cum multis juribus. 2

Ad

Ad tit. 38.

De emphyteuta alienante emphyteuſim authoritate domini, vel ſine illa.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta vendere non poteſt, permutare, nec alienare emphyteuſim ſine domini conſenſu.*

2 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim valet, ſi feudalis diſpoſitio juri civili non repugnet.*

3 *Vendere poteſt ædificium fabricatum in fundo emphyteutico ſine conſenſu domini, ſi in contractu fuit conceſſa facultas vendendi, aliàs non, remiſſivè.*

4 *Emphyteuſis conſtituitur in re immobili, aut ſolo cohærenti.*

5 *Aſſignatur ratio cur emphyteuſis non conſtituatur in rebus mobilibus.*

6 *Emphyteuta poteſt irrequiſita domino emphyteuſim hypothecare, vel in pignus dare ſine commiſſo, remiſſivè.*

7 *Limitatur.*

8 *Quod procedit niſi contrarium conveniatur; ſi verò non conveniatur emphyteuſis Eccleſiaſtica hypothecari poteſt ſine conſenſu domini.*

9 *Hypotheca in emphyteuſi nominationis, vel providentiæ morte hypothecantis finitur, neque tranſit ad hæredes, vel ſucceſſores.*

10 *Poſita in emphyteuſi hæreditaria tranſit ad hæredes hypothecantis, remiſſivè.*

11 *Limitatur Ord.*

12 *Emphyteuta fiſci, vel Reipublicæ non poteſt alienare irrequiſito domino.*

13 *Emphyteuſis non vinculatur.*

14 *Volens vendere, aut permutare emphyteuſim, domino prius denuntiare debet, an velit offerre tantundem. ſi velit, præfertur, aliter liberè vendi poteſt.*

15 *Non poteſt vendere, nec alienare perſonis prohibitis, nec inimico domini, remiſſivè*

16 *Dominus dominium directum vendere poteſt ſine conſenſu emphyteutæ, falit ſi emphyteuta damnum ſentiret.*

17 *Pater vendens emphyteuſim de pacto, & providentia ſolùm vendit jus ſuum, non filiorum, remiſſivè.*

18 *Limitatur Ord. ſi fiat exequutio in emphyteuſi, remiſſivè.*

19 *Melioramenta alienari, obligari, & capi poſſunt in ſententiæ exequutionem poſt mortem debitoris emphyteutæ.*

20 *Exequutio fit in emphyteuſi hæreditaria, ſi fuerit de providentia, & empta à defuncto fit exequutio pro pretio.*

21 *Ratio cur emphyteuta emphyteuſim vendere non poſſit ſine conſenſu domini.*

22 *Emphyteuta volens donare, vel in dotem dare emphyteuſim, debet requirere dominum.*

23 *Limitatur, ſi filia ſit comprehenſa in conceſſione.*

24 *Dominus eſt requirendus tam in venditione voluntaria, quàm neceſſaria.*

Si dominus ſuam voluntatem uſque ad 30. dies non declaret, emphyteuta liberè vendere poteſt, ibid.

Si

25 *Si poſt alienationem longum tempus tranſierit, domini conſenſus præſumitur.*
26 *Laudemium ab emptore ſolvitur, & æquiparatur gabellæ.*
27 *Ex venditione nulla non debetur, ſi recipiatur, reſtituitur.*
28 *Nec ex uſusfructus venditione.*
29 *Neque ex diviſione hæredum.*
30 *Neque quando bona pignorantur, vel hypothecantur.*
31 *Facultas exigendi laudemia eſt realis, & cum re emphyteutica tranſit ad ſucceſſores.*

1 COllige ex hoc textu, quòd emphyteuta, qui habet domum, prædium, vineam, vel aliam rem emphyteuticam in perpetuum, vel ad certas perſonas, vel uſque ad tempus certum decem annorum, vel ultra, non poteſt vendere, permutare; nec alienare rem ipſam emphyteuticam ſine domini conſenſu, ut probatur ex *l. fin. cod. de jur. emphyt. verſic.* ibi: *Minime licere emphyteutæ ſine conſenſu domini meliorationes ſuas aliis vendere, vel jus emphyteuticum transferre*; ex quo textu deductus fuit hic titulus.

2 Quæ quidem prohibitio alienandi rem emphyteuticam ſine domini conſenſu procedit etiam in feudis, quia juſtum eſt de feudis ad emphyteuſim argumentum, quoties juris regulis non repugnat diſpoſitio feudalis: *gloſ. verbo utrumque in cap.* 1. *an agnatus, vel filius.* Cald. *de extinct. cap.* 3 *n* 1. ſic ampliata diſpoſitione noſtri textus in hoc principio.

3 Quando verò in contractu emphyteutico conceſſa eſt emphyteutæ facultas, ſive poteſtas vendendi ædificium fabricatum in fundo emphyteutico, tunc vendere poterit ædificium ipſum abſque conſenſu domini; *gloſ. ad text. in l.* 1. *cod. de jur. emphyt.* ſed ſi nihil dictum ſit in contractu emphyteutico reſpectu illius facultatis, vel prohibitionis alienandi, tali caſu vendere non poterit ſine conſenſu domini ædificium, vel meliorationes, nec etiam jus, ſi quod habeat in re; ex dict. *gloſ. ſuprà.*

Nota emphyteuſim non poſſe 4
conſtitui niſi in re immobili, aut ſolo cohærenti. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 1. *n.* 4. *inſtit. in* §. *adeo* 3. *verſic.* ibi *de prædiis, quæ perpetuo*, idem Valaſc. *ſuprà quæſt.* 12. *per totam.*

Sed quæres, quænam ſit ratio, 5
cur emphyteuſis ſuper pecunia, equo, bove, aut ſuper juribus, aut actionibus, vel aliis rebus mobilibus non conſiſtat? quam rationem veram aſſignat Valaſc. *ſuprà quæſt.* 12. *ſub n.* 11. ſcilicet quia in rebus mobilibus non datur cultura, nec melioratio, quæ quidem datur in rebus immobilibus, ut tradit *verſic. veram igitur*, relictis aliis rationibus differentiæ, quas refert.

Quamvis verò emphyteuta rem 6
emphyteuticam alienare non poſſit, irrequiſito domino, illam tamen hypothecare, vel in pignus dare poteſt abſque commiſſo, quando dominus directus contentus cum prohibitione legis ſibi non providit de ſpeciali prohibitione. Begnudel. *tom.* 1. *verbo emphyteuſis*, §. 3. *n.* 37. Cald. *de extinct. emphyt cap.* 5. *n.* 61. Barb. *ad hanc Ord. n.* 27. cum aliis, & cum multis Sylv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 93. *ad* §. 3. *n.* 11.

Limita hoc quando res emphy- 7
teutica hypothecata fuit pro tanta ſumma, & tradita creditori, ut non ſit ſpes luitionis, tunc enim eſſet potius alienatio, & induceretur caducitas. Merlin. *de pignor. & hypoth.*

poth. lib. 2. tit. 1. quæſt. 8 *n.* 41. *cum ſeqq.* Begnudel. *ſuprà*, ubi etiam limitat, ſi alienatio eſſet prohibita late ſumpto vocabulo, tunc quia dicitur probibita hypotheca, ut ibi cum multis hoc probat.

8 Et hæc procedunt niſi contrarium conventum ſit nominatim in contractu emphyteutico, ut cum aliis Silv. *ſuprà n.* 13. ſi verò contrarium conventum non fuit emphyteuſis, etiam Eccleſiaſtica, hypothecari poteſt ſine domini conſenſu; idem Silv. *cum multis n.* 14.

9 Hæc hypotheca rerum emphyteuticarum finitur morte hypothecantis; ſolumque durat, donec durat illa perſona hypothecantis, & non tranſit ad ſucceſſores, quando emphyteuſis eſt nominationis, vel providentiæ. Barb. *in caſtigat. ad hanc Ord. n.* 110. Cald. *de extinct. cap.* 5. *n.* 74. Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. & conduct. n.* 81. *verſic. morte autem.*

10 Si verò emphyteuſis hæreditaria ſit, vel etiam nominationis, nominatusque ſit hæres hypothecantis, tunc ad hæredem tranſit hujuſmodi hypotheca; cum aliis Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 93. §. 3. *n.* 16. ſicut etiam hypotheca durabit ultra vitam hypothecantis, ſi dominus directus præſtet conſenſum. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 95. §. 1. *ad finem.*

11 Limitatur noſtra *Ord.* in emphyteuta prædiorum fiſcalium, qui poteſt ſine conſenſu domini alienare prædia ipſa, ſalvo canone fiſco debito. Cald. *de extinct. cap.* 2. *n.* 10. *& cap.* 4. *n.* 36. Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 40.

12 Aliud dicendum eſt in emphyteuta fiſci, vel Reipublicæ, qui alienare non poteſt, irrequiſito domino, ut cum Cald. *de extinct. cap.* 4. *n.* 35. tradit Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. verbo emphyteuſis, pag. mihi* 73. *col.* 1. *in med.*

13 Nota hîc emphyteuſim non poſſe vinculari in maioratu; *l. fin. cod. de jur. emphyt.* Phœb. 1. *p. deciſ.* 5. *ex n* 4. cum multis docet Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. dict. verbo emphyteuſis, pag. mihi* 72. *col.* 2. *in fin.* & circa emphyteuſim perpetuam per Doctores cogita.

14 Quòd ſi emphyteuta vendere velit, aut permutare rem emphyteuticam, primò debet denuntiare domino, declarato vero rei pretio, an tantundem velit offerre, qui ſi declaret, aliis emptoribus præferetur; aliter libere res vendi poteſt ei, qui canonem domino ſolvat, juxta formam contractus emphyteutici, ut hic ſtatuitur, & ita probatur ex *text. in l. fin. cod. de jur. emphyt.*

15 Adverte tamen, quòd licèt emphyteuta licite emphyteuſim vendere, & alienare poſſit in caſu, quo dominus declaraverit ſe nolle emere, non tamen vendere poteſt, & alienare perſonis prohibitis, quales ſunt potentiores, qui maioribus privilegiis in foro fruantur, ſicut etiam nec aliis, à quibus difficile penſio, & jus emphyteuſis obtineri poſſit. Rebell. *de obligat. juſt. p.* 2. *lib.* 13. *quæſt.* 4. *n.* 4. ſicut etiam inimico domini emphyteuta vendere non poteſt. Surd. *deciſ.* 220. *n.* 54. Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. n.* 17.

16 Dominus directus verò ſuum dominium directum vendere poteſt, non requiſito emphyteuta; ut cum aliis Auguſt. Barb. *in cap. Potuit* 4. *de locat. n.* 7. ubi quod hoc fallit quando emphyteuta ex venditione à domino directo facta damnum ſentiret in jurgationibus, & ſimilibus, à quibus erat immunis propter dominum directum, quibus carere debet apud emptorem.

17 Si pater emphyteuſim ex pacto, & providentia vendat, ſolum in dubio videtur vendere jus ſuum, non au-

autem jus filiorum. Cald. *de renovat. quæſt.* 16. *n.* 38. Valaſc *de jur. emphyt. quæſt.* 49. *n.* 6. & hæc alienatio durabit in vita alienantis; tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 157.

18 Limitatur iterum *Ord.* ſuprà in hoc tit. quando fit exequutio in bonis emphyteuticis, aliis bonis non exiſtentibus, ex quibus creditores integrè ſolvi poſſint; tali enim caſu exequutio fieri poteſt pro debitis poſſeſſoris, abſque conſenſu domini directi, licèt adſit expreſſa prohibitio alienationis, requiſito tamen domino, an præferre velit *Ord. lib.* 3. *tit.* 93 § *fin* quod quidem intelligi debet eo moderamento, de quo Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 22. & cum multis Silv. *ad Ord. lib* 3. *tit.* 86. §. 23. *n.* 86. *ad* §. 23. *n.* 87. *& ſeqq.* ubi multa.

19 Exequutio etiam fieri poteſt in meliorationibus, quas emphyteuta fecit in rebus emphyteuticis, quia regulariter pleno jure ſunt ipſius emphyteutæ, & ideo conceditur pignoratio, obligatio, & alienatio; reputatur enim proprium patrimonium, ideoque veniunt in generali obligatione, & poſſunt capi in ſententiæ exequutionem, etiam poſt mortem debitoris emphyteutæ, ut cum Salgad. *in labyrint. credit. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 53. Gam. *deciſ.* 5 *n* 4. *&* 5. tradit Silv. *ad Ord lib.* 3. *tit.* 93. §. 1. *n.* 3

20 Quod quidem procedit in emphyteuſi hæreditaria, in qua exequutio fieri poteſt etiam poſt mortem debitoris defuncti, quamvis hæres inventarium confecerit; tradit cum Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 43 *n.* 5. Gam. *deciſ.* 5. *n.* 1. Cald. *de nominat. quæſt.* 24 *n.* 80. Silv. *ſuprà n.* 4. ubi quod ſi emphyteuſis fuerit de providentia, & empta à defuncto, in ea exequutio fieri debet pro pretio, pro quo hæres tenetur.

Queres, cur emphyteuta emphyteuſim vendere non poſſit abſque 21
conſenſu domini? Ratio in promptu eſt, tum ut dominus idem pretium offerre poſſit, tum ut poſſit conſequi laudemium, tum ne contemnatur, & cogatur invitus habere alium emphyteutam forte difficilioris conditionis, &c. Begnudel. *tom.* 1. *verbo emphyteuſis*, §. 3. *n.* 36. Gonzal. *tom.* 3. *in cap. Potuit de locat. n.* 8.

Si autem emphyteuta rem em- 22
phyteuticam donare, aut in dotem alii velit conſtituere, nihilominus requirendus eſt dominus, ſed tunc laudemium non ſolvetur, ut probatur ex noſtro textu in hoc principio.

Quando verò filia eſt de perſo- 23
nis comprehenſis in conceſſione emphyteutica, poteſt pater emphyteuſim ei dare in dotem ſine domini conſenſu; quia à principio videtur dominus directus licentiam dediſſe, ut emphyteuſis poſſet tranſire ad perſonas comprehenſas in conceſſione, ideoque ulterior conſenſus non requiritur; ſi autem filia comprehenſa non ſit in conceſſione, tunc tranſire in eam non poteſt emphyteuſis ſine domini conſenſu; ſic intellecta noſtra Ordinatione cum Barb. *tom.* 2. *in l. uſusfructus* 58. *n.* 26 *ff. ſolut. matr.*

Requiſitio non tantum in vendi- 24
tione voluntaria, ſed etiam in neceſſaria, erit domino facienda, qui niſi intra triginta dies declaret voluntatem ſuam, pretiumque ſolvat, emphyteuta rem libere cuicumque vendere poterit, ſoluto laudemio; quod quidem non debetur, ſi emat dominus, ut colligitur ex hoc text. in hoc principio.

Nota, quòd conſenſus domini 25
præſumitur interveniſſe, ſi poſt alienationem longum tempus tranſierit. Gam. *deciſ.* 149. *n.* 4. *& ſeq. & deciſ.* 329. *n.* 1.

No-

26 Nota etiam laudemium ab emptore ſolvi debet, non à venditore. *Gloſ. in l. fin. cod. de jur. emphyt. in §. & ne avaritia, verbo accipere.* Fachin. *lib.* 11. *contr. jur. cap.* 58. §. *contrariam, verſic. quarto.* Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 23. *n.* 4. cum aliis Begnudel. *tom.* 2. *verbo laudemium, n.* 3. ubi quod laudemium æquiparatur gabellæ.

27 Limita 1. laudemium non deberi ex venditione nulla, quod procedit ſive à principio ſit nulla, ſive ex poſt facto declaretur nulla ex cauſa neceſſaria ab ipſo contractus initio exiſtenti, & ſic quod dominus receperit, reſtituere tenetur, ut tradit Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. n.* 31.

28 Limita 2. in venditione uſusfructus. Cald. *de extinct. cap* 16 *n* 73. & cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 33.

29 Limita 3. in diviſione hæredum, quia ex tali diviſione laudemium minimè debetur Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 2. *cap* 8. *n.* 118. & *lib.* 8. *cap.* 26. *n.* 1. 2 3. & 4. Valaſc. *de part. cap* 25. *n.* 29. & cum multis tradit Barb. *ad hanc Ord. n.* 24.

30 Limita 4. in pignore, vel hypotheca; quia bona emphyteutica, irrequiſito domino, pignorari, vel hypothecari poſſunt, ut cum multis docet Barb. *ad hanc Ord. n.* 27. Vide Auguſt. Barb. *de locat.* ubi multa invenies.

31 Facultas exigendi laudemia non eſt perſonalis, ſed realis, ſcilicet annexa rebus, & bonis emphyteuticis, & cum ipſis tranſit ad ſucceſſores, ut tradit Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. n.* 43. & circa hanc materiam, de qua *Ord.* hîc videndus Cald. *de extinct. cap.* 1. *per tot.* ubi multa docet.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Venditio, permutatio, & alienatio ſine conſenſu domini eſt nulla, & emphyteuta omne jus emphyteuticum amittit.*

2 *Factum contra jus pro non facto habetur.*

3 *Tacitus conſenſus ſufficit.*
Præſens, & non contradicens conſentire videtur, ibid.
Taciti & expreſſi idem eſt judicium, ibid.

4 *Conſenſus inducitur, ſi poſt venditionem curſu decennii recipiat dominus penſiones.*

5 *Solutio penſionis unius anni ſufficiet ad inducendum conſenſum, remiſſivè.*

6 *In jure quando voluntatis ſit mentio, tacita ſufficit ad excludendum commiſſum.*

7 *Tacite, & per conjecturas declarata dicitur voluntas.*

8 *Dominus nolens habere emphyteuſim poteſt cogere emphyteutam, ut illam recuperet, & penſionem ſolvat.*

9 *Commiſſi pæna pendet à voluntate domini directi, remiſſivè.*

10 *Nullus ultra dominum de commiſſo, vel caducitate objicere poteſt.*
Nullus de jure tertii poteſt objicere, ibid.

11 *Juri ſuo quilibet renuntiare poteſt.*

12 *Conſenſus domini non requirendus, ſi emphyteuſis tranſeat ad comprehenſos in inveſtitura, nec laudemium ſolvitur.*

13 *Commiſſi actio eſt perſonalis, quæ non datur contra ſingu-*

 larem

larem poſſeſſorem , nec contra hæredem , remiſſivè.

14 *Limitatur ſi dominus ignoret caducitatem.*

15 *Dominus emphyteutam non poteſt expellere propria authòritate.*

16 *Expellens emphyteutam abſque ſententia violentiam committit , & emphyteuta ante omnia reſtitui debet.*

17 *Non expellitur ſine cauſæ cognitione , ſed requiritur ſententia declaratoria , remiſſive.*

1 DIcitur in textu , quòd ſi venditio, permutatio , aut quævis alia alienatio facta fuerit alio modo abſque conſenſu domini, erit nulla , & nullius roboris , aut momenti , emphyteutaque ipſo facto amittit omne jus , quod in re emphyteutica habuerit , & applicabitur domino , ſi ipſe voluerit : hunc textum illuſtrat optime Cald. *de extinct cap. 17. per tot.*

2 Cum optima ratione judicat nullam , & nullius momenti legislator in hoc § 1. venditionem , permutationem , aut quamcumque alienationem emphyteuticam factam abſque conſenſu domini ; quia factum contra jus pro non facto habetur; *cap quæ contra jus de reg. lib. 6. l. jubemus , §. prædia , cod. de ſacroſ. Eccleſ.* tradit Auguſt. Barb. *axiom.* 93. *n.* 19. Cardoſ. *verbo factum , n.* 2.

3 Conſenſus iſte domini directi ad venditionem , permutationem , vel aliam alienationem rei emphyteuticæ ſufficiet , quòd ſit tacitus, ut tradit Cald. *de extinct. cap.* 11. *n.* 4. dominus enim præſens, & non contradicens conſentire videtur Cald. *ſuprà n.* 13. idemque eſt judicium taciti , & expreſſi ; *l. cum quid , ff ſi cert. pet. l. ult. in princip. ff. de legat. 2. l. item quia, ff. de pact.* & cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* F. *n.* 14.

Sicut etiam inducitur conſenſus domini , ſi iſte poſt venditionem, & permutationem , vel aliam quamcumque alienationem emphyteuſis curſu decenii recipiat canonem , ſive penſiones ab emphyteuta , ad quem tranſlata fuerit res ipſa emphyteutica. Cald. *de extinct. cap.* 11. *n.* 18. 4

Iitò unius anni ſolutio , & præſtatio penſionis ſufficiet ad inducendum conſenſum domini directi , ut tradit Cald. *ſuprà n.* 19. nulla enim melior voluntatis conjectura , & conſenſus apparere poteſt iſta , per quam dominus directus emptorem laudat , ab eoque laudemium ex alienatione debitum , vel penſionem determinatam capit , ut Cald. ipſe *ſuprà* , ideo ſufficit ille conſenſus. 5

Unde quoties in jure voluntatis fit mentio , tacita ſufficit ; *text. in l 2. §. fin. ff. ſolut. matr.* & cum per receptionem penſionis tacitè conſtet nolle dominum emphyteuſim extingui . ſine dubio illa tacita voluntas ſufficit ad excludendum commiſſum , & non requiritur alius conſenſus. Cald. *ſuprà n.* 25. 6

Voluntas non tantum dicitur , quæ expreſſa eſt , ſed quæ tacite , & per conjecturas declaratur. Surd. *deciſ.* 7 *n.* 12. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap* 11. *n.* 9. & declaratur magis facto , quàm verbis. Surd. *deciſ.* 194. *n.* 21. Auguſt. Barb. *report. pract concl. verbo voluntas , pag. mihi* 247. *col.* 2. 7

Dicitur etiam in textu , quòd ſi dominus noluerit habere emphyteuſim ab emphyteuta alienatam abſque conſenſu ipſius domini , poterit convenire , & compellere prædictum emphyteutam , ut redigat ad manum ſuam , & iterum recuperet 8

peret rem emphyteuticam, eique ſolvat penſionem juxta formam contractus.

9 Stat ergo in voluntate domini habere, vel non habere emphyteuſim propter commiſſum, quia cum hæc pæna ſtatuta eſſet à legislatore in favorem domini directi, habet tacitam conditionem, ſi dominus velit, & petat, & commiſſi jure utatur, licèt adſit clauſula *quod emphyteuſis ipſo jure cadat in commiſſum.* Dec. *conſ.* 206. *n.* 8. Cald. *de extinct. cap* 17. *n.* 4. *&* 5.

10 Quare nullus alius ultra dominum directum poteſt objicere de commiſſo, & caducitate contra emphyteutam. Bart. *in l.* 1. *ff ſi ager vectig.* Cald. *de poteſtat elig. cap.* 13. *n.* 7. *& de extinct. cap.* 17. *n* 16. quia nemo de jure tertii objicere poteſt. Bart. *in l. qui cum hærede, ff. de except. rei jud.*

11 Poterit igitur dominus directus, ſi voluerit, approbare venditionem, permutationem, vel aliam alienationem rei emphyteuticæ non arguendo de pœna commiſſi, ſeu caducitate contra emphyteutam, quia quilibet juri ſuo renuntiare poteſt; *l. ſiquis in conſcribend. cod. de Epiſcop. & Cleric. l. pen cod. de pact.* cum multis aliis Barb. *axiom. jur. lit.* I *n.* 170.

Sed agere poterit contra emphyteutam, ut iterum recuperet rem emphyteuticam, & ei ſolvat penſionem ſecundum formam contractus, ut ex textu probatur in hoc §. 1.

12 Nota, quòd quando emphyteuſis ad comprehenſos in inveſtitura tranſit, in ea tranſlatione domini conſenſus non requiritur, nec ſolvitur laudemium. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 18. *n.* 28. *& conſ.* 71. *n.* 16. Cald. *de nominat. quæſt.* 10. *n.* 30. Auguſt. Barb. *in cap. Potuit de locat. n.* 79.

Nota iterum, quòd actio com- 13 miſſi eſt actio *ex l.* & ſic perſonalis, & non datur contra ſingularem poſſeſſorem, nec contra hæredem emphyteutæ alienantis, qui contra illum non poteſt dominus declarare commiſſum incurſum, ſi in vita emphyteutæ tacuit. Per. *deciſ.* 219. *ſub n.* 7. cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà de locat. n.* 85.

Secus quando dominus ignora- 14 vit caducitatem per prædeceſſorem emphyteutam eſſe incurſam, tunc enim contra ſucceſſores agi poteſt. Per. *ſuprà n* 8. Circa hæc vide Cald. *de extinct. cap.* 18 *per tot.*

Quæſtio eſt multum controverſa 15 in hac materia: utrùm ſcilicet dominus directus poſſit emphyteutam propria authoritate, & judice non requiſito, nec illius expectata licentia, expellere propter commiſſum, vel caducitatem? Duæ ſunt opiniones contrariæ, una affirmativa, & altera negativa; ſed negativa ſententia amplectenda eſt, quæ tenet non poſſe dominum propria authoritate emphyteutam expellere, ſed prius debet expectare ſententiam judicis declaratoriam, ut tradit Cald. *conſ.* 2. *ex n.* 20.

Aliter ſi dominus emphyteutam 16 abſque ſententia declaratoria, & condemnatoria judicis expellat, ſine ullo dubio violentiam committit, & conſequenter emphyteuta reſtitui debet ante omnia, qualibet exceptione poſtpoſita; *l. ſiquis ad ſe fundum, cod ad l. Jul. de vi publica*; *l.* 1. *cod. ſi per vim, vel alio mod.*

Non poteſt ergo emphyteuta 17 expelli à domino directo propter commiſſum, ſeu caducitatem ſine cauſæ cognitione, in qua id tractandum eſt, an juſtam cauſam habeat retinendi, nec ne. *Gloſ. pragmat. ſanct. tit. de cauſ.* §. *& ne ſub umbra, verbo inſtantia, ad fin.* Cald. *ſuprà*

prà n. 22. & ex his, & aliis rationibus, de quibus idem Cald. requiritur ſententia declaratoria, multa enim contingere poſſunt, propter quæ reus à crimine abſolvatur, ex Cald. *dict. conſ.* 2. *n.* 27. *& ſeqq.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Emptor emphyteuſis manet in vita venditoris, dum vixerit venditor, & illo mortuo, incipiet eſſe ſecunda, vel tertia perſona.*

2 *Emphyteuta in tertia vita vendens emphyteuſim, mortuo illo, ipſa extinguitur, remiſſivè.*

3 *Pater non poteſt præjudicare filiis in emphyteuſi de providentia, remiſſivè.*

4 *Neque in emphyteuſi* pro ſe, & filiis, *& ſi illam vendat, filius poſt mortem patris reivendicare poteſt.*

5 *An emphyteuta renuntiare, & demittere poſſit emphyteuſim invito domino.*

6 *Mortuo emphyteuta, emphyteuſis tranſit ad quem de jure pertinet.*

1 COllige ex textu, quòd emphyteuſis vendita ab eo, qui poteſtatem habebat nominandi ſecundam, vel tertiam vitam, in perſona emptoris, durat jus illius vitæ, quatenus ille vixerit; taliter ſi venditor fuerit prima vita, erit etiam prima vita emptor pro tempore, quo vixerit venditor, mortuoque emphyteuta principali, tunc incipiet eſſe ſecunda, vel tertia perſona ille, qui titulo emptionis, permutationis, vel alio titulo habuit rem ipſam emphyteuticam. Cald. *de extinct. cap.* 21. *n.* 1. Cordeir. *dubit.* 35. *n.* 15. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 61.

Quid autem tenendum ſit, ſi 2
emphyteuta, qui extiterit in tertia vita, vendat emphyteuſim, an duret ipſa tertia vita per vitam venditoris tantummodo, an per totam vitam emptoris rei emphyteuticæ, conſulendus eſt Cald. *de extinct. cap.* 21. *n.* 1. *verſic. poteſt.* ubi dicit, quòd ſi emphyteuſis fuerit conceſſa ad tertiam vitam perſonarum, ſi venditor erat tertia perſona, illo mortuo, extincta manebit emphyteuſis ipſa, venditor enim in emptorem plus juris, quàm habebat, transferre non potuit.

Verba illa *para elle, e certas* 3
peſſoas in Ordinatione poſita habent magnam difficultatem; nam ex illis infertur, quòd vendi poteſt emphyteuſis conceſſa *pro ſe, & filiis, vel aliis perſonis*, ſed emphyteuſis de providentia, quam pater acceperit *pro ſe, & filiis, cæteriſque deſcendentibus*, ſeu nomine familiæ vendi non poteſt; námque in illa non ſuccedunt filii jure hæreditario, ſed tanquam nominati à domino directo primo concedente, ideo in illa pater præjudicare non poteſt filiis. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 49. *n.* 6. Gam. *deciſ.* 5. *n.* 7. Anguſt. Barb. *de clauſul. clauſ.* 110. *n.* 5. Nogueirol. *alleg.* 37. *n.* 39. Salgad. *in labyrint. cred. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 38.

Omnes illi DD. tenaciter af- 4
firmant patrem præjudicare non poſſe filiis in emphyteuſi *pro ſe, & filiis* accepta, & ſi in vita illam vendat, filius poſt mortem patris, reſcindere poterit venditionem, & intentare reivendicationem, ut cum aliis docet Peg. *for. cap.* 10. *n.* 70. quem vide uſque ad *n.* 87. Vide, quæ ego dixi in principio hu-

jus

jus tituli, *n.* 17. Hanc ſententiam tene, licet contrariam defendat Peg. *ſuprà ex* 88. & ultra DD. pro noſtra ſententia citatos addo Phœb. *deciſ.* 186. *ex n.* 5.

5 Quæritur, utrùm emphyteuta renuntiare, & demittere poſſit emphyteuſim invito domino? Sed non poſſe affirmat cum aliis Altim. *tom.* 4. *de nullit. contract. quæſt.* 18. *n.* 486. cum ſit contractus nominatus ultro, citroque obligatorius; tradit etiam Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 25. Fulgin. *de jur. emphyt. de renunt. quæſt.* 5

6 Dicitur etiam in textu, quòd mortuo illo, ad quem translata fuerit emphyteuſis, ipſa tranſibit ad quem jure pertinebit ſecundum formam contractus emphyteutici, qui ſemper ad unguem eſt obſervandus. Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 14. *& verbo contractus*, *n.* 17.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Emptor emphyteuſis, ſuperſtite venditore, poteſt nominare, vendere, & permutare conſenſu domini, remiſſivè.*

2 *Talis emptor decedens ſine nominatione obſervandum dictum in titulo* 36 *iſtius libri, remiſſivè.*

3 *An emphyteuta ſubemphyteuticare poſſit?*

1 EX hoc textu colligitur, quòd ſi deceſſerit ille, ad quem res ipſa emphyteutica translata fuit, titulo emptionis, aut alio quocumque titulo, manente adhuc ſuperſtite venditore, poterit ipſe qui rem emphyteuticam habuit, nominare alterum, ad quem poſt ipſius mortem emphyteuſis perveniat; & ſimiliter vendere poterit, & in alium tranferre cum conſenſu domini; & perſona, ad quem res ipſa emphyteutica pervenerit, manebit in vita, & jure illius, qui tranſtulit, mortuoque principali emphyteuta, alia perſona erit, ut probatur ex textu.

Unde ſi ille, qui vendidit, vel alienavit rem emphyteuticam, erat prima perſona, dum ipſe vixerit, jus ſemper primæ perſonæ perdurabit, tam emptori, quàm alii cuicumque poſſidenti, primo alienante ſuperſtite. Sed mortuo primo emphyteuta, incipiet eſſe ſecunda perſona poſſeſſor emphyteuſis, ſi autem emptor in vita nominantis, vel transferentis deceſſerit, nihil diſponendo tam in vita, quàm in ultimo elogio, tunc obſervabitur, quod ſtatutum eſt in titulo 36. hujus libri. Circa hæc videndus Cald. *de extinct. cap.* 21. quia optime hanc *Ord.* exornat. 2

Notandum eſt, quòd emphyteuta poteſt ſubemphyteuticare de conſenſu domini directi, aliterque non valebit ſubemphyteuticatio, niſi in contractu ſit expreſſum, ut emphyteuta ſubemphyteuticare poſſit. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 13. *n.* 11. Cald. *de renovat. quæſt.* 13. *n.* 10 *& de extinct. cap.* 4. *n.* 39. Per. *deciſ.* 26. *n.* 10. Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 4; ratio eſt, quia ſubemphyteuticatio irrequiſito domino continet ſpeciem alienationis, ut per Doct. ſuprà. 3

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Supra dicta obſervari debent, niſi aliud inter partes domini*

ni authoritate fuerit accordatum.

1 Collige ex hoc textu omnia ſupra dicta obſervari debere; ſi autem tempore, quo emphyteuſis fuerit vendita, permutata, alio-ve modo alienata, aliud ſit accordatum authoritate domini inter ipſas partes, ipſum accordatum, determinatumque obſervabitur ſine dubio. Cald. *de renovat. quæſt.* 11. *n.* 2. Transeamus jam ad Titulum ſequentem ne hîc immoremur.

Ad tit. 39.

De emphyteuta non ſolvente penſionem tempore debito, quomodo moram purgabit.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta non ſolvente penſionem per triennium, emphyteuſis devolvitur ad dominum.*

2 *Maritus non ſolvendo penſiones non præjudicat uxori in emphyteuſi dotali, neque præjudicat uxori delinquendo.*

3 *Pater non ſolvendo canonem pro emphyteuſi filii, non ideo filius privatur emphyteuſi, nec incidit in commiſſum; aliter quando pater eſt primus acquirens.*

4 *Emphyteuta in commiſſum incidit, ſi deficiat in uno numo. Contrarium verius eſt.*

5 *Compenſatio admittitur ad evitandum commiſſum, remiſſivè.*

6 *Solutio ab alio facta liberat à commiſſo.*

7 *Solutio ab alleganti probari debet.*
Fit per teſtes, inſtrumenta, vel creditoris confeſſionem, ibid.

8 *Solutio trium ultimorum annorum ſolutionem inducit præcedentium, remiſſivè.*

9 *Emphyteuta negans ſe eſſe emphyteutam, & convictus rem amittit, & propter ob non obſervantiam pactorum.*
Non oſtendendo inſtrumenta inveſtituræ, vel renovationis, in commiſſum cadit, ibid.

10 *Rem incultam relinquens, & per hoc damnum perpetuum ſuperveniat emphyteuſi in commiſſum incidit, remiſſivè.*

11 *Rem meliorare debet, remiſſivè.*

12 *Non petendo inveſtituram intra tempus legitimum, caducitatem incurrit.*

13 *Limitatur.*

14 *Propria authoritate rei emphyteuticæ poſſeſſorem expellens in pænam incidit, remiſſivè.*

15 *Emphyteuſis revertitur ad dominum ob mortem civilem emphyteutæ, quando non adſunt alii vocati.*

16 *Devolvitur ad dominum ob renuntiationem, ſi dominus acceptat.*

17 *Emphyteuta poteſt renuntiare contractui domino invito, ſi illi remiſſio penſionis non fiat, quam ſolvit fructibus correſpondentem, remiſſivè.*

18 *Emphyteuta an cadat à jure ſuo, ſi patiatur alium inveſtiri in emphyteuſi ad ſe ſpectante.*

19 *Emphyteuta ſuo jure cadit ob mutatam rei formam, ſi fiat inſcio domino, & res deterioretur, remiſſivè.*

20 *Emphyteuſis revertitur ad dominum ob tempus finitum, vel quan-*

quando deficit linea, adhuc illo tempore non elapſo.

21 *Petens devolutionem ob lineam finitam probare debet eſſe finitam, remiſſivè.*

22 *Emphyteuta emphyteuſim deteriorare non poteſt, nec incidere arbores fructiferas ſine domini conſenſu, & ſi faciat, expellitur.*

23 *Infructiferas incidere poteſt, remiſſivè.*

24 *Arbor, quæ terram inutiliter occupat, ſucciditur, nec per id deterioratur fundus, & in illius ſucciſione fructus conſiſtit.*

25 *Emphyteuta an poſſit arbores ab ipſo plantatas incidere?*

26 *Ad incurrendam caducitatem inciſio arborum cum magna deterioratione eſſe debet, & non ſufficit inciſio trium, neque quinque.*

27 *Devolutionem petens, magnam deteriorationem probare debet, & non ſufficit probare arborum inciſionem, remiſſivè.*

28 *Caducitas ut incurratur ob deteriorationem, tria concurrere debent, remiſſivè.*

29 *Deterioratio an compenſetur melioramentis?*

30 *Emphyteuta ob alienationem irrequiſito domino in commiſſum incidit.*

31 *Caducitatem incurrit non ſolvendo canonem per biennium, ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, vel triennium, ſi ſit ſecularis.*

32 *Paupertas excuſat à ſolutione canonis, remiſſivè.*

33 *Canonem non ſolvens propter juſtum impedimentum non incurrit caducitatem.*

Cauſa colorata injuſta à caducitate excuſat, ibid.

34 *Penſionem non ſolvens per ignorantiam excuſandus eſt, & non incurrit caducitatem.*

Ignorantia probatur per proprium juramentum, ibid.

35 *Caducitas commiſſa non intelligitur à cenſuario, qui non ſolvit per mille annos.*

36 *Mulier, vel ruſticus canonem non ſolvens per triennium relevatur à caducitate.*

37 *Si non adſit, cui ſolvatur penſio, emphyteuta non cadit in commiſſum.*

Bonum erit canonem deponere, vel conſignare, ibid.

38 *Qui non poteſt conſequi emphyteuſis poſſeſſionem, vel quando multi inter ſe litigant ſuper dominio, non cadit in commiſſum.*

Melius eſt deponere canonem, ibid.

39 *Si domus deſtruatur, vel molendinum ſit deſtructum, an emphyteuta reædificare, vel penſionem ſolvere teneatur?*

40 *Si contingerit culpa, vel dolo emphyteutæ dominus illum cogere reædificare, & ſolvere penſionem poteſt, vel ab emphyteuſi repellere.*

41 *Area manente, emphyteuta tenetur domum reficere, & ſolvere penſionem pro ſolo.*

42 *An admittatur remiſſio penſionis propter ſterilitatem, quando eſt correſpondens fructibus.*

43 *Qui nullum fructum recipit ſine culpa, nullam penſionem ſolvet pro illo anno, remiſſivè.*

44 *Commiſſi pœna ad hæredes emphyteutæ non tranſit, quando decidit antequam dominus declarationem faciat.*

ORdinatio in hoc titulo agit de caducitate emphyteuſis ob non ſolutum canonem, ſtatuitque, quòd 1

quòd ſi emphyteuta non ſolverit penſionem per triennium, devolvitur emphyteuſis ad dominum directum, ſi ipſe ita voluerit. Brit. *in cap Potuit de locat. p* 3. §. 4. *n.* 1. Reinoſ. *obſerv.* 59. *n.* 1. *l.* 2. *cod. de jur. emphyt.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt.* 1.

2 Adverte, quòd commiſſum in terminis hujus textus non incurritur propter factum alienum; ſi enim emphyteuſis ſit dotalis, & penſiones maritus non ſolvat, non præjudicat uxori; Cabed. 1. *p. deciſ.* 154. *n.* 3. maritus namque non ſolvendo penſiones delinquit, delinquendoque uxori præjudicare non poteſt; *l.* 2. *cod. ne uxor pro marito*; *l. ſiquis poſthac, cod. de bon. proſcript. in principio.*

3 Sic ſimiliter pater non ſolvendo canonem pro filii emphyteuſi, non privat filium emphyteuſi, nec filius in commiſſum incidit, ut cum Jaſ. *in l.* 2. *n* 192. *cod. de jur. emphyt.* tradit Cabed. *ſuprà n.* 5. & ibi contrarium tradit, quando pater fuit primus acquirens.

4 Nota etiam emphyteutam jus ſuum amittere, ſi non ſolvat penſionem integram; ſi enim deficiat in uno nummo, in commiſſum incidit, ut tradit Cald. *quæſt for.* 11. *n.* 12. & *conſ.* 38. *n.* 9. ſed contrarium tenet Brit. *de locat.* §. 4. *n.* 29. Vaſaſc. *conſ.* 86. *n.* 2. quod eſt verius.

5 Sed ad evitandam pœnam commiſſi admittitur compenſatio, dummodo quantitas compenſanda ſit liquida, aut breviter liquidanda, compenſabiliſque ſit. Begnudel. *t.* 1. *verbo compenſatio*, *n.* 16. Gam. *deciſ.* 91. *n.* 2. & ibi ejus Add.

6 Advertendum eſt, quòd ad evitandum commiſſum ob non ſolutum canonem, ſufficit, quòd debitum fuerit ab alio ſolutum; tunc enim ſolutio facta præſumitur procuratorio nomine, & dominus tenetur acceptare ſolutionem, ut cum multis tradit Barb. *in Remiſſ.* ad hanc *Ord. n.* 4.

Sed ſolutionem allegans debet illam probare; *l. quinquaginta*, *ff. de ſolut. l. fin. cod. eod. gloſ. verbo repellere in l.* 2. *circa medium*, *cod. de jur. emphyt. l. verius*, *ff. de probat*; quæ quidem probatio fieri poteſt per teſtes, inſtrumenta, vel per confeſſionem creditoris; *gloſ. ſuprà l. publia*, *ff depoſit. l pecuniæ*, ubi Bald. *cod de ſolut.* cum multis Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 39. *n* 39. & 40. 7

Trium ultimorum annorum ſolutio inducit præſumptionem ſolutionis annorum præcedentium in præjudicium creditoris, qui recipit; quia non præſumitur, quòd ultimos annos recepiſſet, niſi temporis anteacti ſatisfactionem habuiſſet; *gloſ. in l.* 2. *cod. de jur. emphyt.* Begnudel. *tom.* 4. *verbo ſolutio*, §. 5. *n.* 46 ubi aliud decernit, ſi agatur de præjudicio tertii. 8

Sed ad intelligentiam eorum, quæ in hoc titulo dicenda ſunt, advertere debes cauſas caducitatis, & devolutiones, quas optime examinat Corbul. *in tractatu de cauſis ex quibus emphyteuta jure ſuo privatur.* Et primam cauſam aſſignat *ob mendacium*, quando ſcilicet emphyteuta requiſitus ſolvere canonem negat ſe eſſe emphyteutam, quia tunc convictus de mendacio, rem ſuam amittit. Carol. *de graſſ. de except. except.* 17. *n.* 7. *in fin.* ſecundam cauſam ponit *ob inobſervantiam pactorum.* Tertiam, ſi non oſtenderit domino inſtrumenta inveſtituræ, aut revocationis. 9

Quartam cauſam ponit *ex eo quod emphyteuta rem incultam reliquit*, dummodo propter hoc ſuperveniat rei emphyteuticæ damnum perpetuum; ſecus ſi tendat tantum ad curam fructuum, quo- 10

rum

rum damnum ſpectat tantummodo ad emphyteutam. Corbul. *ibidem n.* 4.

11 Quia emphyteuta rem meliorare debet, ſaltem in minimis refectionibus, & quotidianis, & debita cultura agrorum. Franchedin. *conſult.* 21. *n.* 55.

12 Cauſam quintam ponit, *ob non petitam inveſtituram intra legitimum tempus*, ſcilicet, quando novus emphyteuta, qui titulo donationis, aut alio titulo rem acquiſivit, infra duos menſes à die contractus inveſtituram de emphyteuſi acquiſita à domino non recipit; & probat ex *text. in l. fin. cod. de jur. emphyt.*

13 Quod limitatur, quando emphyteuſis in comprehenſos in inveſtitura tranſit; tunc enim petenda non eſt nova inveſtitura, nec laudemium ſolvi debet, ut cum multis Begnudel *ſuprà n.* 63.

14 Sextam cauſam ponit, *ex eo quod emphyteuta poſſeſſorem rei emphyteuticæ propria authoritate expellit*, tunc enim incidit in pœnam *l. ſiquis in tantam, cod. unde vi*, quia tunc fundus quo ad commoditatem fructuum applicatur expulſo; late Corbul. *ibidem*, & fuſius apud Gabr. *commun. concl. lib.* 5. *concl.* 1. *per tot. de acquir. vel amitt. poſſ.*

15 Septima cauſa conſiſtit in eo, *ob mortem civilem emphyteutæ*, ut ſi ingrediatur Monaſterium incapax bonorum tam in communi, quàm in particulari; quia tunc ſi non adſint vocati, revertitur ad dominum emphyteuſis ipſa. Begnudel. *ſuprà n.* 65.

16 Octavam cauſam aſſignat Begnudel. *ſuprà n.* 66. ſcilicet ob renuntiationem, quam facit emphyteuta de re emphyteutica, licèt enim emphyteuta renuntiare non poſſit invito domino, cum ſit contractus nominatus ultro, citroque obligatorius. Antonel *de tempor. legal. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 89.; tamen ſi dominus acceptat, eadem ad ipſum devolvitur.

Sed hoc, quod dixi emphyteutam non poſſe renuntiare contractui invito domino, limita quando emphyteutæ non ſit remiſſio penſionis, quam fructibus correſpondentem ſolvit ob corroſionem à flumine fundo factam. Theſaur. *deciſ.* 20. *n.* 6. quod idem procedit, ſi tractu temporis evaderet contractus iniquus ob nimiam læſionem, quam pateretur emphyteuta, tunc quia vel deberet reduci ad æquitatem, vel poſſet renunciari. Theſaur. *deciſ.* 120. 17

Nonam cauſam exprimit *ex eo quod emphyteuta alium patitur de emphyteuſi ad ſe ſpectante inveſtiri*, ubi contra multos tanquam verius probat requiri conſenſum expreſſum, & non ſufficere tacitum, licèt ſit præſens inveſtituræ, & non contradicat, quem vide *à n.* 4. *per tot. cauſam* 9. ſed ab hoc cave. 18

Cauſam decimam ponit *ob mutatam rei formam*, quia ſi emphyteuta mutet, v. g. ſylvam, quam in emphyteuſim accepit, in pratum, vel domum in aream invito domino cadit à jure ſuo, ſi res deterioretur; ſecus ſi per id fuerit meliorata. Corbul. *cauſ.* 10. 19

Ponit undecimam cauſam *ob tempus finitum*, quia emphyteuſis conceſſa, v. g. ad triginta annos *pro ſe, filiis, ac nepotibus, &c.* finito illo tempore revertitur ad dominum, etiamſi adhuc extent filii; imò ſi, durante illo tempore, deficit linea, revertitur ad dominum, illo tempore etiam non elapſo. Corbul. *in cauſa* 11. *n.* 9. *&* 10. 20

Ponit duodecimam cauſam Corbul. *ob lineam finitam*, & devolutionem petens ex iſta cauſa probare debet lineam eſſe finitam, 21

quando illa ſemel extitit. Rot. *deciſ.211.n.2.p.3.rec.ubi n.3.* quod non probetur ex confeſſione unius in aliorum præjudicium.

22 Decima tertia cauſa in eo conſiſtit *ob rei deteriorationem*, quando ſcilicet emphyteuta rem emphyteuticam deterioravit; *auth.qui rem, cod de ſacroſ. Eccleſ.* quia emphyteuta ſine domini conſenſu arbores fructiferas incidere non poteſt; aliàs diceretur rem emphyteuticam deteriorasse, ideoque poſſet expelli. Corbul. *cauſa* 13. *ſub n.* 1.

23 Hocque limitatur quando arbores non ſunt fructiferæ; quia arbores infructuoſæ, uti populus, ſalix, fraxinus, ulmus, platanus, quercus, & habentes umbram nocivam, incidi poſſunt ab emphyteuta, uſufructuario, aut colonò ſine licentia, vel periculo incurrendi pœnam. Begnudel. *tom.* 1. *verbo Arbores*, *n.* 4.

24 Arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidenda eſt; per talem enim inciſionem non deterioratur fundus, & fructus iſtarum conſiſtit in earum ſucciſione pro tabulis, trabibus, &c. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 4. *n.* 18. *&* 19.

25 Limita etiam cum Corbul *cauſa* 13. *n.* 2. *in fin.* quoad arbores ab ipſomet emphyteuta plantatas, quæ incidi poſſunt; ſed contrarium tenet Gratian. *diſc. for. cap.* 21. *n.* 33.

26 Porro ad caducitatem incurrendam arborum inciſio eſſe debet cum magna deterioratione. Corbul. *d. loc. n.*24. Mantic. *de tacit. lib.*22. *tit.*29 *n.*19 hinc eſt, quòd duarum, vel trium arborum inciſio non dicitur magna ad effectum caducitatis, imò neque quinque juxta Ciarlin. *contr. for. cap.* 2. *n.* 57.

27 Sicque devolutionem petens probare debet hanc magnam deteriorationem, nec ſufficit probare arborum inciſionem, ſed probare debet illas fuiſſe virides, utiles, & frugiferas. Ciarlin. *ſuprà n.* 32. quæ verò dicatur magna inciſio, ſeu deterioratio judicis arbitrio remittitur. Ciarlin. *loc. cit. n.*58. Menoch. *de arbitr. lib.* 2 *caſ.*78. *n.* 7.

Itaque non inducitur caducitas ob fundi deteriorationem, niſi tribus concurrentibus; primò ſcilicet damno notabili; & circa hoc vide Ciarlin. *d. cap.* 2 *per tot.* Secundò, quòd damnum ſit perpetuum, vel quòd deterioratio tendat ad perpetuam fundi devaſtationem; ſecus ſi noceat ſolùm fructibus ab emphyteuta percipiendis. Corbul. *d. n.* 24. 28

Tertiò, quòd interveniat dolus, aut lata culpa, vel levis, nec ſufficeret leviſſima. Corbul. *loc.cit.* nec ſufficeret probare arborum, v. g. inciſionem, niſi etiam probetur fuiſſe ſucciſas ab emphyteuta ipſo, aut de ejus mandato ſpeciali, quia generale non ſufficeret, ut late Ciarlin. *loc cit. n.* 169.

Utrùm deterioratio compenſetur cum melioramentis factis? Affirmativè reſolvit Corbul. *loc. cit. n.* 7. *&* 63. Si melioratio contingat cum ipſa deterioratione, ſcilicet, quia abſcindendo arbores, melioravit fundum, illum liberando nociva umbra, &c. negative verò, ſi melioratio, & deterioratio in diverſis rebus contingat, §. *ſcire auth. de non alien. reb. Eccleſ.* Corbul. *cauſ.* 13. *n.* 13. *&* 14. 29

Decimam quartam cauſam declarat Corbul. *ob alienationem irrequiſito domino factam*, circa quæ vide Ric. *in prax p.* 1. *reſ.* 53. *n.* 2. Clar. § *emphyteuſis*, *quæſt.* 13. *n.* 5. *verſic. item quæro.* 30

Decimam quintam cauſam exponit, *ob non ſolutum canonem*; unde emphyteuta non ſolvens canonem 31

nonem per biennium, ſi ſit emphyteuſis Eccleſiaſtica, vel per triennium, ſi ſit laicalis, ſecularis, vel privata, cadit jure ſuo, incurritque caducitatem; *cap. Potuit de locat. auth. qui rem, cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 8. *n.* 1. Fachin. *lib.* 1. *contr. cap.* 93.

32 Limitatur primò noſtra *Ord.* ſi emphyteuta ſit pauper; quia paupertas excuſat à ſolutione canonis, niſi in illam ſua culpa incidiſſet præordinata adhunc effectum, ut deobligaretur ab hac ſolutione. Corbul. *loc. cit. limit.* 29. *n.* 1. *&* 2. Antonel. *de tempor. leg. lib.* 2. *cap.* 55. *n.* 12. Oddus *de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 10. *n.* 58. ubi quòd præordinatio, utpote ſtulta, non præſumitur.

33 Limitatur ſecundò in impedito juſto impedimento, puta vel belli calamitatibus, ſterilitate, &c. Antonel. *loc. cit. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 27. Clar. *loc. cit. quæſt.* 8. *n.* 6. regulariter enim quælibet cauſa colorata etiam injuſta excuſat à caducitate. Clar. *loc. cit. & lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 60. *n* 22. *verſic. & generaliter*; aut ſi emphyteuta fuerit abſens. Antonel. *ſuprà cap.* 55. *n.* 11. *in fin.*

34 Limitatur tertiò, ſi emphyteuta ignorabat rem eſſe emphyteuticam, ſaltem de æquitate, quia excuſandus eſt penſionem non ſolvens ob ignorantiam. Gam. *deciſ.* 91. *n.* 1. Clar. *loc. cit. quæſt.* 8. *n.* 9. Seraphin. *de privileg. juram privileg.* 84. *ſub n.* 16. ubi quod hæc ignorantia præſumitur, *argum. l. alius ſi vi, vel clam cod. de ſervit. & aqua*; hæcque ignorantia, qui eam allegat, poterit probari per proprium juramentum. Seraphin. *ſuprà privileg.* 4. *n.* 131.

35 Limitatur quartò in cenſu, quia ſi per mille annos ceſſatum ſit à ſolutione, nunquam intelligitur caducitas commiſſa. Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 31. *n.* 9. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 32. *n.* 30. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *n.* 1.

Limitatur quintò in muliere, 36 vel ruſtico ſimplici; quia licèt canonem non ſolvant per triennium, relevantur à caducitate, ut cum multis Barb. *ad hanc Ord. n.* 13.

Limitatur ſextò, quando non adeſt, cui penſio ſolveretur; tunc 37 enim emphyteuta non cadit in commiſſum, etiam ſi penſionem non ſolvat per triennium. Gratian. *for. cap.* 241. *n.* 15. *&* 17. reſolvit hoc procedere; quamvis emphyteuta non proteſtaſſet, quod canonem ſolverit, ſed ad maiorem cautellam bonum erit deponere, ſeu conſignare canonem, ut tradit idem Gratian. *ſuprà n.* 19.

Limitatur ſeptimò, quandiu em- 38 phyteuta conſequi non poteſt rei emphyteuticæ poſſeſſionem, vel quando plures domini inter ſe litigant ſuper dominio ipſius rei emphyteuticæ. Gratian. *for. cap.* 223. *in principio*, ſed quando ita plures domini contendunt, melius erit deponere, vel conſignare canonem, citatis contendentibus.

Quid autem tenendum ſit, ſi 39 domus, vel molendinum, ex quo ſolvebatur penſio, ſit per incendium, aut terræmotum, aut publici fluminis alluvionem deſtructum, ut area ſolum permaneat, utrùm teneatur emphyteuta reædificare, vel penſionem ſolvere? Circa hæc videndus Valaſc. *de jur. emphyt. q.* 26. *n* 8. *& quæſt.* 27. *n.* 2. ubi diſtinguit, quando contingerit ſine culpa emphyteutæ, vel quando culpa; ſi contingerit ſine culpa, erit in illius electione reædificare, & ſolvere penſionem; ſi verò nollit reædificare, non cogetur.

Quando verò hoc contingerit 40 culpa, vel dolo emphyteutæ, tunc erit

erit in electione domini vel eum cogere reædificare, & ſolvere penſionem, vel omnino ab emphyteuſi repellere, & agere ad intereſſe. Valaſc. *ſuprà.*

41 Sed ab illa diſtinctione in *n.*39. cave cum eodem Valaſc. quia ſi area remaneat, non cenſetur ex toto domus deſtructa, & cenſetur aliquam partem manere, & certè non eſt extincta omnino emphyteuſis, cum area remaneat, & emphyteuta tenetur domum reficere, & pro ſolo totam penſionem ſolvere dicit Valaſc. *ſuprà.* Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 35. ſi verò tota emphyteuſis pereat, etiam penſio periet. Valaſc. *ſuprà n.* 1. Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 8. *n.* 8. Cardoſ. *ſuprà.*

42 Licèt penſio emphyteuſis non diminuatur propter ſterilitatem, ſive ſolvatur in pecunia, ſive in fructibus; Cardoſ *ſuprà n.*34. Reinoſ. *obſerv.* 59. *n.* 7. attamen penſio emphyteutica, quando eſſet correſpondens fructibus, tunc admitteretur diminutio, ſeu remiſſio propter ſterilitatem contingentem, Cardoſ. *verbo emphyteuſis*, *n.* 34. *verſic. ſi tamen.* Petr. Barb. *in l. divortio*, §. *fin. n.*70. *tom.*1. *ff ſolut. matr* Reinoſ. *ſuprà n.* 8. Cald. *for. quæſt.* 10. *n.*9. ubi docet, quòd remiſſio de tertia parte penſionis fieri debet.

43 Si emphyteuta aliquo anno ex re emphyteutica nullum recipiat fructum abſque ſua culpa, tunc fiet penſionis remiſſio pro illo anno, & nihil ſolvet; ut cum multis tradit Cardoſ. *verbo penſio*, *n.* 37. *verſic. ſi tamen*, ampliata ſic noſtra limitatione.

44 Contra emphyteutæ hæredes commiſſi pœna non tranſit, ſi decedat antequam directus dominus decſarationem faciat. Reinoſ. *obſerv.* 59. *n.* 18. & ibi ejus Add. Valaſc. *conſ.* 71. *n.* 13. unde caducitas declarari non poteſt contra hæredem, ſi dominus tacuit in vita emphyteutæ. Gam. *deciſ.* 17. *n.* 2.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta ceſſans à ſolutione penſionis per triennium moram purgare non poteſt, nec relevatur à pœna commiſſi offerendo.*

Terminus ſolutioni aſſignatus, illo elapſo non admittitur moræ purgatio, ibid.

2 *Caducitas probatur remiſſa per receptionem penſionis præteritæ, & n.*3. *remiſſivè.*

4 *Da jure Regio requiritur conſenſus expreſſus, & tacitus repellitur.*

Leges Regni noſtrum jus commune ſunt, ibid.

5 *An mora contracta per hæredem emphyteutæ excuſabilis ſit?*

Diſponitur in hoc textu, quòd ſi emphyteuta ceſſaverit à ſolutione penſionis per triennium continuum, & completum in bonis profanis, non poterit poſtea moram purgare, offerendo domino directo penſiones debitas, nec relevabitur à pœna commiſſi, licèt dominus penſiones recipiat, niſi expreſsè voluerit illas recipere animo purgandi moram, & relevandi illum à pœna commiſſi; terminus enim ſolutioni aſſignatus, eo elapſo, non licet moram purgare. Per. *deciſ.* 119. *n.* 17. 1

Sed noſtra *Ord.* videtur limitari in caſu, quo emphyteuta præteritas penſiones, tranſacto triennio, ſolvat; tunc enim expelli non 2

po-

poteſt; duo quippe facere poterat dominus directus, vel penſionem recipere, vel emphyteutam repellere; ſi primum faciat, ſecundo præſumitur renuntiare. Gaſparr. *inſtit. civil. p* 3. *tit.* 7. §. 3. *n.* 81. cum *gloſ. in l.* 2. *verbo repellere*, *cod de jur. emphyt.* Maſcard. *de probat. concl.* 251. *n.* 1.

3 Per illam ergo receptionem penſionum remittitur pœna commiſſi, quia ſimul ſtare non poſſunt, ut recipiatur penſio pro tempore decurſo, & poſſit habere locum pœna, quæ dicitur commiſſa. Maſcard. *ſuprà n.* 3. Per talem receptionem penſionum ineſt tacita declaratio perſeverandi in contractu juxta illius naturam, ac ſi debitoris implementum non deficeret. Begnudel. *tom.* 3. cum multis *verbo Mora n.* 9.

4 Hæc omnia ita procedunt attentis juris regulis; ſed de jure noſtro Regio in hoc §. 1. conſenſus expreſſus requiritur, & repellitur tacitus, ut etiam tradit Per. *deciſ.* 119. *n.* 26. *verſic. Sed de jure Regio*; & caſus deciſus per legem Regiam per illam decidi debet *Ord. lib.* 3. *tit* 64 *in princip.* leges enim Regni ſunt noſtrum jus commune, ut cum multis tradit Sylv. *ad dict. Ord. n.* 2.

5 Mora contracta per emphyteutæ hæredem redditur excuſabilis per viam reſtitutionis in integrum ob præſumptam illius ignorantiam, quòd bona ſint emphyteutica; Cavaller. *deciſ.* 94. *n.* 1. *&* 4. præſertim in muliere, & agens ad devolutionem ſcientiam hæredis probare debet. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 40 Gratian. *diſcept. for. cap.* 633. *à n.* 18.

Quamvis hæres habitaverit cum ſuo authore, ſcilicet filius cum patre, ſi fuit minor, præſumptio enim ſcientiæ ducta à cohabitatione hujuſmodi non militat in minore. Jaſ. *in l. ſi quando*, *n.* 53. *cod unde vi.* Menoch. *de recuper. remed* 11. *n.* 54. Cogita circa hunc §.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ ceſſans à ſolutione penſionis per biennium cadit à jure ſuo, & emphyteuſis devolvitur ad dominum*

2 *Licèt res emphyteutica ſit magni valoris, penſio verò valde exigua*

3 *Quamvis emphyteuta non fuerit interpellatus ad penſionem ſolvendam.*

4 *Et in contractu appoſita ſit pœna, remiſſivè.*

5 *Idem in Prælato penſionem non ſolvente.*

6 *Eccleſia reſtituitur adverſus ſolutionem omiſſam, & eſt prima limitatio.*

7 *Limitatur* 2. *ubi adeſt ſtatutum, vel conſuetudo quod non privetur jure ſuo.*

8 *Limitatur* 3. *remiſſivè.*

9 *Limitatur* 4. *remiſſivè.*

10 *Limitatur* 5. *remiſſivè.*

11 *Limitatur* 6 *remiſſivè.*

12 *Limitatur* 7. *quando emphyteuta penſionem non ſolverit judicis mandato.*

13 *Pœna commiſſi ut incurratur, biennium, vel triennium debet eſſe continuum.*

Tempora in pœnalibus non conjunguntur, ibid.

14 *Conventio partium, vel Regionis attenditur, ſive ſervatur ad ſolvendam penſionem.*

15 *Emphyteuta an teneatur canonem ſolvere, ſi res ſit capta ab*

ab hoſtibus, bello juſto, vel injuſto, remiſſivè?

16 *Emphyteuta ignorans in quo fundo ſit emphyteuſis, an teneatur ſupponere fundum certum obligatum?*

17 *Sufficit certam quantitatem canoni proportionatam oſtendere, & petens maiorem quantitatem probare tenetur, remiſſivè.*

18 *Dominus ad inſtantiam emphyteutæ an teneatur docere de jure ſuo?*

19 *Solvens de præterito an teneatur in futurum?*

20 *Non ſolvens penſionem per* 30. *vel* 40 *annos, an præſcribat proprietatem, vel penſiones?*

21 *Quid in extraneo poſſidente emphyteuſim, ut liberam, & propriam* 30. *vel* 40. *annis.*

22 *Qui eſt in mala fide nunquam præſcribit.*

23 *Eccleſia reſtituitur ex capite ignorantiæ in præſcriptione.*

24 *Extraneus præſcribens proprietatem, etiam præſcribit liberationem à ſolutione canonis. Accipiens emphyteuſim, vel recognoſcens numquam præſcribit, ibid.*

25 *Emphyteuta cadens in commiſſum an amittat melioramenta?*

26 *Emphyteuta propter commiſſum non expellitur propria authoritate, ſed requiritur judicis ſententia declarátoria, remiſſivè.*

27 *Emphyteuta Eccleſiæ moram purgare poteſt offerendo debitas penſiones ante citationem, aut litem conteſtatam.*

28 *In dubio amplectitur opinio favens moræ purgationi.*

29 *Moræ purgatio ad evitandam caducitatis pœnam, realis eſſe debet oblatio canonis cum pecunia in manu, depóſito, vel conſignatione, remiſſivè.*

30 *Facultas moram purgandi emphyteutæ Eccleſiæ conceſſa fuit, remiſſivè.*

31 *In exigendis pœnis mitius agit Eccleſia, & ſacri canones, quàm jus civile.*

32 *Lex civilis in foro Eccleſiaſtico ſervatur, quando diſpoſitio juris civilis non reperitur expreſſe immutata à jure canonico.*

33 *Jus civile diſponens de Eccleſiis, & ejus bonis non allegatur contra Eccleſiam. Jus canonicum attenditur, & non civile in materia immunitatis, ibid.*

DEducitur ex hoc textu, quòd ſi emphyteuta Eccleſiæ ceſſaverit in ſolvenda penſione per biennium, cadit à jure ſuo, & ipſam rem emphyteuticam amittit, ipſaque ad dominum directum devolvitur; probat *text. expreſſus in auth. qui rem, cod. de ſacroſ. Eccleſ. cap. Potuit de locat. & conduct.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 90. 1

Amplia primò, ut habeat locum, quamvis res emphyteutica ſit magni valoris, penſio verò pro illa ſolvenda ſit valde exigua; quia tunc ſi emphyteuta Eccleſiæ per biennium, & emphyteuta privati per triennium illam non ſolvat, incidit in commiſſum. Tiraq. *de judicio in rebus exig. verſic.* 51. Cald. *conſ.* 38. *n.* 9. 2

Amplia ſecundò, licèt emphyteuta interpellatus non fuerit à domino directo, ut penſionem ſolvat, quia ceſſando in ſolutione canonis, per biennium, vel triennium incidet in commiſſum. Corbul. *tit. de cauſæ privationis ob non ſolutum canonem, ampliat* 5. 3

Amplia tertiò, ut habeat locum 4

cum etiam ſi in contractu emphyteutico oppoſita ſit pœna propter non ſolutum canonem tempore debito; quia tunc etiam emphyteuta per triennium, vel biennium ceſſans in ſolutione penſionis in commiſſum incidit. Corbul *ſuprà ampliat.* 9. Clar. §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 8. *n.* 1. & 2.

5 Ampliatur quartò, ut habeat locum in Eccleſia, quæ ab altera Eccleſia, vel à privato rem emphyteuticam accepit; ſi enim ejus Rector, ſive Prælatus penſionem per biennium, vel triennium non ſolverit, in commiſſum incidet. Corbul. *ubi ſuprà ampliat.* 27. *in princip.*

6 Limitatur primò in Eccleſia, quæ ſi canonem non ſolvat, adverſus ſolutionem omiſſam reſtitui debet. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 61. *n.* 14. Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *cap.* 24. *dubit.* 9. *n.* 48.

7 Limita ſecundò ubi adeſt ſtatutum, vel conſuetudo; quòd emphyteuta propter canonem non ſolutum per totum biennium, vel triennium non privetur jure ſuo. Mantic. *lib.* 22. *tit.* 21. *n.* 46.

8 Limita tertiò in minore acceptante emphyteuſim; ſi verò accepta ſit per majorem, & hæres minor non ſolvat debitum canonem, incidet in commiſſum, nec reſtituetur ex privilegio minoris ætatis. Barb. *in l. Hæres abſens in princip. n* 155. *ff de judic.* cum multis tradit Barb. *in remiſſ. ad princip.* hujus tituli, *n.* 11.

9 Limita quartò, ſi fructus non ſingulis annis, ſed de biennio in biennium in debita copia colligantur; quia tunc non niſi per quatuor annos continuos hæc pœna commiſſi incurritur. Cald. *quæſt. for. quæſt.* 11. *n.* 17. cum multis Auguſt. Barb. *in cap. Potuit. n.* 116.

10 Limita quintò, quando poſt commiſſum incurſum ob ceſſationem canonis dominus recipit penſionem ab emphyteuta; tunc enim eum amplius expellere non poterit, ut ſuprà dixi. Maſcard. *de probat. concl.* 252. & cum multis *DD.* probat Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 117. quod ampliabis, ut ipſe ampliat.

Limita ſextò, ſi emphyteuta canonem ſolvit illi, qui publicè ſe 11
gerebat pro procuratore domini, quia liberatus intelligitur ex ſolutione illi facta, ſicut etiam quando ſolvit canonem Prælato intruſo habens tamen juſtam, & veriſimilem cauſam credendi eum eſſe Prælatum; quia licet nulliter ſit Prælatus, recte tamen ſolvit, & liberatus eſt. Corbul. *tit. de cauſ. privat. ob non ſolutum canonem*, *limit.* 24. & cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 124.

Limita ſeptimò, quando emphyteuta judicis mandato penſionem non ſolverit; à caducitate enim, & ejus pœna liberandus erit. Corbul. *ſuprà limit.* 14. *n.* 1. Afflict. *deciſ.* 328. 12

Nota, quòd biennium, vel triennium debet eſſe continuum. Hinc ſi emphyteuta uno anno ſolverit, alio verò non, tertio verò anno ſolverit, & quarto iterum non, & ſic deinceps, non eſſet locus caducitati; quia in pœnalibus tempora non conjunguntur. Antonel *de tempor. leg. lib.* 2. *cap.* 55. *n.* 16. 13

Quæres quando, ſeu quo tempore canon ſolvi debeat? Reſp. quòd in hoc ſervanda ſit expreſſa partium conventio, Regioniſve conſuetudo; *glaſ. in l.* 2. *cod. de jur. emphyt. verbo cautum eſt*, & deficientibus iis, facienda erit in fine anni. Gom. 2. *var. cap.* 3. *de locat. & conduct. n.* 13. 14

Quæres etiam: an emphyteuta teneatur ſolvere canonem, ſi res fuerit capta ab hoſtibus, ſive bello ju- 15

juſto, ſive injuſto? Circa hoc vide apud Fachin. *lib.* 1. *contr. cap.* 90 varias opiniones ubi concludit, quòd non teneatur ſolvere, ſi fundum ingredi non poteſt; quod etiam procedit tempore treugæ, ob metum inſtantis adhuc belli Viv. *com. opin.* 247. *n.* 7.

16 Emphyteuta, qui domino ſolvit canonem, ſed ignorat in quo fundo ſit fundata emphyteuſis, tenetur ad inſtantiam domini ſupponere unum fundum certum ſpecialiter obligatum pro ſolutione canonis. Ricc. *in prax. p.* 3. *reſolut.* 153. *n.* 2. *ſub verſic. verior tamen*; aliter inſtrumenta emphyteutica domino edere, & titulos oſtendere, & confines debet, aliàs judex decernere poteſt finitam eſſe emphyteuſim, aut prætendere, quòd omnia ab emphyteuta poſſeſſa ſint emphyteutica. Videndus Ricc. *loc. cit* Perigr. *de fideicommiſſ. art.* 44. *n.* 23.

17 Satis tamen erit, quòd emphyteuta oſtendat certam quantitatem, quæ ſit proportionata canoni, & petens maiorem quantitatem probare tenetur. Rot. *deciſ* 150. *n* 6. *p.* 1. Afflict. *cap.* 1. §. *illud n.* 22. *de prohib. feud. alien.* & hoc ſi emphyteuta fatetur ſe eſſe talem; ſi verò negat, actori incumbit probatio. Ricc. *loc. cit.* quæ quidem emphyteuſis ad effectum ſolutionis canonis probatur levioribus probationibus, & ſufficiunt etiam indicia. Rot. *deciſ.* 470. *n.* 15. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & latius *in deciſ.* 249. *per tot. p.* 1. *rec.*

18 Utrùm verò dominus ad inſtantiam emphyteutæ teneatur de jure ſuo, ſeu de emphyteuſi docere, ubi emphyteuta longo tempore canonem ſolvit? Negativè reſpondetur, ſi longo tempore canonem ſolvit; ſecus verò ſi tantum brevi tempore ſolvit, aliàs emphyteuta liberaretur. Antonel. *de tempor. leg. lib.* 2. *cap.* 55. *n.* 32. Gratian. *for. cap.* 411. *n.* 8.

Et an qui ſolvit de præterito, teneatur ſolvere in futurum? & quòd teneatur, probatur ex *l. cum de in rem verſo*, *ff. de uſur. l.* 1. *cod. de fideicommiſſ.* Gonzal. *in cap.* 5. *de cenſibus ſub n.* 4. 19

Queritur, quòd ſi emphyteuta per multum temporis ſpatium puta 30, aut 40 annis non ſolverit penſionem, an præſcribat proprietatem, vel penſiones decurſas, ſeu libertatem ſolvendi in futurum, & an poſſit per hoc expelli? Reſpondetur primò, quòd vel ille, qui non ſolvit, eſt ipſemet qui rem in emphyteuſim accepit; vel eſt qui aliquando ipſam emphyteuſim à domino recognovit, & tunc proprietatem nunquam præſcribet, tum quia ei obſtat mala fides, quæ impedit omnem præſcriptionem: tum quia dominus directus poſſidet ſemper miniſterio emphyteutæ, & poſſidenti nulla præſcriptio currit; *l. ſciendum*, §. 1. *verſic. item quis*, *ff qui ſatiſd. cogantur*, *l. cum notiſſimi*, §. *imò*, *cod. de præſcript.* 30. *annorum.* Corbul. *de jur emphyt. cauſ.* 15. *limit* 31. *n* 2. & hoc etiam ampliatur ad ſucceſſorem illum, cui obſtat mala fides actoris. Corbul. *d. limit.* 31. *n.* 3. 20

Aut verò ille, qui non ſolvit, eſt extraneus, qui non recognovit emphyteuſim à domino, & poſſedit talem rem uti liberam, & propriam 30, aut 40 annis, & tunc proprietatem præſcribit. Fachin. *contr. jur. lib.* 8. *cap.* 99. *in fin verſic. non repugno.* Gratian. *for. cap.* 912. *n.* 41. 21

Reſp. 2. circa canones decurſos cum diſtinctione ſupra data: nam, qui eſt in mala fide, certe numquam præſcribit; *cap. poſſeſſor malæ fidei* 2. *de reg. jur in* 6. *& DD apud* Gratian. *loc. cit. n.* 44. ſecus ſi præſcribens eſſet in bona fide, ut per *DD. cit.* 22

Si

23 Si præſcriptio hæc eſſet contra Eccleſiam, Eccleſia eſſet reſtituenda ex capite ignorantiæ, &c. dicit Corbul *dict. limit.* 31. *n* 4. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 35. *gloſ.* 4. *n.* 35. *& ſeqq.*

24 Reſp. 3. circa libertatem ſolvendi in futurum ſub priori diſtinctione data, quòd ſcilicet extraneus, ut ſupra, cum poſſit præſcribere proprietatem, etiam poſſit in conſequentiam præſcribere liberationem à ſolutione canonis. Fachin. *loc. cit.* Ille verò, qui rem emphyteuticam accepit, aut illam recognovit, quod nunquam præſcribat liberationem à ſolutione canonis in futurum, tradit cum multis Begnudel. *tom.* 1 *verbo emphyteuſis*, §. 3. *ſub n.* 99. *verſic: Reſp.* 3.

25 Quæritur: utrùm quando emphyteuta cadit in commiſſum, amittat melioramenta? Reſp. amittere melioramenta, ad quæ emphyteuta vi contractus tacite, vel expreſſe tenetur; non verò perdit magna, & extraordinaria, & magni pretii Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 2. *cod. de jur. emphyt. n.* 12. Reinoſ. *obſerv.* 59. *n.* 15. quia melioramenta ſunt bona propria illius, qui ea fecit, & ideo efficiuntur ipſius emphyteutæ, atque ejus hæredis; *l. dominus horreorum*, §. 1. *l colonus*, *ff. locat.* Begnudel. *tom.* 3. *verbo melioramenta*, *n.* 28. Auguſt. Barb *in l.* 3. *cod. de jur. emphyt. n.* 6.

26 Emphyteuta propter commiſſum expelli non poteſt à ſua poſſeſſione authoritate propria, ſed requiritur ſententia declaratoria judicis. Cald. *conſ.* 2. *n.* 24. & ſine illa amoveri non poteſt emphyteuta à ſua poſſeſſione Cald. *ſuprà n.* 28. in proceſſu, vel cauſa, quam dominus intentaverit, plurimas cauſas allegare poterit emphyteuta, quibus in judicio conventus à commiſſo ſit excuſandus. Cald. *ſuprà n.* 23. quæ quidem cauſæ ſunt illæ, quas ſupra dixi, & aliæ multæ, quas per *Doct.* excogitare poteris.

Collige etiam ex textu, quòd 27 in caſu ipſius textus emphyteuta Eccleſiæ moram purgare poterit, hoc eſt offerendo domino penſiones debitas, quod facere poteſt quocumque tempore, antequam citatus ſit, vel ante litem conteſtatam. Brit. *de locat.* 3. *p.* § 4. *n.* 43. *&* 44. *l. ſi inſulam*, *ff. de verb. oblig.*

De æquitate canonica mora purgari indiſtinctè poteſt abſque alicujus caſus exceptuatione; Surd. *conſ.* 97. *n.* 31. & denique maxime, cum in dubio amplectenda ſit opinio, quæ favet purgationi moræ, ut omne tradit Fontanel. *tom.* 2. *deciſ.* 407. *n.* 17. *&* 18. 28

Sed hæc purgatio moræ ad evitandam caducitatis pœnam debet eſſe cum oblatione canonis, dummodo tamen oblatio ſit realis, cum pecunia in manu, depoſito, vel conſignatione, nec ſufficit verbalis, fiatque loco, tempore, ac modo debito, ut dominus non habeat juſtam cauſam illum recuſandi. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolutum canonem*, *limit.* 7. & multo magis liberatur per depoſitum canonis factum, etiam poſt declaratam à domino caducitatem, ſi celeriter fiat. Begnudel. *tom.* 1. *verbo emphyteuſis*, *n.* 88. 29

Hæc facultas purgandi moram ad evitandum commiſſum, ideo conceſſa fuit emphyteutæ Eccleſiæ, quia breviori tempore in commiſſum incidit, quam emphyteuta bonorum profanorum, ut probatur ex eodem textu in hoc §. 2. quapropter quando contentio ſit circa bona Eccleſiaſtica, jus canonicum obſervari jubetur; ſi verò fuerit circa profana, jus civile, ut ſtatuit textus in hoc §. 2. 30

31 Unde in pœnis exigendis mitius Eccleſia agit, & mitius agunt ſacri canones, quam jus civile, & juris rigor, ac ſubtilitas poſtulat, ut habetur & notatur *in cap. ſuam de pœn. & cap. dilecti de judic.* Brit. *de locat.* 3. *p.* §. 4. *n.* 38.

32 Sed inter jus canonicum, & civile non eſt inducenda aliqua diſcrepantia, ubi diſpoſitio juris civilis non reperitur expreſſe immutata à jure canonico, imò tunc lex civilis ſervanda eſt etiam in foro Eccleſiaſtico. Fagnan. *in cap. cum eſſes, n.* 18. *de teſtam.* Coccin. *deciſ.* 1859. *n.* 122.

33 Jus verò civile diſponens de Eccleſiis, vel ejus bonis non poteſt allegari contra Eccleſiam ex *text. in cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *de conſtit.* Ciarlin. *cap.* 8. *n.* 43 & tractans de illis, vel de immunitate Eccleſiæ non eſt ſervandum, ſed jus canonicum quando uni alteri contradicit. Farin. *de Immunit. Eccleſ. Append. cap.* 2. *n.* 27.

Ad tit. 40.

Quòd domus non emphyteuticentur niſi in pecunia.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Domus, & fundus ad domum ædificandam in emphyteuſim dari non poſſunt ſub penſione vini, frumenti, vel olei, aliàs contractus eſt nullus, remiſſivè.*

2 *Aſſignatur ratio iſtius prohibitionis.*

3 *Ad domos Eccleſiæ non extenditur, & eſt prima limitatio.*

4 *Limitatur* 2. *in collatione cenſus, panis, & vini.*

5 *Diſpoſitio legis habet locum in emphyteuta, qui colligit vinum, triticum, vel oleum ex ſuis redditibus, remiſſivè.*

6 *Quamvis qui primò accepit, habeat in redditibus.*

7 *Aves pro penſione vivæ non mortuæ præſtari debent, quæ in laqueis capi ſolent, mortuæ præſentantur.*

Dicit textus, quòd domus in emphyteuſim dari non poteſt ſub penſione vini, frumenti, aut olei, neque fundus ad domum ædificandam, niſi in pecunia numerata, & avibus, & aliter contractus emphyteuticus erit nullus, & nullius momenti, ſi in vino, tritico, ſeu oleo, aut alia re conſtituatur. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 20. *n.* 6. & cum eo Cardoſ. *verbo penſio ſub n.* 28. videndus etiam Gam. *deciſ.* 311. *in principio, text. in l.* 5. *lib.* 11. *cod. de agric. & cenſ.* 1

Et ratio, cur ita prohibeatur in hoc textu, eſt; quia tales emphyteutæ plerumque ſunt oppidani, incolæque civitatum, quæ in ſuis redditibus panem, vinum, & oleum non habent, & eſt inconveniens quòd obligentur ad ea, quæ ex ſuis redditibus non colligunt. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 68 *in princip.* Valaſc. *ſuprà,* facit optime ad intentum *text. in l.* 5. *cod. de agric. & cenſ. lib.* 11. 2

Limita primò hanc ordinationem in domibus Eccleſiarum in emphyteuſim conceſſis, niſi longo uſu in tribunalibus Eccleſiaſticis idem receptum ſit. Cardoſ. *verbo Penſio ſub n.* 28. Barb. *in caſtig. ad hanc Ord. n.* 171. Valaſc. *ſuprà de jur. emphyt. quæſt* 20. *n.* 6. *verſic. item quæro,* ubi præſtat rationem. 3

Limita ſecundò cum eodem Barb. *ſuprà n.* 172. in collatione 4

cen-

cenſus, panis, vini, aut alterius ſimilis rei in domibus, aut in earum ſolis, ut tradit idem Barb. *in caſtig. dict. n.* 172.

5 Quæres; an diſpoſitio noſtræ legis habeat locum in eo caſu, quo emphyteuta domum habet, & colligat ex ſuis redditibus vinum, triticum, vel oleum, quod pollicetur pro penſione? Sed in hoc caſu etiam habet locum *Ord.* & ſi aliqui reperiantur, qui in redditibus ſolvere poſſint, non ideo debet ceſſare diſpoſitio legis, quæ indiſtincte, generaliterque intelligi debet; *l. de pretio* 10. *ff. de public in rem act. l* 1. §. *generaliter*, *ff. de legat. præſtand.*

6 Et licèt qui primò accipit emphyteuſim, habeat in redditibus, reliqui ſucceſſores forte non habebunt, quapropter legis diſpoſitio ceſſare non debet, ut omne tradit Valaſc. *ſuprà ſub n.* 6. *verſic. juxta quod.*

7 Illæ aves, quæ pro penſione emphyteuſis domuum præſtandæ ſunt, debent præſtari vivæ, non mortuæ. Bart. *in l quod te in fine*, *ff ſi cert. pet.* Secus dicendum, ſi pro penſione perdices, & coturnices, aliæque aves, quæ in laqueis, vel retibus capi ſolent, præſtentur, ſatisfaciet emphyteuta eas mortuas præſentando; & idem fortaſſe in cuniculis, & leporibus dicendum foret. Barb *in caſtig. ad hanc Ord. n.* 173. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 20. *ſub n.* 6. *verſic rurſus*; aliter practicabitur in gallinis, & caponibus propter dubium an ex ſe ipſis mortuæ fuerint, ut advertit idem Valaſc. *ſuprà in fine.*

Ad tit. 41.

Quòd emphyteutæ bonorum Coronæ, maioratuum, capellarum, commendarum non præſtent pecuniam, nec aliam rem dominis ad emphyteuticandum, vel renovandum.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Commendatarii, & adminiſtratores tam capellarum, quam maioratuum non poſſunt recipere pecuniam pro ingreſſu emphyteuſis, remiſſivè.*

2 *Alius pretium, vel quidquam aliud exigere, & recipere poteſt pro ingreſſu, remiſſivè.*

3 *Adminiſtratores maioratuum, an poſſint bona illorum in emphyteuſim concedere?*

4 *Quando hujuſmodi bona per multiplicatas ſucceſſiones in emphyteuſim data fuerunt, ſucceſſor renovare tenetur, remiſſivè.*

5 *Commendatarii Ordinum militarium an facultatem habeant concedendi in emphyteuſim bona commendarum, remiſſivè?*

STatuit textus, quòd donatarii bonorum Coronæ, adminiſtratores capellarum, poſſeſſores maioratuum, ſeu primogeniorum, commendatarii, ſeu Militiarum Præceptores, qui poteſtatem habuerint emphyteuticandi talia bona, ſeu renovandi, non poſſunt recipere pecuniam, nec aliam rem pro ingreſſu emphyteuſis, ſive ſit in perpetuum, ſive ad tres perſonas; ſi aliter 1

ter factum ſit, contractus erit nullus, & nullius momenti; & qui pecuniam acceperit, illam iterum ſolvet, & aliam tantam quantitatem, & eodem modo, qui dederit, & medietas iſtius quantitatis applicabitur accuſanti, & alia captivis, ut ex textu hoc deducitur Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 10. *n.* 2. Cald. *de renovat. quæſt.* 20. *n.* 3.

2 Nota, quòd licet perſonæ ſuprà relatæ non poſſint pro ingreſſu quidquam exigere, neque præſtare prohibente ſic Regia ſanctione; attamen quilibet alius dominus pro ingreſſu pretium, ſeu quidquam aliud exigere, & recipere poteſt abſque ullo pœnæ metu, quod nullam habet dubitationem; ſed per hoc non dicitur eam exactionem eſſe neceſſariam ad emphyteuticæ conceſſionis ſolemnitatem; quia ſine hac exactione pro ingreſſu ultra penſionem determinatam contractus emphyteuticus firmus manet; tradit Cald. *ſuprà verſic cæterum.*

3 Quæres: an adminiſtratores maioratuum poſſint bona illorum in emphyteuſim concedere? Negativè reſpondeo cum Valaſc. *conſ* 95. *n.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 31. Valaſc *de jur. emphyt. quæſt.* 29. *n.* 11. ſi verò in emphyteuſim concedantur bona maioratus ſine conſenſu ſucceſſoris, non durabit emphyteuſis ipſa, vel locatio ad longum tempus ultra vitam concedentis, quia eo mortuo, ſucceſſor non tenetur ſtare contractui emphyteutico, quod etiam in locatione ad longum tempus procedere tradit Cald. *de renovat. quæſt.* 16. *n.* 7.

4 Quando verò data fuerint hujuſmodi bona per multiplicatas ſucceſſiones ad emphyteuſim, accedente longiſſimi temporis curſu, ſucceſſor maioratus tenetur renovare, ut aſſerit Cald. *ſuprà n.* 71. *verſic. quod tamen.* Barb. *in caſtig. ad hanc Ord. n.* 175. cum aliis.

Commendatarii Ordinum Militarium Jeſu Chriſti, Divi Jacobi, Aviſii facultatem non habent concedendi bona commendarum in emphyteuſim, niſi concedatur in Capitulo generali, & prædicti Ordines Regiæ Coronæ ſunt uniti, & Res tanquam illorum adminiſtrator à Summo Pontifice conſtitutus diſponit, quæ neceſſaria ſunt ad adminiſtrationem, & jure canonico non repugnant, ut cum multis tradit Barb. *ad hanc Ord. in fine lib.* 4.

Ad tit. 42.

Quòd non obligentur perſonæ aliquæ perſonaliter habitare in aliquibus terris, vel prædiis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Nemo obligari poteſt ad perſonaliter habitandum in aliquo oppido prætextu ſcriptitii, remiſſivè.*

2 *Quilibet adimplere tenetur contractum à ſe factum, vel pro illo, cujus fuerit hæres, nec ultra formam contractus nullus contrahentium aliquid agere poteſt, remiſſivè.*

3 *Refertur ſententia negativa, quod donatio facta in capitulis matrimonialibus conditione habitandi cum uxore in certa civitate, ſub pœna.*

4 *Sed affirmativa defenditur.*

5 *Conditio per legatum non valet, per contractum verò valet.*

Col-

1 Collige ex hoc textu, quòd nemo obligari poteſt ad perſonaliter habitandum aliquod oppidum, vel terram prætextu, quod ſit aſcriptitius, & obligatus ad habitandum perſonaliter dictum locum propter deſcendentiam ſimilium perſonarum; eſt enim talis obligatio ſpecies ſervitutis, quæ in noſtro Regno non admittitur, non obſtantibus quibuſcumque legibus, & ordinationibus in contrarium adductis; *text. in l. Titio centum*, §. *Titio centum*, *ff. de condit. & demonſtr.* Videndus Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 37. *per tot.* & præcipuè *ex n.* 9. Gom. 2. *var. cap.* 10. *n.* 24 *&* 1. *var. cap.* 12. *n* 79 *verſic. item adde*

2 Sed quilibet obligari poteſt adimplere contractum per ſe factum, vel per illum, cujus hæres fuerit, ut ſtatuit textus; contractus enim eſt obſervandus ſecundum formam, & ſubſtantiam ipſius contractus; nec poteſt aliquis eorum contrahentium ultra formam contractus aliquid agere; *l. is qui duo*, *ff. de ſervit. ruſt. præd.* Cardol. *verbo contractus*, *n.* 17. unuſquiſque à principio contrahere poteſt, aut non contrahere, ſed poſtquam contraxit non poteſt reſilire, aut recedere à contractu, invito altero; *l. ſicut* ubi *gloſ. fin. & DD. cod. de oblig. & act. l. quamvis*, *cod. de tranſact. l. non idcirco*, *cod. de contrah. empt.*

3 Circa prædicta quæres: an donatio facta in capitulis matrimonialibus ſub conditione, quòd vir teneatur habitare cum uxore in certa civitate, vel oppido, vel pactum adjectum ſub pœna valeat? Duæ in hac quæſtione reperiuntur opiniones, una negativa, affirmativa altera: negativam amplectuntur Gom. 2. *var. cap.* 10. *n.* 24. Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 7. *in princip. n.* 5. ubi tradunt, quòd ſicut non valet conditio adjecta legato, ut à monumento teſtatoris legatarius non recedat, vel quòd in tali civitate domicilium habeat; ita etiam non valet ſimilis conditio in contractu matrimonii, & ſic quòd maritus non obligetur ad pœnam, ſtante nullitate pacti.

Affirmativa ſententia verior eſt, & tenenda in judicando, & conſulendo; quia tempore traditionis rei ſuæ poteſt quis apponere pacta, & conditiones, quas voluerit; *l. traditionibus*, *cod de pact. cap. verum de condit appoſit.* & quia in matrimonio ſolum prohibetur appoſitio pœnæ, quæ obſtet matrimonii libertati, & in ſpecie, quòd in conceſſione rei ſuæ poſſit dominus obligationem accipienti injungere, ne à certo loco recedere poſſit Petr. *de poteſt Princip. cap.* 6. *n.* 34. ſic in traditione mulieris. Abb. *in cap.* 1. *qui matr. accuſ. poſſ.* quam ſententiam ſequuntur Portug. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *n.* 97. Cancer. 3. *var. cap* 7 *n.* 7. cum multis Guerr. *tract* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 37. Aylon. *ad Gom.* 2. *var. cap.* 10. *n.* 25. 4

Contra hæc non obſtat *text. in d.* § *Titio centum*; quia reſpondetur aliud eſſe imponi onus per viam legati, ut in illa civitate moretur, & aliud per modum contractus; per legatum enim non valet conditio, neque pactum, ut in *d.* §. *Titio centum*; at verò per contractum valet, nam contractus obligat ultrò, citròque; *l. habeo*, *ff. de verb. ſignif.* Circa hæc ſi alia ſcire cupis, vide per Doct. ſuprà, ubi multa invenies. 5

Ad

Ad tit. 43.

De ſexmariis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Bona deſerta, ſeu inculta novis colonis concedi debent de ſexmaria.*
2 *Peræquitores præſtant de ſexmaria talia bona.*
3 *Terræ incultæ, & eremæ intra confines Regni, à nemine poſſeſſæ ad Regiam Coronam pertinent, ut vacantia, remiſſivè.*
4 *Quod eſt intra fines territorii, præſumitur illius, cujus eſt territorium.*
5 *Qui occupaverit bona vacantia ad Regem pertinentia, non faciet ſua.*
6 *Agri inculti intra territorium civitatis, vel oppidi ad illud ſpectant, remiſſivè.*

1 STatuit Ordinatio noſtra Regia hîc, quòd terræ, vel bona, aliàs deſerta, ſeu inculta, de quibus ibi, concedantur novis colonis; quæ bona ſic conceſſa dicuntur de ſexmaria, quia ex iis ſexta pars fructuum olim fiſco ſolvebatur, & à jure communi agri deſerti dicebantur, à peræquatoribus, vel ſenſitoribus novis colonis concedi ſolebant; *l. ſiquis à principio, cod. de fund patrimon. lib.* 11. *l. ult. cod. de cenſ. & cenſit.* Almeid. *n. quin. cap.* 19. *n.* 2.

2 Iſti autem peræquatores, vel ſenſitores hodie vocantur apud nos *Almoxarifes*, & funguntur munere hoc dandi prædictas terras, bonaque deſerta de ſexmaria, & dicuntur *Seſmeiros*, ſive aliàs vocantur præfecti agrorum. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 39. Cabed. 2. *p. deciſ.* 112. *n* 4. Almeid. *n quin. cap.* 19 *n.* 3.

Nota, terras incultas, & eremas, quæ ſunt intra fines Regni, & à nemine poſſidentur, quas vocamus *montes maninhos*, pertinere ad Regem, & Regiam Coronam quaſi bona vacantia; *l* 1. *cod. de bon. vacant. Ord. lib.* 2. *tit.* 26. §. 16. Cald *de empt. cap.* 21. *n.*4. quia cùm Princeps ſit dominus totius Regni, *& terræ eremæ*, & incultæ ſint intra confines, & territorium, illius eſſe præſumuntur, dum contrarium non probatur. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2 *præſumpt.* 20. *n.* 2 *verſic. eſt verum.* 3

Quia regulariter quidquid eſt intra fines territorii, præſumitur eſſe illius, cujus eſt territorium. Larr. *alleg.* 69. *n.* 1. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *n.* 31. *cum ſeqq.* Farin. *deciſ.* 150. *n* 5. *tom* 1. *in recent.* cum multis aliis Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 43. *ſub n.*80. 4

Quod quidem intelligendum eſt procedere in terris eremis, & incultis extra limina exiſtentibus, & terminum alicujus oppidi, vel civitatis; tunc namque hujuſmodi loca ad Regem pertinent, & ſiquis ea occupaverit, ſua non faciet. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 37. Portug. *ſuprà n.* 81. 5

Si verò agri inculti reperiantur intra fines alicujus civitatis, vel oppidi, ad ipſum oppidum, vel civitatem pertinent, quaſi à principio ex prima conceſſione termini illi fuiſſent donati ad utilitatem civium, & incolarum. Gom. *in l.* 45. *Taur. n.* 2. Cabed. 2. *p. deciſ.* 112. *n.* 2. Cald. *de empt. cap.* 21. *n.* 6. *verſic. ſecus verò* Valaſc. *de jur emphyt.* 6

quæſt.

quæſt. 8. *n.* 38. & circa eorum dominium, vel poſſeſſionem habet civitas intentionem fundatam; cum multis tradit Portug. *ſuprà n.* 82.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Præfecti agrorum prius debent citare, & audire dominos antiquos de jure ſuo, qui ſpectantur per anni ſpatium, quo elapſo conceduntur de ſexmaria, remiſſivè.*

2 *Mariti, & uxoris citatio perſonalis requiritur; neque ſufficit citatio ſolius mariti, remiſſivè.*

3 *Citatio eſt ſpecies defenſionis, & à Principe tolli non poteſt, remiſſivè.*

4 *Reges, & Imperatores agros incultos ſummo ſtudio fructiferos efficere curaverunt ad incolas ſuſtentandos.*

1 Collige ex textu, quòd præfecti agrorum, qui apud nos dicuntur *ſeſmeiros*, ut agros deſertos aliis excolendos concedant, debent prius citare, & audire dominos antiquos agrorum de jure ſuo, qui ſi vel non apparuerint, vel concludentes rationes non docuerint, ſpectandi ſunt per unius anni ſpatium ad excolendos agros, quo elapſo, agri aliis ſunt conferendi de ſexmaria, hoc eſt ad cæſinandum; ita Portug. *de donat. Reg. lib* 3. *cap.* 43. *n.* 88.

2 Ut ſupradicta locum habeant, neceſſarium eſt, quòd domini agrorum perſonaliter citentur; quia citatio debet perſonaliter fieri in perſona, ſi inveniri poteſt. *Ord. lib* 3. *tit.* 1. §. 8. ſed in hac deſertione agrorum non ſufficit citatio mariti, ſed requiritur etiam mulieris citatio, ut probat *text.* hic; & cum ratione, quia quando contentio eſt ſuper bonis immobilibus, maritus, aut uxor in judicio ſtare non poteſt ſine mandato alterius, aliàs proceſſus corruit; *Ord. lib.* 3. *tit.* 47. *in princip.* Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 36. & ſic neceſſaria eſt in præſenti caſu citatio mariti, & uxoris ſimul, contentio enim eſt ſuper bonis immobilibus.

Citatio eſt quædam ſpecies defenſionis, quæ etiam à Principe tolli non poteſt, ut cum multis juribus Cardoſ. *verbo citatio*, *n.* 2. & ſemper fit, quando pars lædi poteſt, aliter actus non valet; *l. de uno quoque*; ubi *Doct. ff de re jud l. emptor. fundi*, *cod. de evict.* tradit etiam Cardoſ. *ſuprà n.* 3. & cum lædi poſſint domini agrorum in datione de ſexmaria, debet prius in illis fieri citatio, ut doceant de jure ſuo; quæ quidem citatio omitti non poteſt ex dictis. 3

Agros deſertos, & incultos tam Imperatores, quàm Reges noſtri magno ſtudio curaverunt fructiferos efficere, probatur ex *l.* 1. *l. Jubemus* 17. *l. ſiquis* 16. *cod de omn. agr. deſert. lib.* 11. *& Ord. in hoc princip.* & hoc ideo faciunt, ut in Regno adeſſet abundantia fructuum ad incolas ſuſtentandos. 4

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Quando domini agrorum inveniri non poſſunt, per præconia citantur, ut infra annum colant, & elapſo de ſexmaria conceduntur, remiſſivè.*

2 *Fit prædicta citatio, quando neſcitur locus, ubi citandus exiſtat, & elapſo illo ſpatio, habetur citatio pro facta, remiſſivè.*

3 *Perſonam citantem, & citatam continere debet, remiſſivè.*

4 *Citatus per edictum amplius non citatur, licèt poſtea conſtet eſſe in loco certo.*

5 *Citatio per edictum non fit, quando citandus eſt in loco certo; aliàs eſt nulla, & totus proceſſus.*

Forma legis omiſſa, corruit actus, ibid.

1 QUòd ſi agrorum præfecti dominos non invenerint, nec ſcire potuerint, per præconia, & edicta 30 dierum in loco, ubi ſita ſunt bona, & aliis locis vicinioribus citare, & admonere debent antiquos dominos, ut infra annum agros ipſos colant ſub comminatione concedendi de ſexmaria, & elapſo anno, illos concedere debent, ut hic ſtatuitur; quod anni ſpatium conveniens judicavit ad privationem dominii legislator in §. 1.

2 Citatio per edicta tunc fit, quando citandus neſcitur ubi exiſtat, & dantur præconia in locis publicis, & poſtea edictum ponitur in loco publico per ſpatium determinatum; elapſoque illo, habetur citatio pro facta, & proceditur ſecundum jus; *Ord. lib.* 3. *tit.* 1. §. 8. ſed quando citatio fit per edicta, debet prius Judex ſe informare per inquiſitionem teſtium de incertitudine, & abſentia loci, ut ex proxima *Ord. d.* §. 8.

3 Citatio, quæ fit per præcatorium, vel alium quemcumque modum, debet continere perſonam citantem, & perſonam citatam, & cauſam, pro qua fit, & diem, locumque ad comparendum; *Ord. dict. lib.* 3. *tit.* 1. §. 5. Cardoſ. *verbo citatio*, *n.* 12. 13. & 14.

Nota citatus ſemel per edictum, licèt poſt citationem conſtet eum eſſe in loco certo, amplius citari non debet, ſi à principio non conſtabat eſſe in loco certo per Doctores in *l. de pupillo*, §. *ſiquis ipſi prætori*, *ff. de nov. oper nunt.* 4

Nota etiam, quòd citatio per edictum citatorium fieri non debet, 5 quando conſtat citandum eſſe in loco certo; & ſi aliter fiat, erit nulla, & totus proceſſus; *Ord. ſuprà d.* §. 8. *in fin.* Gam. *deciſ.* 237. *n.* 1. quia forma legis omiſſa corruit actus; *l. cum hi*, §. *ſi prætor*, *ff. de tranſat. l. traditionibus*, *cod. de pact.* cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* A *n.* 129. Auguſt. Barb. *axiom.* 12. *n.* 24.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Bona de ſexmaria non plus quinquenii conceduntur, & hoc ſpatium per legem intelligitur aſſignatum, remiſſivè.*

2 *An conceſſio per ſpatium plus quinquenii ſit valida, & an reducenda?*

COllige ex textu terras, vel bona deſerta, de quibus hîc concedi novis colonis de ſexmaria per ſpatium non plus quinquenii, & per minus ſecundum qualitatem ſexmariæ, in hocque ſpatio novi coloni ſub certa pœna colere, & fabricare debent terras hujuſmodi, quæ pœna applicabitur in forma legis; & ſi terminus non aſſignetur, 1 ſpa-

ſpatium quinquenii per hanc legem intelligitur aſſignatum, & uni perſonæ terræ non præſtentur, niſi illæ, quas colere poterit, & non ultra, ut omne deducitur ex hoc textu, quem exornat Almeid. *num. quin. cap.* 19. *n.* 1.

2 An conceſſis prædictis bonis per ſpatium plus quinquenii, conceſſio in totum annullanda ſit, an potius reducenda ad illud quinquenii ſpatium? Et quòd non annulletur in totum, ſed potius reducenda ſit ad tempus à jure permiſſum, & ſolùm vitietur in exceſſu, tradit Almeid. *num. quin. ex n.* 15. quem vide.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Qui intra quinquennium bona non colit, exequuntur pœnæ, & aliis conceduntur bona, remiſſivè.*
2 *Qui partem bonorum colit, ei relinquitur, & inſuper ex non cultis aliquid; reliqua novo colono conferuntur ſine citatione.*
3 *Primi coloni audiuntur volentes impedimenta objicere, & actus per Scribas ſcribuntur poteſtatem habentes, remiſſivè.*
4 *Pœna ſupponit culppam.*
5 *Pœna legis non eſt arbitraria, ſecus ſi non ſit à lege determinata.*
6 *Omnis qualitas probari debet, ut ſequatur condemnatio.*

1 STatuitur in hoc textu, quòd ſi donatarius, vel primus colonus intra quinquennium bona non coluerit, vel eorum partem, per æquatores ſtatim exequantur pœnas illi impoſitas, & bona alii concedantur, qui colat intra tempus, quod aſſignabitur, impoſita dicta pœna; exornat Almeid. *num. quin. cap.* 19. *n.* 8.

Si verò invenerint eum aliquam illorum partem coluiſſe, eam illi relinquant, & inſuper ex non cultis aliquam partem, quæ neceſſaria videatur ad culturam eorum, quæ culta repererint; reliqua verò ſine primi coloni citatione novo alii ſecundo colono conferant, ut ex textu probatur. Almeid. *ſuprà n.* 8. 2

Sed ſi primi coloni aliqua legitima impedimenta habuerint, audiendi ſunt de jure ſuo, & actus, qui facti fuerint, per Tabelliones, vel Scribas ſcribantur, qui poteſtatem habuerint, & in chartis ſexmariæ ponatur ſubſtantia prædictorum actuum, ut probatur ex textu in hoc §. 4. 3

Pœna ſupponit culpam; *l. ſed ſi non data*, §. *fin. ff. de fideicommiſſ. libert. l. ſiqua pœna, ff. de verb. ſignif.* & culpæ debet commenſurari; *l. perſpiciendum, ff. de pœn.* ideoque coloni, de quibus hìc, pœna multari jubentur propter culpam non colendi agros conceſſos de ſexmaria, & applicantur alii, ut illos colat ſub eadem pœna. 4

Pœna legis à judice pro ſua arbitrio mutari non poteſt; *cap. de cauſ. de offic. de leg.* §. *illic. etiam.* aliter dicendum, quando pœna à lege non eſt determinata; tunc enim judici eſt arbitraria. Bald. *in l.* 1. *ff. de extraordin. cogn.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 96. *n.* 18. Tiraq *de pœn. temper. cauſ.* 31. *n.*34. 5

Qualitas pœnam inducens pro parte fiſci, vel accuſatoris probari debet, ut poſſit ſequi condemnatio; *text. in l.* 1. §. *quod autem, ff. ne quid in flum. publ.* Giurb. *conſ.* 10. *n.* 24. Farin. *conſ.* 81. *n.* 1. *in fin.* 6

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Poſt conceſſas ſexmarias cognitio contentionis ad præfectos pertinet, quando ſexmariæ ſunt in terris tributariis Coronæ; ſi in terris iſentis ad judices ordinarios loci.*
2 *Juriſdictio diviſa à principio, unus non debet ſe intromittere in jurisdictione alterius, remiſſivè.*
3 *Sententia lata per judicem in competentem annullatur ſicut etiam acta.*
4 *Senatus frequentius ſententiam annullat, & non acta, niſi ad inſtantiam partis aliquod intereſſe prætendentis, remiſſivè.*

1 Poſt conceſſas ſexmarias, ſi aliqua inſurgerit contentio reſpectu illarum conceſſionis, cognitio pertinet ad præfectos vulgò *Almoxarifes*, quando ſexmariæ extiterint in terris emphyteuticis, vel tributariis Coronæ noſtri Regni; ſi verò extiterint in terris iſentis, cognitio tunc pertinet ad judices ordinarios loci, ubi ſita ſunt bona, ut colligitur ex hoc §. 4. juriſdictiones enim confundi non debent; *cap. pervenit* 11. *quæſt.* 1. *l. nemo*, *cod. de jurid.* Begnudel. *verbo juriſdictio*, *n.* 3.

2 Quando adminiſtratio juriſdictionis à principio fuit diviſa, ſeu diſtributa, unus non poteſt ſe intromittere in juriſdictione alterius, nec judicare extra diſtrictum ſuum. Barb. *in l.* 1. *ff. de judic. art.* 4. *n.* 118. nec debet mittere falcem in meſſem alienam, & quilibet tenetur ſuam juriſdictionem defendere. Mart. *de juriſd p.* 3. *cap.* 1. *in principio.*

Quapropter Judex ordinarius loci de contentione orta circa conceſſionem ſexmariæ, quando extiterit in terris emphyteuticis, vel tributariis Regni Coronæ, cognoſcere non poteſt, quia eſt judex incompetens, & ſententia lata per judicem omnino incompetentem, veluti, quia juriſdictio limitata privativè, & improrogabilis eſt, non ſolum prædicta ſententia annullatur, ſed etiam acta annullantur, ut cum Gam. *deciſ* 219. *n.* 1. tradit Cebed. 1. *p. deciſ.* 159. *n.* 1. 3

Sed tamen ſæpiſſime, & frequentius in Senatu in caſu juriſdictionis limitatæ privativè, & improrogabilis, annullatur ſententia, non autem acta, ſed remittuntur ad judicium competens, in quo ſi pars ex annullatione actus aliquod intereſſe prætendit, poterunt, & debent acta annullari ad ejudem partis inſtantiam, aliàs ſuſtinentur, & hæc eſt ſenatus praxis frequentior, ne partes vexentur, & litium ſit finis, ut cum multis tradit Cabed. *ſuprà n.* 2. 4

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Tutores obſtringuntur ad collenda bona orphanorum damnificata, impoſita pœna.*
Tenentur de damno dato in re pupilli propter culpam, & negligentiam ſuam, ibid.
2 *Bona capellarum de ſexmaria non conceduntur, ſed adminiſtratores obſtringuntur ad colenda, & reducenda ad ſtatum, in quo erant, & tanquam pro-*

propria adminiſtrare tenentur; aliàs de dolo, lata, & levi culpa tenentur.

3 *Quale ſit tutoris officium. Mulier hoc officio fungi non poteſt, ibid.*

4 *Tutoris bona tacitè ſunt obligata pro adminiſtratione.*

5 *Adminiſtratores negligentes, ſuæ obligationi non ſatisfacientes ab officio removentur.*

1 STatuitur in hac lege, quòd judices obſtringant tutores ad colenda bona damnificata orphanorum, pœna impoſita, quod ſolvant ex ſuis bonis, ſi prædicta bona de ſexmaria conceſſa fuerint; tutor enim de damno dato in re pupilli propter culpam, aut negligentiam ſuam tenetur; *l. ſi tibi* 6. *cod. de teſtam. tutel.* Phœb. 2. *p. deciſ.* 139. *n.* 18. *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 3. & 50.

2 Si autem bona damnificata fuerint capellæ, & ſimilium, de quibus hîc textus in hoc §. 6. non conceduntur de ſexmaria, ſed obſtringuntur adminiſtratores pœnis, ut colant, & reducant ad ſtatum, in quo erant ante damnificationem, termino ad hoc aſſignato, pœnis impoſitis, ut probat *text* hîc; quia adminiſtratores tenentur bona ſuæ adminiſtrationis tanquam propria adminiſtrare, ita ut quod de dolo, lata, & levi culpa teneantur, ut cum multis juribus Guerr. *tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 43. & 44.

3 Tutoris officium eſt conſervare pupillos intactos à criminibus, & præſervare bona, ſeu res eorum à damnis, & injuriis, *text. in l.* 1. ubi Doct. *ff. de tutel.* Cardoſ. *verbo tutela*, *n.* 5. eſtque officium virile, quo mulier fungi non poteſt; *l. fæminæ*, *ff. de reg. jur.*

4 Bona tutoris tacitè obligata remanent pro adminiſtratione tutelæ; *l. pro officio* ubi *gloſ. verbo obligata*, & *Doct. cod. de adminiſtrat. tut. Doct. in* §. *tutores* 2. *inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.*

Adminiſtratores capellarum negligentes, & qui ſuæ oligationi, & muneri non ſatisfaciunt, ab officio removentur; *Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 50. ubi Peg. *tom.* 4. *gloſ.* 57. *n.* 3. Fontanel. *tom.* 2. *deciſ.* 541. *n.* 13. Guerr. *tract.* 1 *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 48. tenenturque reſarcire damna, quæ negligentia ſua dederunt. Guerr. *ubi proxime n.* 52. quod procedit in omni adminiſtratore, qui jure ſibi competenti abutitur, ut tradit Fontanel. *ſuprà.* 5

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Si domini ſint extra Regnum, mulieres eorum requiruntur, ut illos ſcientes faciant; quæ quidem requiſitio tolli non poteſt, aliter actus non valet, remiſſive.*

2 *Si non venerint, curator datur bonis, aſſignato tempore unius anni; quo elapſo, ſi non colant, bona de ſexmaria conceduntur, remiſſivè.*

3 *Abſente marito, quando mulier poſſit agere, & conveniri?*

4 *Licèt poſſit agere, & conveniri, abſente marito, cautionem de rato dare debet, & authoritatem judicis habere, remiſſivè.*

5 *Abſente marito extra Regnum, non ſolum mulier requiritur, ſed bonis curator eſt dandus.*

DEducitur ex hoc textu, quòd ſi domini bonorum, quæ petuntur de ſexmaria, ſint etra Regnum, 1

gnum, tunc illorum mulieres requirantur, præſtito tempore, ut illos faciant ſcientes, ut colant prædicta bona; quæ quidem requiſitio nihil aliud eſt, quàm citatio, quæ eſt ſpecies defenſionis, & à Principe tolli non poteſt; *l. fin. cod. ſi per vim, vel alio mod.* & fuit introducta jure Divino, & naturali; Barb. cum multis ad *Ord. lib.* 3. *tit.* 1. *ad princip. n.* 3. & ſemper fit, quando pars principaliter lædi poteſt, aliterque actus non valet; *l. de uno quoque, ff. de re jud. l. emptor fundi, cod. de evict.* cum multis Cardoſ. *verbo citatio, n.* 3.

2 Quòd ſi verò non venerint, neque procuratorem miſerint, curator bonis eſt dandus, aſſignato ei ſpatio unius anni, ut colant; & factis iſtis diligentiis, ſi non coluerint in prædicto tempore, tunc bona illa conceduntur de ſexmaria illis, qui ipſa colant, ut probatur ex textu, præſtito abſentis bonis curatore. Guerr. *tract.* 3. *lib* 4. *cap.* 3. *n.* 88. ubi quod curator datur bonis viventis, ſi neſcitur ubi ſit, vel abſenti ex juſta cauſa.

3 Abſente marito, mulier in ejus abſentia poteſt agere, & conveniri, & exercere actiones, quas eo præſente ſine ejus conſenſu exercere non poſſet. Rub. *ff. de his qui ſunt ſui, vel aleini jur. Doct. in Rubr. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Reinoſ. *obſerv.* 28. *n.* 4. Phœb. 1. *p. deciſ.* 62. *ex n.* 6. quod idem procedit in filiofamilias, patre abſente; Petr. Barb. *ad l. ſi longius* 18. §. *ſi filius famil. de jud. n.* 43. quem citat Reinoſ. *ſuprà.*

4 Sed licèt mulier, abſente marito, poſſit agere, & conveniri, hoc intelligendum eſt, data cautione de rato habendo, & judicis authoritate, qui prius juſtificata mariti abſentia diu duratura, authoritatem præſtabit Barb. *ad Ord. lib.* 4. *tit.* 88. §. 3. *n.* 8. & cum aliis *addit. ad* Reinoſ. *ſuprà d. n.* 4. *&* 5.

5 Non obſtante hac permiſſione juris, legiſlator antequam bona de ſexmaria concedantur, abſente marito extra Regnum, non ſolum jubet requirere mulierem, ſed curatorem præſtare bonis; quod diſponit Guerr. *ſuprà tract.* 3. *lib.* 4. *de Dat. & obligat. tut. d. n.* 88. Gutierr. *de tutel. p.* 3. *cap.* 17. *in princip.* & cum multis tradit Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 17. *n.* 1.

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Domini oliveti, &c. partem colentes, & partem non requiruntur, ut colant, & ſi non faciant, conceduntur de ſexmaria.*

1 Colligitur ex hoc textu, quòd ſi domini oliveti, terrarum, & vineæ partem collant, & partem non, requirantur, aſſignato termino, ut colant prædicta oliveta, vineas, & ſeminent terras ſecundum conſuetudinem; & ſi hoc non fecerint, elapſo prædicto termino, bona prædicta conceduntur de ſexmaria; datur enim hic eadem ratio, quæ datur in rebus hactenus dictis, & eadem juris diſpoſitio militare hîc debet; *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. quidam nummularios, ff. de edend.*

Spineta ſub territorio alicujus concilii exiſtentia, quæ nunquam culta fuerunt, & bona omnia, quæ domino carent, an ad fiſcum pertineant? Conſule Menoch. *lib.* 3. *de præſumpt. quæſt.* 100. Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 29. ubi multa te docebit.

Ad

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Agri deſerti, vel inculti, qui fertiles reddi poſſunt, concedi poſſunt de ſexmaria, ſi ex conceſſione incolis, vel civibus detrimentum non ſequatur.*

2 *Si ſequatur grave præjudicium communi bono, de ſexmaria non conceduntur.*

3 *Agri deſerti, ſeu inculti ad Principem pertinent, ſi fecit illos ſibi vectigales, ſicut etiam territorium.*

4 *De aliis bonis pertinentibus ad Regiam Coronam, remiſſivè.*

5 *Terræ incultæ ad locum, in cujus territorio ſitæ ſunt, pertinent, extra limina exiſtentes alicujus loci ad Principem.*

1 Agri deſerti, ſeu inculti, de quibus hîc, qui reddi poſſunt fertiles per culturam ad ſeminandum triticum, vel apti ad oliveta, vel vineas, audito prius procuratore loci, aut villæ cum Decurionibus, ſi pertineant ad oppidum, vel villam, & ſi exiſtant in terris tributariis Coronæ, audiatur præfectus, concedi poterunt de ſexmaria, ſi ex conceſſione illa detrimentum grave non ſequatur incolis, vel civibus, reſpectu paſcuorum, & aliarum commoditatum, ut ſtatuitur in hoc §. 9. & probat Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 43. *ſub. n.* 90.

2 Quando verò conceſſio grave infert præjudicium communi bono, licèt agri frugiferi effici poſſint, non conceduntur de ſexmaria, ut patet ex hoc §. 9. & judicatum refert Cabed. 1. *p. areſt.* 46.

Agri deſerti, ſeu inculti ad Principis fiſcum pertinent, ſi ipſe illos vectigales ſibi fecit, ut probatur ex Rubrica *de omni agr. deſert. lib.* 10. *& cod. de fund. patrim. eod. lib.* ſicut etiam pertinet totum territorium, quando illud ſibi vectigal fecit; *l.* 1. *ff. ſi ager vect. &* §. *hic* Cabed. 2. *p. deciſ.* 112. *n.* 1. 3

Alia multa bona pertinent ad Regiam Coronam, de quibus ſatis egit Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 3. *de viis publicis, & ſtratis; cap.* 4. *de fluminibus, cap.* 6. *de portu, cap.* 7. *de inſulis, cap.* 8. *n.* 56. *cum ſeqq. &* de *noſtro Mari Indico. De Palatiis cap.* 10. *De venis, ſeu fodinis metalorum, cap.* 12. *De bonis vacantibus, cap.* 14. *De bonis damnatorum, & proſcriptorum, cap.* 22. *& ſeqq. de confiſcatione. De patronatu Regio, cap.* 28. & alia de quibus; *cap.* 29. *&* 31. *& cap.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *&* 41. quem vide. 4

Terræ incultæ, & eremæ exiſtentes in territorio alicujus loci, civitatis, aut caſtri ad locum, civitatem, aut caſtrum, in cujus territorio ſitæ ſint, ſpectant, quaſi à principio illi fuerint donatæ pro communi omnium civium utilitate, & incolarum commodo, & uſu; ſi verò exiſtant extra limina alicujus loci, aut civitatis, ad Principem ſpectant, & ejus dominium, ut cum multis Doctorib. Cald. *de empt. cap.* 21. *n.* 6. Vide Cabed. 2. *p. deciſ.* 112. *n.* 2. 5

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Damno magis, quàm lucro conſulendum, remiſſivè.*

Ma-

Malum ſub ſpecie boni non admittitur, ibid.

1 DIſponitur in textu, quòd ſi ex conceſſione ſexmariæ ſequatur grave damnum communi bono, tunc terræ, ſive agri inculti de ſexmaria non conceduntur, quia damno magis, quàm lucro conſulendum eſt, ut cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* D *n* 3. nunquam enim malum ſub ſpecie boni admittendum eſt. Farin. *conſ.* 30. *n.* 62. *lib.* 1. *cap. forte* 14. *quæſt.*5. Barb. *axiom. jur. lit.* M. *n.*22. Cætera vide per totum hunc titulum.

Ad §. XI.

SUMMARIUM.

1 *Fundi ſteriles utiles prædiis, vel terris non conceduntur de ſexmaria, ſed remanent apud dominos, & ad illos pertinent, remiſſivè.*

2 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, ut poſſit facere quidquid velit.*

3 *Iniquitas eſſet, quòd liberum non eſſet homini de rebus ſuis diſponere.*

Quis res ſuas diſſipare, & in mare projicere poteſt, ibid.

4 *In traditione rei ſuæ poteſt quis apponere legem, quam velit.*

5 *Limitattur in re communi.*

6 *Contra leges, & bonos mores non poteſt quis diſponere de re ſua.*

Cum præjudicio tertii nemo abuti poteſt re propria, ibid.

1 FUndi ſteriles, quos aliquis habuerit proprios, & vulgò vocantur *pouſios*, prædiis, terriſve utiles, quamvis in locis ubi exiſtunt, domini illorum prædia non habeant, ſeu poſſeſſiones, non conceduntur de ſexmaria, ſed remanent apud dominos, quia ad illos pertinent, ut probatur ex hoc textu in hoc §. 11. meum enim præſumitur, quod eſt intra fines meos; *l. ſi fines, cod. de evict.* Cald. *de empt. cap.* 21. *n.* 3.

Unde fundi ſteriles, de quibus 2
hîc de ſexmaria dari non debent, ex eo quia illorum domini habent aliquam utilitatem; namque rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, ut poſſit facere quidquid velit; *l. in traditionibus, ff. de pact. l. in re mandata, cod. mandat.*

Iniquum enim eſſet liberum non 3
eſſe homini ingenuo de rebus ſuis poſſe diſponere; *l. non uſque adeo* 2. *ff. ſi à parente quis manumiſſus ſit*; & hoc adeo eſt verum, ut quis res ſuas diſſipare, & in mare projicere poſſit; *l. ſed ſi, & lege, §. conſuluit, ff. de pet. hæred.* Tuſch. *lit.* R. *concl.* 112. *n.* 11.

Ita taliter, ut in conceſſione, 4
ſeu traditione rei ſuæ poſſit quis apponere legem, quam velit; *l.* 1. *§. conveniat, ff. depoſit. l. legem, cod. de pact.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 31. *n.* 1. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 16. *n.* 6.

Quod intelligendum eſt proce- 5
dere in re ſua libera; aliter ſi res ſit communis, vel in qua aliquis jus habeat, non eſt ſolus moderator, nec arbiter; *l. per fundum, ff. de ſervit. ruſt. prædior.* Boer. *deciſ.* 320. *n.* 12. *verſic. ex quo ſecundum*, ubi tradit, quod in re ſua quis non poteſt diſponere contra jus.

Nam contra leges, & contra bo- 6
nos mores non poteſt aliquis diſponere de re ſua; quia Reipublic. intereſt, ne quis re ſua male utatur. Tuſch. *d. l. R. concl.* 112. *n.* 28. in præjudicium enim tertii re propria abuti nemini licet. Menoch. *conſ.* 226. *n.* 50. & 51.

Ad

Ad §. XII.

SUMMARIUM.

1 *Vacua, & agri deſerti ad utilitatem paſcuum ad incolas locorum pertinent, & de ſexmaria nen conceduntur.*

2 *Sine actione nemo in judicio auditur, nec alium cogere poteſt, remiſſivè.*

3 *Princeps revocare non poteſt donationem perfectam, remiſſivè.*

4 *Civitas, vel caſtrum habet intentionem fundatam circa paſcua intra limites ſui territorii exiſtentia, remiſſivè.*

1 STatuitur in hoc textu, quòd concava parvi fluminis, & agri deſerti, qui reſervati non fuerunt Regibus, & ſunt territorii villarum, ſeu locorum ad utilitatem paſcuum, ſuſtentationem, & pertinent ad incolas dictorum locorum, non conceduntur de ſexmaria, ut probatur ex hoc textu in §.12.Cabed.*areſt*.46.

2 Sed ſi in ipſis extiterit terra habilis ad culturam, hæc concedatur de ſexmaria; & ſi conceſſa fuerit in damnum, ſeu præjudicium incolarum, iſti poterunt ipſum damnum petere, & movere litigium contra perſonas, quibus conceſſa fuerit, ſi aliquod jus habuerint, ut probatur ex hoc textu; quia ſine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere poteſt; *l. ſi pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negot. geſt.* cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* A. *n.* 79.

3 Loca deſerta, & inculta rubetis undique ſepta, & veſtita vepribus, & dumetis, pertinent ad loca, in cujus territorio ſita ſunt quaſi donata; quam quidem donationem perfectam Princeps revocare nequit; *l. perfecta donatio, cod. de donat. quæ ſub mod l. cum te, cod. de donat. ante nupt.*

Ex quibus infero quamlibet civitatem, ſeu caſtrum habere in his Regnis fundatam intentionem circa paſcua exiſtentia intra limites ſui territorii. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 42. ubi dicit donatarios terrarum Regiæ Coronæ de his paſcuis nihil poſſe diſponere, quoniam ſunt communitatum, antequam donationes fierent. Cald. *de empt. cap.* 21 *ſub n.* 9. 4

Ad §. XIII.

SUMMARIUM.

1 *Sexmariæ conceduntur iſentæ; quando terra eſt iſenta; cum tributis, quando tributaria.*

Res tranſit cum onere ad quemcumque vadit, ibid.

2 *Tributum impoſitum nullius momenti erit, neque ſolvitur, non obſtantibus poſſeſſione, vel præſcriptione immemoriali, & ſexmariæ in ſuo robore manent.*

3 *Conſuetudo reprobata neque præterita valet, neque in futurum introduci poteſt, ſemper cauſa reprobationis durat.*

4 *Per conſuetudinem immemorialem rationabilem probatur melior titulus de mundo.*

STatuitur in hoc textu, quòd ubicumque ſexmariæ conceduntur, ſi terræ ubi extiterint, iſentæ fuerint, ſexmariæ concedantur iſentæ; ſi fuerint tributariæ, cum tributis; neque illis imponant tributum aliud; res enim tranſit cum ſuo 1

ſuo onere ad quemcumque vadit; *l. is cui opus*, *ff. de nov. oper. nunt.* & ſi in præſenti tributum non habebat, ſine illo tranſit, ad quem conceſſa fuit de ſexmaria, ut tradit textus hîc.

2 Si verò impoſitum ſit, nullius erit, ſed ſexmariæ attamen in ſuo robore manent ſine obligatione tributi impoſiti, quod minime ſolvendum eſt neque jam impoſitum, neque impoſiturum, non obſtantibus poſſeſſione, conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali, per hanc enim legem reprobatur, & annullatur talis poſſeſſio, præſcriptio, & conſuetudo immemorialis, & nullum quod eſt, nullum producit effectum; *l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re jud. l. non puavit*, §. *non quævis*, *ff. de bon. poſſ.*

3 Probibet legiſlator in hoc textu, quòd novum tributum non imponatur, quando bona de ſexmaria conceduntur, ut facilior redatur cultura, non obſtante conſuetudine in contrarium, quæ reprobatur tamquam irrationabilis, ſicut etiam immemorialis, poſſeſſio, vel præſcriptio, adeo ut neque præterita valeat, neque in futurum introduci poſſit, cum ſemper duret eadem reprobationis cauſa. Roch. *in cap. fin. n.* 527. *de conſuetud.* Gabr. *de præſcript. concl.* 1. *n.* 32. cum aliis Begnudel. *tom.* 1. *verbo conſuetudo ſub n.* 47.

4 Probata conſuetudine immemoriali, quæ ſit rationabilis, probatur melior titulus de mundo; Addit. ad Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancel. *gloſ.* 18. *n.* 45. & non requirit ſcientiam, & patientiam adverſarii. Molin. *ſuprà n.* 15. & ibi addit.

Ad §. XIV.

SUMMARIUM.

1 *Quando ex inciſione, vel incendio non ſequitur utilitas, ſed damnum incolis, terræ non cedantur, neque incendiantur.*

2 *Dammum generale, vel particulare attenditur, ut evitetur.*

3 *Damnum imputatur illi, qui culpam commiſit.*

4 *Emptor damnum ſentiens ex facto ſuo à venditore non conſequitur.*

Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alteri imputare debet, ibid.

5 *Qui eſt cauſa damni, damnum dare videtur, quod reſarcire debet.*

Nemo damnum ſentire debet ex alterius culpa, ibid.

6 *In damnis habetur ratio cauſæ remotæ, quando directè, & per ſe cooperatur ad damnum, remiſſivè.*

7 *Qui facit, quod jus habet, damnum non videtur facere, remiſſivè.*

8 *Damnum attribuendum proximæ culpæ, non remotæ, remiſſivè.*

9 *Damnum contingens in re abſque alicujus culpa ſpectat ad dominum.*

Loquitur textus hic de inciſione ſpinetorum, quæ fieri ſolet in agris incultis, qui ſunt ſteriles ad culturam pro debilitate terræ, ſtatuitque Judices, Decuriones, & procuratorem territorii, in quo extiterint, videre cum præfecto, ſi terra tributaria ſit ſimul 1 cum-

cum petentibus; & ſi invenerint, quòd ex inciſione, vel incendio non ſequitur utilitas, ſed damnum incolis, terræ ad ſimilia non præſtentur; damno enim magis, quàm lucro reſpiciendum eſt; *l. fin. §. licentiat. cod de jur. deliber.*

2 Aliud dicendum eſt, quando non ſequitur damnum; tùnc enim præſtari debent, attento ſemper damno gnerali, vel particulari, quod evitari debet, ut colligitur ex hoc textu in hoc §. 14. Vide quæ dixi ſuprà *in* §. 9.

3 Damnum, quod provenit ex culpa, illi, qui culpam commiſit, eſt imputandum Bald. *in l. ſi paſcenda, cod. de pact.* Petr. de Ubald. *de duobus fratribus* 8. *par. princip. n.* 20. *verſic. ſed ſi intervenerit culpa.*

4 Damnum, quod emptor ex ſuo facto ſentit, à venditore conſequi non debet. Mangil. *de evict. quæſt.* 9. *n.* 11. Conciol. *allegat.* 52. *n.* 32. nam damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alteri imputare debet; *l. quod quis, ff. de reg. jur.* Cyriac. *contr. for.* 575. *n.* 9. & ſibimet ipſi imputare debet damnum, qui ſibi cautius proſpicere potuit, & non fecit; *l. veteribus, ff. de pact. l.* 2. *cod. de furt.* Cyriac. *contr.* 556. *n.* 48.

5 Cauſam damni qui dat, damnum dediſſe videtur; *l. qui occidit, §. in hac, ff. ad l. Aquil.* & illud reſarcire tenetur; *cap. fin. de injur. & damn. dat.* Cyriac. *contr.* 582. *n.* 55. *& ſeq.* damnumque nemo ſentire debet ex alterius culpa; *l. non debet alteri, ff. de reg. jur.* licèt cauſa eſſet remota.

6 Quia in damnis habetur etiam ratio cauſæ remotæ; *d cap. fin. de injur. & damn. dat.* dummodo cauſa remota directè, & per ſe cooperetur ad damnum; ſecus ſi ex illa tertius ſolus faciat damnum. Socin. *conſ.* 156. *n.* 18. *verſic. præterea reſpondetur*, & dummodo cauſa ordinetur ad damnum; Florian. *in l. qui occidit, §. in hac, ff. ad l. Aquil.* dummodo injuſtè, & illicitè damnum fuerit datum. Roman. *in l.* 2. *§. item ſi in facto, n.* 8.

Damnum facere non dicitur, qui facit, quod facere jus habet; *l. nemo damnum, ff. de reg. jur.* & damnum non dicitur facere, qui caret culpa; *l. ſi putator* 31. *l. qui foveas; l. item mala, ff. ad l. Aquil.* & ut quis teneatur de damno non ſolùm requiritur culpa, ſed etiam, quod fuerit immediatè ordinata ad tale damnum. Bald. *conſ.* 39. *n.* 5. *vol.* 6. 7

Et damnum debet attribui culpæ immediatæ, & proximæ, non autem remotæ; *l. cum quis* ubi *gloſ. ult. circa finem, ff. de dolo*; quia cauſa proxima, & immediata inſpici debet, & conſiderari; *gloſ. in l.* 3. *§. ex plurimis, verbo nec enim ſicut circa principium, ff. de acquir. poſſ.* 8

Contingens damnum in re ſine culpa alicujus ſpectat ad dominum illius; *l. quæ fortuitis, cod. de pignor. act. l. ſi inter, §. quidquid, ff. de pignor. § fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l. neceſſario, ff. de peric. & commod. reivend.* 9

Ad §. XV.

SUMMARIUM.

1 *Domini Terrarum, Magiſtri Ordinum, ſeu Commendatarii non poſſunt agros ſibi proprios facere, nec appropriare.*

2 *Nemo appropriare ſibi poteſt fundos, de quibus Ord. ſed pertinent ad incolas, remiſſive.*

3 *Licèt ſint in terris Ordinum, pertinent ad communem utilitatem, & non poſſunt emphyteuticari, ſed dari de ſexmaria.*

4 *Jure ſuo abſque culpa nemo privatur, remiſſivè.*

5 *Jure ſuo qui utitur, nemini facit injuriam.*

6 *Eccleſia non prohibetur uti egreſſibus vicinis.*

Verbum Egreſſus *quid ſignificet, ibid.*

1 Statuit textus in hoc §. 15. quòd nullus Dominus Terrarum, nec Magiſtri Ordinum, nec alii Nobiles, ſeu Commendatarii poſſint ſibi agros, & bona erema, de quibus textus, propria facere, nec appropriare, ſed dari debent de ſexmaria, quando id utilius fuerit ad culturam abſque aliqua penſione juxta diſpoſitionem §. 3. hujus tituli; exornat Cabed. 2. *p. deciſ.* 112. *n.* 3.

2 Tales enim fundi, ſive agri juxta diſpoſitionem textus pertinent ad incolas illius loci ad paſcua, & creationes, & nullus ſibi appropriare poteſt, ſed relinquntur incolis ipſis, ut illis fruantur; & quando utilius videbitur, tunc conceduntur de ſexmaria, ut dicit textus, circa quæ videndus Cabed. 2. *p. areſt.* 10.

3 Advertendum eſt, quòd in terris Ordinum Militarium agri iſti, qui pertinent ad Rempublicam, non ſunt bona Ordinum, licèt ſint in terris Ordinum; neque in emphyteuſim dari poſſunt: pertinent enim ad Rempublicam, & communem utilitatem vicinorum, & ſolùm dantur de ſexmaria per præfectos agrorum ſine penſione juxta ſuprà dicta. Cabed. *ſuprà n.* 4. ubi multa.

4 Sed per hoc non prohibetur Eccleſiis, Ordinibus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, uti quocumque titulo, & probatione, quam jure facere poſſunt reſpectu illorum, quæ ſuprà diximus textus hic verſic. *Porém*; jure enim ſuo abſque ipſius culpa nemo privandus eſt; *l. crimen, ff. de pœn. l. ſancimus, cod. eod.*

Sicut etiam qui jure ſuo utitur nemini injuriam facit; *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen, ff. de liber homin. exhibend.* & per hoc non prohibentur uti jure ſuo circa bona prædicta. 5

Advertendum, ſive notandum, quòd licèt Eccleſia habeat ſuos fundos ſuis limitibus terminatos, non prohibetur uti egreſſibus vicinis prædictis fundis. Cald. *de empt. cap.* 22 *n.* 13. ſicut etiam verbum *egreſſus* vulgò *ſaidas*, loca erema, & terras incultas adjacentes fundo vendito ſegnificat, ut dicit Cald. ipſe, ubi multa invenies. Circa materiam confinium vide Cald. *d. cap.* 22. *ex n.* 13. 6

Ad §. XVI.

SUMMARIUM.

1 *Clauſula quod ſi terræ non colantur tempore limitato, relinquantur Eccleſiis, non valet.*

2 *Quando non cultivantur tempore determinato, iterum de ſexmaria conceduntur.*

3 *Factum contra jus pro non facto habetur.*

Quando ſexmariæ conceduntur ſub clauſula, quod ſi terræ non colantur uſque ad tempus limitatum, relinquantur Eccleſiis, vel ſupradictis dominis, non valebit talis clauſula, ſed erit nullius roboris, & momenti, ut pro- 1

probatur ex hoc §. 16. *l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re jud.*

2 Terræ enim, ſeu agri, qui non cultivantur intra tempus determinatum, remanent ſicut antea erant, & tunc præfecti agrorum iterum concedere poterunt de ſexmaria, ut planè probatur ex hoc textu.

3 Non valet ergo clauſula, quod ſi terræ de ſexmaria intra certum tempus non cultiventur, applicentur Eccleſiis, vel dominis, utpote quia eſt factum contra jus, & pro non facto habetur; *cap quæ contra jus de reg. jur. in* 6. *l jubemus*, §. *prædia*, *cod. de ſacroſ. Eccleſ. l. non dubium*, *cod. de legib. l. creditor. in fin. cod. de donat. inter vir. & uxor.* Barb. *axiom. jur. lit.* F. *n.* 28. & 81.

Ad tit. 44.

De contractu ſocietatis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Societas quomodo definiatur.*
2 *Poteſt fieri de omnibus bonis, vel ſuper certa negotiatione.*
3 *An ſuper omnibus bonis extendatur ad futura?*
4 *Aliquando contrahitur uſque ad certum tempus, vel in perpetuum, remiſſivè.*
5 *Sine præfinitione temporis non valet.*
6 *Morte unius ex ſociis ſocietas finitur, nec ad hæredes tranſit.*
7 *Traditur ratio, cur ad hæredes non tranſeat.*
8 *Licèt ad hæredes non tranſeat, emolumentum, & damnum tranſit.*
9 *Super vectigalibus Reipublicæ, aut Regis tranſit ad hæredes, ſi ſint idonei.*
10 *Traditur ratio, cur in hoc caſu contractus ad hæredes tranſeat.*
11 *Societas expreſsè, vel tacitè contracta, expreſsè, vel tacitè renovatur.*
12 *Ut ſit licita, & valida, quinque requiſita ſunt neceſſaria, remiſſivè.*
13 *Societas non præſumitur, ſed probari debet.*
14 *Socius adminiſtrans tenetur rationem reddere ſocio, ſocietate finita, remiſſivè.*
15 *Libros adminiſtrationis legitimè, & ordinariè confectos debet exhibere, remiſſivè.*
16 *Exiſtentia librorum probari debet penes Reum tempore litis, vel obligatio faciendi, & conſervandi, ſi non probetur, ſufficit Reo jurare non habere libros.*
17 *Librorum editio actori regulariter non conceditur ad ſuam intentionem fundandam, remiſſivè.*
18 *Licèt per ſe non adminiſtraverit, ſed per alios ab ipſo deputatos, rationem tenetur reddere.*
19 *Tenetur de dolo, culpa lata, & levi.*
20 *Non probata ſocietate, ſocius non tenetur rationem reddere; & idem quando adminiſtrator quietationem conſequitur.*
Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ibid.
21 *De intereſſe alterius intereſſe rationem non tenetur reddere.*
22 *Ex duabus liberationib. diverſo tempore factis ejuſdem ſummæ, bis præſumitur facta ſolutio, & una per liberatum repeti poteſt.*

Li-

23 *Liberatio generalis ad debitum non dum petitum non extenditur.*

24 *Probans nihil adminiſtrationis ad ejus manus fuiſſe perventum ſe defendit à ratione reddendi rationes.*

25 *Mercatoris liber non facit fidem pro ſcribente, nec libris privatis adhibetur fides.*

26 *Nec etiam liber rationis defuncti per ſe ſolum probat pro ſcribente.*

27 *Rationes non debent exhiberi in folle, & confuſæ, remiſſivè.*

28 *Qui non exhibet librum, vel non reddit rationes claras, contra eum juratur in litem, remiſſivè.*

29 *Librum exhibens probare debet omnia ejus capitula eſſe vera per teſtes, vel inſtrumentum, quando ſunt magna.*

30 *Parvæ expenſæ juramento tutoris, vel adminiſtratoris probantur.*

31 *Contra tutorem librum non exhibentem non juratur in litem, remiſſivè.*

32 *Ut quis obligetur ad rationes reddendas probandum eſt eum adminiſtraſſe, vel bona perveniſſe ad ejus manus, & de adminiſtratis ſolum rationem reddere debet; minime verò de non adminiſtratis.*

33 *Poſt datas, vel præſtitas rationes, judex debet audire partes, & poſtea illas judicare per ſententiam abſolvendo, vel condemnando.*

34 *Condemnatus poſt ſententiam à proceſſu extractam notificari ad illas reddendas debet intra 24. horas.*

35 *Si non ſatisfaciat, fieri debent ad rebeliam, remiſſivè.*

36 *Factis rationibus pro ſolutione reliquorum proceditur ad capturam, non obſtante privilegio.*

37 *Contra parentem, matremve in hoc caſu ad inſtantiam filiorum non proceditur ad capturam, remiſſivè.*

38 *Melior ſtylus eſt, ut prius debitor requiratur, ut ſolvat intra 24. boras, quibus tranſactis, bona capiuntur, remiſſivè.*

39 *Condemnatus per ſententiam non habens bona, ex quibus ſolvat, in carcerem conjicitur.*

Ad capturam non de venitur dum reperiuntur, bona, ibid.

40 *Non habens bona ad ſolvendum, & habet fide juſſorem idoneum in carcerem non conjicitur, remiſſivè.*

Dicitur in hoc textu, quòd contractus ſocietatis eſt duorum, pluriumve conventio de omnibus bonis ſuis, vel parte contracta ob commodiorem uſum, & obcriorem quæſtum, vel lucrum commune; *l.* 1. *ff. pro ſoc. inſtit. de ſociet.* cum aliis Guerr. *tract.* 3. *lib* 7. *cap.* 13. *n* 2. Begnudel. *tom.* 4. *verbo ſocietas*, *n.* 1 Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3. *tit.* 7. §. 4. *n.* 85. Cardoſ. *verbo ſocietas*, *n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 5. *n.* 1. 1

Contractus ſocietatis fieri poteſt de omnibus bonis tam præſentibus, quàm futuris, vel ſuper aliqua certa negotiatione; *text. in l. ſocietas contrahitur*, *ff. pro ſoc.* Gom. *ſuprà n.* 2. 2

Quæro: an ſocietas ſimpliciter facta ſuper omnibus bonis extendatur ad futura? Reſpondetur affirmative per *text. in l ſocietatem univerſarum fortunarum*, *ff. pro ſoc. text. in l. ſiquis ſocietatem contraxerit cod. tit. gloſ. in l. fin. cod. quæ* 3

res

res pignor. obligar. poſſ. explicat Mantic. *de convent. lib.* 6. *tit.* 9. *n.* 13.

4 Societas aliquando contrahitur uſque ad certum tempus, vel ex tempore, aliquando verò ſimpliciter in perpetuum ex *text. in l.* 1. *ff. pro ſoc.* ibi: *Societas coiri poteſt vel in perpetuum, id eſt dum vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore*, in quo ſenſu loquitur; *Ord. noſtra in principio.*

5 Sed in perpetuum ſine præfinitione temporis ſocietas non valebit ex *text. in l. nulla, ff. pro ſoc.* ibi: *Nulla ſocietas in æternum*; ubi communiter DD. & ratio poteſt eſſe; quia ex tali ſocietate inducitur quædam ſpecies ſervitutis, diminutio libertatis, ut non poſſit is liberè uti ſua perſona, & bonis ſuis contra textum in *l Titio centum*, §. *Titio centum, ff. de cond. & demonſtr. text in l. nihil, ff. de liber. hom. exhibend.*

6 Societas finitur, mortuo uno ex ſociis, & non tranſit ad hæredes, neque valebit pactum, ut tranſeat *l. furti*, §. *fin. ff. de iis qui notant. in fam.* Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 8 §. 7. *n.* 41. & probat textus in hoc principio; *l. Adeo in princip. ff pro ſoc.* Valaſc. *conſ* 63. *n.* 2. *cum ſeqq.* Gaſparr. *inſtit. civil. verbo ſocietas*, §. 4. *n* 104. Cardoſ. *verbo ſocietas, n.* 35. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt* 5. *n.* 5.

7 Ratio eſt; quia in ſocietate eligitur perſonæ induſtria, quæ non tranſmittitur ad hæredes, ut cum *l. Adeo ff. pro ſoc.* probat Gaſparr. *ſuprà l. una*, §. *ne autem, cod. de cad. tollend.* item quia ignoratur quis futurus ſit hæres, an erit bonus ſocius; & idoneus ſocietati. Valaſc. *ſuprà n.* 4.

8 Advertendum tamen eſt, quod licèt ſocietas ad hæredes non tranſeat emolumentum autem, & damnum illius ad hæredes tranſeunt; *l. verum*, §. *in hæredem, ff. pro ſoc.* Gaſparr. *ſuprà n.* 105.

Sed quando contractus ſocietatis initus fuit ſuper vectigalibus Reipublicæ, aut Regis, tunc tranſit ad hæredes, quando ita conventum fuit, ut tranſeat, & ipſi hæredes ſunt idonei, ut probatur in noſtro textu, & in *l. adeo, ff. pro ſoc verſic. in ſocietate, l. verum*, § *in hæredem verſic. & circa ſocietates vectigalium* Valaſc. *d. conſ.* 63. *n.* 5. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 8 §. 7. *ſub n.* 41. 9

Si ſcire velis cur in ſocietate rerum vectigalium, & ſimilium, ſocietas tranſeat ad hæredes, conſule Phœb. 2. *p. deciſ.* 197. *n* 50. & 51. & cum eo tranſire poteris. 10

Societas ſicut expreſsè, vel tacitè contrahitur, ita vel expreſſe, vel tacitè renovatur *inſtit. de ſociet. l. conſenſum, ff. de oblig. & act.* Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 37. & 38. & *tract.* 3. *lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 15. 11

Adventendum iterum, quòd quinque requiſita requiruntur, ut ſocietas licita, & valida ſit; primò ut fundetur in negotiatione licita; ſecundò quòd ſocii conferant aliquid in commune, ſive pecuniam, ſive laborem, ſive induſtriam; tertiò, ut ſervetur æqualitas inter ſocios, ita ut lucrum, expenſæ, & damna ſint communia; quartò, ut ſors collata in ſocietatem ſubjaceat periculo conferentis; quintò tandem, ut ſerventur à ſociis pacta, de quibus Begnudel. *tom.* 4. *verbo ſocietas, n.* 1. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 30. 31. 32. 36. & 38. 12

Societas eſt quid facti, & non præſumitur, niſi ab allegante probetur. Arouc. *alleg.* 87. *n.* 6. cum multis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 5. & *vide ex ſeq.* ubi multa tradit. 13

No-

14 *Nota* ſocium adminiſtrantem teneri reddere rationem ſocio, finita ſocietate. Anſald. *de commerc. & mercatur. diſc.* 34. *n.* 20. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 4. *in princip.* quod procedit tam in ſocio omnium bonorum, quàm in ſocio particularis ſocietatis, ſeu negotiationis. Guerr. *ſuprà n.* 1. *&* 2. & hoc habet etiam tam locum in ſocio, qui expreſsè contraxit ſocietatem, quàm in ſocio, qui tacitè illam contraxit; ex Guerr. *ſuprà n.* 3.

15 Ampliatur hæc reſolutio primò, quòd non ſolùm teneatur ſocius adminiſtrans rationem reddere ſociis non adminiſtrantibus, ſed ad eas reddendas exhibere libros ſuæ adminiſtrationis legitimè, & ordinariè confectos. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 2. *cap.* 8 *n.* 10. *&* 60. *& lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 4. quod idem procedit in ſociis adminiſtrantis, vel mercatoris, & in hæredis hærede, ut cum Anſald. *diſc.* 66. *n.* 8. tenet Guerr. *ſuprà n.* 5.

16 Declaratur hoc, quod licèt librorum editio concedatur de rigore, attamen probari debet exiſtentia penes Reum tempore litis motæ, vel obligatio faciendi, & conſervandi prædictos libros; *l.* 3. §. *ſciendum, ff. de exhibend.* Anſald. *de commerc. diſc.* 73. *n.* 4 alias exiſtentia non probata, ſufficit Reo jurare libros non habere, nec dolo deſiiſſe habere Guerr. *ſuprà n.* 15.

17 Regulariter librorum editio actori non conceditur ad fundandam ſuam intentionem. Bart. *in l.* 1. § *editiones, ff. de edend.* ne mediante expetita editione arma ſumantur de domo rei contra reg. *text. in l. nimis grave, cod. de teſtib.* ideo non conceditur, quando veritas aliunde probari poteſt; *l. ſiquis ex argentariis, §. exigitur, ff. de edend.*

18 Ampliatur ſecundò, quòd teneatur reddere rationem ſocio, licèt non adminiſtraverit ſocietatem per ſe, ſed per alios ab ipſo ſocio adminiſtrante deputatos, ſine interventu, & approbatione expreſſa, vel tacita aliorum ſociorum. Guerr. *ſuprà n.* 28.

19 Ampliatur tertiò, quòd ſocius adminiſtrans ſit in redditione rationis onerandus de omnibus, quæ reſpectu adminiſtrationis ſocialis fecit, & dolo commiſit, ſeu culpa lata, aut levi, ſicut de omnibus, quæ dolo, culpa lata, vel levi omiſit, quæ non debebat omittere, ut cum multis docet Guerr. *ſuprà n.* 57.

20 Limitatur primò, non probata ſocietate; quia non tenetur reddere rationem. Guerr. *ubi ſuprà n.* 73. & hoc habet locum quando ſocius, vel alius adminiſtrator liberationem, ſeu quietationem conſequutus fuit, poteſt enim exceptione liberationis ſe defendere; quia ſolutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio; *princip. inſtit. quib. mod. tollit. oblig.* Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 1. idem in præſcriptione, & in remiſſione ex eod. Guerr. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 74.

21 Limitatur ſecundò, ut ſocius non teneatur reddere rationem ſociis de intereſſe alterius intereſſe, neque de uſuris uſurarum; *l. nullo, § quia propter, cod. de uſur.* Leotard. *de uſur. quæſt.* 5. *per tot.*

22 Advertendum eſt, quòd ex duabus liberationibus, diverſis temporibus factis ejuſdem ſummæ, bis præſumitur facta ſolutio, & una per liberatum repeti poteſt; *gloſ. in l. ne caſu, cod. de diſcuſſoribus, lib.* 10. *tit.* 30. Eſcob. *de rat. cap.* 40. *n.* 25.

23 Liberatio, ſeu quietatio generalis ad debitum non dum quæſitum non extenditur. Altim. *de nullit. contract rub.* 1. *p.* 1. *quæſt.* 9. *ſect.* 1. *n.* 37. Guerr. *tract.* 4 *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 56.

Qui-

24 Quilibet adminiſtrator, curator, vel ſocius ſe defendere poteſt ab editione librorum petita, vel à ratione reddendi rationes, dicendo nihil adminiſtrationis ad eorum manus fuiſſe perventum, & hoc probato, nec conficere, nec edere tenetur. Parex. *de inſtrum. edit. tit.* 5. *reſol.* 3. *n.* 36.

25 Liber mercatoris fidem non facit pro ſcribente communis, & recepta traditio eſt, quæ probatur ex *text. in l. rationes, cod. de probat. l. exemplo, cod. eod.* Reinoſ. *obſerv.* 47. *n.* 1. ſicut etiam libris privatis nulla fides eſt adhibenda; *l. neſennius, ff. de negot. geſt.* Vide Guerr. *tract.* 4. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 40. ubi multa.

26 Sic etiam liber rationis defuncti per ſe ſolum proſcribente non probat ex *text. in l. rationes* 6. *cod. de probat.* tradit Guerr. *ſuprà cap.* 8. *n.* 41.

27 Ut rationes habeantur pro datis, non ſufficit, ut rationes exhibeantur; ex *l. cum ſervus, ff. de cond. & demonſtr.* ſed eſt neceſſarium, quòd non exhibeantur in folle, hoc eſt inexploratæ, inexplicatæ, confuſæ, & inintelligibiles; *l. qui ſub conditione, ff. de cond. & demonſtr. l. ſtatut. liber.* § *fin. ff. de ſtat. liber.*

28 Si tutor, curator, ſocius, vel alius adminiſtrator non exhibeat librum, vel non reddat rationes claras, tunc juramentum in litem eſt deferendum adverſario, caſu quo rationes edere recuſet, vel male edat, id eſt inordinatas, & intrincatas. Guerr. *tract.* 4 *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 64. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 702. & 703.

29 Licèt ille, qui librum exhibet, probare debeat omnia ejus capita eſſe vera ex *l. qui ſub conditione, ff. de cond. & demonſtr.* cum fuerint magna per teſtes, aut inſtrumenta. Guerr. *n.* 68. Peg. *for. ſuprà n.* 705. nec ſufficit, quòd libri, aut rationes contineant partitas veras, & quod ipſis verificatis, fides adhibeatur quoad alias. Peg. *ſuprà n.* 707. Guerr. *d. n* 69.

Tamen ſi expenſæ fuerint parvæ, probantur juramento tutoris, vel adminiſtratoris, cum quo juſtificatur, an vere contineantur in libro, aut computis generalibus, vel particularibus; cum multis Guerr. *ſuprà n.* 70. & Peg. *ſuprà n.* 706. 30

Advertendum hîc eſt, quòd contra tutorem non exhibentem librum rationum non admittitur juramentum in litem, ut tradit cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 65. & judici rationabili recommendatur, quod non ſit ſcrupoloſus in his rebus; quia rationem perfecte reddere difficile eſt, ut cum multis Guerr. *ſuprà n.* 67. 31

Nota, quòd ut aliquis obligetur ad rationes reddendas, neceſſarium eſt probare, quod bona pervenerunt ad ejus manus, & adminiſtraſſe illa; quia non aliter ratiocinia præſtare debet. Larr. *deciſ.* 86. *n.* 9. *l. boves, §. inter, ff. de verb. ſignif.* & ſolùm de adminiſtratis rationem tenetur reddere, non autem de non adminiſtratis. Farin. *recent. deciſ.* 470. *n.* 4. *p.* 1. 32

Poſtquam rationes factæ ſunt, judex debet audire partes ſuper illis, mandando, ut copiam habeant illarum, antequam eas confirmet, & poſtea illas judicare debet per ſententiam condemnando debitorem in ſolidatione computorum. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 753. vel illum abſolvendo; quia proferre debet ſententiam ſecundum allegata, & probata *Ord. lib.* 3. *tit.* 66. *in princip.* 33

Si adminiſtator, vel alius quicumque condemnatus fuerit ad reddendas rationes, debet poſt ſententiam extractam à proceſſu notificari, 34

ri, & moneri ad ſatisfaciendum ſententiæ, & ad reddendas rationes intra 24 horas. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt.* 8. *n.* 2. Peg. *ſuprà n.* 780. & 781.

35 Quod ſi non ſatisfaciat, vel non compareat, debent fieri ad rebeliam. Peg. *ſuprà n.* 785. ubi judicatum refert, tuncque victor præſentare debet rationes ſuas in judicio ad hoc, ut pro præſtitis, & factis habeantur. Fontanel. *tom.* 1. *deciſ.* 252. *n.* 5. & 6. faciunt quæ tradit Olea *ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt* 8. *n.* 17. 18. 19. & 20. cum quibus Peg. *ſuprà n.* 786.

36 Factiſque rationibus pro ſolutione reliquorum, facto calculo procedendum eſt contra adminiſtratorem, tutorem, vel per capturam, privilegio nobilitatis non obſtante etiam muliebri, & fæmineo, ut cum Salgad. *in labyrint. cred.* 1. *p. cap.* 41. *n.* 7. Olea *d. quæſt.* 8. *n* 9. proſequitur Peg. *ſuprà n* 787.

37 Pater vero, & mater in hoc caſu ad inſtantiam filiorum capi non debent, ſicut nec alii deſcendentes, & parentes ſpirituales; nec ſocer ad inſtantiam generi; tradit cum multis Peg. *ſuprà ex n.* 788.

38 Sed melior eſt ſtylus, ut prius debitor requiratur, & facta citatione ex ſententia, tranſactis 24 horis, non ſolvente debitore, neque dante pignora, ejus bona capiuntur ſine ulla dilatione. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 86. nec Judex hoc tempus prorogare poteſt, nec minuere, ſed ſententiam quam, diligentiſſime executioni mandare debet, ut ipſe Mend. Sylv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 86. *in principio*, *n.* 68.

39 Debitor condemnatus per ſententiam, ſi in exequutione non reperiantur bona, ex quibus ſolvat quantitatem in ſententia contentam, in carcerem conjicitur; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 76. §. 1. ſed interim dum reperiuntur bona, non eſt deveniendum ad capturam. Barb. *in l. Alia*, §. *eleganter*, *n.* 44. *ff. ſolut. matr.* Cald. *de empt. cap.* 17. *n.* 28.

Quid autem dicendum ſit, ſi debitor principalis non habeat bona ad ſolvendum, & habeat fidejuſſorem idoneum, an incarcerandus ſit? Dic, quod non; Valaſc. *conſ.* 13. quia bona debitoris, & fidejuſſoris ad effectum ſolutionis aggregata cenſentur; *l. ſi plures*, *ff. de fidejuſſ.* & ideo extantibus bonis, debitor in carcerem detrudi non poteſt, ut optimè tradit Cald. *ſuprà*, & dicam in loco competenti latius de hac materia fidejuſſoris. 40

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Societate omnium bonorum contracta, dominium, & poſſeſſio ſtatim transfertur in ſocios, ſicut etiam omne lucrum abſque apprehenſione.*

2 *Licèt ſpecialiter traditio non interveniat, tacita creditur intervenire, & ita poſſeſſio adquiritur in communi, ſicut etiam dominium.*

3 *An poſſeſſio, & dominium extendatur ad futura, facta ſocietate de omnibus bonis?*

4 *Quando ſit mentio tantum præſentium, non veniunt futura, remiſſivè.*

5 *An ſocietas ſimpliciter extendatur ad bona quocumque titulo quæſita?*

6 *Inter ſocios omnium bonorum lucrum, & omne damnum commune eſt, remiſſivè.*

7 *Sed damnum contingens in re ſocietatis culpa unius ſocii non communicatur.*

Qui-

8 *Quilibet ſocius in rebus communibus diligentiam adhibere debet, quam in propriis, aliter de dolo, negligentia, & culpa tenetur.*

9 *Si unus ex ſociis alium in ſocietatem admiſerit, ſolum ſibi ſocium facit, cum eoque communicat, & quod ab eo conſequitur, aliis communicat, ſed aliis de ejus facto tenetur.*

10 *Socius tenetur ſervare æqualitatem cum ſocio, & omnia æqualiter inter ſe dividere.*

11 *Expenſæ factæ in rebus ſocietatis deducendæ ſunt de univerſitate ſocietatis.*

12 *Nemo ex ſociis omnium bonorum alienare poteſt, niſi partem ſuam.*
Aliter ſi res ſint venales, ibid.

13 *Socius poteſt diſponere de re communi in utilitatem alterius conſocii, quando conſocius non contradicit.*

14 *Noſtrum quod eſt, ſine facto noſtro alterius fieri non poteſt, remiſſivè.*

15 *Socius volens habitare domum communem præfertur ſocio volenti locare.*

16 *Non tenetur ſolvere penſionem pro parte conſocii, remiſſivè.*

17 *In re indiviſa quilibet partem habet in qualibet minima parte.*

1 COlligitur ex textu, quòd quando contrahitur ſocietas omnium bonorum, ſtatim dominium, & poſſeſſio transfertur in ſocios ſine aliqua alia apprehenſione, ſicut etiam omne lucrum poſt initam ſocietatem in ſocios transfertur, ut ex hoc textu deducitur, & probatur ex *l.* 1. §. *in ſocietate*, *ff. pro ſoc.*

2 Quia licèt traditio ſpecialiter non interveniat, tacita tamen verò cenſetur intervenire ex *l.* 2. *ff. pro ſoc.* quilibet enim, quod ſuo nomine poſſidebat, nomine communi videtur incipere poſſidere, ſicque poſſeſſio adquiritur in communi, & dominium ex *gloſ. in l.* 2. *ff. pro ſoc. l. quod meo*, *ff. de acquirend. poſſ.*

Et an facta ſocietate de omnibus bonis dominium, & poſſeſſio extendatur ad futura? Et licèt Gom. 2. *var. cap.* 5. *de ſocietate n.* 3. *verſic. item quæro* dicat, quod ſolum tranſeat ad bona præſentia etiam quæſita, non vero quærenda, attamen ibidem reſolvit tranſire etiam ad futura poſtea quæſita, quod intelligendum eſt, quando ſocietas omnium bonorum contrahitur ſimpliciter. Mantic. *de convent. lib.* 6. *tit.* 9. *n.* 13. 3

Si verò in coeunda ſocietate omnium bonorum tantum præſentium mentio facta ſit, futura non veniunt. Pichard. *in principio inſtit. ex n.* 4. ubi tenet ſocietatem omnium bonorum dupliciter celebrari, ſcilicet ut ſocii omnium bonorum; aut ſimpliciter, ut ſint ſocii, in primo caſu, præſentia, & futura communicantur; in ſecundo verò ſolum communicantur inter ſocios præſentia, & ea, quæ ex quæſtu acquiruntur, hoc eſt ex opera ſocii. Aylon ad Gom. 2. *var. cap.* 5. *ad n.* 3. *n.* 4. 4

Quæro, an ſocietas ſimpliciter contracta extendatur ad bona quocumque modo, & titulo quæſita? Reſpondetur, quòd ſolùm extendatur ad bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones titulo lucrativo; minime verò extenditur ad bona quæſita per donationem, hæreditatem, legatum, vel aliam ſpeciem ultimæ voluntatis; eſt enim natura ſocietatis, quod illud quæratur inter ſocios, quod ex opera, & induſtria, & diligentia eorum quæritur; non verò quod quæritur propter benemerita, vel amicitiam, 5

vel affectionem; *l. coiri cum l. ſeq. ff. pro ſoc.* Cald. *in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate*, *n.* 14.

6 Sicut omne lucrum communicatur inter ſocios omnium bonorum, ita etiam communicatur damnum; quia utrumque commune eſt; *l. cum duobus*, §. *damna in fin. ff. pro ſoc.* ibi *nam ſicuti lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet*, lucrum autem dicitur id, quod ſupereſt deducto omni damno, & ex penſis, & damnum id, quod ſupereſt omni lucro deducto; *l. Mucius*, *ff. pro ſoc.*

7 Si verò damna contingant in aliqua re ſocietatis culpa alterius ſocii, tunc damnum non communicabitur, ut colligitur à contrario ſenſu ex ultimis verbis *dict* §. *damna* ibi: *quod non culpa ſocii contingit*: ergo ſi culpa contingerit alicujus ſocii, non erit damnum commune, neque communicabitur inter ſocios, & imputabitur in culpam illius, qui occaſionavit.

8 Quilibet enim ſocius tenebitur de dolo, & negligentia, ſi non adhibuit diligentiam in emendis mercibus, & in aliis rebus communibus, ſicut in ſuis propriis adhibere debet; *l. cum duobus*, §. *venit autem*, *ff. pro ſoc.* cum multis Cardoſ *verbo Societas*, *n.* 5.

9 Si unus ex ſociis alium in ſocietatem admittit, ſibi ſolum ſocium facit, & de ejus facto aliis tenetur, & cum eo ipſe ſolus communicat, & quod ab eo conſequitur, aliis communicabit; nec liberatur cedendo contra eum actionem, & communionem cum damno non compenſabit; *l. qui admittitur*, *ff. pro ſoc.* & ibi *gloſ.*

10 Socius in toto tenetur obſervare æqualitatem cum ſocio, communicareque omnes merces, in quibus eſt ſocietas, neque poteſt ſuſcipere ſibi partem in ſolidum de rebus ſocietatis, nec partem lucri in pecunia dare ſocio, & ſibi ſumere merces, ſed omnia æqualiter inter ſe dividere tenetur; *l. verum*, §. *ſi cum tres*, *ff. pro ſoc.* *l. actione*, §. *item ſi ſocietatem*, *ff. pro ſoc.* Cardoſ. *verbo Societas*, *n.* 10.

Etiam expenſæ factæ in rebus concernentibus ſocietatem deducendæ ſunt de univerſitate ſocietatis; *l. cum duobus*, §. *ſiquis ex ſociis*, *ff. pro ſoc.* Gam. *deciſ.* 110. *n.* 29. 11

Si plures ſint ſocii omnium bonorum, nemo ex iis poterit alienare, niſi partem ſuam; *l. nemo* & ibi *gloſ. ff. pro ſoc.* ſi res fuerint venales, tunc poterit unus ſocius vendere res communes ſine conſocio, valebitque venditio de tota re communi; quia unuſquisque inſtitutus videtur ad alienationem omnium rerum communium, ac proinde propoſitus ad vendendum, intellecta ſic; *gloſ. verbo alienare in l. nemo ex ſociis*, *ff. pro ſoc.* Valaſc. *conſ.* 98. *n.* 13. Cardoſ. *verbo Societas*, *n.* 14. ubi quod hoc fallit in duobus caſibus, primò ſi fraude alienet, ſecundò, ſi cæteri ſocii contradicant. 12

Poteſt tamen ſocius diſponere de re communi in utilitatem alterius conſocii nomine communi, alienatioque valebit, quando conſocius non contradixerit. Valaſc. *conſ.* 143. *n.* 9. Tiraq *de jur. marit. gloſ.* 8. 13

Sed hoc intelligendum eſt, quando conſocius vult ſtare illi alienationi, & illam approbare; quia unuſquiſque poteſt ratum habere factum ſocii in ſuum favorem tacitè, vel expreſsè; quia quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro alterius fieri non poteſt; *l. quod noſtrum de reg. jur.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 47. *n* 14. niſi authoritate legis alterius fiat. Thom. de Thomaſet. *reg.* 263. 14

So·

15 Socius ſi voluerit habitare domum communem, & alter ſocius vult illam locare, præfertur illi, qui habitare vult; quia utitur re ſua ad ſuam neceſſitatem, neque à ſocio poterit prohiberi, dum non obligatur de communi dividundo; *l. Sabinus*, ubi *gloſ. verbo conſtat. ff. de commun. dividund.*

16 Socius habitans domum communem non tenetur ſolvere penſionem pro parte conſocii, quia utitur re ſua, qua aliter uti non poteſt, & hoc facere poteſt invito conſocio. Bald. *in l. duo fratres, ff. de acquir. hæred.* & tradit cum multis Cardoſ. *verbo Societas, n.* 18.

17 Nota quod in re indiviſa quilibet ſocius habet partem in qualibet minima parte. Cald. *de empt. cap.* 31. *n.* 10. Reinoſ. *obſerv.* 21. *n.* 3. Valaſc. *de part. cap.* 19. *n.* 28.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *In ſocietate certæ negotiationis ſolum communicantur, quæ ex quæſtu acquiruntur, non verò, quæ aliunde obveniunt.*

2 *Societas limitata fines ſuos non tranſgreditur, remiſſivè.*

3 *Societas toties contrahitur, quoties rem communem emimus.*

4 *Societas tandiu durat, quandiu partium conſenſus perſeverat.*

5 *Socius in ſolidum obligatur perſonaliter ex contractu ſocii.*

6 *Lucrum, & damnum commune eſt inter ſocios, etiam poſt mortem alterius ſocii.*

1 COllige ex textu, quòd ſi contrahatur ſocietas alicujus certæ negotiationis gratia, ſolùm communicantur ea inter ſocios, quæ ex quæſtu, vel induſtria acquiruntur; non verò alia, quæ aliunde obveniunt, veluti ex hæreditatibus, legatis, donationibus, & ſimilibus, ut probatur ex hoc §. 2. *l. coiri ſocietatem, & ſeqq. ff. pro ſoc.* Pichard. *in princip inſtit. de ſociet. n.* 7. *&* 15.

2 Societas limitata fines ſuos non tranſgreditur, nec facultatem tollit ſociis negotiandi in eodem, vel diverſo genere negotiationis. Arouc. *alleg.* 49. *n.* 26. una enim ſpecies negotiationis ad aliam non extenditur; *l. cum duobus, §. duo erant, l. duo ſocietatem, ff. pro ſoc.* idem Arouc. *ſuprà cum aliis, n.* 27.

3 Toties ſocietatem contrahimus, quoties rem aliquam communiter emimus; *l.* 2. *cod. pro ſoc.* Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 11. tradit cum aliis Arouc. *ſuprà. n.* 20.

4 Societas tandiu durat, quandiu conſenſus integer perſeverat; *l. ſocietatem, §. diſſociamur, ff. pro ſoc. §. manet inſtit. de ſociet. l. tandiu, cod. pro ſoc.* Arouc. *ſuprà n.* 29.

5 Socius in ſolidum perſonaliter obligatur ex contractu ſocii, nec quidquam facere quotam partem, aut quantitatem in ſocietate habeat, ut cum aliis Arouc. *tom.* 2. *de rer. diviſ. ad lib.* 1. *tit.* 8. *l.* 2. §. 1. *ſub n.* 193.

6 Societatis lucrum, aut damnum commune eſt inter ſocios, etiam poſt alterius ſocii mortem; *text. in l. actione verſic. ſi in rem certam, & l. verum, § in hæredem, & l. cum duobus in princip. ff. pro ſoc.* Farin. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 556. *n.* 1.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Societas ſuper rebus honeſtis contrahi debet, & ſuper re illicitæ nullius eſt momenti.*

2 *Quod delicto, furto, & turpi quæſtu acquiritur, non communicatur inter ſocios, neque ſocietas valet.*

3 *Lucra ex turpi quæſtu inter virum, & uxorem non communicatur.*

Socius tenetur reſtituere partem acceptam ex re illicita, ſed non ſubjicitur pœnæ, niſi fraudis, & delicti particeps fuerit, ibid.

4 *Plures furantes aliquam rem, omnes tenentur in ſolidum ad pœnam.*

1 DIcit textus, quòd ſocietas rerum honeſtarum contrahi debet, non verò ſuper re illicita, & turpi, vel legum animadverſione digna; quoniam inhoneſtarum, & turpium rerum nulla eſt ſocietas, & nullius momenti, ut probatur ex hoc §. 3. *text. in l. quod autem, l. quod enim, l. ſi igitur, l. nec quidquam, l. nec prætermittendum, ff. pro ſoc.*

2 Itaque ea, quæ delicto, furto, latrociniis, vel injuriis, & turpi alio quæſtu parta fuerint, inter ſocios non ſunt communia; *l.* 53. & 54. *ff. pro ſoc.* neque ſocietas in re turpi vim aliquam habet; *l. nec prætermittendum, ff. pro ſoc.* cum multis Cardoſ. *verbo ſocietas, n.* 33.

3 Neque etiam inter legitimos ſocios, v. g. inter virum, & uxorem lucra ex turpi quæſtu communicantur. Pallac. *de donat. inter virum*, §. 6. & quamvis ſocius, qui partem accepit ex quæſtu illicito, obnoxius ſit reſtitutioni, in caſu quo ſocius condemnetur reſtituere, attamen pœnæ non ſubjicitur, niſi fraudis, & delicti particeps fuerit, ſciens illud ex quæſtu turpi, & illicito partum fuiſſe, ut probat *text. in hoc* §. 3.

Nota hic, quòd plures fures 4
rem aliquam furantes tenentur omnes in ſolidum, & principaliter ad pœnam; *l. vulgaris, §. ſi duo, ff. de furt.* cum multis Conciol. *verbo furtum, reſolut.* 3. *n.* 1. Begnudel. *tom.* 1. *verbo furtum*, §. 4. *n.* 17.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Morte naturali, vel civili diſſolvitur ſocietas.*

2 *Si ab initio convenitur, quod non obſtante morte unius, ſocietas firma maneat inter ſuperſtites, tunc morte unius non diſſolvitur.*

3 *Finitur, finito negotio ipſius ſocietatis.*

4 *Finitur etiam publicatione omnium bonorum unius ſocii, remiſſivè.*

5 *Fiſcus eſt verus ſucceſſor illius, cui bona publicantur, & ut hæres extraneus tenetur creditoribus, ſed non ultra vires bonorum.*

6 *Finitur etiam per ceſſionem bonorum, remiſſivè.*

7 *Ceſſio inventa fuit, ut quis liberetur à carcere, ſed minime à creditoribus.*

In quæſitis de novo debitor non convenitur, niſi in quantum facere poteſt, ibid.

De-

8 *Debitur fiſcalis non admittitur adceſſionem.*

1 SOcietas cujuſque ex ſociis morte naturali diſſolvitur, ut probat *text. hic*, §. *ſolvitur inſtit. de ſociet. l. actione*, §. *morte*, *ff. pro ſoc.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 5. *& conſ.* 63. *n.* 3. ubi quod procedit tam de morte naturali, quàm civili.

2 Hoc tamen intelligitur niſi conventum fuerit ab initio, quod non obſtante unius morte inter ſuperſtites ſocietas firma maneat, ut etiam ex hoc textu probatur, & ex *d.* §. *ſolvitur verſic. niſi in coeunda ſocietate aliter convenerit*, & hoc idem probatur ex *d. l. Actione*, §. *morte verſic. niſi*, *ff pro ſoc.*

3 Finitur quoque ſocietas, ſi finitum ſit negotium, propter quod ſocietas contracta eſt; ex §. *item* 6. *inſtit de ſociet. l. Actione*, § *item ſi alicujus*, *ff. eod.* Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 8.

4 Etiam ſocietas diſſolvitur publicatione bonorum, nempe ſi univerſa bona ſocii publicentur propter delicta; quia cum in ejus locum alius, puta fiſcus, ſuccedit, pro mortuo habetur; ex §. *publicatione*, *inſtit. de ſociet.* Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 1. cum multis.

5 Eſt enim fiſcus verus ſucceſſor ejus, cui bona publicantur, adeo ut etiam quaſi hæres extraneus teneatur creditoribus hæreditariis; *l.* 2. *cod. ad l. Jul. de vi publ. l. ſi ut proponis*, *cod. de bon. proſcript.* Begnudel. *tom.* 2. *verbo Fiſcus*, *n.* 1. Giurb. *conſ.* 55. *n.* 14. ſed non tenebitur fiſcus creditoribus ultra vires bonorum. Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 25. Begnudel *ſuprà n.* 2.

6 Jus ſocietatis finitur etiam, ſi alter ex ſociis grande ære alieno preſſus bonis ceſſerit; *d. l. Actione*, §. 1. *ff. pro ſoc.* nec refert, an id ob publica, ſive privata debita fiat, ut omne probatur ex §. *item ſiquis* 8. *de ſociet.* ſed ſi poſt factam ceſſionem, adhuc conſentiant in ſocietatem, nova videtur incipere ſocietas, ut patet ex *d.* §. *verſic. ſed hoc.*

Fit autem ceſſio bonorum ad hoc, ut quis liberetur à carcere, non autem à creditoribus; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 76 §. 1. *verſic. Porém*, cum aliis Mor. *de execut. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 59. ubi quod poſt factam ceſſionem bonorum debitor in quæſitis de novo non convenitur, niſi in quantum facere poteſt; *text. in l.* 4. §. *de ceſſ. bon.* §. *fin. inſtit. de act.* Gom. 2. *var. cap.* 11. *n* 52. 7

Sed breviter nota hîc, quòd debitor fiſcalis non admittitur ad ceſſionem bonorum; *Ord. hoc lib. d. tit.* 76. §. 4. cum aliis Mor. *ſuprà verſic. quartus eventus*; ſed de hoc, Deo favente, tibi dabo in loco competenti. 8

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Societas renuntiatione, & expreſſa voluntate partium diſſolvitur.*

2 *Diſſolutio ſocietatis debet intimari omnibus his, qui cum ſocio contrahere poſſunt, remiſſivè.*

3 *Societas intempeſtivè diſſolvi non poteſt, niſi conſenſu utriuſque contrahentis.*

4 *Diſſolvitur jus ſocietatis, quando unuſquiſque ſociorum ſibi negotietur.*

5 *Socius intempeſtivè diſcedens à ſocietate, invitis ſociis, tenetur eis ſolvere damnum, & in-*

intereſſe, quod ob eam cauſam ſociis ſubſequantur, niſi aliud convenit.

6 *Societas ſimpliciter contracta, nullo tempore expreſſo, celebrata cenſetur ſub conditione, quandiu ſocii voluerint, remiſſivè.*

7 *Socii tenentur perſiſtere in ſocietate uſque ad tempus declaratum tacitè, vel expreſsè.*

1 DIcit textus in hoc §. 5. quòd ſocietas diſſolvitur renuntiatione, & expreſſa voluntate partium, vel per procuratorem; *l.* 4. *ff. pro ſoc. l. Tandiu, cod. eod.* §. *Manet inſtit. de ſociet.* Gom. 2. *var. cap.* 5. *n.* 6. Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3. §. 4. *n.* 102.

2 Unum tamen eſt, quod diſſoluta ſocietate ex partium voluntate, hoc denuntiari debet, & intimari omnibus his, qui cum ſocio contrahere poſſunt; & ſi non ſint certi, tunc requiritur, quòd fiat, & certiorentur per proclama, vel edicta in locis publicis, ut perveniri poſſit in notitiam eorum, ut tradit Gom. *ſuprà* & ibi Aylon *n.* 7.

3 Societas contracta ad tempus non diſſolvitur ante tempus conſtitutum, niſi ex conſenſu utriuſque partis contrahentis; *l. ſi convenerit, & l. Actione,* §. *Diximus, ff. pro ſoc. &* §. *Manet inſtit. de ſociet.*

4 Quandò ſocii ſeparatim agere cœperint, & unuſquiſque eorum ſibi negotiari cœperit, tacitè intelligitur jus ſocietatis diſſolutum ex *l. itaque, ff. pro ſoc.*

5 Sed ſi ſocius abſque juſta cauſa diſcedat à ſocietate ante tempus conventum tacitè, vel expreſsè, in quo debebat durare ſocietas, vel communitas, invitis aliis ſociis, tenetur eis ſolvere damna, & intereſſe, quæ ob eam cauſam ſociis ſubſequantur, præterquam ſi tempore ſocietatis ineundæ conventum fuiſſet, ut quicumque ex ſociis vellet à ſocietate diſcedere, id facere poſſet, quotieſcumque vellent ante tempus ſupradictum, vel poſt, ut tradit Gutierr. *de jur. confirm. p.* 1. *cap.* 58. *n.* 8.

Quando ſocietas ſimpliciter contrahitur inter aliquos, nullo expreſſo tempore, tacitè, vel expreſsè cenſetur celebrata ſocietas ſub ea tacita conditione, quandiu ſocii voluerint. *Arg.* §. *Manet in princip. inſtit. de ſociet.* neque tunc partes videntur ſe obligare ad perſeverandum in ſocietate, ut tradit Barb. *p.* 2. *rub. ff. ſolut. matr. n.* 52. 6

Quando verò tacitè, vel expreſsè declaratum eſt tempus intra quod debet durare ſocietas, tenentur ſocii uſque ad illud tempus perſiſtere in ſocietate, prout ſe obligarunt; quia dies pars obligationis cenſetur; *l.* 1. §. *editiones, ff. de edend.* Barb. *ſuprà proxime* ubi multa. 7

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Socius non poteſt renuntiare ſocietati, ut ſolus participet dolo aliquod lucrum, ſed omne commodum, vel lucrum communicare tenetur.*

2 *Dolus unius alteri nocere non debet.*

3 *Socius quod lucrat poſt renuntiationem ad ipſum pertinet, & non communicatur.*

4 *Quis puniri non debet, in quo non delinquit.*

Pro-

1 PRobatur ex textu, quòd nullus ſocius poteſt renuntiare ſocietati calidè, & dolo malo, ut ſolus aliquod lucrum habeat, veluti ſi cum omnium bonorum ſocius ab aliquo hæres eſſet inſtitutus, renuntiare non poteſt ſocietati, ut hæreditatem ſolus lucri faceret, ſed commodum, vel lucrum hoc communicare cogetur, ut ex hoc textu deducitur; §. *Manet* 4. *inſtit. de ſociet. verſic. ſed plane*, *text. in l. Actione*, §. 1. *ff. pro ſoc.* Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3. *tit.* 7. §. 4. *n.* 101.

2 Ergo ſi ſocius in renuntiatione ſocietatis dolum commiſerit, non nocebit alteri conſocio; dolus enim unius alteri nocere non debet, *l. Eleganter in princip. ff. de dolo*, *l. electio in fin. ff. de noxal. l. ſi procurator ff. de dol. except.*

3 Collige etiam ex textu, quòd ſi ſocius aliquid poſt renuntiatonem adquiſierit, vel lucraverit, ad ipſum pertinebit, & non erit communicandum; *d* §. *Manet* 4. *inſtit. de ſociet. d. l. Actione*, §. 1. *ff. pro ſoc.* Gaſparr. *de ſociet. d. n.* 101.

4 Et ratio eſt; quia non debet quis puniri, in quo non delinquit; *gloſ. ad text. in l. Actione*, *verbo quia nec dolus*, *ff. pro ſoc.* & cum ſocius poſt factam renuntiationem non committat delictum circa ſocietatem, illud quod lucrat, non pertinet ad ſocietatem, ſed ad ipſum pertinet.

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Renuntiatio intempeſtiva, & præjudicialis non admittitur.*

2 *Damnum cauſatum propter renuntiationem, ſolius renuntiantis erit, remiſſivè.*

3 *Damnum ſocio contingens occaſione ſocietatis ab aliis ſociis reſarciri debet.*

COllige ex textu in hoc §. 7. quòd intempeſtiva ſocietatis renuntiatio non admittitur, præcipuè ſi fuerit præjudicialis; *text. in l. Actione verſic. labeo*, *ff. pro ſoc.* Maſcard. *de probat. concl.* 1316. *n.* 7. Mend. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 8. §. 7. *n.* 43. 1

Damnum, ſeu præjudicium cauſatum propter renuntiationem ſocietatis, alteris conſociis componere obſtringetur ſocius, qui renuntiationem intentavit, & cum illis communicabit omne lucrum, quod quidem damnum erit ſolius renuntiantis, ut probatur ex noſtro textu, & ex *d. l. Actione*, §. 1. *ff. pro ſoc. l. ſed & ſocius in princip. &* §. *ſi abſenti*, *ff. eod.* Arouc. *alleg.* 79. *n.* 8. ubi qnod in hoc caſu defertur juramentum in litem aliis ſociis damnificatis. 2

Damnum ſocio contingens ſocietatis òccaſione à ſociis debet reſarciri; ex *l. cum duobus*, §. *ſagariam*, *ff. pro ſoc.* Nogueirol. *alleg.* 33. *n.* 55. cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum; *text. in l. ſed, & ſiquis ex ſignatoribus*, *ff. quemadmodum teſtam. aperiant. l. ſi ſervus*, §. *quod vero*, *ff. de furt.* 3

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Societas intempeſtiva primò renuntiari poteſt, ſi ſocius fuerit rixoſus, vel damnoſus, remiſſivè.*

2 *Secundò ſi ſocius occupatus fuerit Regis ſervitio, vel Reipublicæ occaſione.*

3 *Tertiò ſi non impleatur conditio, qua intravit in ſocietate.*

4 *Conditio integraliter, & ſpecificè adimpleri debet, quod limita, ut n. 7.*

5 *Conditio formam inducit. Formam omnino ſervanda eſt, aliter vitiatur actus, ibid.*

6 *Conditione deficiente; contractus cenſetur reſolutus ab ipſo initio.*

7 *Limitatur, remiſſivè.*

8 *Impoſſibilis conditio vitiat contractum.*

9 *Poſita in legato, vel ultimis voluntatibus non illud vitiat, ſed rijicitur, & habetur pro non poſita.*

10 *Idem in conditione contra bonos mores, remiſſivè.*

11 *Quartò diſſolvitur, ſi re illa frui non poſſit, ſuper qua inita fuit ſocietas.*

1 Dicit textus, quòd licèt intempeſtivè ſocietas non finiatur, attamen multis in caſibus finiri poteſt ante tempus; & primus èſt, ſi ſocius fuerit rixoſus, aut damnoſus, ut non expediat illum pati, tunc poterit alter intempeſtivè renuntiare ſocietati; *l. ſi convenerit. ff. pro ſoc.* Cardoſ. *verbo Societas*, *n.* 7. ubi quod idem procedit, ſi ſuperveniat inimicitia aliqua.

2 Secundò, renuntiare poteſt ſocius ſocietati intempeſtive, ſi occupatus fuerit Regio ſervitio, vel occaſione Reipublicæ, ut ex noſtro textu planè probatur *text. in l. Idem*, *ff. pro ſoc.* Cardoſ. *verbo ſocietas ſub n.* 7. *verſic. aut ſi ſocius.*

3 Tertiò, intempeſtivè ſocius recedere poteſt à ſocietate, quando non impletur conditio, qua intravit in ipſa ſocietate, ut patet ex textu, & *l. ſi convenerit*, *verſic. ſed ſi*, *ff. pro ſoc.*

4 Conditio adimpleri debet in forma ſpecifica, & integraliter, & non poteſt ad impleri pro parte, & pro parte non *l. Mævius*, *ff. de condit. & demonſtr. l qui hæredi*, *ff. eod. tit.* Cardoſ. *verbo conditio*, *n.* 3. Auguſt. Barb. *axiom.* 48. *n.* 3. Portug. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. § 2. *n.* 55.

Inducitque formam conditio; 5
Menoch. *conſ.* 133. Henriq. *de fideijuſſ. cap.* 10. *n.*458. forma autem omnino ſervanda eſt, illiusque defectus etiam minimus vitiat actum. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 120. *n.* 32. & 33 Auguſt. Barb. *vot.* 35. *nullitate* 5. *n.* 84. Salgad. *de reg. protect. p.* 3. *cap.* 9. *n.* 86. cum multis Portug. *ſuprà n.* 56. & ideo in forma ſpecifica adimpleri debet.

Deficiente conditione, contra- 6
ctus celebratus cenſetur reſolutus ab ipſo initio; *l. neceſſario*, §. 1. *ff. de peric. & commod. reivend.* Auguſt. Barb. *axiom.* 48. *n.* 6. & alter Barb. *axiom. jur. lit.* C. *n* 120. ubi quod defectus conditionis habet oculos retro ad tempus diſpoſitionis.

Limita, quando conditio non ſtat 7
per implere debentem, vel devenit ad actum impoſſibilem ſine culpa implere debentis; Cardoſ. *verbo conditio*, *n.* 7. Auguſt. Barb *d axiom.* 48. *n.* 4. quia conditio habetur pro impleta, cum non ſtat per eum, qui illam ad implere debet; *l. jur. civil. ff. de condit. & demonſtr.*

Sed conditio impoſſibilis vitiat 8
omnem contractum tam bonæ fidei, quàm ſtricti; tuncque non valet contractus, in quo partes ponunt impoſſibilem conditionem; ex *l. non ſolum*, *ff. de act. & oblig. l. ſub impoſſibili*, *ff. de fideijuſſ.* §. *ſi impoſſibilis conditio, inſtit. de inutilib. ſtipulat.*

Impoſſibilis conditio appoſita in 9
legato, ſive in ultimis voluntatibus, non vitiat legatum, nec ultimam

vo-

luntatem, ſed imò potius rejicitur, & habetur pro non poſita; *text. in l.* 1. *ff. de condit. inſtit. l. ſiquis ita, eod. tit. l. ab omnib.* §. *in teſtamento, ff. de legat.* 1.

10 Quod idem procedit in conditione contra bonos mores, quæ rejicitur, & habetur pro non poſita; *l.* 1. *& l. conditiones, ff. de cond. inſtit.* ſicut etiam conditio turpis in legato habetur pro non poſita; *l. non dubitamus, & l. hæc ſcriptura, ff. de cond. & demonſtr.* & circa hæc vide Gom. 1. *var. cap.* 12. *n.* 67. ubi de conditione poſſibili, vel impoſſibili multa.

11 Quartò diſſolvitur ſocietas, quando re illa, cujus gratia inita fuit, frui non poſſit, ſemper enim ſocietas contrahitur cauſa lucrum quærendi, & non intelligitur, niſi ad fruendum re illa, cujus gratia initur ſocietas, ut probatur ex noſtro textu, & *text in l. vel quod. ff. pro ſoc.* Cardoſ. *verbo Societas, ſub n.* 7. *verſic. aut ſi re illa.*

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Si ſocii nihil definierunt, debent eſſe æquales in lucro, vel damno.*

2 *Socii definire poſſunt partes lucri, & damni, ſicut etiam, ut unus pecuniam, alter operam, vel induſtriam conferat.*

3 *Societas, ut nullam partem lucri ſentiat ſocius, ſed lucri partem ferat, valet.*

4 *Non valet, ut unus habeat omne lucrum, & alter damnum, & appellatur leonina.*

5 *Lucrum dicitur, deducto damno, & damnum, deducto lucro, remiſſivè.*

6 *Si de lucro conveniatur, non verò de damno, in lucro diſpoſitum, in damno etiam intelligitur.*

7 *Quando unus capitale ponit, alius operam, an ſi capitale caſu fortuito perierit, pereat totum illi, qui poſuit, an verò illi, qui operas poſuit?*

8 *Operas ponens an operari debeat propriis expenſis, an communibus?*

Collige ex textu, quòd ſi partes lucri, & damni in ſocietate definitæ non fuerint tempore contractus, æquales intelliguntur; *l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc* apud Hiſpanos *lib.* 3. *&* 4 *tit.* 10. *inſtit. de ſociet.* §. 1. Vide Fachin. *lib.* 2. *contr. cap.* 95. *verſic. tertium.* 1

Partes lucri, & damni definiri tamen aliter poſſunt tempore contractus, veluti ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum duæ partes lucri, & damni pertineant, ad alium tertia, aut plus, vel minus obſervabitur, vel ut unus conferat pecuniam, & alter operam, vel induſtriam, eſt enim juſta hæc ſocietas, ut probatur ex textu *l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc.* Cardoſ. *verbo Societas, n.* 4. §. 1. *&* 2. *inſtit. de ſociet.* 2

Sicut etiam valet ſocietas ſic coita, ut nullam partem damni alter ſocius ſentiat, lucri verò partem ferat, *inſtit.* §. *de illa ſane, verſic. ut quis lucri, l. ſi non fuerint verſic. ſi verò placuerit. ff. pro ſoc.* 3

Sed ſocietas coiri non poteſt, ut alter omne lucrum ſentiat, alter de toto damno teneatur; eſt enim illicitus talis contractus, & reprobatus ex noſtro textu, & ex *d.* §. *de illa ſane, verſic. quod tamen*; quia ſocietas ſic inita appellatur 4

Leonina l. ſi non fuerint, §. *Ariſto*, *ff. pro ſoc.*

5 Lucrum in ſocietate non intelligitur, niſi omni damno deducto, neque damnum, niſi omni lucro deducto; *l. Mucius*, *ff. pro ſoc.* ſed lucrum, vel damnum, ex eo quod compenſatione facta ſupereſt, appellamus; *d.* §. *de illa ſane in fine inſtit. de ſociet.*

6 Si de lucro inter ſocios conventum fuerit, non autem de damno, juxta regulam contrariorum, diſpoſitum in lucro cenſetur repetitum in damno; §. *illud expeditum inſtit. de ſociet.* Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3 *tit.* 7. §. 4. *n* 92.

Rogabis, contracta ſocietate, ut unus pecuniam, vel aliud capitale ponat, alius ſuam operam tantum, an ſi pecunia, vel capite caſu fortuito perierit, periet totum illi, qui illud poſuit; an vero etiam, qui poſuit operas pro rata ſentire debeat, & ipſe capitalis amiſſionem? Reſpondetur perire totum ei, qui illud poſuit; *gloſ. in l.* 1. *cod. pro ſoc. verbo obtinuit in fine.*

Ratio videtur eſſe; quia aliàs qui adhibuit operas duplici afficeretur incommodo, ut in adagio eſt, oleum, & operam perderet; operas enim perdidiſſet, & ad partem damni amiſſi capitalis teneretur; cum tamen, qui poſuit capitale unum tantum ſentiret damnum, & hoc non integrum, amittendo ſcilicet partem capitalis, quod poſuit.

Rogabis ulterius, an ponens operas operari debeat expenſis propriis, an verò communibus? Reſpondetur operari debere communibus expenſis hinc ſi pro negotiis ſocietatis eivenetias, v. g. eſſet eundum, ire deberet communibus expenſis, exceptis tamen illis expenſis, quas etiam domi eſſet facturus, ut eſſent expenſæ quotidianæ cibi, & potus. Portius *ad* §. *de illa ſane inſtit. de ſociet.*

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Debita contracta reſpectu ſocietatis ex communi ſunt ſolvenda, quamvis finita ſit ſocietas.*

2 *Damnum contingens in rebus ſocietatis ex communi ſolvendum, ſicut etiam damni ſocii occaſione ſocietatis.*

3 *Socius de voluntate communi merces portans, & devoratus à latronibus habebit damnum commune cum ſociis, remiſſivè.*

Aliter ſi per imprudentiam, aut malam cuſtodiam id contingerit, ibid.

4 *Damnum datum culpa ſocii illud reſarcire debet.*

Deducitur ex hoc textu, quòd debita contracta reſpectu ſocietatis ex communi ſunt ſolvenda, licèt tempore ſolutionis, finita jam ſit ſocietas; *l. omne æs alienum*, & ibi: *gloſ. ff. pro ſoc.* Coſt. *in addit. ad formam libell. annot.* 14. *n.* 16. 1

Item etiam damnum contingens in rebus ad ſocietatem ſpectantibus ex communi ſolvendum eſt, ſic ſimiliter damnum contingens cuivis ex ſociis in propriis rebus ſi cauſa ejuſdem ſocietatis evenerit, ut probatur hic Altim. *tom.* 4. *de nullit. quæſt.* 25. *n.* 479. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 147. *ex n.* 21. 2

Unde ſocius, qui de voluntate communi merces in aliquam partem portabat, & in via à latronibus ſine culpa ſua fuit devoratus, aut merces in mari demerſæ fuerunt, habebit damnum commune cum ſociis; *l. cum duobus*, §. *quidam* 3

dam ſagariam, *ff. pro ſoc.* aliter dicendum ſi per imprudentiam ſocii, aut per malam cuſtodiam, vel alia ſimilia fuit devoratus, tunc ille ſolus ſentiet damnum, non verò alii ſocii; *d. l. cum duobus*, §. *damna*, *ff. pro ſoc.*

4 Socius, qui ſua culpa damnum dedit, illud reſarcire debet; tenetur enim ſocius in adminiſtratione rerum communium ſocietatis de dolo, & levi culpa, cum hic contractus inductus ſit gratia utriuſque contrahentis; *l. cum duobus*, §. *venit autem*, *ff. pro ſoc.*

Ad §. XI.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ factæ in rebus ſocietatis deducuntur de univerſitate ſocietatis.*
2 *Socius non conſequitur expenſas factas propter vulnerationem, remiſſivè.*
3 *Contrarium traditur.*
4 *Sed non obſtat.*
5 *Socii non tenentur contribuere ad faciendum damnum, quod fuit impenſum extra ſocietatem, & n. 6.*
7 *Damna, & impendia obvenientia culpa alicujus ex ſociis non communicantur, remiſſivè.*
8 *Reſoluta ſocietate, in qua unus induſtriam, & operas ponit, alter pecunias, iſtæ non dividuntur, remiſſivè.*
9 *Sed commoditas, & utilitas ex induſtria, & ex pecunia, minimè verò pecunia, aliàs ſumma inæqualitas oriretur inter ſocios.*
10 *Quod in ſocietatem confertur, communicatur.*
11 *Induſtria pecuniæ comparatur, remiſſivè.*
12 *Æqualitas ſervatur in contractu ſocietatis, remiſſivè.*
13 *Traditur intelligentia*; text. in l. 1. & 2. ff. pro ſoc.
14 *Intelligitur verbum*, conferente in l. 1. ff pro ſoc.
15 *Reſponſio ad argumentum in n. 11.*

Collige ex textu quòd expenſæ factæ in rebus concernentibus ſocietatem deducendæ ſunt de univerſitate ſocietatis; *l. cum duobus*, §. *ſiquis ex ſociis*, *ff. pro ſoc. text. in l.* 1. ubi communiter *DD. cod. pro ſoc.* Gam. *deciſ.* 110. *n.* 29. Cardoſ. *verbo Societas*, *n.* 11. cum aliis. 1

Expenſas verò, quas unus ex ſociis in ſe curando facit; quia vulneratus eſt, cum reſiſteret communibus ſervis venalibus ad fugam erumpentibus, non conſequitur ex ſocietate; quia id non in ſocietatem impenſum fuit, licèt occaſione ſocietatis contingerit, ut probatur ex textu hic verſic. *Porém*; *text. in l. ſocium*, §. *ſocius*, *ff. pro ſoc.* 2

Sed fortiter obſtant diſpoſita in §. 10. hujus tituli verſic. *E da meſma maneira*, & in verſic. *aſſim como*, & quæ dixi *n.* 2. *ad d.* §. ubi damnum contingens ſociis cauſa ſocietatis ex communi ſolvendum eſt, & *text. in l. ſecundum Julianum*, *ff. pro ſoc.* ubi probatur, quod impenſum pro medicis ſocius recipere poteſt, quod verum eſt: ergo expenſas, quas ſocius fecerit in ſe curando; quia vulneratus fuit, cum reſiſteret communibus ſervis venalibus, ſocius conſequetur; quia cauſa ſocietatis factæ ſunt. 3

Quibus non obſtantibus, vera eſt noſtra aſſertio; quia aliud eſt damnum contingens in rebus ad ſocieta- 4

tem

tem ſpectantibus, ſeu cauſa ſocietatis, & aliud eſt damnum contingens origine ſocietatis; ita ut primum ſit ſolvendum de communi, ut diſponit *text. in* §. 10. hujus tituli; ſecundum, cum ſit factum extra ſocietatem non eſt de illa ſolvendum, ut *text. hic.*

5 Unde ſi detrimentum aliquod ſocio obveniat occaſione quidem negotii ſocietatis, quod agebat, *ſed quia non intenderet ſocietati, tunc ſocii non tenentur contribuere ad refaciendum tale damnum.*

6 Voluit legislator in §. *ult.* impenſum in beneficium ſocietatis totum extrahendum eſſe de communibus bonis ſocietatis; minime verò impenſum extra ſocietatem, hoc enim extrahendum non eſt de bonis communibus ſocietatis, quale eſt impenſum, quod ſocius fecerit in ſe curando propter vulnerationem ſervorum ad fugam erumpentium.

7 *Sic etiam non communicantur damna, & impendia provenientia* ex delicto in fraudandis Gabellis, & ſimilibus, culpa alicujus ſocii. Bald. *conſ.* 491. *lib.* 2. *n* 3. Tuſc. *verbo Societas*, *concl.* 287. *n.* 12. neque damna paſſa per conſocium, qui aliis diſcrepantibus voluit transferre bona vendenda alibi, & illa perdit. Sabell. *verbo Societas*, *n.* 37. Gratian. *cap.* 243. *n.* 44. Altim. *de nullit. tom.* 4. *quæſt.* 25. *n.*480.

8 Societas, in qua unus ex ſociis confert induſtriam, & operas ſuas, alter pecuniam, ſi fuit diſſoluta, pecuniæ non veniuntur dividendæ inter ſocios. Fachin. lib. 2. *contr. cap.* 95. capitale enim non videtur communicatum quantum ad proprietatem, ſed quoad uſum. Altim. *ſuprà n.* 472. & tali caſu damnum collatæ pecuniæ ad conferentem ſpectat. Fachin. *ſuprà cap.* 96. quia res perit ſuo domino; *l. pignus*, *cod. de pignor. act.*

Unde in hoc caſu uſus, & commoditas, omniſque utilitas ex induſtria proveniens, ſimiliterque ex pecunia communicatur inter ſocios, ac proinde finita ſocietate dividuntur, non verò pecunia ipſa; aliter ſumma oriretur inter ſocios inæqualitas; quia pecuniam conferens duplex incommodum ſentiret, ſi forte finita ſocietate, ſola pecunia remaneret. 9

Unum, quòd dimidiam partem pecuniæ amitteret, & alterum quòd ocioſam pecuniam habuiſſet, nec ullum ex ea fructum percepiſſet, ut tradit Fachin. *ſuprà d. cap.* 95. Begnudel *t.* 4. *verbo Societas*, *n.*12.

Obſtat tamen primò; quod in ſocietatem confertur, videtur communicari; *l.* 1. & 2. *ff. pro ſoc.* quia lex utitur *verbo conferente*, quod ſignificare cenſetur communicationem; *text. in l.* 1. *cod. pro ſoc.* 10

Secundò; quia induſtria pecuniæ comparanda eſt, ſi illa ſit, quæ pecuniæ æquiparari poſſit; ſed ſi hinc inde pecunia conferatur, palam eſt, dividendum eſſe tempore ſocietatis finitæ. 11

Tertiò; quia ſocietatis contractus ita debet interpretari, ut inter ſocios æqualitas ſervetur; ex *l. ſi non fuerint*, *ff. pro ſoc.* ſed ſi non eſſet pecunia dividenda, inæqualitas oriretur, alter namque induſtriam, & operam amitteret, & qui pecuniam ponit, illam ſalvam haberet. 12

Sed his non obſtantibus firma eſt noſtra reſolutio? Reſpondetur enim ad primum negando pecuniam communicandam, quantum ad ejus proprietatem, & dominium, nec aliquid facit; *l.* 1. & 2. *ff. pro ſoc.* loquuntur enim de ſocietate, in qua omnia bona hinc inde communicantur, ſed in noſtro caſu ſolum communicatur uſus, commoditas, omniſque utilitas ex induſtria, & pecunia proveniens. 13

Ad

14. Ad ſecundum reſpondetur, verbum *conferente* de quo *in l.* 1. *cod. pro ſoc.* intelligitur quantum ad uſum, & commoditatem, non verò quoad proprietatem, & dominium capitalis pecuniæ, hæc enim non communicatur.

15 Reſpondetur ultimò, quòd non obſtat æquiparatio pecuniæ, & operæ, intelligitur namque quo ad uſum, utilitatem, & commoditatem, ut ex § *ſi in coeunda*, *text. in l. cum duobus*, *ff. pro ſoc.* neque ulla conſideratur inæqualitas; quia qui induſtriam poſuit, illud habet incommodi, quòd fruſtra laboravit, & nullum percepit emolumentum, quod fortaſſe percepiſſet, ſi operam ſuam locaſſet alibi.

Et qui pecuniam contulit, incommodum habet, quòd fruſtra eam contulit, quòd nihil lucratus fuiſſet, cum tamen fortaſſe lucraturus fuiſſet; ideo omnia hinc inde æqualia ſunt jura ſociorum, & nihil obſtant argumenta in contrarium adducta.

Ad tit. 45.

De illo, qui dat prædium partiario pro medietate, tertia, vel locat pro certa quantitate.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Contractus partiarius ſequitur naturam contractus ſocietatis, & ſuperſtes, vel hæres non tenetur adimplere illum, ſi non accedat ad decennium.*

2 *Non tranſit ad hæredes, ſed morte finitur.*

3 *Ratio ubi eſt eadem, ibi eſt eadem juris diſpoſitio, remiſſivè.*

4 *Colonus partiarius impropriè vocatur colonus, ſed verius vocatur ſocius.*

5 *Differentia inter colonum partiarium, & ſimplicem colonum, remiſſivè.*

6 *Colonus partiarius fructus cum domino dividit, remiſſivè.*

7 *Differentia inter colonos, & inquilinos.*

8 *Res ſequentis conductoris domino ſunt obligatæ, non verò poſterioris, remiſſivè.*

9 *Colonus, & inquilinus non poſſident, nec illis competit interdictum unde vi.*

10 *Colono, & inquilino Judicis officium competit.*

11 *Dominus per ſe ipſum colonum dejicere nequit, ſed requirere debet Miniſtrum publicum.*

12 *Colonus partiarius grandes arbores incidere non poteſt, neque ab agro levare fructus, niſi domino certiorato, vel ejus procuratore.*

13 *Neque impenſas deducit, neque fructus ad domum domini portare tenetur.*

Diſponit textus hîc, quòd ſi dominus vineam, vel prædium alicui dederit ad colendum, pro medietate, tertia, vel quarta fructuum, vel prout conventum fuerit uſque ad tempus certum, quod decennium non accedat, ſi adhuc durante tempore convento, aliquis eorum mortuus fuerit, ſuperſtes, & hæredes defuncti non tenentur adimplere contractum illum, qui ſequitur naturam contractus ſocietatis, ut probatur ex hoc textu in principio. Cardoſ. *verbo locatio*, *n.* 31. 1

Et cum contractus ſocietatis ad hæredes non tranſeat; *l.* 4. *& l. Ne-* 2

Nemo, ff. pro ſoc. ita ſimiliter contractus iſte partiarius ad hæredes non tranſit, ſed imò pòtius morte finitur. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 5. Cald. *de empt. & vend. cap.* 26. *n.* 4.

3 Quia ratio, quæ militat in contractu ſocietatis, militat etiam in contractu partiario, & quod judicatur de uno, judicari debet de altero, *ut probat textus*; quia ratio ubi eſt eadem, debet eſſe eadem juris diſpoſitio; *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ff. ad l. Jul. de adulter* cum multis Barb. *axiom. juris lit.* R. *n.* 14.

4 Unde partiarius colonus, qui partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur colonus, vel conductor, imò verius dicitur ſocius, ut probat *gloſ. in princip. inſtit. lib.* 3. *tit.* 25. *de locat. & conduct. verbo ſi merces.* Brit. *de locat. p.* 1. §. 2. *n.* 7.

5 Quæres qualis differentia detur inter colonum partiarium, & ſimplicem colonum, & reſpectu coloni partiarii ex ſupradictis intellige, qui eſt ad inſtar ſocii; colonus verò ſimplex ille dicitur propriè conductor, qui aſſumit agros colendos pro certa mercede in pecunia numerata, vel quantitate alia conſiſtente. Brit. *de locat. p.* 1. §. 2. *n.* 7. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 3.

6 Coloni partiarii vocantur, qui fructus cum domino dividunt ad differentiam eorum, qui numis colunt; quippe ad pecuniam numeratam conduxerunt; *l.* 25. §. *vis maior, ff. locat. l.* 26. *ff. de furt.* Calvin. *lexicon juridic. tom.* 1. *verbo colonus, pag. mihi* 131. *col.* 1.

7 Nota verò differentiam inter colonos, & inquilinos; quia colonus in agro, inquilinus in ædibus regulariter, & ſpeciali ſignificatione intelligitur; *l. re pignoris, ff. de acquir. poſſ.*

Denique, ſi inquilinus conductam domum, vel ejus partem rurſus alii locaverit, quod fieri poteſt, niſi aliud convenerit; *l. Nemo prohibetur, cod. locat.* tunc res ſequentis conductoris domino ſunt obligatæ; *l. ſolutum*, §. *ſolutam de pignor. act.* ſi autem colonus locaverit alii fundum conductum, res poſterioris conductoris domino non obligantur, ſed fructus in cauſa pignoris manent; *l. ſi in lege*, §. *ſi colonus, ff. locat.* 8

Nota etiam, quòd colonus, & inquilinus non poſſident, ut tradit Brit. *de locat. p.* 1. §. 2. *n.* 15. & 18. cum multis juribus, & illis non competit interdictum unde vi; illud enim ſolum competit illis, qui ſunt in poſſeſſione civili, vel naturali, ut cum multis Brit. *ſuprà de locat. n.* 32. 9

Conceditur igitur ipſimet colono, vel inquilino judicis officium pro recuperanda omiſſa illa nuda detentatione, cui inſiſtebat, durante tempore locationis, ut cum aliis Brit. *ſuprà n.* 33. 10

Nota iterum, quòd dominus colonum etiam penſionem non ſolventem dejicere propria authoritate nequit; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 24. §. 1. & cum multis Silv. *ad d.* §. *n.* 1. ſed debet requirere Miniſtrum publicum, qui vulgò vocatur *Alcaide*, ut ibidem. 11

Colonus partiarius non poteſt incidere grandes arbores. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 13. nec poteſt fructus ab agro levare, niſi prius domino certiorato, vel ejus procuratore, ut tradit idem Valaſc. *ſuprà n.* 16. *l. item quæritur*, §. *exercitu, ff. locat.* Vide Valaſc. *ſuprà* & *ex n.* 16. ubi multa. 12

Colonus partiarius impenſas non deducit, ut tradit Valaſc. *dict. quæſt.* 30. *n.* 9. neque tenetur portare fructus ad domum domini; quia 13

quia nec ſocius hanc operam ſocio portare obligatur. Valaſc. *tractatus*, *n.* 22.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Quando colonus partiarius tempore mortis aliquas expenſas factas habuerit, contractus tranſit ad hæredes pro illo anno, remiſſivè.*
2 *Neque ſterilitatem allegare poteſt, neque petere mercedis remiſſionem, remiſſivè*

1 STatuitur in hoc §. 1. quòd ſi tempore mortis unius partis principalis, colonus partiarius habuerit in prædio, vel vinea aliquas expenſas factas, tunc contractus partiarius ad hæredes tranſibit pro illo anno, & ſic illi, & qui ſuperſtes fuerit, tenentur adimpiere contractum pro illo anno jam cœpto, & non ultra, ut probatur ex hoc §. 1. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 7. Cald. *de empt. cap.* 26. *n.* 4.

2 Colonus partiarius, vel ejus hæres non poteſt allegare ſterilitatem, neque petere remiſſionem mercedis. Valaſc. *de jur. emphyt. dict. quæſt.* 30. *n.* 6. cum *l. ſi merces*, §. *vis maior*, *ff. locat.* Brit. *ad cap. propter ſterilitatem*, 3. *p. n.* 110. quia habetur ad inſtar ſocii tam ad damnum, quàm ad lucrum; *text. in l. cum duobus*, §. *quædam*, & §. *damna*, *ff. pro ſoc.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *contractus, in quo dominus vineam, vel prædium dederit pro medietate, tertia, vel quarta fructuum, tempore decennii, vel ultra, ad hæredes tranſit.*
2 *Reputatur contractus emphyteuticus.*
3 *Omnes contractus hodie, qui non fuerint in perpetuum, vel ad tres vitas reputantur ſimplicis locationis ſine tranſlatione alicujus dominii favore locatarii, remiſſivè.*
4 *Judicantur nulli, licèt ſint de præterito, & ſint litigioſi, vel ſententiæ ſint prolatæ, & in illis ponitur perpetuum ſilentium.*
5 *Inquilini, qui jam fuerint in habitatione, vel poſſeſſione, non expelluntur, ſed manent uſque privilegio, & reputantur ſimplices inquilini.*
6 *Reputantur de ſimplici locatione ordinaria propter incommoda plura, præjudicia, & vexationes, quæ omnia Rex noſter evitavit.*

DEducitur ex textu in hoc §. 2. quòd quando dominus dederit vineam ſuam, vel prædium pro medietate, tertia, vel quarta parte fructuum colligendorum pro tempore decennii, vel ultra, contractus iſte ad hæredes tranſit; quia non ſequitur naturam, neque conditionem contractus partiarii, ſed tranſit ad alteram ſpeciem contractus, ut patet ex hoc textu in hoc §. 2. 1

Qualis ergo reputatur contractus, de quo *Ord. in hoc* §. 2. dic 2

quòd reputetur emphyteuticus, & naturam illius ſequitur, ut tradit Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 30. *n.* 3.

Unde quando dominus præſtat alicui prædium, vel veniam pro medietate, tertia, vel quarta fructuum, pro tempore decennii, vel ultra, contractus ad hæredes tranſit, ut hîc diſponitur; quia non eſt contractus partiarius, ſed alius tranſiens ad aliam ſpeciem; ſi verò non accedat ad decennium, ad hæredes non tranſit, ut dixi ad principium hujus tituli, ut eſt contractus partiarius.

3 Nota hodiæ omnes contractus, qui non fuerint emphyteutici in perpetuum, vel ad tres vitas cum plena translatione utilis dominii, judicari de ſimplici locatione ordinaria, & per illos non transfertur dominium aliquod favore locatarii, vel inquilini, neque jus ad excludendos inquilinos, vel conductores anteriores, *niſi in aliis caſibus, in quibus jure permittitur locatoribus expellere* locatarios, vel inquilinos, ut diſponitur in *extravaganti pro lata* 3. *Novembr.* 1757.

4 Per prædictam legem judicantur nulli, & nullius effectus omnes contractus, qui inventi fuerint prædicta forma, non obſtante, quod facti ſint de præterito, & inveniantur litigioſi, & lite pendente, vel ſententiis prolatis, in quibus prædicta lex jubet poni perpetuum ſilentium.

5 Sed illi inquilini, vel coloni, qui jam fuerint in effectiva habitatione, & poſſeſſione domus, vel prædiorum locatorum ante publicationem dictæ extravag. non expellentur, dummodo maneant abſque aliquo privilegio ad allegandam talem locationem longi temporis, ſed manebunt reputati ſimplices inquilini ad omnes alios caſus, in quibus expellendi erunt, ſi tales locationes decem annorum, vel ultra non adeſſent, manentibus in tali caſu reputatis nullis prædicta forma, ut omne diſponit *dict. l.* 3. *Novemb.* 1757.

Per diſpoſitionem prædictæ legis evitantur plura incommoda, & præjudicia, quibus incolæ, & vaſſalli hujus Regni vexabantur reſpectu talium contractuum locationis, qui multóties celebrabantur tantummodo ad effectum expellendi, & inquietandi inquilinos anteriores; & ut ceſſarent talia incommoda, vexationes, & præjudicia diſpoſuit Rex noſter in illa lege omnes contractus, qui non fuerint emphyteutici in perpetuum, vel ad tres vitas, reputari de ſimplici locatione ordinaria ſine translatione dominii favore locatarii ad excludendos alios inquilinos anteriores.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Contractus, in quo dominus locat pro certa quantitate panis, vini, olei, vel pecuniæ tranſit ad hæredes, & eſt contractus locationis.*

2 *Succeſſor univerſalis perſonam defuncti repræſentat, & tenetur ſtare colono tam longi, quàm brevis temporis.*

3 *Limitatur in ſucceſſore particulari, niſi locatio ſit ad longum tempus, remiſſivè.*

4 *Emptor fundi locati non tenetur ſtare colono, ſed illum expellere poteſt, remiſſivè.*

5 *Limitatur ſi tempore contractus appoſitum ſit pactum de non alienando, durante tempore*

pore

pore locationis, hypothecando rem ipſam.

6 Vel ſi emptor habet notitiam locationis, remiſſivè.

7 Singularis ſucceſſor tenetur ſtare locationi pro illo anno, quando colonus fecit impenſas, & ſeminavit fundum, remiſſivè.

8 Si particularis ſucceſſor voluerit ſtare locationi, colonus cogi non poteſt, remiſſivè.

9 Primus conductor poteſt rem alteri locare æque idoneo, & ad eundem uſum.

10 Ad modicum tempus, non verò ad longum, vel in perpetuum, quod fieri non poteſt ſine voluntate domini, aliàs ſuo jure privatur.

11 Si dominus re locata indigeat, inquilinum, vel conductorem expellere poteſt.

12 Quæ requirantur ad expellendum inquilinum.

13 Conductor expelli poteſt, ſi penſionem non ſolvat, & cogi ad ſolvendas penſiones decurſas.

14 Sicut ob rei deteriorationem, vel quando male verſatur, vel locator reficere vult, ibid. remiſſivè.

15 Dominus, finita locatione, conductorem expellere poteſt actione locati, & alteri rem libere locare; nec poteſt rem retinere pro eodem, vel maiori pretio.

16 Sicut locator expellere poteſt conductorem intra locationis terminum, ita conductor recedere poteſt ante finitam conductionem.

17 Quid quando conductor, finito tempore, relinquit domum clauſam, remiſſivè.

18 Conductor ſine juſta cauſa relinquens rem conductam, penſionem totius temporis ſolvere debet.

19 Quando inducatur renovatio, vel prorogatio locationis?

20 Differentia, quæ fieri debet, & n. 21.

22 Traduntur tres limitationes, remiſſivè.

23 Tacita reconductio præſumitur facta cum qualitatibus præcedentis contractus.

24 Tacita reconductio locum habet in operarum conductione.

25 Tollitur per contrariam præſumptionem.

26 Tacita reconductio habet locum in locatione facta à Republica.

27 Non habet locum, quando non adimpletur contractus.

28 Quando ceſſet tacitæ reconductionis præſumptio.

29 An re meliorata, penſio augeri poſſit, & an locator penſionem in partem, vel in totum remittere teneatur?

30 Penſio non augmentatur propter magnam fertilitatem, ſi fertilitas conſiſtat in valore fructuum, neque minuitur propter vilitatem, & parvi valoris.

31 Quando datur maxima ubertas, ſed parvi valoris, & penſio ſolvitur in fructibus, tunc augmentatur; aliter quando ſolvitur in pecunia

32 Quando fertilitas provenit ex induſtria, & labore coloni, non augetur penſio; ſed ſi caſualiter magno exceſſu, tunc augmentatur.

33 Onus qui ſentit, commodum ſentire debet, remiſſivè.

34 Contingens caſus fortuitus ex divina, vel humana diſpoſitione, ex quo ſequatur magna ſterilitas fructuum, remittitur penſio pro rata.

35 *Quæ dicatur magna ſterilitas, vel damnum intolerabile, & n. 36.*

37 *An detur penſionis remiſſio propter depreditionem fructuum jam collectorum?*

38 *An detur penſionis remiſſio propter paucos fructus, ſed per ſe cariores?*

39 *An detur remiſſio, ſi ſterilitas anni præſentis, vel ſubſequentis compenſari poſſit cum aliorum ubertate?*

40 *An ſi conductor renuntiet fortuitis caſibus, habeat tunc locum penſionis remiſſio, & n 41.*

42 *Caſus inſolitus quando contingat.*

43 *Penſionis remiſſio locum non habet, quando damnum contingit conductoris culpa, remiſſivè.*

44 *An conductor renuntians fortuitis caſibus cenſeatur renuntiare illis, qui ex facto locatoris contingunt?*

45 *Qui ſuſcipit in ſe periculum, & fortunam an conſeatur in ſe ſuſcipere fortuitum caſum?*

46 *An quando contingit caſus fortuitus in re ipſa locata, habeat locum penſionis remiſſio?*

47 *Penſionis remiſſio an habeat locum, quando ſterilitas provenit ex ipſa re?*

48 *Conductor denuntiare tenetur domino ſterilitatem, aut damnum intra annum ad obtinendam mercedis remiſſionem.*

49 *Remiſſionem petens, ſterilitatem, vel damnum probare tenetur in ſpecie.*

50 *Locator ad intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis tenetur, quando culpa ejus conductor re conducta frui non potuit, remiſſivè.*

51 *Tenetur locator impedimentum amovere, ut conductor re locata uti, & frui poſſit.*

52 *Agens ex contractu ultro, citroque obligatorio docere debet ſe adimpliſſe ex parte ſua, ſi opponatur ex adverſo de non implemento.*

53 *Sicut locator manifeſtare tenetur rei locatæ vitium, ita venditor rei venditæ vitium, remiſſivè.*

54 *Culpa non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, remiſſivè.*

55 *Conductor fundum extirpans, ita ut fructus annorum ſequentium minuantur, ad intereſſe tenetur.*

56 *Tenetur non ſolùm de propria culpa, ſed ſuorum, & illorum, quos in domum, vel prædium induxit.*

57 *De damno dato per paſtorem dominus tenetur.*

58 *Si equus conductus intra triduum moriatur, præſumitur morboſus, & conductor excuſatur, niſi culpa per locatorem probetur.*

59 *Si poſt emptionem intra triduum moriatur, moritur venditori.*

60 *Mortem animalium allegans, probare debet, & quod fuerit ſine culpa, & dolo.*

61 *Conductor, & ejus hæres tenentur ad intereſſe, ſi per dolum, vel culpam rem locatam faciant deteriorem.*

62 *Colligens fructus immaturos, ut non remaneant domino, finita locatione ad intereſſe tenetur.*

63 *Dicitur in culpa, ſi prædium reddatur deterius ad producendos fructus in futurum, & ad intereſſe tenetur, remiſſivè.*

64 *Res duobus locata præfertur ille, cui prius traditur poſſeſſio.*

Li-

65 *Limitatur quando conductor habet hypothecatam rem locatam.*
66 *Dominus habet hypothecam in bonis illatis in fundum, aut domum à conductore pro penſione, & deterioratione rei locatæ.*
67 *Præfertur omnibus creditoribus hypothecariis etiam anterioribus.*
68 *Ampliatur, ſi primus conductor domum ſub dolocaverit.*
69 *Ampliatur etiam in fructibus in prædio ruſtico natis.*
70 *Qui oſtendit ſe tribus annis proximis ſolviſſe, retro ſolviſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.*

1 DIcit textus, quòd ſi dominus vineam, vel prædium locaverit pro certa quantitate panis, vini, olei, vel pecuniæ pro multo, ſeu pauco tempore, ſemper contractus tranſibit ad hæredes; quia eſt contractus locationis diverſus à contractu partiario, & diverſo jure judicandus; *text. in l. viam veritatis* 10. *cod. locat.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *n* 7.

2 Repræſentat enim ſucceſſor univerſalis perſonam defuncti, & ad eum tranſeunt omnes actiones tam activæ, quàm paſſivæ; *l. cum à matre, cod. de reivend.* ideo tenetur ſtare colono tam longi, quàm brevis temporis. Cardoſ. *verbo hæreditas*, *n.* 14. Auguſt. Barb *ad text. in l. viam veritatis* 10. *cod. locat.* idem Cardoſ. *verbo locatio*, *n.* 28. Begnudel. *tom.* 2. *verbo locatio*, §. 2. *n.* 26.

3 Hoc limitatur primò in ſucceſſore particulari, qui non tenetur ſtare colono; quia hæc obligatio tranſit ad hæredem univerſalem, non verò ad particularem, niſi eo pacto emat, aut locatio ſit ad longum tempus; *l. qui fundum*, & *l. ſi merces*, §. *qui fundum*, *ff. locat.* & *l. emptorem*, *cod. locat.* Cald. *de empt. cap.* 26. *n.* 25.

Unde ſi dominus, qui rem locavit, vendit eam alteri, emptor non tenetur ſtare colono, ſed conductorem expellere poterit, quamvis dominus, qui locavit, teneatur ad intereſſe; *text. in l. emptorem*, *cod. locati.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub n.* 8. *verſic. item de locat.* & *conduct.* 4

Limitatur ſecundò, ſi tempore contractus locationis conductor fecit pactum cum locatore, ut durante tempore locationis rem locatam vendere, donare, vel alienare non poſſit, & pro obſervantia, firmitateque obligare rem illam; tunc enim alienare non poterit, nec transferre aliquod jus in emptorem, vel particularem ſucceſſorem, quoniam pactum de non alienando appoſitum favore ejus, qui habet hypothecam, vel aliquod jus, impedit alienationem, virtutem, & effectum ejus *arg. text. in l. ſi creditor*, §. *fin. de diſtract. pignor.* Gom. *ſuprà n.* 9. *verſic. quarto.* Begnudel. *tom.* 2. *verbo locatio*, §. 2. *n.* 23. 5

Limitatur tertiò: ſi emptor habeat notitiam locationis rei emptæ, tunc enim non poteſt conductorem expellere; quia ſolum cenſetur emiſſe jus, quod venditor habebat. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 169. *n.* 54. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 39 *n.* 35. & *lib.* 2. *cap* 35. *n.* 37. Begnudel. *ſuprà n.* 27. ubi multa, per quæ confirmantur *ſuprà n.* 5. & circa alias limitationes vide idem Begnudel. *ſuprà n.* 28. & 29. 6

Licèt tandem ſingularis ſucceſſor colono ſtare non teneatur, cui prior dominus locavit, attamen ſi colonus fecit impenſas, quia ſeminavit, tunc pro anno incepto ſingularis 7

gularis

gularis ſucceſſor tenebitur ſtare locationi. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 34. Ciarlin. *contr. for. cap.* 93. *n.* 15. cum quibus Begnudel. *ſuprà n.* 30. ſicut procedit in partiario colono, cui emptor tenetur ſtare pro eo anno, quo coluit fundum. Surd. *conſ.* 52. *n.* 12. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 41.

8 Porro notandum eſt, quòd in caſibus, quibus particularis ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, ſi tamen eidem vellet ſtare, colonus, vel conductor cogi non poteſt; quia locator, & conductor ſunt correlativi, & ad imparia judicandi non ſunt. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 169. *n.* 3 *& de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 5. Caroc. *de locat. tit. de Reb. Eccleſ. concl.* 20. *n.* 78.

9 Quæro, an qui conduxit ab aliquo, poſſit rem alteri locare? Reſpondetur affirmativè; *text. in l. Nemo, cod. de locat.* quod tamen intelligendum eſt, quando primus conductor locat ſecundo æque idoneo, & ad eundem uſum; *text. in l. æquiſſimum*, §. *fin. ff. de uſufruct.*

10 Intelligendum etiam eſt, quando primus conductor conduxiſſet ad modicum tempus; aliter verò ſi ad longum 10 annorum, vel perpetuò, tunc enim non poterit alteri locare ſine conſenſu, & voluntate domini, aliàs privaretur jure ſuo ex *argumento text. in l. fin. cod. de jur. emphyt.* & circa hæc videndus Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub n.* 11. *verſic. ſed illud.*

11 Quæro iterum, an quando, & quomodo locator poſſit conductorem expellere, & utrùm conductor ſit in nova locatione præferendus? Regula eſt univerſalis, quòd ſi dominus re locata indigeat, inquilinum, vel conductorem expellere poſſit; *text. in l. æde, cod. locat.* Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 1. Gom. 1. *var. cap.* 3. *n.* 6. *Ord. lib.* 4. *tit.* 24. *in princip.* & ibi: Silv. *n.* 45.

Sed ad hoc plura requiruntur: 12
primò, quòd locatio ſit de prædio urbano, non verò de ruſtico; quia in hoc non poteſt conductor expelli, etiam ſi locator indigeat; Gom. *ſuprà* circa finem; loquitur enim *text. in l. æde* de domo conducta, & ſic de prædio urbano. Secundò requiritur, quòd hujuſmodi neceſſitas poſt contractum locationis ſuperveniat, ut quia domus, quam habitabat, corruit, vel locator, aut ejus filius, vel pater uxorem duxit, ideo illa domo indiget; ſecus eſt, ſi neceſſitas non ſuperveniat, vel non ſit inopinata, & de facili prævideri potuerit. *DD. ſuprà.* Silv. *ſuprà n.* 46 *& ſeqq.*

Poteſt etiam conductor expelli, 13
ſi penſionem conventam non ſolvat; *text. in cap. propter ſterilitatem*, §. *fin. ff. de locat.* Gom. *ſuprà n.* 6. *Ord. hoc lib.* 4 *tit.* 24. *in principio*, & ibi Silv. *n.* 3. & quòd in hoc caſu conductor non ſolum poſſit expelli, ſed etiam cogi ad ſolvendas penſiones decurſas, dixit Antonel. *de tempor. legal. cap.* 39. *n.* 4. Caroc. *p.* 4. *quæſt.* 14. *n.* 27. *ad text. in l. colonus, ff. locat.*

Poteſt ulterius conductor expel- 14
li ob rei locatæ deteriorationem, vel ſi in ea male verſetur. Antonel. *d. cap.* 39. *n.* 23. item ſi locator domum locatam reficere vellet; *Ord. in hoc lib.* 4. *tit.* 24. *in principio*, & poſtquam illam refecerit, cogetur illius uſum iterum conductori concedere. Antonel. *ſuprà n.* 22. Cancer. *var. p.* 1. *cap.* 14. *n.* 22. *gloſ. in l. ſi duo*, §. *cum inquilinus*, *verbo dominum*, *ff. uti poſſidet.*

Finita locatione, poteſt dominus 15
conductorem expellere, mediante actione propria locati, & liberè rem al-

alteri locare, nec de jure poteſt conductor pro eodem, vel maiori pretio rem detinere, & ſibi habere; *text. in l. ne cui liceat*, *cod. de locat. & conduct* Gom. 2. *var. cap.* 3. *n.* 5. Begnudel. *tom.* 2. *de locat. & conduct.* §. 3. *n.* 40. limitat Gom. ubi proximè in prædiis fiſcalibus, & ſcholaribus, qui in re conducta pro eodem pretio eſſent præferendi.

16 Sicut locator ex ſupradictis cauſis poteſt conductorem expellere intra terminum locationis, ita conductor ante finitam conductionem poterit ex juſtis cauſis à re conducta recedere, non teneturque niſi pro rata temporis; quo in conductione extitit cum multis juribus Cancer. 1. *var. cap.* 14. *n.* 24.

17 Si conductor, finito tempore conductionis, relinquat clauſam domum conductam, & receſſit, poteſt locator eam propria authoritate aperire, & ſi velit petere licentiam, debet ei concedi abſque partis citatione; ſed ad evitandas lites, debet illam aperire intervenientibus idoneis teſtibus, & tabellione, ut videant ſiquid ſit intus dictam domum, & ſi aliquid ſit, deſcribatur; *text. in l. cum domini*, *ff. locat.* Cancer. *ſuprà* cum aliis, *n.* 25.

18 Non poteſt conductor ſine juſta cauſa relinquere rem conductam, niſi ſolvat integram penſionem totius temporis conductionis domino; *l. domini borreorum*, §. *qui contra*, *ff. locat.* cum aliis Cardoſ. *verbo locatio*, *n.* 24.

19 Tempore locationis finito, perſeverante conductore in re conducta cum ſcientia, & patientia locatoris, inducitur renovatio ipſiuſmet contractus, vel magis prorogatio, ſicut etiam ipſe conductor præſumitur reconduxiſſe; *text in l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locat.* ubi DD. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 1.

Sed in hoc caſu facienda eſt differentia inter prædium urbanum, & ruſticum; quia in primo cenſetur renovata, & prorogata conductio, donec unus ex contrahentibus diſcedere velit, ſeu pro tempore quo conductor remanſit in domo poſt finitam conductionem: in ſecundo verò cenſetur renovata per unum annum, licèt prior conductio facta ſit pro maiori tempore. Gom. 2. *var. cap.* 3. *de locat. n.* 15 Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 1. 20

Si tamen prædium ruſticum eſſet tale, quòd fructus perciperentur ſolùm de biennio in biennium, aut de quinquennio in quinquennium, tunc in biennium, vel in quinquennium cenſetur locatio renovata. Antonel. *ſuprà n.* 3. quando prædium ruſticum eſt tale, quod bis in anno ex eo percipitur fructus, locatio in ſex tantum menſes cenſetur tacite renovata, ſi ſit tale, quod ex eo in qualibet parte anni fructus uniformis perciperetur, renovatio, aut reconductio cenſetur facta pro rata temporis, quo quis in fundo fuerit, ut tradit Gom. *ſuprà n.*15. *circa medium*, *ubi multa.* 21

Concluſio ſuprà limitatur primò, quando conductor per modicum tempus remanſit in re conducta; quia reconduxiſſe tunc non cenſetur. Antonel. *loc. cit. n* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 993. *n.* 21. Cancer. 1. *var. cap* 14. *n* 58. Limitatur ſecundò in amente, furioſo, &c. in quibus ob defectum conſenſus judicari non poteſt tacita reconductio. Afflict. *deciſ.* 365. *n.* 1. Limitatur tertiò, quando actum eſſet inter partes, ut locatio de ſubſtantia debeat fieri in ſcriptis. De aliiſque 22

que limitationibus conſule *DD. ſuprà.*

23 Reconductio tacita eſt ejuſdem qualitatis, cujus eſt expreſſa. Maſcard. *d. concl.* 993. *n.* 3. & 9. hinc reconductor tenetur ad penſionem ſolvendam pro rata habito reſpectu ad pretium conventum in primo contractu. Gom. *ſuprà n.* 17. Begnudel. *tom.* 2. *verbo locatio*, §. 4. *n.* 48 ubi multa.

24 *Sic ſimiliter tacita reconductio locum habet in operarum conductione, & locatione*; quia qui locavit operas ſuas ad certum tempus, ſi poſt illud tempus perſeveret, ſciente, & patiente conductore, intelligitur tacita reconductio. Maſcard *d. concl.* 993. *n.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 46. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 85. *n.* 16. ubi quod idem procedit de advocato, vel Medico, &c.

25 Sed reconductio tacita tollitur per contrariam præſumptionem; quia cum illa contrahatur ex præſumpta contrahentium voluntate, omnis præſumptio tollitur, quando mens contraria appareat, aut præſumatur; ex Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 20.

26 Tacita reconductio etiam locum habet in locatione facta à Republica tam in locatione ad longum tempus, quàm ad modicum. Antonel. *ſuprà n* 15.

27 Reconductio tacita locum non habet, quando conductor ex parte ſua contractum non implevit, namque durante etiam locatione, poteſt expelli; ex *text in l. quæro*, §. *inter locatorem*, *ff. locat.* ubi DD.

28 Neque tacitæ reconductionis præſumptio locum habet in re conceſſa ad certum tempus, cuſtodiæ cauſa, neque locum habet in locante operas ſuas, ut in meo prædio ſit cuſtodiæ cauſa, ſi finito tempore conductor ibi perſiſteret. Menoch. *præſ.* 85. *num.* 40. & 51.

Quæro primò, an re meliorata 29 penſio augeri poſſit, aut quando fructus excreverunt, & an locator teneatur remittere penſionem in totum, vel in partem? Reſpondetur, quòd re locata per conductorem meliorata, nempe per reductionem fundi ſterilis ad fertilitatem propriis conductoris impenſis, non poteſt locator penſionem augere; *text. in l.* 1. *cod. in quibus cauſ. coloni lib.* 11. Caroc. *de locat. p.* 4. *quæſt.* 17. & *tit. de remiſſione mercedis*, *quæſt.* 8. *n.* 120. ubi dicit, quòd conductor molendini cum quatuor rotis non tenetur ad maiorem penſionem, ſi imponat quintam rotam.

Neque fit augmentum penſio- 30 nis propter magnam fertilitatem, quando fertilitas conſiſtit in valore fructuum; quia forte nunc plus valent, quàm prius, ſicut non minueretur penſio propter vilitatem fructuum, & parvi valoris, cum eadem debeat eſſe ratio lucri, & damni; *text. in l. ex conducto*, §. 1. *ff. locat.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub n.* 18. *verſic. item quæro.* Caroc. *de remiſſ. merced. d. quæſt.* 8 *n.* 118.

Quod ſi ſit maxima ubertas fru- 31 ctuum, ſed parum valent, tunc ſi penſio ſolvitur in fructibus, fit augmentum penſionis. Gom. *ſuprà verſic. ſi verò*; aliter dicendum, ſi penſio ſolvitur in pecunia. Caroc. *loc. cit. de remiſſ. mercedis*, *quæſt.* 8. *n.* 53.

Quando verò fertilitas conſiſtit 32 non in valore pretii, vel fructuum, ſed in abundantia, & incremento, ſeu ubertate fructuum, videndum eſt tunc, an hæc fertilitas provenerit ex induſtria, diligentia, & labore coloni, & ſi proveniat, non augetur penſio; ſi fertilitas caſualiter proveniat, & quidem magno exceſſu, tunc augetur penſio. *DD. ſu-*

ſuprà gloſ. in l. ſi merces, § vis maior, ff. locat. Begnudel. tom. 2. verbo locatio, §. 5. n 58.

33 Unde ſi locavi molendinum, ex quo conductor ſolùm percipiebat, v. g. octoginta ob multitudinem molendinorum, & modò plus percipere poteſt, propter deſtructionem aliorum impetu aquarum, poteſt augeri penſio pro rata. Anchar. *in cap. propter ſterilitatem*, *concl.* 3. *n.* 16. *de locat.* Gom. *ſuprà verſic. quod ſiquis conduxit*, ille enim debet ſentire onus, qui ſentit commodum, ſicut è contra ex *text. in l. naturam*, *ff. de reg. jur.*

34 Si ex divina, vel humana diſpoſitione contingat caſus aliquis fortuitus, ſcilicet grandinis, belli &c. vel alius inſolitus caſus, ex quo magna ſequatur ſterilitas fructuum, debet conductori fieri remiſſio penſionis pro rata; *text. in l. ſi merces*, §. *vis maior*; *l. ex conducto*, §. 1. *ff. locat. l. licet*, *cod. eod. text. in cap. propter ſterilitatem*, ubi Auguſt. Barb.

35 Quæro ſecundò: quæ dicatur magna ſterilitas, vel damnum intolerabile? Aliqui DD. dicunt, quòd tunc vocatur magna ſterilitas ad effectum remittendi penſionem, quando ex fundo tot fructus non colliguntur, quot conſumpti fuerunt in ſeminando, vel quando ex fundo non colligitur ſemen; *gloſ. in cap. propter ſterilitatem*, *verbo magno incommodo de locat.* Gom. *ſuprà n.* 18.

36 Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 7. *& ſeq.* dicit magnam ſterilitatem tunc dari, quando eſt ultra dimidiam, ſcilicet quando conductor non colligit fructus, qui extracto ſemine, & expenſis in colendis agris, & colligendis fructibus, non ſufficiunt ad ſolvendam mediam penſionem, & multi pro hac ſententia volentes tunc fieri remiſſionem penſionis pro rata, & pro hac ſententia ſtat Auguſt. Barb. *ad cap. propter ſterilitatem*, *n.* 3. cum multis Cardoſ. *verbo locatio*, *n.* 22.

Quæro tertiò utrùm remiſſio 37 penſionis etiam locum habeat in deperditione fructuum jam collectorum? Reſpondetur, quòd quando fructus jam ſunt reconditi in domum, aut horreum, tunc pereunt conductori, cum jam fuerit illorum factus dominus; quando verò non ſunt in horreo, vel domu reconditi ſi, v. g. ſegetes in paleis ſint in fundo poſitæ, vel area, tunc ſi caſu, puta fulmine, igne &c. ſine culpa conductoris pereant, erit locus remiſſioni; ut cum multis Begnudel. *tom.* 2. *verbo latio*, §. 5. *n.* 62.

Quæro quartò: quando fructus 38 pauci collecti ſunt effecti per ſe cariores; quia ſcilicet ſterilitas eſt univerſalis, an tunc habeat locum remiſſio penſſionis? Reſpondetur non eſſe locum remiſſioni penſionis, ſi ſolutio fiat in pecunia. Caroc. *loc. cit. n.* 14. Cephal. *conſ.* 104. *n* 3. *lib.* 1.

Quæro quintò: an detur locus 39 remiſſioni, quando ſterilitas anni præſentis, vel ſubſequentis poſſit aliorum ubertate compenſari? Reſpondetur, quòd non detur remiſſio penſionis; *l. ſi uno*, *ff. locat. text. in cap. propter ſterilitatem*, *ff. eod.* Silv. *ad Ord. lib.* 4. *tit.* 27. *ad* §. 1. *n.* 14. licèt in caſu compenſatio detur; Auguſt. Barb. *in cap. propter ſterilitatem*, *n.* 18.

Quæro ſextò: an ſi conductor 40 renuntiaſſet caſibus fortuitis, erit tunc locus penſionis remiſſio? Reſpondetur primò, ſi conductor caſus fortuitus in ſe ſuſcepit, & convenit, ut ob caſum fortuitum nullam locator teneatur remittere penſionem, nulla fit remiſſio. Begnudel. *ſup. n.* 65. Auguſt. Barb. *in cap propter ſterilitatem*, *n.* 7. *de locat.* ubi niſi per em-

empta fuerit ſubſtantia; quia tunc excuſatur conductor à ſolutione penſionis, licèt in ſe ſuſceperit caſus fortuitos. Surd. *deciſ.* 326. *n.* 55.

41 Reſpondetur ſecundò, quod renuntiatio caſuum fortuitorum non comprehendit inſolitos, qui rariſſimè contingunt. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8. Begnudel. *tom.* 2. *verbo locatio*, §. 5. *ſub. n.*65. *verſic. Reſpondetur tertiò*; quia tunc renuntiatio non extenditur ad illos, niſi ſpecialiter illorum fiat mentio; *text. in. l. fiſtulas*, §. *frumenta*, *ff. de contrah. empt.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *de locat. ſub n.* 19. *verſic. item advertendum.*

42 Caſus inſolitus contingere dicitur præter omnem cogitationem, & veriſimilitudinem, & qui rariſſimè contingit. Auguſt. Barb. *ſuprà ſub n* 8. multa de caſu inſolito Begnudel. *ſuprà.*

43 Quæro ſeptimò: an habeat locum remiſſio penſionis, quando damnum contingerit culpa conductoris, quippe in colendo agro, vel colligendis fructibus fuit negligentior? Reſpondetur negativè, ſive id propria, vel ſervorum culpa contingerit; Gail. *obſerv.* 23. *n.* 21. *gloſ. ad text. in l. ex conducto verbo coluiſti*, *ff. locat. l videamus in principio*, *ff. eod.* vel quia conduxit rem evidenter ſterilem; *text. in l. qui bona*, §. *de illo*, *ff. de damn. infect.* vel quia non curavit, vel purgavit foſſas, ex quibus poſſet aqua decurrere, quæ propter hoc inundavit prædium &c. Gratian. *diſc. for.* 557. *n.*6. Begnudel. *de locat.* §. 5 *n.*66.

44 Quæro octavò: an conductor renuntians caſibus fortuitis, cenſeatur renuntiaſſe illis, qui ex facto locatoris etiam injuſto contingunt, veluti quia conductor prohibetur uti re locata, aut diſſipantur fructus ob inimicitiam, vel odium locatoris, ſive illa inimicitia fuerit orta ex culpa, ſive ſine culpa dicti locatoris? Reſpondetur negativè. Mantic. *de tacit lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 17. Antonel. *de tempor. legal lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 17. ubi quòd locator in tali caſu tenetur ad damna, & intereſſe conductori præſtanda.

Quemadmodum ſi incendium ſit commiſſum ab hoſtibus conductoris poſt conductionem factam, ipſemet conductor teneretur. Antonel. *loc. cit. ad text. in l. ſi merces*, *ff. locat.*

Quæro nono: utrùm qui ſuſcepit in ſe periculum, & fortunam, cenſeatur in ſe ſuſcepiſſe caſum fortuitum? Reſpondetur negativè. Begnudel. *ſuprà n.* 68. ubi multa. 45

Quæro decimo: quid quando caſus fortuitus contingerit non in fructibus pendentibus, ſed in re ipſa locata, ſcilicet locavi tibi vineam, olivetum, vel quid ſimile pro quantitate, vel menſura vini, vel olei ſingulis annis, & propter hyemis aſperitatem, vinea, vel olivetum fuit exſiccatum; aut tibi locavi domum, & ante finitum tempus, vel annum fuit combuſta, vel habitatio impedita fuit, an tunc debeat fieri remiſſio? Affirmativè reſpondetur cum Begnudel. *ſuprà n.* 70. cum aliis. 46

Quæro undecimo: an remiſſio fieri debeat, quando ſterilitas fructuum provenit ex ipſa re; quia vineæ propter vetuſtatem paucas uvas attulerunt, aut frumentum ex prædio, non multum, aut perfectum crevit, vel ruſcis, aut herbis corruptæ fuerunt ſegetes &c.? Reſpondetur negativè; *DD. in l. ex conducto*, §. 1. *ff. locat.* Mantic. *d. tit.*8. *n.*31. Begnudel. *ſuprà n.*71. 47

Deinde conductor ad obtinendam remiſſionem mercedis tenetur domino denuntiare ſterilitatem, ſeu dam- 48

damnum ſibi illatum, vel violentiam; *text. in l. item quæritur*, §. *exercitu*, *ff. locat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 137. *n.* 19. & certe intra annum, poſt cujus lapſum amplius peti non poterit: collige per *DD. ſuprà citatos.*

49 Sicut etiam pariter conductor penſionis remiſſionem petens probare debet ſterilitatem, ſeu damnum. Antonel. *ſuprà cap.* 38. *n.* 6. Neque ſufficit probare damnum ingenere, ſed probari debet in ſpecie, Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 39.

50 Quæro duodecimo: ad quid teneantur tam locator, quàm conductor? Reſpondetur, præter remiſſionem mercedis, tenetur locator conductori ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, ſi ejus culpa conductor frui non potuit re conducta promittens enim factum, & non adimplens ad intereſſe tenetur; *l. ſtipulationes non dividuntur*, § *celſus*, *ff. de verb. obligat.*

51 Tenetur etiam locator præſtare, ut conductor re locata uti, ac frui poſſit, non per ſimplicem rei traditionem, ſed per amotionem impedimenti; *l. ſiquis domum in princip. l. ſi merces*, §. 2. *&* §. *qui fundum*, *ff. locat.*

52 Si locatori petenti penſionem excipiatur à conductore de re non tradita, vel patientia, & defenſione non præſtita, tenetur ipſe locator probare traditionem rei, & defenſionem, non verò conductor; quia volens agere ex contractu ultro citroque obligatorio in primis docere debet ſe adimpliſſe pro parte ſua, quando ex adverſo opponitur de non adimpleto; *text. in l. Julianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empt.* Begnudel. *de locat.* §. 6. *n.* 81.

53 Conductori vitium rei locatæ tenetur manifeſtare locator, ſicut venditor emptori vitium rei venditæ ob identitatem, ut teneatur de culpa levi; quia celebratur in utilitatem utriuſque. Silveſtr. *verbo locatio*, *quæſt.* 18. Navar. *in manual. cap.* 17. *n.* 196.

Conductor niſi aliud conventum fuerit, dolum, & culpam tantum præſtare debet; *l. ſi ut certo loco*, §. *nunc videndum*, *ff. commod.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 1. quæ culpa tamen non præſumitur, niſi ab allegante illam probetur; *gloſ. ſiquis ex argentariis in verbo in longinquo*, *ff. de edend.* Maſcard. *de probat. concl.* 468. *n.* 1. 54

Si conductor fundum ruſticum ita extirpavit, quod fructus annorum ſequentium minuantur, tenetur domimo ad intereſſe, ex *text. in l. Et hæc diſtinctio*, §. 1. *ff. locat.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub. n.* 21. *verſic. item infertur.* 55

Conductor tenetur non ſolùm de ſua propria culpa, ſed etiam ſuorum, & exterorum, quos induxit in domum, aut in ſimile prædium locatum; *l. qui inſulam*, §. *ult. ff. locat.* 56

Nota, ſive adverte, quòd ſi paſtor gregis damnum dederit, dominus tenetur ad ſatisfactionem talis damni, ut cum Ceval. *quæſt.* 11. *n.* 50. tenet Aylon. ad Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub n.* 23. *verſic. & circa.* 57

Si aliquis conduxit equum ad aliquod iter perfaciendum, & equus intra triduum moriatur à tempore locationis, præſumitur morboſus, ſicque conductor excuſatur, niſi locator culpam probaret, utpote quia nimium oneravit, defatigavit, & per loca nimis periculoſa equitavit &c. Gom. *ſuprà tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 22. & ibi Aylon. Begnudel. *tom.* 2. *verbo locatio*, §. 6. *n.* 96. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 108. *n.* 9. 58

Hoc idem procedit, ſi poſt emptionem intra triduum moriatur, quia moritur venditori; præſumitur 59

tur enim mortem habuiſſe originem à morte præcedente contractum, ut cum Cabal. *conſ.* 179. *lib.* 1. *per totum.* Begnudel. *tom.* 1. *verbo Animalia*, *n.* 5.

60 Mortem animalium allegans, illam debet probare, & quod contingerit abſque culpa, & dolo; *l. ſiquis fundum*, §. *Imperator*, *ff. locat cum multis* Begnudel. *ſuprà proxime*, *n.* 6. *&* 10.

61 Conductor deteriorem faciens, ſeu deſtruens rem locatam per dolum, latam, ſeu levem culpam, tenetur ad intereſſe tam ipſe conductor, quàm ejus hæres; *l. ſiquis domum*, §. *celſus*, *l. ſi merces*, §. *qui calumniam*, *ff. locat.*

62 Sic ſimiliter conductor colligens fructos immaturos, eo quia finito tempore conductionis remanerent domino rei, tenetur ad intereſſe, ſicut etiam ſi colvit agrum locatum, & dominus aliquod ſuſcepit damnum, tenetur ad illius reſartionem; *l. Et hæc diſtinctio*, §. *cum fundum*, *ff. locat. gloſ.* 1. *in l. pen. ff. de uſufruct. legat.*

63 Eodem modo ſi conductor alicujus prædii illud non bene coluit, vel ut ſumptibus, vel ex penſis parceret, tenuit operarios parum practicos, & inexpertos ad fundum colendum, putandam vineam, &c. propter quod prædium fuit deterius redditum ad producendos fructus in tempus futurum, dicitur in culpa, teneturque ad intereſſe locatori. Caroc. *de locato*, *tit. de culpa*, *quæſt.* 6. *in addit. n.* 28. *text. in l. videamus*, §. 1. *verſic. item proſpicere*, *ff. locat.*

64 Si eadem res fuit à domino duobus locata, præfertur ille, qui prius fuit rei locatæ poſſeſſio tradita. Cephal. *conſ.* 718. *n.* 35. *& ſeq. lib.* 5. Gabr. *com. concl. tit. de empt. & vendit. concl.* 2. *n.* 5. Hermoſilh. *tit.* 5. *p.* 5. *l.* 50. *gloſ.* 1. *n.* 3. Gom. *tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 20. *verſic. ſecundo principaliter.* Cov. *lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 8.

Limitatur verò, quando conductor habebat prædium hypothecatum; quia tunc præfertur primus conductor ſecundo habenti poſſeſſionem. Gam. *deciſ.* 130. *n.* 2. & ibi Addit. Hermoſilh. *tom.* 2. *tit.* 5. *p.* 5. *l.* 50 *gloſ.* 1. *n.* 5. tunc enim primus conductor poterit rem locatam avocare ab alio, qui habet poſſeſſionem. Hermoſilh. *ſuprà*, Addit. ad Gam. *ſuprà*, quod idem obſervari debet, quando primus conductor habet poſſeſſionem, ſecundus hypothecam; quia poterit avocare rem à primo, in tali caſû ſemper præfertur, qui habet hypothecam. 65

Locator, ſeu dominus domus habet tacitam hypothecam in bonis à conductore in fundum locatum illatis, aut invectis pro ſua penſione. Neguſ. *de pignor. p.* 2. *memb.* 4. *n.* 128. Begnudel. *tom.* 3. *verbo locatio*, §. 9. *n.* 140. & *verbo Hypotheca*, *n.* 21. *DD. in l. certi juris*, *cod. de locat.* & hoc procedit non ſolùm pro penſione, ſed etiam pro deterioratione rei locatæ, ut nempe etiam res invectæ, & illatæ ſint tacite obligatæ; *text. in l.* 2 *ff. in quibus cauſ pig. tacit. contrah.* Neguſ. *ſuprà n* 128. 66

Hinc locator in rebus invectis, & illatis, quæ pro mercede domus, vel fundi ſunt hypothecatæ, præfertur omnibus creditoribus anterioribus etiam hypothecariis, ex quo domus locata ſit neceſſaria ad illas conſervandas; *text. in l. interdum*, *& ſeq. ff. qui potior. in pignor.* Begnudel. *tom* 1. *verbo Debitor*, §. 5. *n.* 126. *& tom.* 2. *verbo locatio*, §. 9. *n.* 142. 67

Hoc ampliatur primò, quando primus conductor alteri domum ſub dolocaverit, nam tunc bona invecta, & illata etiam à ſecundo conductore ſunt tacitè primo locatori hy- 68

hypothecata, ſicque tacitè obligata etiam ſunt pro obligatione primi conductoris; *text. in l. ſolutum, ff. de pignor. act.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 2. quæſt 67. n. 21.* cum aliis. Begnudel. *ſuprà n. 143.*

69 Ampliatur ſecundò, quòd non ſolùm illata, & invecta ſint pro penſione tacite hypothecata, ſed etiam ipſi fructus in prædio ruſtico nati; *l. ſi in lege, § 1. ff. locat. l. in prædiis, ff. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. contrah.*

70 Si dubitetur utrùm colonus, vel inquilinus ſolverit, vel non pro annis præteritis, dicendum eſt, quòd ſi oſtenderit per ſcedulas, vel apochas locatorias ſolviſſe tribus annis retro proximis; præſumitur omnibus aliis annis jam ſolviſſe, niſi per locatorem contrarium probetur; *text. in l. quicumque, cod. de apochis publicis.* Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 15. n. 66. & ſeq.* Menoch. *lib. 3. præſ. 139.*

Hæc omnia dicta ſuprà in hoc §. reſpectu expellendi, vel non expellendi conductorem, & reſpectu locationis intellige, ut ſuprà in §. 2. *ex n. 3.*

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Colonus partiarius non poteſt levare frumentum ab area, niſi dominus certioretur.*

Si non apparuerit, nec ejus procurator, tunc levare poteſt, facta prius menſura coram duobus teſtibus, ibid.

2 *Aliàs terra per duos arbitros æſtimatur, & duplicatum ſolvet domino, remiſſivè.*

3 *Non ſufficit ſcientia partis, ſed requiritur denuntiatio, remiſſivè.*

4 *Denuntiatio prædicta non ſolùm requiritur tempore elevationis frumenti ab area, ſed ante fructuum collectionem remiſſivè.*

5 *Militat in utroque caſu eadem ratio, remiſſivè.*

6 *Antequam fructus colligantur, denuntiatio fit ob ſterilitatem, aliter denegatur remiſſio, remiſſivè.*

Statuit textus hìc in hoc §. 4. quòd agricolæ, ſeu coloni partiarii non elevent frumentum ab area, niſi certiorato prius domino, vel ejus procuratore, quod ſi nec dominus, nec procurator adſit, tunc jubet textus, quòd frumentum elevent, facta menſura illius, præſentibus duobus teſtibus fide dignis; exornat Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 27. n. 32. & quæſt. 30. n. 16.* 1

Si aliter faciant extrahendo frumentum ab area, non certiorato prius domino, vel ejus procuratore, nec coram duobus teſtibus omni exceptione maioribus, tunc terra æſtimatur per duos arbitros, & arbitratum ſolvent duplicatum domino, vel illi, qui prædium dederit ſine alia pœna criminali, vel civili, ut probatur ex textu, juncto in confirmationem; *text. in l. 2. cod. quando, & quib. quart. pars deb. lib. 10. verſic. ſub aſpectu curialium, & text. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat.* 2

Ad hoc verò non ſufficit ſcientia domini; quia *text. in l. item quæritur in §. exercitu*, denuntiationem requirit, & quando denuntiatio non ſolùm requiritur, ut quid ſciatur, ſed ut aliquid fiat, tunc ſola partis ſcientia non ſufficit. Bart. *in l. denuntiaſſe, §. 1. in fin. ff. de adulter.*, eſt enim tunc denuntiatio incitatoria. Bart. *in l. non ſolum, §. morte, n. 52.* Re- 3

4 Requirit textus denuntiationem prius faciendam domino, vel ejus procuratori ante extractionem frumenti ab area, ut evitetur dolus, & fraus coloni partiarii, ſed ut omnino evitetur, non ſolum requiritur talis denuntiatio tempore elevationis frumenti ab area, ſed etiam ante fructuum collectionem, quæ quidem denuntiatio licet hac lege non caveatur, attamen de jure neceſſaria eſt; ex *textu in l. item quæritur.*, *§. exercitu*, *ff. locat.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 27. ſub n. 32.*

5 Colonus namque non ſolum fraudem, & dolum committere poteſt, quando frumentum eſt in area, ſed etiam ante collectionem, & ideo ſicut requiritur denuntiatio domini ante extractionem frumenti ab area, ita etiam ante collectionem requiritur denuntiatio, ut dominus ſit præſens, vel ejus procurator meſſium collectioni, nequa fraus fiat, & ipſo præſente conſtet de fructuum quantitate; in utroque enim caſu militat eadem ratio; & ubi datur eadem ratio, debet eſſe eadem juris diſpoſitio; *l. illud*, *ff. ad l. Aquil. l. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ff. ad l. Jul. de adulter.* cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* R. *n.* 14.

6 Similis denuntiatio ob ſterilitatem fructuum fieri debet, antequam fructus colligantur, aliàs non eſt locus remiſſioni; fraus enim poteſt fieri ad præjudicium locatoris amovendo aliquos fructus, & hæc eſt generalis praxis noſtri Regni, juxta quam conductor, ante collectionem fructuum, debet adire locatorem, & ei denuntiare ſterilitatem, ut deducto ſibi tantum ſemine, cæteros fructus rei locatæ recipiat, de qua praxi Guerr. *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 47. *&* 48. *& ſeq.* ubi multa videbis.

Ad tit. 46.

Quomodo inter maritum, & uxorem ſua bona communicantur.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Apud nos matrimonium vel contrahitur ſine pacto, vel cum illo, vel conſtituta dote, & arrhis.*

2 *Sine pacto intelligitur contractum per chartam medietatis, & communicantur omnia bona.*

3 *Amplia 1. ut hæreditates, legata, & donationes communicentur.*

4 *Amplia 2. quamvis tempore contracti matrimonii, unus plura, & nulla bona habeat.*

5 *Amplia 3. tam quoad dominium, & poſſeſſionem, quàm ad periculum, & commoditatem.*

6 *Amplia 4. in acquiſitis ab uno conjuge poſt mortem alterius ignoratam.*

7 *Amplia 5. in dote promiſſa, ut certa die ſolvatur, & uxor moriatur ante adventum ſolutionis, remiſſivè.*

8 *Amplia 6. in bonis tempore ſoluti matrimonii, & in aliis quocumque titulo acquiſitis, remiſſivè.*

9 *Amplia 7. in ſecundo matrimonio, licèt extent libri prioris.*

10 *Limita 1. in acquiſitis per uſuram, furtum, & turpi cauſa.*

11 *Limita 2. in muliere 50. habente filios prioris.* Ne-

12 *Neque maritus cum illa.*
Diſpoſitum in uno correlativo trahitur ad alterum, ibid.
13 *Quamvis 50 habeat unicum liberum.*
14 *Licèt poſt conſumatum matrimonium filii mortui ſint, de duabus partibus bonorum non poteſt diſponere.*
15 *Vir quinquagenarius bona communicat, licèt deſcendentes habeat, quando duxit uxorem non quinquagenariam.*
16 *Limita 3. in ſerva nubente cum libero homine; idem in libera contrahente cum ſervo.*
17 *Limita 4. quando matrimonium ſeparatur Judicio Eccleſiæ.*
18 *Limita 5. in maioratibus, emphyteuticis Regiæ Coronæ, & & ſimilibus; ſecus in emphyteuſi perpetua, vel empta conſtante matrimonio.*
19 *Limita 6. facto adulterio ab aliquo conjuge.*
20 *Limita 7. in externo contrahente cum muliere hujus Regni, quando habet animum revertendi ad patriam ſuam.*
21 *Luſitanus ducens exteram cum animo revertendi ad Regnum, illam in dubio duxit ſecundùm conſuetudinem Regni.*
22 *Limita 8. in acquiſitis poſt mortem conjugis ex novis contractibus habentibus originem poſt mortem.*
23 *Limita 9 in acquiſitis ex pecunia hæreditatis per novos contractus poſt mortem conjugis.*
24 *Pacta ſervantur in matrimonio, remiſſivè.*
25 *Contractus partium legem accipiunt.*
Eſt lex privata pactum inter partes, quando non eſt contra bonos mores, ibid.
Turpe non obligat, neque rei impoſſibilis, ibid.
26 *Contra legem, & bonos mores eſt nullius momenti, remiſſivè.*
27 *Dolo initum non valet, & reſcindens dolum probare debet.*

MAtrimonia in noſtra Regno vel contrahuntur ſine ullo pacto, vel cum illo, vel conſtituta dote, & arrhis. Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 2. & *lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 1. Almeid. *num. quinar. cap.* 23. *n.* 1. De primo, & ſecundo modo agitur in hoc textu; de celebrato matrimonio per dotem, & arrhas in titulo ſequenti. 1

Si matrimonium contrahatur ſimpliciter in noſtro Regno, hoc eſt ſine ullo pacto, intelligitur contractum per chartam medietatis, ut probatur ex hoc textu, & omnia bona communicantur inter conjuges. Guerr. *ſuprà n* 2. & *n.* 18. Almeid. *ſuprà n.* 2. Gabr. Per. *deciſ.* 53. *n.* 2. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 95. §. 4. 2

Ampliatur 1. ut inter conjuges celebrantes matrimonium juxta conſuetudinem Regni, & ſine ullo pacto communicentur hæreditates, legata, & donationes. Valaſc. *de part. cap.* 5. *n.* 10. Guerr. *dict tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 21. & 22. cum multis. 3

Ampliatur 2. ut contracto matrimonio, bona conjugum omnia communicentur, & ſoluto æqualiter dividantur, ſive conjuges tempore contracti matrimonii æqualia habeant, ſive non, imò potius unus plura, & alius nulla; quia ſemper communicantur ex *l.* 3. §. *de illo, ff. pro ſoc.* Guerr. *ubi ſuprà n.* 32. ubi plura. 4

Ampliatur 3. ut contracto matrimonio adeo efficiantur omnia bona communia, ut utrinque cenſeantur communicata, tam quoad dominium, & poſſeſſionem, quàm quoad periculum, & commodum, ut cum 5

cum multis Guerr. *ſuprà num.* 36.

6 Ampliatur 4. ut procedat, & habeat locum in bonis acquiſitis à conjuge ex proprio artificio, labore, & induſtria ipſius conjugis, poſt mortem alterius conjugis ignoratam, ut cum multis tradit Guerr. *ſuprà n.* 94. Societas enim, & mandatum non finitur, nec ſolvitur, morte ignorata; *l. actione*, *§. item*, *ff. pro ſoc.* Arouc. *allegat.* 24. *n.* 26.

7 Ampliatur 5. ut ſi dos promiſſa fuerit, quòd ſolvatur certa die, puta ad quinquenium, dividenda eſt inter virum, & uxoris hæredes, licèt uxor ante adventum diei mortua ſit. Valaſc. *conſ.* 3. *n.* 1. & cum multis Guerr. *ſuprà n.* 87.

8 Ampliatur 6 ut non ſolùm communicentur bona inter virum, & uxorem, quæ erant tempore contracti matrimonii, ſed etiam omnia, que fuerint tempore ſoluti matrimonii. Per. *deciſ.* 53. *n.* 3. *&* 4. Guerr. *ſuprà n.* 63. *&* 64. & quæcumque bona tam præſentia, quàm futura, quocumque titulo, tam oneroſo, quàm lucrativo acquiſita, & acquirenda communicantur, ut cum multis Guerr. *ſuprà n.* 65. ubi multa.

9 Ampliatur 7. ut bona inter conjuges communicentur, etiam in ſecundo matrimonio, quamvis adſint liberi prioris. Phœb *deciſ.* 93. *n.* 8. Guerr. *ſuprà n.* 44. Plures ampliationes videre poteris apud eundem Guerr. *ſuprà ex n* 1.

10 Limitatur 1. noſtra Ordinatio, & aſſertio ſuprà, ut non veniant communicanda acquiſita per uſuram, furtum, rapinam, aut aliam turpem cauſam. Duard. *quæſt.* 4. *n.* 22. Felic. *de ſociet. cap.* 12. *n.* 40. Guerr. *ſuprà n* 106.

11 Limitatur 2. in matrimonio contracto cum muliere quinquagenaria, quæ habet filios ex priori matrimonio; tunc enim bona non communicantur. Phœb. 1. *p. deciſ.* 93. *n.* 1. Gam. *deciſ.* 320. *n.* 1. cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 110.

Sic ſimiliter, ſicut mulier quinquagenaria habens deſcendentes bona non communicat cum marito, ita neque maritus cum illa, cum ſit certum correlativorum eandem eſſe rationem, & diſciplinam, & diſpoſitum de uno trahitur ad alterum: *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. cod. de indict. viduit. tollen. l. ſiquis ſervo*, *cod. de furt.* cum aliis Barb. *axiom. jur. lit.* C. *n.* 235. 12

Et hoc procedit, quamvis quinquagenaria unicum habeat deſcendentem; non eſt enim ſine liberis, qui unicum habet; *text. in l. ſine liberis*, *ff. de verb. ſignif.* Per. *promptuar. jurid. verba uxor*, *ſub n.* 282. 13

Extende etiam, ut procedat, licèt liberi poſt contractum, vel conſumatum matrimonium mortui ſint; quia in tali caſu bona pertinent ad hæredes legitimos, ita ut non poſſit mulier de duabus partibus illorum diſponere, neque inter vivos, neque per ultimam voluntatem. Cabed. 1. *p. deciſ.* 114. *n.* 13. Guerr. *ſuprà n.* 118. 14

Diſpoſitio ſuprà non habet locum in viro quinquagenario, qui licèt deſcendentes habeat, bona communicat; vir enim quinquagenarius habilis eſt ad generandum, quamvis mulier non ſit, ex *l. ſi mulier quinquagenaria*, *cod. de legit. hæred.* Cabed. *dict. deciſ.* 114. *n.* 2. cum multis Guerr. *ſuprà n.* 121. *&* 122. Per. *Promptuar jurid. ſub n.* 2082. quod intelligendum eſt, quando vir quinquagenarius uxorem ducit non quinquagenariam. Cabed. *ſuprà proxime.* 15

Limitatur 3. ut non procedat, quando ſerva cum homine libero nupſit; tunc enim cum ſerva bona com- 16

communicare non poſſit cum marito, ita neque maritus illi communicat ex regula correlativorum, juxta quam, quod in uno ex correlativis diſponitur, in altero cenſetur diſpoſitum. Gam. *deciſ.* 320. *n.*4. Cabed. *deciſ.* 150 *n.* 1. Ægid. *in l. ex hoc. jur.* 5. *ff. de juſt. & jur.* 2. *p. cap.* 3. *n.*12. Et hoc idem practicandum eſt, quando mulier libera contraxit matrimonium cum homine ſervo; tradit Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 134.

17 Limitatur 4. ut non procedat, quando matrimonium eſt ſeparatum judicio Eccleſiæ; quia tunc acquiſita per conjuges non communicantur. Per. *in promptuar jurid. verbo matrimonium quoad communicationem*, *n.* 1224. Barb. *in rub. ff. ſolut. matr.* 2. *p. n.* 55. Guerr. *ubi proxime*, *n.* 140.

18 Limitatur 5. ut non procedat in rebus maioratus, emphyteuticis Regiæ Coronæ, & ſimilibus, quæ non communicantur inter virum, & uxorem. Duard. *de ſociet. lib.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 4 *concl.* 2. *n.* 11. & 23. & cum aliis Guerr. *ſuprà n.*142. Aliter dicendum quando emphyteuſis eſt perpetua, vel quando fuerit empta conſtante matrimonio; quia tunc communicatur, & dividenda per æſtimationem; ex Guerr. *ſuprà n.*143. & 144.

19 Limitatur 6. ut non procedat, facto adulterio per aliquem ex conjugibus; tunc enim facit, ne bona communicentur. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 124. & 125. Barb. *in rub. ff. ſolut. matr.* 2 *p. n.* 48. Guerr. cum aliis *ſuprà n.* 149.

20 Limitatur 7. in matrimonio contracto ab externo cum muliere hujus Regni, quando externus ipſe in illo non conſtituit domicilium, ſed habet animum revertendi ad patriam ſuam, qui animus ſufficiens eſt ad hoc, ut domicilium non contrahat, licet per mille annos in eo vivat. Guerr. *dict. tract.* 2. *& lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 155. tunc enim matrimonium contractum non cenſetur in forma conſuetudinis Regni, ſed ſecundum morem ſuæ patriæ. Barb. *in l. exigere dotem*, *n.* 50. & 68. Guerr. *ubi proxime*, *n.* 157.

Unde venit, quòd ſi Luſitanus ducat uxorem exteram cenſetur in dubio illam ducere ſecundum conſuetudinem Regni, quando eam duxit animo revertendi ad Regnum. Garc. *de acquæſtu conjugati*, *n.*140. Guerr. *ſuprà n.* 158. 21

Limitatur 8. ut non communicentur acquiſita poſt mortem conjugis ex novis contractibus, emptionibus, venditionibus, & ſimilibus, qui originem poſt mortem habuerunt. Arouc. *allegat.* 24. *n.* 12. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 96. §. 8 & §. 7. *l. Titium*, & *Mævium*, §. *altero*, *ff. de adminiſtratione tut.* 22

Limitatur 9. quòd non communicentur acquiſita ex pecunia hæreditatis, vel ex fructibus per novos contractus poſt mortem conjugis, ut tradit Arouc. *ſuprà n.* 18. & cum eo Guerr. *ſuprà n.* 164. 23

Quando matrimonium contrahitur cum pacto, tunc pacta ſervari debent, ut probat noſtra *Ord.* Guerr. *dict tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 16. quia pacta appoſita in contractibus regulariter ſunt ſervanda; *l. juris gentium*, *ff. de pact. l.* 1. *ff. depoſit.* §. *ſi conveniat.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 9. 24

Contractus ex conventione partium legem recipiunt; *dict. l.* 1. §. *ſi conveniat*; *ff. de poſit. l. contractus* 25. *ff. de reg. jur.* & pactum inter partes initum lex privata dicitur; *l. legem*, *cod. de pact.* niſi pacta eſſent contra bonos mores. Begnudel. *tom.* 3. *verbo pacta*, §. 3. *n.* 40. pactum enim turpe de re illicita non obligat, neque pactum rei im- 25

impoſſibilis, aut de facto. Beguudel. *ſuprà* Cardoſ. *verbo pactum*, *n.* 13.

26 Pactum contra legem, ſeu contra bonos mores nullius eſt momenti; *l. pacta*, *cod. de pact.* Cardoſ. *ſuprà n.* 12. illicitum, & uſurarium habetur pro non appoſito, & ipſo jure corruit propter reſiſtentiam juris Divini, Naturalis, Canonici, & Civilis. Bich. & Rot. *apud illum deciſ.* 487. *n.* 11.

27 Neque pactum dolo initum valet quo ad dolum, ex *text. in cap. univerſorum de rerum permut. l. adverſus*, *cod. de except. & praeſcript.* & ille, qui vult reſcindere pactum, debet probare dolum; *text. in l. quoties*, §. *qui dolo*, *ff. de probat.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Celebrato matrimonio, ſequuta copula, inter virum, & uxorem bona omnia, lucrum, & damnum communicantur.*

2 *Ut detur communicatio bonorum, matrimonium debet eſſe conſumatum per copulam carnalem.*

Sine prædicta copula non inducitur communicatio, nec eſt locus Ordinationi, ibid.

3 *Debet eſſe poſt celebratum matrimonium, non præcedens, & fornicaria, per quam inter conjuges bona non communicantur.*

4 *Si mulier nuptias contraxerit, ad domum viri deducta moriatur ante copulam, an in hoc caſu bona communicentur? & quid quando matrimonium per momentum duraverit?*

5 *Quid dicendum ſi per uxorem ſteterit quominus per maritum cognoſci poſſit, & propter illam non ſequatur copula, remiſſivè.*

6 *Debita contracta conſtante matrimonio communicantur.*

7 *Non vero contracta ante matrimonium, nec ſit exequutio in bonis illius, qui debita non contraxit, remiſſivè.*

8 *Non habet locum, quando, mortuo marito, mulier ſuſcepit tutelam filiorum, & non præſtita ratione, tranſit ad ſecundas nuptias, remiſſivè.*

Diſponit textus, quòd celebrato matrimonio inter virum, & uxorem per verba de præſenti ad oſtium Eccleſiæ, aut extra de licentia ſuperioris, ſubſequuta carnali copula, inducitur bonorum omnium, & lucri, & damni communicatio; exornat Valaſc. *de part. cap.* 6. *n.* 16. *& cap.* 8. *n.* 33. Barb. 2. *p. rub. ff. ſolut. matrim. n.* 110. *&* 111. 1

Ad prædictam bonorum communicationem neceſſarium eſt ex hac ordinatione, ut matrimonium, poſtquam fuerit celebratum juxta ſupradicta, prius per carnalem copulam ſit conſumatum. Barb. *ubi ſuprà n.* 111. & alter Barb. *ad hanc Ord. n.* 5. Si verò non ſubſequatur copula, tunc bonorum communicatio non inducitur, nec eſt locus huic Ordinationi. Petr. Barb. *ſuprà n.* 111. & patet ex noſtro textu. 2

Copula hæc carnalis, quam Ordinatio hîc requirit, debet eſſe matrimonialis, hoc eſt, debet eſſe poſt celebratum, & non ſufficit copula præcedens matrimonium; quia præcedens matrimonium dicitur fornicaria, & per illam non communicantur bona inter conjuges, ut explicat Cald. Per. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 11. Gam. *deciſ.* 124. *n.* 2. 3

n. 2. Barb. *ad hanc Ord. num.* 6.

4 Quid autem dicendum ſit de muliere, que nuptias contraxit, & ad domum viri deducta moritur ante copulam, an in hoc caſu communicentur bona? Videndus Gam. *deciſ.* 24. *n.* 1 & ejus Addit *ubi* dicit quòd communicentur; quia proprie eſt uxor ſecundum communem uſum loquendi, ſi ipſa uxor fuit deducta ad domum; & hoc idem procedit, ſi matrimonium per momentum duravit, ut tradit Addit. ad Gam. *ſuprà.* Tu cogita.

5 Notandum eſt hîc, quòd ſi per uxorem ſteterit, quominus per maritum cognoſci poſſit, & propter illam non ſequatur copula, perinde habetur quo ad effectum communicationis bonorum in ejus præjudicium, ac ſi cognita eſſet; ſi verò per maritum ſteterit, quominus copula intervenerit, nulla cum eo videtur facta communicatio, ſed imò potius ſi mulieri interſit, in præjudicium mariti matrimonium conſiderabitur eodem modo, ac ſi copula fuiſſet conſumatum. Petr. Barb. *dict.* 2. *p. rubr. ſub n.* 111. *&* *in l.* 2. *p.* 1. *n.* 153.

6 Debita contracta conſtante matrimonio utrumque conjugem reſpiciunt, & communicantur. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 19. *n.* 3. quia damna, & commoda utriuſque ſocio communicantur; *text. in l. ſi non fuerint*, §. *Ariſto*, *ff. pro ſoc.*

7 Debita tamen ante matrimonium contracta non communicantur, ita ut executio fieri non valeat in bonis illius, qui debita non contraxit, ſed tantùm in bonis illius, qui debita contraxit, & immediatè acquiſitorum conſtante matrimonio; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 95. §. 4. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 28. Portug. *de donat. reg* 3. *p. cap.* 26. *n.* 67. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 131. *&* *areſt.* 20. cum aliis Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 1. Maced. *deciſ.* 63. *n.* 1.

Hoc tamen non habet locum, quando mulier, mortuo marito, ſuſcepit tutelam filiorum, tranſitque ad ſecundas nuptias, non præſtitis rationibus, & non-petito tutore; quia tunc fieri poteſt pro debito tutelari executio, etiam in bonis ſecundi mariti, namque cenſentur ad hoc ipſo jure obligata. Mend. *ſuprà* cum *text. in l. ſi mater*, *cod. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacite contrahatur.* 8

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Communicatio inducitur inter virum, & uxorem, quando probatur permanſiſſe in eadem domo, publica voce, & fama viri, & uxoris ſufficienti ad præſumendum matrimonium*

2 *Lucra etiam communicantur in matrimonio putativo.*

3 *Ad hoc neceſſarium eſt interceſſiſe bonam fidem, & ignorantiam impedimenti, & qui illius conſcius fuerit, nihil lucratur.*

4 *Quid ſit putativum matrimonium.*

5 *Putativi matrimonii multa veri, & legitimi privilegia, remiſſivè.*

6 *Maritus non lucratur dotem ex adulterio putativæ uxoris, ſicut ex adulterio veræ.*

7 *Diſſoluto matrimonio vero, dotis dominium jure ipſo in uxorem tranſit; ſecus in putativo.*

8 *In matrimonio putativo non datur communicatio dotis, nec illorum, quæ conjuges habebant ante matrimonium, aliud in vero matrimonio.*

9 *In putativo quando bona fides utriuſque conjugis præceſſit, tantum acquiſita conſtante matrimonio communicantur; non autem, quæ quiſque affert: aliter in matrimonio vero.*

1 ITem illa communicatio inter virum, & uxorem inducitur, licèt non probentur verba de præſenti, ſi probatum fuerit permanſiſſe in eadem domo in publica voce, & fama viri, & uxoris, tanto temporis ſpatio, quod ſufficiat ad præſumendum matrimonium inter eos contractum, ut probatur ex textu hic in §. 2.

2 Lucra etiam communicantur inter conjuges in matrimonio putativo. Petr. Barb. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *fin. n.* 13. Guerr. *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 20. Peg. *for. cap.* 8. *n.* 28. ubi judicatum refert Olea *de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 8.

3 Sed ad hoc neceſſarium eſt, quòd *inter conjuges celebrantes matrimonium putativum interceſſerit* bona fides, & ignoretur impedimentum. Per. *in promptuar. jurid. verbo matrimonium quo ad communicationem bonorum*, *n.* 1217. & 1224. Olea *ſuprà*, ubi qui impedimenti conſcius eſſet, nihil lucraretur.

4 Matrimonium putativum dicitur illud, quod verè contractum eſt, & propriè, ſolemniter, & bona fide apparet, ſed tamen ob aliquod impedimentum contrahi nequit, quod ambo conjuges, vel alter eorum probabiliter ignorabant; *text. in cap. ex tenore qui filii ſint legitimi.* Olea *ſuprà n.* 9. Cancer. 3. *var. cap.* 11. *n.* 105. & *n.* 32.

5 Putativum matrimonium in multis veri, legitimique matrimonii privilegia, & effectus habet, filiique ex eo nati legitimi ſunt; parentibus, & conſanguineis ſuccedunt, & ad feuda, fideicommiſſa, & maioratum admittuntur, licèt expreſsè filii legitimi, & ex legitimo matrimonio fuiſſent vocati, capaceſque ſunt dignitatum, & bonorum ſpiritualium; *cap. venit qui filii ſint legitimi.* Olea *ſuprà n.* 10. Giurb. *gloſ.* 1. *cap.* 1. *n.* 28. Cancer. *ſuprà n.* 106. & & 107.

6 Maritus putativus dotem non lucratur ex adulterio putativæ uxoris, ſicut lucratur ex adulterio veræ; *gloſ. in l. conſenſu*, §. *vir quoque, cod. de repud.* Petr. Barb. *in l. ſi cum dotem*, §. *fin. n.* 19. *ff. ſolut. matr.*

7 Diſſoluto matrimonio vero, dominium dotis ipſo jure in uxorem tranſit; *l. in rebus, cod. de jur. dot. DD. in l. ſi cum dotem*, §. *fin. ff. ſolut. matr.* ſeparato autem putativo, ſecus eſt; *l.* 1. *ff. de uſu fruct. quemad. caveat.*

8 Unde juxta ſupradicta in matrimonio putativo non datur communicatio dotis, & illorum, quæ alter conjugum habebat ante celebratum matrimonium; in matrimonio vero datur non ſolùm communicatio dotis, & omnium bonorum, quæ conjuges habebant tempore contracti matrimonii, ſed etiam omnium acquiſitorum poſt celebratum; ad quòd ſufficiens eſt, quod probetur permanſiſſe in eadem domo publica voce, & fama viri, & uxoris tanto temporis ſpatio, quod præſumatur inter conjuges contractum matrimonium, ut probatur ex noſtro textu.

9 Clarius in matrimonio putativo, ſi utriuſque conjugis bona fides præceſſerit, communicantur tantùm lucra acquiſita conſtante matrimonio, non autem bona, quæ quis affert, ſed in ſolidum ei conjugi, cujus fuerint, cognito impedimento integre reſtitui debent, ut dicit Barb. *ad* §. 1. *hujus tituli ſub n.* 2. ſe-

cus

cus in matrimonio vero; quia in illo omnia bona inter conjuges communicantur, tam illa, quæ quiſque affert, quàm alia acquiſita conſtante matrimonio.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Quando vir aut uxor condemnantur pro crimine hæreſis, bona ſua confiſcantur habita tempore contractus matrimonii, ac ſi uterque eſſet catholicus.*

2 *Limita, ut hic, remiſſivè.*

3 *In crimine hæreſis bona hæretici fiſco applicantur.*

4 *In terris Eccleſiæ fiſco Eccleſiæ applicantur, in terris Imperii, Regis, vel Principis ſecularis fiſco ſeculari.*

5 *Hæretici impenitentes traduntur ſeculari Judici, licèt clerici ſint, ſed prius ab ordinibus, & beneficiis privantur*

6 *Quomodo degradatio clerici ſit facienda.*

7 *Judex Eccleſiaſticus cognoſcens de crimine hæreſis, an poſſit condemnare hæreticum ad pœnam ignis?*

8 *Secularis Judex, illi tradito hæretico, tenetur condemnare hæreticum ad ignem, nec proceſſum petere poteſt ad videndum an bene judicatum à judice Eccleſiaſtico declarante hæreticum.*

9 *Secularis Judex in cauſa hæreſis eſt merus executor, de proceſſu, ſententia mandato Inquiſitorum, & crimine hæreſis cognoſcere non poteſt.*

10 *Requiſitus à Judice Eccleſiaſtico ſi noluerit ſuam ſententiam exequi, compellitur per cenſuras Eccleſiaſticas ad exequendum, & contra eum inquiri poteſt uti hæreticorum fautorem.*

11 *Differre non poteſt ſententiæ executionem latæ contra hæreticum, prætextu, quod ſit injuſta, nec ſe intromittere in cognitione cauſarum hæreticalium.*

12 *Bonà contrahentium matrimonium inceſtuoſum non communicantur, ſed applicantur fiſco; aliter conſequuta diſpenſatione.*

Collige ex hoc textu, quòd quando vir, aut uxor pro crimine hæreſis condemnatur, bonaque ſua applicantur fiſco, in tali caſu inter ſe communicant omnia bona habita tempore contractus matrimonii, perinde ac ſi uterque eſſet catholicus, ut patet ex hoc textu in §. 3. 1

Quod limitatur in cæteris criminibus commiſſis ante contractum matrimonium; quia in bonis uxoris non poteſt fieri executio propter delictum mariti commiſſum ante matrimonium. Cabed. 1. *p. areſt.* 20. 2

Propter crimen hæreſis hæretici bona confiſcantur, & applicantur fiſco; *Ord. lib.* 5. *tit.* 1. *in princip. l. Manichæus, cod. de hæret.* Auguſt. Barb. *ad text in cap. ſecundum* 19. *n.* 3. *de Hæret. & ad text. in cap. vergentis* 10. *tit.* 7. *de Hæret. n.* 1. 2. *&* 3. 3

Hæc bona hæreticorum in terris Eccleſiæ fiſco Eccleſiæ applicantur, in terris Imperii, ſeu Regis, vel Principis ſecularis applicantur fiſco ſeculari, ex *text. in cap. excommunicamus*, §. *damnati de Hæret.* Cardoſ. *verbo Hæreticus, n.* 12. Auguſt. Barb. *ſuprà ad text. in cap. vergentis* 10. *tit.* 7. *de Hæret. n.* 1. 4

Hæ-

5 Hæretici impenitentes, & pertinaces in errore tradendi ſunt Judici ſeculari; & ſi clerici ſunt, prius degradantur ab ordinibus, & omnibus beneficiis privantur; *cap. ut commiſſi*, *cap. pen. de hæret. in* 6. Farin. *de hæreſi*, *quæſt.* 196. *n.* 4. Caren. *de offic. inquiſit. p.* 2. *tit.* 6. §. 3. Gonzal. *lib.* 5. *decret. tit.* 7. *cap.* 9. *n.* 9. Cardoſ. *verbo Hæreticus*, *n.* 16.

6 In qua forma facienda ſit degratio Clerici, ut tradatur Curiæ ſeculari; tradit *text. in cap. ad abolendam de Hæret. cap. novimus de verb. ſignif. cap.* 2. *de pœn. lib.* 6. cum quibus Cardoſ. *verbo clericus*, *n.* 106.

7 Eccleſiaſticus tamen Judex, qui cognoſcit de crimine hæreſis, non condemnat hæreticum ad pœnam ignis, ne irregularitatem incidat, ſed tantummodo declarat reum eſſe hæreticum, tuncque illum judici ſeculari puniendum remittit, proteſtans, ne illi mortem ſanguinis infligat, quod obſervatur in praxi, ut Cardoſ. *verbo Hæreticus*, *n.* 17.

8 Et tunc Judex ſecularis ſtatim ſine ulla mora, tradito illi hæretico, tenetur illum condemnare ad pœnam ignis, nec poteſt petere proceſſum ad videndum, an bene judicatum fuiſſet à judice Eccleſiaſtico declarante illum hæreticum; *cap. inquiſitionis*, § *utquæ de hæret. lib.* 6. *& cap. excommunicamus* 2. §. *damnati de hæret.* cum multis Cardoſ. *verbo Hæreticus*, *n.* 17.

9 Judex enim ſecularis in cauſa hæreſis eſt merus executor, nec de proceſſu, nec de ſententia, aut mandato Inquiſitorum, nec de crimine hæreſis, propter quod ei remittitur puniendus, cognoſcere poteſt. Farin. *de hæreſi*, *quæſt.* 186. *n.* 165. Auguſt. Barb. *lib.* 5. *decret. ad text. in cap. excommunicamus* 13. *tit.* 7. *de Hæret. ſub n.* 3. cum multis aliis.

In caſu præſenti ſi Judex ſecularis requiſitus à Judice Eccleſiaſtico noluerit ſententiam ſuam exequi, poteſt ab eodem Eccleſiaſtico compelli ad exequendam illam, quod fieri poteſt per cenſuram Eccleſiaſticam, privationem officii, & poteſt etiam contra ipſum Judicem inquiri uti hæreticorum fautorem. Farin. *de hæreſ. quæſt.* 186. §. 9. *n.* 163. 10

Judices enim ſeculares, & officiales non poſſunt differre ſententiæ executionem à Judice Eccleſiaſtico latæ contra hæreticum ſub prætextu, quòd injuſta ſit, & quòd propterea proceſſum videre volunt; quia nullo pacto poſſunt ſe intromittere in hæreticalium cauſarum cognitione Farin. *ſuprà n.* 165. 11

Adverte, quòd contracto matrimonio cum cognatis, vel affinibus, cum ſit matrimonium inceſtuoſum, non communicantur bona inter contrahentes, ſed imò potius applicantur fiſco; *Ord. lib.* 2. *tit.* 2. §. 22. Portug. *p* 3. *cap.* 35. *per tot.* Guerr. *de diviſ. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 169. quod ego intelligo, quando non conſequitur diſpenſatio Summi Pontificis; quia illa conſequuta, tunc locum non habet confiſcatio. 12

Ad tit. 47.

De Arrhis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonio contracto non per conſuetudinem, & legem Regni, ſed per dotem, & arrhas, promiſſio tertiam partem dotis, quam*

quam mulier traxerit, excedere non poteſt.

2 *Ampliatio prima, remiſſivè.*

3 *Ampliatio ſecunda, remiſſivè.*

4 *Ampliatio tertia, remiſſivè.*

5 *Ampliatio quarta, remiſſivè.*

6 *Ampliatio quinta, remiſſivè.*

7 *Limitatio prima, ut arrhæ non debeantur ſine pacto, & promiſſione.*

8 *Limitatio ſecunda, ut ſponſalitium in præmium virginitatis mulier corrupta non lucretur, nec in foro conſcientiæ petere, nec retinere poteſt.*

9 *Limitatio tertia, quòd arrhæ non debeantur non ſequuto matrimonio.*

Donatio inter ſponſos intelligitur ſub conditione, ſi matrimonium ſequatur, ibid.

10 *An mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias intra annum luctus, vel ad fornicationem debeantur arrhæ, vel illas perdat?*

11 *Promiſſum ultra quantitatem à lege taxatam eſt invalidum, & nullius momenti, remiſſivè.*

12 *Dos in fraudem creditorum ſuſtineri non poteſt.*

1 STatur in hac lege, quòd quando matrimonium contrahitur non per conſuetudinem, & legem Regni, per quam maritus, & uxor omnia bona inter ſe communicant, ſed per contractum dotis, & arrhæ poterit quiſque promittere, vel donare mulieri quantitatem, quam voluerit in certis bonis mobilibus, vel immobilibus; ita taliter, quod talis promiſſio, vel donatio arrharum tertiam partem dotis, quam mulier traxerit, non excedat. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 177. *n.* 1. *& deciſ.* 183. *n.* 2. Valaſç. *de part. cap.* 23. *n.* 10. Arouc. *allegat.* 71. *n.* 6.

Ampliatur 1. diſpoſitio noſtri textus, ut validum ſit pactum, ſeu promiſſio arrharum futuræ uxoris facta, quòd mulier pro arrhis promiſſis, ſeu dotatis habeat tacitam hypothecam in bonis promittentis, ſed non habet jus prælationis, ubi exiſtunt aliæ expreſſæ anteriores hypothecæ. Petr. Barb. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr. p.* 6. *n.* 16. Valaſc. *conſ.* 16. *n. fin.* Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 6. *n.* 61. & cum his, & aliis Guerr. *tract. de diviſ. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 8. 2

Ampliatur 2. quòd adeo validum eſt dictum pactum, ut non ſolùm poſſit vir promittere arrhas uxori, ſed etiam uxor viro, cum multis Guerr. *ſuprà proximè*, *n.* 34. quæ quidem promiſſio viduis fieri valet; tradit Guerr. *ſuprà n.* 32. 3

Ampliatur 3. quod ad eo validum eſt tale pactum, quod ſi vir, conſtante matrimonio, arrhas, ſeu donationem propter nuptias alienaverit, in uxoris præjudicium, conſentiente uxore, non valet alienatio, niſi ſuperſint viro alia bona æquivalentia, aliter mulieri contra poſſeſſores actio competit. Cald. *lib.* 2. *for. cap.* 18. *n.* 57. Guerr. *ſuprà n.* 33. 4

Ampliatur 4. ut valeat pactum, quòd dominium donationum propter nuptias, ſeu arrharum tranſeat in uxorem, etiam conſtante matrimonio; Guerr. *ſuprà* cum aliis, *n.* 45. 5

Ampliatur 5. quòd ſicut mulier poteſt impedire executionem, quæ fit contra maritum in dotabilibus rebus, ita etiam poteſt impedire executionem, quæ fit contra maritum in rebus, quæ ſibi datæ fuerunt, ſed non cum prælatione, ut jam dixi; tradit Guerr. *ſuprà* cum aliis, *n.* 50. 6

Supra poſita diſpoſitio noſtri textus limitatur primò, ut arrhæ non debeantur ſine pacto, & promiſſione 7

ne illarum. Fontanel. *de pact. nupt. t. 2 clauſul. 7. gloſ. 1. p. 1. n.* 16. ſponſalitium enim non eſt certum ex ſe, ſed prout erit pactum in capitulis matrimonialibus. Fontanel. *ſuprà n.* 21.

8 Limitatur 2. ut ſponſalitium datum in præmium virginitatis, non lucretur mulier corrupta, nec in foro conſcientiæ ſponſalitium petere, nec retinere poteſt. Fontanel. *ubi ſuprà n.* 26. Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 53. *&* 54.

9 Limitatur 3. quòd non debeantur arrhæ non ſequuto matrimonio; nam in donationibus factis inter ſponſos ſubintelligitur conditio, ſi matrimonium ſequatur; *gloſ. in l. cum veterum, cod. de donat. ante nupt.* Barb. *in l. ſi ante* 6. *ff. ſolut. matr. n.* 10. *in fin.* Plures limitationes ſi velis, conſule Guerr. *ubi ſuprà dict. tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *ex n.* 51.

10 Quæritur: an mulieri, quæ tranſivit ad ſecundas nuptias intra annum luctus, vel ad fornicationem, debeantur arrhæ, vel illas perdat? Reſpondetur illi deberi, & non illas perdere. Fontanel. *tom.* 2. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 1. *p.* 1. *n.* 78. *&* 81. ubi rationem præſtat.

11 Probatur etiam ex noſtro textu, quòd in hoc Regno non debeantur arrhæ ultra tertiam partem dotis mulieris, & quidquid ultra quantitatem à lege taxatam promittitur, invalidum eſt, & nullius momenti. Valaſc. *de part. cap.* 23. *n.* 10. Portug. *de donat. Reg. prælud* 2. §. 6. *n.* 5. *&* 6. In Regno vero Hiſpaniæ promiſſio arrharum non poteſt excedere ultra decimam partem bonorum donantis; *l.* 1. *tit. de las arrhas, lib.* 5. *novæ recopilationis.*

12 Neque dos in fraudem creditorum ſuſtineri poteſt; *l. ait prætor*, §. *ſi cum mulier, ff. quæ in fraud. creditor. l. omnes*, §. *ſi vir, ff. eod. l.* 2. *cod. eod. l. cum patrem* 6. *cod. de privileg. fiſc.* Arouc. *allegat.* 71. *n.* 21.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Maritus habens filios ex priori matrimonio, & ſecundo nubens non poteſt facere arrharum donationem excedentem tertiam partem bonorum, quæ poſſidet tempore donationis, remiſſivè.*

2 *Ratio legis, remiſſivè.*
Factum contra jus habetur pro non facto, ibid. remiſſivè.

3 *Diſpoſitio legis procedit etiam in eo, qui non habet filios, ſed patrem, vel matrem, remiſſivè. & n.* 4.

5 *Si fiat præjudicium parentum, ac filiorum legitimis datur actio ad ſupplementum.*

6 *Legitima debetur tam parentibus, quàm liberis.*
A pari procedunt, ibid.

7 *Tertia deducitur de tertia mariti, non de cumulo omnium bonorum.*

8 *Quando erat celebs nec deſcendentes, aut aſcendentes habebat, deducitur ex univerſa parte mariti, non ex toto acervo.*

9 *Bona uxoris dotalia non confiſcantur propter crimen læſæ mageſtatis; aliter quando particeps fuerit talis delicti.*

10 *Arrhæ non debentur, dote non ſoluta, & nihil mulier percipere poteſt ex bonis mariti.*

11 *Neque totæ, niſi tota ſolvatur dos.*
Maritus hactenus adimplere debet, quatenus pars dotis fuerit ſoluta.

Ar-

12 *Arrhæ promiſſæ à filio familias ſine conſenſu patris non debentur.*

13 *Dotes quantitatem duodecim mille regalium non excedunt.*

1 EX hac ordinatione manifeſtè colligitur, quòd ſiquis ex præmortua uxore filios, vel alios deſcendentes habuerit, & ſecundo nupſerit, non poterit ſecundæ uxori conſtituere donationem arrharum excedentem tertiam partem bonorum, quæ tunc temporis habet. Phœb. 1. *p. deciſ.* 71. *n.* 1. Valaſc. *de part. cap.* 23. *n.* 10. Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 6. *n* 37. Per. *deciſ.* 100. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 7. *cap.* 7. *n* 99.

2 Rationem præſtat Ord. noſtra, ne per arrharum promiſſionem legitimis filiorum præjudicium fieret, quod lex abhorret. Phœb *ſuprà n.* 2. ideoque arrharum promiſſio ultra tertiam partem bonorum erit nullius momenti, ac ſi facta non eſſet; factum enim contra jus pro non facto habetur; *l. Jubemus*, *cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Barboſ. *axiom. jur. lit.* F. *n.* 81.

3 Diſpoſitio prædictæ Ordinationis locum etiam habet in eo, qui tempore promiſſionis arrharum non filios, ſed matrem, vel patrem habuerit; quia in hoc caſu arrharum promiſſio ultra tertiam bonorum eſt invalida, eodem modo, ac ſi filios ex primo matrimonio habuiſſet. Phœb. *dict. deciſ.* 71. *n.* 4. 5. & 6. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 65 §. 3. Per. *deciſ.* 100.

4 Unde arrhæ promitti non poſſunt ultra tertiam bonorum, licèt qui promittit tempore promiſſionis filios non habeat, ſed matrem, vel patrem: quia lex, quæ id prohibet reſpectu filiorum, quibus fit præjudicium, procedit etiam reſpectu matris, aut patris. Per. *dict. deciſ.* 100. *n.* 1.

Si verò de facto per promiſſionem arrharum fiat præjudicium parentum, ac liberorum legitimis; competit adverſus dictam promiſſionem actio ad ſupplementum; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 65. §. 3. Phœb. *dict.* 1. *p. deciſ.* 71. *n.* 6. & 7. 5

Legitima enim non minus parentibus, quàm liberis debetur, ex *text. in l Nam, & ſi parentibus, ff. de inofficios teſtam.* quia legitima parentum, & filiorum in hoc caſu appari procedunt; probat Phœb. *ſuprà n.* 11. 6

Tertia, de qua hìc, deducenda eſt de tertia mariti promiſſoris, non autem de cumulo omnium bonorum. Gam. *deciſ.* 370. *n* 4. Valaſc. *de part. cap* 23. *n.* 8. 7

Si maritus, qui arrhas promiſit, celebs erat, vel deſcendentes, aut aſcendentes non habebat, tertia deducitur ex univerſa parte mariti defuncti, tam ex capitali, quàm ex medietate bonorum, non autem ex toto acervo. Valaſc. *de part. dict. cap.* 23. *n.* 8. Portug. *prælud.* 2. §. 6. *n.* 37. 8

Notandum, quòd bona uxoris dotalia nullo modo confiſcari poſſunt propter crimen læſæ majeſtatis; *Ord. lib.* 5. *tit.* 6. §. 20. Cabed. 1. *p. deciſ.* 183. *n.* 8. quando verò mulier particeps fuerit talis delicti, tunc bona ejus confiſcantur; *Ord. ſuprà verſic. Salvo ſe ella, &c.* 9

Notandum iterum, quòd nullæ arrhæ debeantur, licèt promiſſæ in capitulis matrimonialibus, quando nulla dos conſtituta fuit, uxor enim, quæ nihil ex dote viro præſtitit, nihil ipſa, mortuo virò, percipere debet ex bonis illius. Cancer. 1. *var. cap.* 9. *n.* 146. *auth. ſed quæ, cod. de pact. convent.* ubi Barb. *n* 1. Per. *in promptuar. jur. verbo Arrhæ*, *ſub n.* 64. & 65. cum 10

multis aliis Guerr. *tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 85.

11 Sicut neque totæ arrhæ debentur, niſi tota dos fuerit ſoluta, nam arrharum promiſſionem maritus, vel ejus hæres hactenus adimplere debet, quatenus pars dotis fuerit ſoluta, & reſpectu quantitatis dotis ſolutæ, & non ultra. Gam. *deciſ.* 370. *n.*2. Cabed. 1. *deciſ.* 177. *n.* 2. *&* 3. Per. *in promptuar. jur. verbo Arrhæ*, *n.* 64. cum multis aliis Guerr. *ſuprà n.* 87.

12 Neque arrhæ promiſſæ à filio familias abſque conſenſu patris debentur, ut cum Portug. *prælud.* 2. §. 6. *n.*57. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verbo læſis*, *n.*152. tradit Guerr. *ubi ſuprà n.* 90. cum aliis.

13 Adverte hîc dotes excedere non poſſe quantitatem duodecim mille regalium, id eſt *a quantia de dozè mil cruzados*, abſque legitimis, & hæreditatibus, ut diſponit *extravag.* 14. *Auguſti* 1645.

Ad tit. 48.

Quod maritus bona immobilia ſine conſenſu uxoris alienare non poſſit.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Maritus alienare non poteſt bona immobilia ſine conſenſu uxoris, ſive matrimonium contrahatur per chartam medietatis, ſive per dotem, & arrhas.*

2 *Conſenſus non ſufficit tacitus, ſed expreſſus requiritur.*

3 *Probari debet per ſcripturam; aliàs venditio, ſeu alienatio erit nulla.*

4 *Conſenſus requiſitus à lege præſumitur, quando mulier tacet per decem annos poſt alienationem, remiſſivè.*

5 *Ampliatio prima, remiſſivè.*

6 *Ampliatio ſecunda, remiſſivè.*

7 *Ampliatio tertia, remiſſivè.*

8 *Ampliatio quarta, remiſſivè.*

9 *Ampliatio quinta, remiſſivè.*

10 *Ampliatio ſexta, remiſſivè.*

11 *Ampliatio ſeptima, remiſſivè.*

12 *Ampliatio octava, remiſſivè.*

13 *Ampliatio nona, remiſſivè.*

14 *Ampliatio decima, remiſſivè.*

15 *Ampliatio undecima, remiſſivè.*

16 *Ampliatio duodecima, remiſſivè.*

17 *Limitatio prima, remiſſivè.*

18 *Limitatio ſecunda, remiſſivè.*

19 *Limitatio tertia, remiſſivè.*

20 *In hoc Regno non renuntiantur officia ſine licentia Regis; aliàs non valebit.*

21 *Licentia ad renuntiandum obtenta, renuntiatio fieri poteſt, non venditio, nec per renuntiationem pecunia recipi.*

22 *Donatarii conferre, & providere poſſunt officia ſine confirmatione Regis, quando facultas conferendi conceditur in donationibus, remiſſivè.*

23 *Non poſſunt renuntiationes admittere inconſulto Principe, à cujus voluntate pendent.*

24 *Renuntiatio apud ſuperiorem fit; ſi coram inferiore fiat, nulliter fit.*

25 *Limitatio quarta, remiſſivè.*

26 *Limitatio quinta, remiſſivè.*

27 *Limitatio ſexta, remiſſivè.*

28 *Limitatio ſeptima, remiſſivè.*

29 *Limitatio octava, remiſſivè.*

30 *Qui poteſt alienare, in judicio poteſt ſtare.*

STatuitur in hac lege, quòd maritus bona immobilia alienare non poteſt ſine conſenſu uxoris, ne- 1

neque bona, in quibus quilibet uſum fructum habeat, ſive matrimonium ſit contractum per chartam medietatis ſecundum conſuetudinem Regni, ſive per dotem, & arrhas. Cald. *de empt. cap.* 8. *n.* 7. *&* 22. *& ad l. ſi curatorem verbo cum non ab ſimilis*, *n.* 33. Cardoſ. *verbo Maritus*, *n.* 23. Guerr. cum multis aliis *tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 4. Cabed. 1 *p. deciſ.* 109. *n.* 1.

2 Et iſte conſenſus uxoris ad alienationem bonorum immobilium non ſufficit tacitus, ſed omnino requiritur expreſſus, ut patet ex noſtro textu. Gam. *deciſ.* 168. *in principio* Guerr. *ubi ſuprà n.* 5.

3 Qui quidem conſenſus probari non poteſt, niſi per ſcripturam publicam; & ſi contrarium ſequatur, talis venditio, vel alienatio erit nulla, & nullius effectus, ut patet ex noſtro textu. Reinoſ. *obſerv.* 45. *n.* 27.

4 Et juxta diſpoſitionem noſtri textus, nemo admittitur ad probandum conſenſum tacitum, ſed expreſſum; qui conſenſus requiſitus à lege, & in ſcriptura expreſſus præſumitur, ſi mulier poſt alienationem taceat per decem annos, vel plures. Guerr. *ubi ſuprà n.* 6. Gam. *deciſ.* 270. *n.* 3. uti teſtatur de communi opinione.

5 Ampliatur 1. aſſertio, ſive diſpoſitio noſtræ Ordinationis, ut habeat locum in permutatione; prohibitus enim vendere permutare non poteſt; quia in venditione, & permutatione eadem prohibitionis ratio habet locum. Cald. *de empt. cap.* 8. *n.* 26. Guerr. *proxime n.* 8.

6 Ampliatur 2. in tranſactione, ſi rem immobilem demittit. Cald. *de extinct. emphyt. cap.* 9. *n.* 36. quod etiam locum habet in diviſione. Gam. *deciſ.* 300. *n.* 4. Guerr. *ſuprà n.* 11. quia prohibitus vendere, prohibitus dividere cenſetur. Guerr. *proxime*, *n.* 12.

Ampliatur 3. ut locum habeat in hypotheca; quia prohibitus alienare, hypothecare, & obligare, prohibitus cenſetur; *l. ult. cod. de reb. alien. non alien.* & cum multis Guerr. *ſuprà n.* 14. 7

Ampliatur 4. in datione in ſolutum, quæ emptioni, & venditioni æquiparatur. Maſcard. *de probat. concl.* 1142. *n.* 14. Barb. *ad principium hujus tituli cum multis*, *n.* 4. quod idem procedit, & habet locum in confeſſione facta per maritum in præjudicium uxoris, quæ quidem confeſſio fieri non poteſt abſque conſenſu uxoris. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verbo cum non ab ſimilis*, *cod. de reſtit. in integr. n.* 46. Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 16. 8

Ampliatur 5. ut locum habeat in compromiſſo Barb *ad hanc Ord. n.* 9. cum aliis Guerr. *proxime*, *n.* 17. ſicut etiam in diſtractu; Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 12. *n.* 10. ſolemnitas enim, quæ in contractu requiritur, in diſtractu ſimul requiritur. Guerr. *ſuprà n.* 18. 9

Ampliatur 6. in locatione ultra decem annos facta; Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 29. *n.* 12. *& conſ.* 83. *n.* 17. quod locum etiam habet in annuis redditibus, qui inter immobilia connumerantur. Guerr *proxime n.* 20. 10

Ampliatur 7. in actionibus ad immobilia, quæ inter immobilia connumerantur. Barb. *ad hanc Ord. n.* 15. cum multis aliis; ſicut etiam in pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum tradit Guerr. *ſuprà n.* 23. 11

Ampliatur 8. cum maiori ratione in rebus dotalibus, quas maritus vendere non poteſt, etiam de conſenſu uxoris, ex *l. unic.* §. *& cum res*, *cod. de rei uxoriæ act.* 12

Barb. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr.* 5. *p. n.* 4. Auguſt. Barb. *in l.* 1. *cod. de fund. dotal. n.* 5. Cardoſ. *verbo Maritus*, *n.* 21.

13 Subampliatur 9. adeo eſſe invalidam alienationem rerum dotalium, ut poſſit maritus adhuc conſtante matrimonio res per ſe, vel per uxorem alienatas ab emptore vendicare, & recuperare, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8. *Guerr. ſuprà n.* 34.

14 Ampliatur 10. ut fundus, ſeu res dotales non ſolùm alienari, ſed nec ad longum tempus colonis irrevocabiliter concedi minime poſſint. Barb. *in l.* 1. *cod. de fund. dotal.* Cald. *de extinct. cap.* 4. *n.* 45.

15 Ampliatur 11. quòd neque vir, neque uxor ſuper rebus immobilibus poſſint in judicio litigare ſine mandato utriuſque. Phœb. *deciſ.* 62. *n.* 8. Cald. *de empt. cap.* 1. *n.* 9.

16 Ampliatur 12. ut neque vir, neque uxor poſſint donare abſque conſenſu utriuſque; quia ſocii bonorum omnium in hoc Regno reputantur, & ad ſimilitudinem ſociorum omnium bonorum regulantur, & ſocii omnium bonorum non poſſunt alienare ſine voluntate ſocii. Guerr. *ſuprà n.* 58.

17 Limitatur 1. noſtra aſſertio, ut non procedat, quando mulier fuerit furioſa, vel incapax ad præſtandum conſenſum; tunc enim, cauſa cognita à judice, poteſt maritus de licentia judicis immobilia vendere. Barb. *ad hanc Ord. n.* 24. Petr. Barb. *in l.* 2. §. *fin. ff. ſolut. matr. n.* 25. & 26.

18 Limitatur 2. quòd non procedat, nec locum habeat, quando mulier conſentire recuſat alienationi, & judex examinata cauſa negationis, injuſtam illam judicaverit, & viro ad alienandum licentiam præſtiterit. Olea *tit.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 21. Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 84.

Limitatur 3. ut non procedat, 19
nec habeat locum in venditione, ſeu renuntiatione officii, quod vendere, & renuntiare poteſt maritus ſine conſenſu uxoris, habita Regis licentia, ut patet ex verbis ultimis noſtræ legis. Cabed. 2. *p. deciſ.* 24. Barb. *ad hanc Ord. n.* 28.

Officia publica in noſtro Regno 20
renuntiari non poſſunt ſine licentia Regis; Cabed. *ſuprà n.* 5. Reinoſ. *obſerv* 5. *n.* 27. *Ord. lib.* 1. *tit.* 95. *in princip.* aliàs renuntiatio facta abſque licentia nihil valet, & conſequenter renuntians non amittit jus, neque poſſeſſionem; tradit idem Cabed. *ſuprà n.* 6.

Facultate tamen à Rege habita 21
ad renuntiandum officium, fieri poterit renuntiatio, dummodo Regi, ſeu Principi idoneus præſentetur; ſed per talem facultatem vendere non poterit; quia hæc prorſus ſunt ſeparata; nec etiam poterit propter talem renuntiationem pecuniam recipere, ut tradit Cabed. *proxime n.* 7.

Donatarii, & domini terrarum 22
conferre, & providere poſſunt officia abſque confirmatione Regia, ſi facultas conferendi, & providendi conceſſa ſit in ſuis donationibus; *Ord. lib.* 2. *tit.* 45. §. 23. ſed non poſſunt in ipſis officiis per ſe proviſos privare, & reſtituere, imò oportet, ut iſta privatio fiat per ſententiam confirmatam in ſuperiori inſtantia, ut patet ex *dict. Ord. ſuprà* Reinoſ. *obſerv.* 5. *n* 36.

Sed domini iſti terrarum, & 23
nobiles, quibus ex privilegio, vel donationibus Regiis competit conferre officia, non poſſunt, inconſulto Principe, ipſorum renuntiationes admittere. Reinoſ. *obſerv. ſuprà n.* 20. quia in officiis generale eſt renuntiationem pendere à voluntate,

& po-

& poteſtate ſuperioris. Maſcard. *de probat. concl.* 1395. *n.* 11. Reinoſ. *ſuprà n.* 21.

24 Unde renuntiatio apud ſuperiorem, & in ejus manibus fieri debet, & facta coram inferiori irrita eſt; Reinoſ. *ubi ſuprà n.* 22. ſolùm enim Regi tanquam ſuperiori hujuſmodi renuntiationes reſervantur; idem Reinoſ. *n.* 27. & faciunt, quæ ſuprà diximus, *n.* 20. Cabed. 2. *p. deciſ.* 91. *n.* 4.

25 Limitatur 4 quando alienatio fit ex cauſa neceſſaria; quia alienatio neceſſaria non continetur in prohibitione alienationis; *l. mariti* 2. *cod. de fund. dotal.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 12. *&* 13. *& n.* 15. *ad l.* 1. *cod. eod.* ſolùmque prohibita eſt voluntaria alienatio, non verò neceſſaria. Giurb. *ad conſuetudinem Meſſan. cap.* 14. *gloſ.* 6. *n.* 1.

26 Limitatur 5. ut non habeat locum, quando aliqua bona ſunt donata, aut legata viro conditione, ut contradicente uxore, de illis diſponere poſſit; tunc enim poterit maritus res immobiles alienare ſine conſenſu uxoris; quia unuſquiſque ſuis rebus legem imponere poteſt; *l.* 2. *cod. de donat. quæ ſub modo fiunt.* Phœb. 2. *p. deciſ.* 107. *n.* 5. ubi de muliere agit.

27 Limitatur 6. quòd non habeat locum, quando matrimonium fuerit ſeparatum judicio Eccleſiæ, ac bona diviſa; quia tunc tam vir, quàm uxor tam mobilia, quàm immobilia diſtrahere poſſunt ſine conſenſu alterius. Per. *in promptuar. jur. verbo uxor*, *n.* 2086. Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 101.

28 Limitatur 7. quando maritus eſt abſens, & abſentia ſit diu duratura; quia tunc poterit agere, & contrahere mulier ſine conſenſu mariti tam quoad mobilia, quàm ad immobilia; tradit cum multis Guerr. *proxime n.* 114. Cabed. 1. *p. deciſ.* 106. *n.* 5. Reinoſ. *obſerv.* 28. *n.* 18. Barb. *in l. ſi longius* 18. §. *ſi filius famil. ff. de judic. n.* 46.

Limitatur 8. ut non procedat in electione, ſeu nominatione emphyteuſis, vel maioratus nominationis, quam vir, & uxor ſine conſenſu alterius facere poſſunt, dummodò uſumfructum reſervent pro tempore vitæ ſuæ. Cald. *de nominat. q.* 18. *n.* 10. Additionat. ad Reinoſ. *obſerv.* 28. *ad n.* 13. 29

Nota hic, quòd ille, qui poteſt alienare, poteſt etiam ſtare in judicio; & è converſo, qui non poteſt ſtare in judicio non poteſt alienare; *l.* 1. *cod. de bon. matern.* cum aliis jurib. Reinoſ. *obſerv.* 28. *n.* 2. 30

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Sicut venditio, aut alienatio facta per maritum non tenet ſine conſenſu uxoris, ita neque pœna, neque obligatio fidejuſſoria.*

2 *Quando contractus annullatur, annulatur etiam pœna, & clauſula adjecta, remiſſivè.*

3 *Fraudibus non eſt aperienda via.*

Fraudem propriam alleganti non prodeſt, ibid.

4 *Lex non fraudatur directè, nec indirectè, nec executio illius impeditur.*

Educitur ex hoc textu in hoc § 1. quòd ſicut venditio, aut alienatio rerum immobilium facta per maritum non tenet ſine conſenſu uxoris, ita nec etiam pœna valet, quòd mulier alienationi conſenſum non præſtitiſſet; Pinel. *in l.* 2. *cod. de reſcindend.* 1. *p. n.* 26. Va- 1

Valaſc. *conſ.* 85. *n.* 2. neque etiam obligatio fideijuſſoria, ut patet ex noſtro textu, & Valaſc. *ſuprà.*

2 Quia receptiſſimum, & vulgare eſt, quòd clauſulæ in contractu appoſitæ ſequuntur naturam contractus principalis, & quando contractus reſcinditur, vel annullatur, reſcinditur etiam, & annullatur pœna, & clauſulæ illi adjectæ; *ex gloſ. in l. ſi patronus*, §. *patronum*, *verbo faviana*, *ff. ſiquid in fraudem patron.*

3 Non debet ergo valere pœna, neque fideijuſſio appoſita in contractu venditionis, vel alienationis rerum immobilium factæ per maritum abſque conſenſu uxoris, aliàs prædicta lex defraudaretur, quod minime eſt dicendum; fraudibus enim non eſt via aperienda; *l. in fund. ff. de rei vend. l. itaque fullo*, *ff. de furt.* frauſque, & dolus nemini debet patrocinari, adeo ut fraudem propriam alleganti non proſit, tradit Begnudel. *tom.* 2. *verbo Fraus*, *n.* 4.

4 Lex non eſt fraudanda directè, nec indirectè, ut executio illius impediatur; *l ſiquis patrem familias*, § *is autem*, *ff. ad Senat. conſult Maced.* Auguſt. Barb *ad text. in l. non dubium*, §. *n.* 6. *cod. de legib.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Mulier poteſt reſcindere venditionem immobilium factam per maritum ſine conſenſu uxoris, vendicare rem ipſam de conſenſu viri, & ſi neget conſenſum, recurrit ad judicem loci, qui præſtat licentiam ſtandi in judicio, niſi ſit demens, vel incapax ad litem.*

2 *Uxor poteſt revocare donationem à marito factam ſuæ concubinæ, & litigare in judicio ſine conſenſu mariti.*

3 *Procedit in re vendita, & pignorata concubinæ, quam uxor reivendicare poteſt pretio non reſtituto.*

Præſumptio juris, & de jure in contrarium non admittit probationem, ibid.

4 *Licèt res donata à marito eſſet ejus propria in ſolidum.*

5 *Mulier propoſita alicui negotiationi, vel mercantiæ cum ſcientia, & patientia mariti poteſt convenire, vel conveniri ſine conſenſu mariti, remiſſivè.*

Statuitur in hoc §. 2. quòd ſi mulier voluerit reſcindere venditionem, vel alienationem rerum immobilium factam per maritum abſque conſenſu uxoris, poteſt hoc facere, & vendicare rem ipſam alienatam de conſenſu viri; & ſi iſte neget conſenſum, poteſt recurrere ad Regem, ſeu ad judicem loci, qui ei tenetur præſtare licentiam ſtandi in judicio ſine viri conſenſu, niſi mulier ſit demens, vel incapax ad litem rectè proſequendam. Pinel. *in l* 1. *cod de bon. mater.* 3 *p. n.* 47. Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 49. 1

2 Uxor verò poteſt revocare donationem factam à marito ſuæ concubinæ, & ad recuperandam rem immobilem, vel mobilem concubinæ mariti ab ipſo donatam poteſt ſtare, & litigare in judicio abſque conſenſu mariti; *Ord. hoc lib.*4 *tit.* 66. Cardoſ. *verbo donatio*, *n.* 17. Per. *in promptuar. jur. verbo matrimonium quoad communicationem bonorum.* Guerr. *dict. tract.* 2. *lib.* 6. *cap* 2. *n.* 102. Reinoſ. *obſerv.* 28. *ſub n.* 7.

Et

3 Et hoc non ſolùm procedit, & habet locum in re donata, ſed etiam in re vendita, & pignorata concubinæ, quam uxor reivendicare poteſt ſine conſenſu mariti, pretio non reſtituto; quia lex præſumit venditionem, vel pignorationem ſimulatè factam fuiſſe. Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 25. quæ præſumptio cùm ſit juris, & de jure probationem in contrarium non admittit. Ægid. *de privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 13.

4 Quæ quidem diſpoſitio procedit, etiam ſi res donata, vel vendita à marito eſſet ejus propria in ſolidum, & non pertineret ad communicationem bonorum Ægid. *dict. art.* 8. *n.* 14. & cum eo Portug. *ſuprà n.* 26.

5 Si mulier ſit propoſita alicui negotiationi, vel mercantiæ, ſciente, & patiente marito, poteſt tunc ex negotio geſto ratione officii, negotiationis, vel mercantiæ convenire ſine conſenſu mariti. Guerr. *ſuprà n.* 120. ex eo quod maritus præpoſuit uxorem alicui negotiationi, vel officio, & conſenſit exercere, cenſetur permittere quod faciat omnia, quæ neceſſaria ſint, ut negotiationem, ſeu officium expediat; *text. in l.* 2. *ff. de juriſdict. omn. judic.*

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Maritus, vel ejus hæres volens reivendicare rem alienatam propter nullitatem, debet habere conſenſum uxoris, quo non præſtito, non poteſt reivendicare.*

Maritus ſuper bonis immobilibus litigare non poteſt ſine uxoris mandato, ibid.

2 *Illa mortua, hæredum conſenſus requiritur, in illis ſtat approbare contractum.*

Succedunt in omne jus defuncti, ibid.

3 *Maritus ſolus non poteſt facere litem ſuper immobilibus.*

Judex licentiam concedere poteſt; ut ſolus agat, ibid.

4 *Maritus tenetur alere uxorem indotatam.*

Idem ſi non poteſt exigere dotis fructus, vel non ſufficiunt ad alimenta, ibid.

5 *Ex contractu uxoris ante matrimonium poteſt vir uxoris nomine agere, matrimonio ſequuto.*

6 *Tacitum cenſetur habere mandatum uxoris ad res ſuas exigendas tanquam procurator illius.*

Ad mobilia tantùm reſtringitur, ibid.

Factum procuratoris mandantis factum reputatur, ibid.

STatuitur in hoc §. 3. quòd ſi maritus, vel ejus hæres voluerit reivendicare rem, vel bona alienata propter nullitatem venditionis, hoc facere poterit, præſtito conſenſu uxoris, quem ſi noluerit præſtare, non poterit reivendicare: & ratio videtur eſſe; quia maritus non poteſt litigare ſuper immobilibus abſque uxoris mandato; *Ord. lib.* 3. *tit.* 47. *in princip.* & ibi Silv. *n.* 1. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 36. 1

Mortua verò uxore requiritur conſenſus hæredum mulieris, apud illos enim ſtat aprobare contractum; quia utuntur jure, & vicibus defuncti; *cap. dilecti de for. compet.* Cardoſ. *verbo hæreditas, n.* 25. ſucceduntque in omne jus defuncti; *l. hæres in omne jus, ff. de acquir. poſſ.* 2

poſſ. & probatur ex hoc §. 3.

3 Unde ſolus maritus abſque conſenſu uxoris, vel illorum hæredum non poteſt facere litem ſuper bonis immobilibus, ut patet ex noſtro textu; ſed juxta diſpoſita in §. 2. *n.* 1. hujus tituli poterit judex licentiam concedere ad hoc, ut ſolus in judicio agat; & hoc idem probatur ex *Ord. lib.* 3. *tit.* 47. §. 5. Phœb. *areſt.* 62. *in fin.*

4 Nota 1. quòd maritus tenetur alere uxorem, quam duxit indotatam; *l. quod ſi nulla*, *ff. de reliq. & ſumpt. fun.* quod idem procedit, ſi maritus abſque culpa uxoris non poſſit exigere fructus dotis, vel illi ad alimenta non ſufficiant; *gloſ fin in l. ſi cum dotem*, *ff ſolut. matr.*

5 Nota 2. quòd ex contractus inſtrumento geſto per uxorem antè matrimonium poteſt vir, matrimonio ſubſequuto, uxoris nomine ſummariè agere. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 19. Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 25. § *fin. n. ult.* Mor. *de execut. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 6.

6 Et hujus ratio eſt; quia vir de jure tacitum cenſetur habere ab uxore mandatum, ut res ejus tanquam ipſius procurator exigat; *l. maritus*, *ff procurat.* quod quidem mandatum ad mobilia tantùm reſtringitur; *Ord. hoc tit. in principio*, non enim ipſe vir agere dicitur, ſed ille, cujus nomine agit; quia factum procuratoris factum mandantis reputatur; *cap. cordi in princip. de appellat.* quod procedit, ſi contractus ſit ſuper rebus mobilibus, non verò immobilibus. Mor. *ubi ſuprà n.* 6. & *ſeqq.*

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Quando mulier litigaverit ſuper re vendita à marito, vel maritus litem moverit conſenſu uxoris, ſi pretium converſum fuit in utilitatem tam viri, quàm uxoris, reſtitui emptori debet.*

2 *Si non reſtituatur pretium, emptor non tenetur tradere, quamvis ſciret venditorem uxoratum tempore venditionis, remiſſivè.*

3 *Nemo cum aliena jactura, & incommodo lucupletari debet.*

4 *Pretium in utilitatem uxoris fuiſſe converſum eſt ab emptore probandum.*

Sive res avocetur per viam nullitatis, ſive reſtitutionis, ibid.

5 *An mulier acquieſcere poſſit alienationi factæ per maritum ſine ſuo conſenſu?*

6 *An contractus utilis mulieri fieri poſſit, & valere ſine licentia viri?*

7 *Contractus factus à minore ſine authoritate curatoris valet, quando fit in ejus utilitatem.*

8 *Uxor contrahens cum marito, & agens contra eum ex aliqua juſta cauſa, an requiratur ejus licentia?*

9 *Uxor, & vir ſimul facientes contractum cum tertio, an requiratur ejus licentia?*

STatuitur in hoc §. 4. quòd in omni caſu, ubi mulier litigaverit ſuper re vendita à marito, vel maritus litem fecerit conſenſu uxo- 1

uxoris, ſi pretium tam in ipſius uxoris, quàm etiam viri utilitatem converſum fuerit, vel aliquo modo communicatum, emptori tenetur reſtituere. Valaſc. *conſ.* 83. *n.* 6. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verbo hunc contractum*, *n.* 10. Gam. *deciſ.* 227. *n.* 3.

2 Si pretium ab emptore ſolutum, & converſum in utilitatem tam uxoris, quàm mariti, non reſtituatur, tunc emptor non tenetur tradere rem venditam; & hoc procedit, licèt emptor ſciens eſſet venditorem eſſe uxoratum tempore venditionis, ut patet ex noſtro textu; inique enim eſſet evincendum, & rem venditam recuperare, & pretium lucri facere; ex Cald. *ſuprà n.* 10.

3 Unde ipſa uxor evicens, aut maritus uxoris conſenſu obligantur quoque ad pretii reſtitutionem emptori; quia iniquum eſt quemquam cum aliena jactura, & incommodo locupleCtari; *l. ſi cum ſervum*, *ff. ſi cert. pet. l. nam hoc natura*, *ff. de condict. indebit.* cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* L. *n.* 81. Cald. *ubi ſuprà l. prædiorum*, *cod. de præd.* optime ad intentum Reinoſ. *obſerv.* 30. *n.* 37. Cancer. 2. *p. cap.* 1. *n.* 164.

4 Pretium rei venditæ in utilitatem uxoris fuiſſe converſum ab emptore probandum eſt; *l. ſi prædium*, *cod. de præd*, *& aliis reb. minor. gloſ. in l. prædiorum*, *cod. eod. tit.* Valaſc. *conſ.* 83. *n.* 7. Cancer. 2. *p. cap.* 1. *n.* 270. Reinoſ. *dict. obſerv.* 30. *n.* 38. & hoc procedit ſive res avocetur per viam nullitatis, ſive per viam reſtitutionis; *l. patri*, §. 1. *verſic. ult. ff. de minorib. l. ſi ſine*, §. *interpoſito*, *ff. de adminiſtr. tutor.*

5 An mulier poſſit acquieſcere alienationi factæ per maritum abſque conſenſu ipſius uxoris? Reſpondetur, quòd poteſt. Menoch. *conſ.* 153. *n.* 28. *cum ſeqq.* quia nullitas ab eo ſolum allegari poteſt, in cujus favorem fuit introducta. Surd. *conſ.* 284. *n.* 6. *verſic. hæc tamen reſponſio*, *&* *deciſ.* 179. *n.* 17. Barb. *ad* §. 2. *hujus tit. n.* 3. Begnudel. *bibliothec. jur. t.* 3. *verbo Nullitas*, §. 1. *num.* 13.

Rogabis 1. quando contractus eſt utilis ipſi mulieri, an poſſit fieri, & valere ſine licentia viri? Reſpondetur, quòd ſic, quamvis maritus poſtea non ratificet; utpote quia ſit mortuus, vel abſens, nec judex præſtet licentiam in defectu ejus; *text. in l. cum* 11. §. *eam tranſact. ff. de pact.* ubi omnes DD. Gom. *in l.* 54. 55. 56. 57. 58. *&* 59. *n.* 2. 6

Valet enim actus, vel contractus factus à minore ſine licentia, & authoritate curatoris, in ejus commodum, vel utilitatem; *text. in l.* 1. *cod. de auctor. præſt. text. in l. cum hi*, §. *eam tranſact. ff. de tranſact.* Gom. *ubi proxime.* 7

Rogabis 2. ſi uxor contrahat cum ſuo marito, & agat in judicio contra eum ex aliqua juſta cauſa, veluti alimentorum, vel dotis, vergente ipſo ad inopiam; an requiratur ejus licentia? Reſpondetur, quòd non; *gloſ. ordinaria in l. fin.* §. *neceſſitate*, *cod. de bonis*, *quæ liber.* Gutierr. *de jurament. confirm. cap.* 1. *n.* 52. *p.* 1. Gom. *proxime* cum multis, *n.* 3. 8

Rogabis 3. ſi uxor, & vir ſimul faciant aliquem contractum, vel quaſi contractum cum tertio, utrùm requiratur ejus licentia? Reſpondetur, quòd non; nam eo ipſo cenſetur maritus approbare, & conſentire illum actum, & uxori præſtare conſenſum, & licentiam, ex *text. in l. Titius quibus modis pignus*, *vel hypotheca ſolvitur* Gom. *ſuprà* cum aliis, *n.* 4. Vide multa apud eum Gom. *ex n.* 5. 9

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Uxor non tenetur ad reſtitutionem pretii, quando non probatur in ejus utilitatem converſum, & nihilominus res tradenda erit.*

2 *Emptor neſciens venditorem uxoratum pretium rei venditæ illi ſolvendum à venditore; & ſi non habeat bona ad ſolvendum, projicitur in carcerem, uſque ſolvat.*

3 *Pœna carceris applicatur venditori, propter venditionem bonorum immobilium abſque conſenſu uxoris.*

Malitia eſt delictum, quod non debet remanere impunitum, ibid.

4 *Delictum alterius alteri nocere non debet, remiſſivè.*

5 *Contractus bonæ fidei non patitur emptorem rem amittere, & pretium venditorem retinere, remiſſivè.*

1 Dicitur in hoc §. 5. quòd ſi non probetur venditionis pretium in utilitatem uxoris converſum fuiſſe, non tenebitur uxor ad illius reſtitutionem, & nihilominus, res illi tradenda erit; *text. in l. ſi prædium, cod. de prædiis, & aliis reb. minor*, & ibi Bald. Reinoſ. *obſerv.* 30. *n.* 39.

2 Sed ſi emptor neſciat venditorem eſſe uxoratum tempore venditionis, pretium rei venditæ à venditore ſolvendum eſt emptori; & ſi venditor non habeat bona ad ſolvendum pretium, projicitur in carcerem, ibique detinetur, quouſque ſolvat, ut patet ex noſtro textu; *l. ob fœnus* 50. *de adminiſtr. tut. l.* 3. *§. tutores ibi vinculis publicis jubentur contineri, ff. ſuſpect. tut. Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 76. *§.* 1.

Et prædicta pœna carcerationis donec ſolvat applicanda eſt venditori, propter malitiam commiſſam vendendi bona immobilia ſine conſenſu uxoris, ut patet ex textu; & cum prædicta malitia ſit delictum, non debet remanere impunitum; *l. ita vulneratus, §. quod ſiquis, verſic. cum neque impunita, ff. ad l. Aquil.* 3

Quod quidem delictum à venditore commiſſum propter venditionem rerum immobilium abſque conſenſu uxoris non debet eſſe damnoſum emptori ignoranti venditorem uxoratum; quia delictum alterius alteri nocere non debet; *l. Eleganter in princip. ff. de dolo*, delictis enim, & fraudibus non eſt apperienda via; *l. in fundo, ff. de reivendic.* ſed imò potius dolis, ac fraudibus omnibus modis occurrendum eſt; *l.* 1. *ff. de dolo.* 4

Unde cum contractus venditionis rei immobilis, eo ipſo quod factus ſit ſine conſenſu uxoris, reſcindatur, pretium venit reſtituendum emptori; quia contractus bonæ fidei non patitur, ut emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret; *text. in l. empto* 11. *§. ibidem ait, ff. de act. empt. & vendit.* ideoque pretium emptori reſtituendum erit per venditorem, qui rem immobilem vendit abſque conſenſu uxoris, & emptor ignoravit uxoratum, mulierque ipſa vendicaverit, ut ex noſtro textu planè deducitur. 5

Ad

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Emptor ſciens venditorem uxoratum, & uxoris conſenſum non requiſivit, venditione reſciſa; mulier non tenetur reſtituere pretium, ſed res cum fructibus ipſi reſtituetur.*

2 *Emens ſcienter contra prohibitionem legis eſt in mala fide, non lucratur fructus, ſed ad illos tenetur.*

3 *Deductis expenſis in ſeminandis, & colligendis fructibus, Fructus dicuntur deductis expenſis, ibid.*

4 *Limitatur Ord. quando pretium converſum fuerit in utilitatem uxoris, pretium tunc reſtituendum, remiſſivè.*

5 *Poſſeſſor malæ fidei de fructibus perceptis, & percipiendis tenetur.*

Lex noſtra non condemnat emptorem in fructibus percipiendis.

1 STatuitur in hoc §. 6. quòd ſi emptor rei immobilis tempore venditionis ſcivit, vel ſcire debuit venditorem eſſe uxoratum, & non requiſivit uxoris conſenſum, ipſa, reſciſa venditione, non tenetur reſtituere pretium, ſed illud amittet emptor, & res cum fructibus ipſi mulieri reſtitui debet à tempore poſſeſſionis rei venditæ. Reinoſ. *obſerv.* 30. *n.* 39. & ibi ejus *Addit.*

2 Emens enim rem ſcienter contra legis prohibitionem cenſetur eſſe in mala fide, & ideo non lucratur fructus, ſed ad illos tenetur; *l.* 1. *cod. de præd. cur. l. ſi prædium, cod. de præd. minor.* Gam. *deciſ.* 311. *n.* 1. Valaſc. *conſ.* 83. *n.* 14. tradit cum multis Addit. ad Reinoſ. *dict. obſerv.* 30. *ad n.* 39.

Et licèt res cum fructibus reſtituti debeat ab emptore in caſu, de quo in textu noſtro, hoc intelligi debet, deductis expenſis in ſeminandis, & colligendis fructibus, ut ex hoc §. 6. Valaſc. *ſuprà conſ.* 83. *ſub n.* 14. Petr. Barb. *tom.* 1. *in l. fructus* 7. *n.* 13. fructus ſemper intelliguntur, deductis neceſſariis expenſis ad illos percipiendos; *l.* 1. *cod. de fruct. & lit. expenſ.* Cardoſ. *verbo fructus*, *n.* 7. Valaſc. *de part. cap.* 29. *n.* 6. Auguſt. Barb. *appellat.* 103. *n.* 22. 3

Ordinatio noſtra limitatur in caſu, quo pretium rei emptæ fuerit converſum in utilitatem uxoris, & aliquo modo communicatum fuerit inter utrumque conjugem; quia tunc pretium rei reſtituendum eſt emptori, aliàs res non tradetur; patet ex §. 4. hujus tituli, faciunt quæ ibi dixi, *n.* 1. 2. & 3. Valaſc. *conſ.* 83. *n.* 16. 4

Nota hic, quòd poſſeſſor malæ fidei non ſolùm tenetur de rebus, & fructibus perceptis, ſed etiam de percipiendis; *l. item*, §. *præter. verſic. item placere*, & §. *cæterum*; *l. niſi* §. *Julianus*, & *l. poſſeſſor*, *ff. de hæred. pet. l. fraus. non modo*, *ff. de reivend. inſtit. lib.* 4. *tit.* 17. §. 2. *de offic. judic.* Sed noſtra lex Regia in hoc §. 6. non condemnat emptorem ad reſtitutionem fructuum percipiendorum. Valaſc. *dict. conſ.* 83. *n.* 17. 5

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Emptor volens repetere melioramenta neceſſaria in re empta fa-*

facta tenetur compenſare fructus cum pretio licèt perceptos ante litem conteſtatam.

2 *Rem meliorans habet retentionem, donec ſibi fuerit ſatisfactum, licèt dominus offerat cautionem fideijuſſoriam.*

Jus retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ibid.

3 *Non ſufficit de melioramentis conſtare, ſed probari debet à ſe facta.*

Non dicuntur probata, ſi non conſtet quod impenſum fuerit, ibid.

4 *Excipiens de melioramentis impedit ſententiæ executionem, licèt non fuerint liquida.*

5 *Depoſita quantitate meliorationum, quas dominus juraverit, res ipſi domino traditur, & poſtea proceditur ad liquidationem, remiſſivè.*

6 *Depoſitum non fit in manu partis, ſed apud publicum depoſitarium.*

Depoſita in manu perſonarum particularium, & officialium hodie annullantur in hac civitate Olyſiponenſi, ibid.

7 *Pretium meliorationum depoſitatum, ante liquidationem, non traditur parti, etiam præſtita cautione.*

8 *Melioramenta æſtimantur ſecundum aliquos juxſta valorem prædii exiſtentis meliorati.*

9 *Secundum alios, ſecundum tempus præteritum, remiſſivè.*

10 *Prima ſententia eſt receptiſſima.*

1 Statuitur in hoc §. 7. quòd ſi emptor voluerit repetere melioramenta aliqua neceſſaria, vel utilia facta in re empta tempore, quo illam poſſeſſit, tenebitur emptor ipſe compenſare fructus ſuorum melioramentorum cum pretio, quod ſibi dandum eſt pro ipſis melioramentis, licèt illos percipiſſet ante litem conteſtatam. Valaſc. *conſ.* 83. *n.* 20. Petr. Barb. *t.* 1. *in l. Divortio* 8. §. *fin. ff. ſolut. matr. n.* 49. *verſic. ſed his non obſtantibus*, & *n.* 88.

Rem meliorans habet jus in re 2
retentionis, donec ſibi fuerit ſatisfactum, quamvis dominus rei offerret cautionem etiam fideijuſſoriam. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 50. Tiraq. *de retract. conventional.* §. 7. *gloſ.* 1. *n.* 13. quod quidem jus retentionis tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem illius ſine alia ceſſione; *text. in l. hoc judicium*, §. *impendia*, *verſic. ſed ſi is qui à me emerit*, *ff. commun. divid.* Neguſ. *de pignor. membr.* 4. *p.* 5. *n.* 23. Begnudel. *tom.* 3. *verbo Melioramenta*, *n.* 24.

Petens melioramenta probare 3
debet ea à ſe fuiſſe facta; neque ſufficit probare, quod de illis conſtet: Rich. *deciſ.* 373. *n.* 4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 193. *n.* 3. & non dicuntur probata, non conſtito de anteriori ſtatu. Rich. *deciſ.* 129. *n.* 21. Bart. *in l. ſi negot. ff. de negot. geſt.* neque dicuntur probata, non conſtito, quod fuerit impenſum, & melioratum. Rich. *deciſ.* 161. *n.* 31. *l. in fundo*, *ff. de reivendic.*

Melioramentorum exceptio im- 4
pedit ſententiæ executionem, quamvis melioramenta non fuerint liquida. Cyriac. *contr.* 195. Barb. *in l. Divortio*, §. *fin. p.* 2. *n.* 41. & 29. *ff. ſolut. matr.* Begnudel. *tom.* 3. *verbo Melioramenta*, *n.* 27. Auguſt. Barb. *verbo Melioramonta in Repert. practic. concl. pag. mihi* 146. *col.* 1.

In hoc Regno ſtylo antiquo, pra- 5
xique laudabili noſtri Senatus, oblata exceptione melioramentorum juramentum parti præſtatur ſuper melio-

lioramentis, quæ feciſſe probavit, & depoſita quantitate jurata apud ſequeſtrum, vel publicum depoſitarium jubent judices victori rem reſtituere, poſteaque ad meliorationum liquidationem procedere jubent. Valaſc. *de part. cap.* 6. *n.* 23. Cabed. *deciſ.* 201. *n.* 2. Phœb. 2. *p. areſt.* 56. Gam. *deciſ.* 4. *n.* 3.

6 Notandum, quòd depoſitum nunquam fit in manu partis, ſed apud publicum depoſitarium. Cabed. *ſuprà n.* 3. & hodie adeſt *lex* 6. *Maii* 1757., quæ annullat depoſita facta in manu perſonarum particularium, & officialium juſtitiæ cum pœnis gravibus, diſponitque depoſita non poſſe fieri extra depoſitum publicum, vel generale in hac civitate Olyſiponenſi juxta diſpoſitionem aliarum legum vigeſimi primi *Maii* 1751. & decimitertii *Januarii* 1757.

7 Notandum etiam eſt, quòd ſi pars voluerit ſibi tradi pretium meliorationum, quod eſt in depoſito, præſtita cautione, antequam liquidatio facta ſit, tradi non debet; tale enim depoſitum ſolum fit ad effectum, ut res reſtituatur victori, & ad obviandas litium dilationes; ſemper enim pars jurat pretium meliorationum in multo majori quantitate, ut ſic difficilius altera pars deponat prædictum pretium; & ideo ante liquidationem pretium, quod certum non eſt, nec liquidatum, parti non traditur, ut optimè tradit Cabed. *ſuprà n.* 4.

8 Notandum ultimò, quòd ſecundum aliquos melioramenta æſtimari debent, & reſtitui juxta valorem prædii exiſtentis meliorati. Cardoſ. *verbo melioramenta, n.* 5. Barb. *ad Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 95. *ad* §. 1. *n.* 9. Fachin. *lib.* 7. *contr. cap.* 65. *&* 93. *& lib.* 11. *cap.* 23. Begnudel. *tom.* 3. *verbo Melioramenta, n.* 3. Auguſt. Barb. *eodem verbo in Repertor. pract. concl. pag. mihi* 145. Guerr. *de diviſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 57. 58. *&* 59. Neguſ. *de pignor.* 4. *membr. p.* 5. *n.* 16.

9 Secundum alios melioramenta æſtimantur ſecundum tempus præteritum, ita ut ſolvatur quantum quis expendit, & non quantum tunc meliorationes valent. Gam. *deciſ.* 137. *n.* 2. cum multis aliis, quos refert Cardoſ. *ſuprà n.* 5. ubi dicit, quod hoc obſervatur in praxi.

10 Ex his duabus ſententiis ſequere, quam volueris, ſed ego accedo ad primam, quæ diſponit melioramenta æſtimari debere ſecundum tempus reſtitutionis, non verò ſecundum tempus, in quo factæ fuerunt meliorationes; hæc enim ſententia fulcitur pluribus Doctoribus, & ultra citatos *ſuprà n.* 8. addo etiam Valaſc. *de part. cap.* 6. *n.* 24. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 102. Carvalh. *in cap. Rainald.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 204. *&* 206. ubi dicit quòd hæc ſententia eſt receptiſſima, & ſemper amplectenda. Plura alia poſſent addi in ha materia meliorationum, ſed his contentus ſum pro commentario hujus §. 7.

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Contractus emphyteuticus, vel locatio decem annorum, vel ultra, fieri non poteſt ſine conſenſu uxoris, remiſſivè.*

2 *Per locationem decem annorum non transfertur dominium aliquod in locatarium.*

3 *Quando aliquis non poteſt obligari ſine conſenſu alicujus, valet obligatio, ſi ſit utilis, licet fiat ſine conſenſu.*

4 *Maritus acquirens emphyteu-*

ſim

ſim ſibi, & uxori, non eſt neceſ-
ſarius conſenſus uxoris.

1 Dicit textus in hoc §. 8. quòd omnia hactenus dicta de alienationibus bonorum immobilium habebunt etiam locum in bonis emphyteuticis, vel locationibus decem annorum, vel ultra, & in aliis caſibus expreſſis in *lib.* 3. *tit.* 47. contractus enim ſuper rebus hîc declaratis fieri non poteſt abſque conſenſu uxoris; quia diſpoſitum reſpectu bonorum immobilium, quòd non poſſint alienari abſque conſenſu utriuſque conjugis, procedit in contractibus, de quibus hîc, ut probat textus in hoc §.

2 Scias tamen hodie per locationem decem annorum non transferri dominium aliquod in locatarium, ſed omnes contractus, qui non fuerint emphyteutici in perpetuum, vel ad tres vitas, reputari ſimplicis locationis ordinariæ per *extravagantem* 3. *Novembr.* 1757. contra traditionem Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 29. *n.* 7. qui aſſerit transferri dominium, & ego dixi *ſuprà ad tit.* 45. *hoc lib.* §. 2. *ex n.* 3.

3 Nota, quòd licèt in jure receptum ſit, ut quamvis aliquis non poſſit obligari ſine conſenſu alicujus, attamen quando eſt illi utilis, valeat obligatio abſque conſenſu à lege requiſito; *text. in l. novare, & l. qui bonis, juncta gloſ. ff. de acquir. hæred.* & ideò licèt mulier contrahere non poſſit ſine conſenſu mariti, ſive propinquorum, poteſt tamen facere contractum ſibi favorabilem ſine viri conſenſu. Gam. *deciſ.* 257. *n.* 3.

4 Nota iterum, quòd ſi maritus emphyteuſim acquirat ſibi, & uxori, in quo negotio nihil ex bonis conjugum alienatur, neceſſarius non erit uxoris conſenſus. Gam. *ſuprà n.* 4.

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Dictum in hoc titulo habet locum tam in alienationibus ante matrimonium per copulam conſummatum, quàm poſt conſummatum per copulam, remiſſivè.*

Militat eadem ratio, & juris diſpoſitio, ibid.

Statuit textus in hoc §. 9. quòd diſpoſitum in hoc titulo habebit non ſolùm locum in alienationibus per maritum factis ſine conſenſu uxoris ante matrimonium per copulam conſummatum, ſed etiam in alienationibus factis poſt conſummatum per copulam; in utroque enim caſu militat eadem ratio, ac proinde eadem juris diſpoſitio; *l. illud ff. ad l. Aquil.* cum multis Barb. *axiom. jur. lit.* D. *n.* 14. 1

Ad tit. 49.

Quod nullus officialis juſtitiæ recipiat depoſitum aliquod.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Nullus judex, neque alius officialis juſtitiæ recipere poteſt per ſe, vel per alterum depoſitum, quod ſuo mandato, vel alterius conſignetur.*

2 *Si recipiant, officiis privantur, & duplicatum ſolvant, remiſſivè.*

Non

3 *Non ſolùm privantur officiis, ſed annullantur depoſita.*
In hac civitate Olyſiponenſi adeſt depoſitum publicum, ibid.
4 *Quid ſit depoſitum.*
Non ſit de propria re, ibid.
5 *Dominium rei apud deponentem non cuſtodem remanet.*
6 *Depoſitum in ſtabilibus non conſiſtit, ſed in rebus mobilibus.*
7 *Res oblata facta deterior ob moram creditoris, debitor tenetur de dolo dumtaxat.*
8 *Depoſitarius ad reddendas depoſiti rationes tenetur.*
Ipſamet res reddenda per depoſitarium, ibid.
9 *Depoſitum in pecunia ſufficit, ut reddatur in eodem genere, remiſſivè.*
10 *Non ſolum de ipſiſſima re depoſita rationem reddere tenetur, ſed de fructibus, & utilitate rei.*
11 *Utens re depoſita contra voluntatem domini deponentis, de furto, & depoſito tenetur.*

1 DIcit textus, quòd nullus Præſes, Judex, Tabellio, Scriba, neque alius officialis juſtitiæ, cujuſcumque conditionis ſit, & alii, de quibus in hoc textu, recipiant depoſitum per ſe, neque per alterum, neque alio modo habeant in ſua manu, vel poteſtate pecuniam, neque aliam rem, quæ ſuo mandato, vel alterius officialis conſignetur, vel deponatur, ut ex hoc textu probatur *in hoc principio.*

2 Si verò contrarium faciant, ſcilicet recipiendo pecuniam, vel aliam rem, quæ mandato judicis, vel alterius officialis jubetur conſignari, vel deponi, privantur officiis, & nunquam magis illa habeant, & ſolvant duplicatum, quantum receperunt, medietaſque erit accuſatori, & alia fiſco Reali, ut probatur ex noſtro textu; concordat alia *lex* 6. *Maii* 1757.

Quæ quidem *lex* 6. *Maii* 1757. 3
non ſolum privat officiis, ſed annullat depoſita facta in manu perſonarum particularium, præter alias pœnas, quas imponit illis, qui contrarium fecerint in hac civitate Olyſiponenſi, in qua adeſt deſtinatum depoſitum publicum, & generale per *legem vigeſſimi primi Maii* 1751. *& decimi tertii Januarii* 1757.

Eſt depoſitum illud, quod cu- 4
ſtodiendum alicui datur, ut ſuſcipiens reſtituat illammet rem, quam ſuſcepit; *text. in l.* 1. *in principio, ff. depoſit.* Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 34. *n.* 2. non poteſt fieri de re propria, cum apud ſe ipſum quis retinet dominium, & proprietatem rei ſuæ non fit depoſitum in illa; *l. qui rem, ff. depoſit.*

Dominium, & proprietas, & 5
poſſeſſio rei depoſitæ apud deponentem, & non apud cuſtodem remanet; *l. licet, ff. depoſit.* Carleval. *de judic. tit.* 3. *diſp.* 31. *n.* 5. Mor. *de execut. lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 89.

Depoſitum non cadit in ſtabili- 6
bus. Bart. *in l. ſi mora, ff. ſolut. matr.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 45. *n.* 21. ſed conſiſtit in rebus mobilibus, & ſemoventibus, aut ubi à pluribus res, quæ eſt in controverſia, pro ſequeſtro deponitur; *l. licet, ff. depoſit.*

Propriè enim ſtabilia offerun- 7
tur, & traduntur, mobilia verò conſignantur, ſeu deponuntur; & tunc ſi res oblata ob moram creditoris in eam recipiendo fiat deterior, debitor de dolo dumtaxat tenetur; *dict. l. ſi mora, ff. ſolut. matr.*

Depoſitarius tenetur ad redden- 8
das rationes depoſiti. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 1. Altim. *de nullit.*

lit. contract. rub. 1. *p.* 2. *quæſt.* 21. *ex n.* 1. uſque ad *n.* 410. & ipſamet res depoſita reddenda per depoſitarium, §. *præterea inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. l.* 1. §. *is quoque*, *de obligat. & act.*

9 Si verò quantitas veluti pecuniæ ſit depoſita, conventumque ſit, ut tantundem redderetur, tunc enim eandem quantitatem in eodem genere reddi æquitati congruit; *l. die*, §. 1. *l. Lucius*, *l. ſaculum*, §. 1. *ff. depoſit.* quia contractus ex conventione legem accipiunt; *l.* 1. §. *ſi convenit*, *ff depoſit.* Altim. *de nullit. contract. rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 21. *ex n.* 1.

10 Et hoc eſt adeo verum, quòd non ſolùm depoſitarius de ipſiſſima re depoſita rationem reddere teneatur, ſed de fructibus omni cauſa, & rei utilitate. Gail. *de fruct. diſp.* 29. *n.* 3.

11 Si depoſitarius re depoſita ùtatur præter voluntatem deponentis, tenetur de furto, & depoſito; *l. ſi ſaculum*, *ff. depoſit.* Altim. *de nullit. contract. rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 27.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Depoſitarius non excuſatur ſe depoſitum tradidiſſe judici, vel officiali, ſed ſi intra novem dies non tradat, in carcerem detruditur.*

2 *In aliis depoſitis novem dies non expectantur.*
Sed notificato depoſitario, ut intra 24 horas reddat, illis tranſactis, in carcerem detruditur, non obſtante quacumque exceptione, ibid.

3 *Licèt nihil accepiſſet de bonis pignoratis, aſſignato termino receptionis, vel quando conſtat noluiſſe aſſignare.*

4 *Non deobligatur depoſito, niſi mandato judicis, cujus virtute fuit factum, remiſſivè.*

5 *Tradere non poteſt rem depoſitam, niſi remoto ſequeſtro facto ab alio judice.*

6 *Ampliatio prima, remiſſivè.*

7 *Vendens fructus judicis authoritate ſolùm tenetur ad æſtimationem.*
Fructus judicis officio vendi debent, remiſſivè, ibid.

8 *Ampliatio ſecunda, remiſſivè.*

9 *Ampliatio tertia, remiſſivè.*

10 *Ampliatio quarta, remiſſivè.*

11 *Ampliatio quinta, remiſſivè.*

12 *Ampliatio ſexta, remiſſivè.*

13 *Ampliatio ſeptima, remiſſivè.*

14 *Ampliatio octava, remiſſivè.*

15 *Ampliatio nona, remiſſivè.*

16 *Limitatio prima, remiſſivè.*

17 *Depoſitarius probans rem depoſitam perituram eodem modo, apud eum, cui erat reſtituenda, quo apud eum peritura fuit, non liberatur.*
Nec probans caſum fortuitum, ſi fuit moroſus, ibid.

18 *Limitatio ſecunda, remiſſivè.*

19 *Solvens illi, qui ſe nominatum fingit in literis, liberatur, ſi eſt debitor generis.*

20 *Limitatio tertia, remiſſivè.*

21 *Limitatio quarta, remiſſivè.*

22 *Limitatio quinta, remiſſivè.*

23 *Limitatio ſexta, remiſſivè.*

24 *Limitatio ſeptima, remiſſivè.*

25 *Periculum judicialis depoſiti ad creditorem ſpectat, quando moroſus adimplendi, remiſſivè.*

26 *Depoſitarius decoctor, an periculo debitoris, vel creditoris decoxerit?*

27 *Solvens mandato judicis liberatur, remiſſivè.*

An

28 *An competat depoſitario retentionis jus propter expenſas in re depoſita?*

29 *An condemnato ad reſtituendum depoſitum concedatur tempus, ſeu aliqua dilatio ſolvendi?*

30 *An liberetur à reſtitutione depoſiti, quando ſine mandato judicis, aut partis apud alium depoſuit, & contra eum actionem cedere velit?*

31 *An præſcribere poſſit rem depoſitam?*

32 *Depoſitio judicialis, & pecuniæ conſignatio vim ſolutionis habet.*

Depoſitum cum conſignatione dicitur totalis, & plena liberatio, ibid.

33 *Quær. 5. an depoſitarius ad effectum reſtituendi depoſitum poſſit apponere exceptionem dominii puta rem ad ſe ſpectare?*

1 COlligitur ex hoc textu in hoc §. 1. quòd depoſitarius, apud quem aliqua res deponitur judicis mandato, non excuſatur dicendo ſe depoſitum tradidiſſe judici, vel officiali, intra novem dies non tradens rem depoſitam in carcerem detruditur, donec ſolvat. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 57. qui quidem novem dies ſolùm habent locum in caſu, de quo hic loquitur Ordinatio noſtra. Barb. *in caſtigat. ad hanc Ord. n.* 192.

2 In aliis verò depoſitis non ſpectantur novem dies, ex Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 57. ſed notificato depoſitario, ut reddat depoſitum intra 24 horas, ſi non reddat, tunc illis tranſactis, procedit judex non per viam executivam, & ejus terminos, ſed per mandatum carcerationis detrudens in carcerem depoſitarium, non obſtante quacumque exceptione. Phœb. 1. *p. deciſ.* 89. *n.* 8. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 76. §. 5. Reinoſ. *obſerv.* 45. *num.* 8.

Quod quidem procedit, quamvis depoſitarius nihil accepiſſet de bonis pignoratis, & pignora remanſiſſent apud debitorem pignoratum, ſed aſſignavit terminum receptionis; vel quando conſtat de termino receptionis per fidem Scribæ; quia noluit aſſignare; tunc enim etiam depoſitarius carcerabitur, ſi non tradat dicta pignora, ut judicatum tradit Phœb. 2. *p. deciſ.* 185. *n.* 10. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 96. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 6 *cap.* 8. *n.* 12. 3

Depoſitarius non deobligatur depoſito, niſi cum mandato judicis, virtute cujus fuit factum depoſitum. Auguſt. Barb. *vot.* 126. *n.* 89. minimè verò cum mandato alterius judicis, vel ejus ſucceſſoris in eadem obligatione ſuccedentis. Barb. *ad text. in l acceptam* 19. *n.* 40. *cod. de uſur.* Peg. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 28. *gloſ.* 3. *ad* §. 1. *n.* 3. 4

Sed depoſitarius ſolvere non poteſt, aut tradere rem depoſitam, niſi remoto ſequeſtro facto ab alio judice, ut cum aliis Peg. *ubi proxime.* 5

Ampliatur 1. noſtra reſolutio, ut habeat locum in depoſitario ſimplicis depoſiti, quod eſt illud, quando res non litigioſa ab uno, vel a pluribus deponitur; *l* 1. §. *ſed & ſi duo, ff. depoſit.* actione depoſiti cogitur reddere rationem rei depoſitæ unà cum fructibus. Harpetr. *in* §. *item inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. n.* 50. Hermoſilh. *in l.*8. *tit.*3.*gloſ.*10. *n.*1. Guerr. *tract.* 4. *lib* 5. *cap.* 8. *n.* 81. 6

Si fructus judicis authoritate vendiderit, & eorum æſtimationem in eſſe conſervaverit, tunc ſolùm ad præſtandam dictam æſtimationem tenebitur. Hermoſilh. *ubi ſuprà n.* 4. fructuſque judicis officio debent vendi, & pecuniæ deponi; *l. ſi Magiſtratus de privileg. creditor.* 7

8 *Ampliatur* 2. ut ipſoſmet fructus *rei* depoſitæ reſtituere teneatur, ſi *extant*, vel extare præſumantur, ſecus verò ſi non extare præſumantur, tunc enim ſufficit eorum æſtimationem reſtituere. Guerr. *dict. tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 16.

9 Ampliatur 3. ut non poſſit depoſitarius recuſare reddere *rationem* de depoſito, & ejus *reſtitutionem* demorare compenſationis exceptione, *nec auditur*, ſi voluerit allegare compenſationem aliquam, ſed ſine mora *reſtitutio* fieri debet. Phœb. *deciſ.* 89. *n.* 2. Guerr. *proxime*, *n.* 17. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 8. §. 8. *n.* 34.

10 Ampliatur 4. ut non obſtante quacumque appellatione interpoſita, teneatur depoſitarius reddere rationem de depoſito, illudque reſtituere. Peg. *for. cap.* 15. *n.* 150. & 195. Guerr. *ſuprà n.* 18.

11 Ampliatur 5. ut depoſitarius nullo modo ſit audiendus, nec exceptione non numeratæ pecuniæ, nec reconventione. Cortiad. *deciſ.* 221. *ex n.* 10. *uſque ad* 14. & *DD.* qui de hac materia egerunt, neque tertius admittendus eſt ad impediendam reſtitutionem, ut cum Cardoſ. *verbo depoſitum*, *n.* 13. & aliis Guerr. *ſuprà n.* 21.

12 Ampliatur 6. ut depoſitarius, qui depoſitum negaverit, pœna dupli puniatur. Salgad. *in labyrint. cred.* 1. *p. cap.* 41. *n.* 4. & 26. & qui depoſitum in proprios uſus convertit, pro reſtitutione carceratur. Salgad. *proxime n.* 24.

13 Ampliatur 7. ut depoſitarius de integro depoſito rationem reddere teneatur, ut ſi de integro non reddat, de nihilo rediidiſſe judicabitur. Salgad. *in labyr. ſuprà n.* 48. Guerr. *ſuprà n.* 25. ſicut enim integrum debet eſſe, ut non ſuffragetur deponenti, ſi deficiat in uno numo, nihil valet. Anſal. *de commerc. diſcurſ.* 68. *n.* 23. & 25. & reſtitutio integra eſſe debet, ſi in uno deficiat, reſtitutum non cenſeatur. Altim. *de nullit. contr. rub.* 1. *p.* 2. *q.* 21. *an.* 191. Cancer. 3. *var. cap.* 8. *n.* 5.

Ampliatur 8. ut verum ſit, quod 14
ſi res deponatur apud duos, vel plures, quilibet eorum in ſolidum teneatur de depoſito rationem reddere, ipſumque reſtituere, nec unius electione, ſed ſolutione alter liberatur. Altim. *de nullit. contract. quæſt.* 21. 2. *p. n.* 166. *text. in l.* 1. §. *ſi apud duos*, *ff. depoſit. l. ſi ut certo*, § *duobus vehiculum*, *ff. commodat.*

Ampliatur 9. ut procedat noſtra 15
aſſertio in depoſito regulari, quod eſt illud, quod fit in pecunia numerata, quæ cum pecunia aliorum deponentium, vel ipſius depoſitarii confunditur. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 90. & 91. Card. *de theatr. verit. & juſt. tom.* 8. *tract. de credit. diſcurſ.* 68. *n.* 9.

Limitatur 1. aſſertio ſupra po- 16
ſita, quando depoſitarius depoſiti regularis probat depoſitum fuiſſe peremptum ſine dolo, aut culpa lata depoſitarii; ſic enim probata depoſiti regularis interemptione, liberatur depoſitarius, niſi moroſus ſit in reſtituendo depoſitum; nam tunc non ſolùm depoſitum, ſed intereſſe lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis tenetur reſtituere. Hermoſilh. *l.* 4. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſ.* 5. *n.* 2. Salgad. *in labyr.* 3. *p. cap.* 11. *n.* 34.

Neque liberatur depoſitarius, 17
probando, quòd res depoſita eodem modo peritura erat apud eum, cui erat reſtituenda, quo apud eum peritura fuit; tradit cum aliis Guerr. *tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 58. ſic ſimiliter non liberatur probando caſum fortuitum; ille enim, qui ad præſtandum aliquid tenetur, ſi eſt moroſus, de caſu quoque fortuito te-

tenetur; *text. in l. quod te, ff. ſi certum pet. l. ſi in Aſia, §. fin. ff. depoſit.*

18 Limitatur 2. quòd depoſitarius judicialis tradens depoſitum mandato judicis perſonæ tradenti mandatum, & aſſerenti ſe in mandato eſſe contentum, liberetur, quamvis talis perſona ſuppoſita ſit, dummodo detur juſta credulitas ex parte depoſitarii; juſtè enim ſolvitur procuratori præſentanti mandatum ſine eo; quod teneatur docere ſe eſſe illum, de quo conſtat mandatum, præcipuè quando venit de longinquo. Boer. *deciſ.* 154. *n.* 1. Anſald. *de commerc. diſc.* 24. *n.* 13. Sabel. *lit.* P. §. 49. *n.* 25.

19 Solvens enim illi, qui literis intercepit, & ſe nominatum fingit in illis literis liberatur, quando debitor eſt generis. Scac. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5 *n.* 341. *&* 342. Anſald. *ſuprà n.* 14.

20 Limitatur 3. quòd depoſitarius non teneatur reddere rationem, neque reſtituere depoſitum, ſi dubitet de mandato judicis, vel deponentis, quorum ordines pro ſua indemnitate multoties ſpernere poteſt. Luc. *de camb. diſc. ſub n.* 20. Guerr. *ſuprà citatus*, *n.* 79. ſicut neque quando præſumit perſonam eſſe ſuppoſitam; ſuppoſitio enim hæc perſonarum, quamvis ſufficienter probari non poſſit per probabilitatem in contrarium. Anſald. *dict. diſc.* 24. *n.* 18. attamen probatur, quando per verſatos in loco, cujus dicitur eſſe perſona, illius nulla habetur notitia. Anſald. *ſuprà n.* 29. Guerr. *ſuprà n.* 80.

21 Limitatur 4. quòd depoſitarius non teneatur, quando illa fecit, quæ à ſuis anteceſſoribus fieri ſolebant; quia ſimplex officialis, quatenus conſuetum officium adimplevit, de nulla culpa poteſt redargui. Bart. *in l. ſi pignore, ff. de pignorib.* §. *ult. n.* 1. *Gutierr. pract. lib.* 3. *quæſt.* 29. *n.* 22.

Limitatur 5. quòd depoſitarius non teneatur rationem reddere de his, quæ incluſa fuerint ciſta ſignata, quando eodem modo, quo illi tradita fuit, reſtituitur; *text. in l.* 1. §. *ciſta ſignata, ff. depoſit.* Peg. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 51. *in rub. cap.* 43. *per tot.* 22

Limitatur 6. ut contra depoſitarium executivè, & ſummariè non procedatur, quando depoſitum non probatur per inſtrumentum, ſed per teſtes, vel quando depoſitum eſt tantum confeſſatum ſine reali numeratione, vel quando non judicis officio, ſed actione depoſiti agitur, vel quando agitur contra hæredes depoſitarii, ut optimè tradit Mor. *tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *caſ.* 8. *ex n.* 79. *uſque ad* 82. 23

Limitatur 7. ut depoſitarius ſit audiendus cum exceptione quando depoſitum fuit venditum de conſenſu creditoris, & quando oppoſita aliqua quacumque exceptione admiſſus de facto eſt, tacente actore. Mor. *ubi ſupra n.* 83. 24

Periculum depoſiti judicialis ſpectat ad creditorem, quando ipſe fuit in mora adimplendi pro parte ſua, etiam ſi depoſitum ſit conditionale; *l. qui decem, l. creditor. oblat. ff. de ſolut.* 25

Depoſitarius decoctor, an periculo debitoris, vel creditoris decoxerit? conſule Gam. *deciſ.* 189. *n.* 1. ubi tenet pecuniam periculo debitoris periiſſe; aliter dicendum in depoſitarium pecuniæ ex voluntate litigantium facto; ſi enim decoxerit, periculum eſt victoris, nec tenetur victus iterum tantundem deponere, ut tradit idem Gam. *ſuprà n.* 3. 26

Depoſitarius ſolvens de mandato judicis liberatur, licèt pars, cujus intereſt, non fuerit vocata. Aflict. 27

8 Ampliatur 2. ut ipſoſmet fructus *rei depoſitæ* reſtituere teneatur, ſi *extant*, vel extare præſumantur, ſe*cus* verò ſi non extare præſuman*tur*, tunc enim ſufficit eorum æſtimationem reſtituere. Guerr. *dict. tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 16.

9 Ampliatur 3. ut non poſſit depoſitarius recuſare reddere rationem de depoſito, & ejus reſtitutionem demorare compenſationis exceptione, nec auditur, ſi voluerit allegare compenſationem aliquam, ſed ſine mora reſtitutio fieri debet. Phœb. *deciſ.* 89. *n.* 2. Guerr. *proxime*, *n.* 17. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 8. §. 8. *n.* 34.

10 Ampliatur 4. ut non obſtante quacumque appellatione interpoſita, teneatur depoſitarius reddere rationem de depoſito, illudque reſtituere. Peg. *for. cap.* 15. *n.* 150. *&* 195. Guerr. *ſuprà n.* 18.

11 Ampliatur 5. ut depoſitarius nullo modo ſit audiendus, nec exceptione non numeratæ pecuniæ, nec reconventione. Cortiad. *deciſ.* 221. *ex n.* 10. *uſque ad* 14. *& DD.* qui de hac materia egerunt, neque tertius admittendus eſt ad impediendam reſtitutionem, ut cum Cardoſ. *verbo depoſitum*, *n.* 13. & aliis Guerr. *ſuprà n.* 21.

12 Ampliatur 6. ut depoſitarius, qui depoſitum negaverit, pœna dupli puniatur. Salgad. *in labyrint. cred.* 1. *p. cap.* 41. *n.* 4 *&* 26. & qui depoſitum in proprios uſus convertit, pro reſtitutione carceratur. Salgad. *proxime n.* 24.

13 Ampliatur 7. ut depoſitarius de integro depoſito rationem reddere teneatur, ut ſi de integro non reddat, de nihilo rediddiſſe judicabitur. Salgad. *in labyr. ſuprà n.* 48. Guerr. *ſuprà n.* 25. ſicut enim integrum debet eſſe, ut non ſuffragetur deponenti, ſi deficiat in uno numo, nihil valet. Anſal. *de commerc. diſcurſ.* 68. *n.* 23. *&* 25. & reſtitutio integra eſſe debet, ſi in uno deficiat, reſtitutum non cenſeatur. Altim. *de nullit. contr. rub.* 1. *p.* 2. *q.* 21. *an.* 191. Cancer. 3. *var. cap.* 8. *n.* 5.

Ampliatur 8. ut verum ſit, quod 14 ſi res deponatur apud duos, vel plures, quilibet eorum in ſolidum teneatur de depoſito rationem reddere, ipſumque reſtituere, nec unius electione, ſed ſolutione alter liberatur. Altim. *de nullit. contract. quæſt.* 21. 2 *p. n.* 166. *text. in l.* 1. §. *ſi apud duos*, *ff. depoſit. l. ſi ut certo*, §. *duobus vehiculum*, *ff. commodat.*

Ampliatur 9. ut procedat noſtra 15 aſſertio in depoſito regulari, quod eſt illud, quod fit in pecunia numerata, quæ cum pecunia aliorum deponentium, vel ipſius depoſitarii confunditur. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 90. *&* 91. Card. *de theatr. verit. & juſt. tom.* 8. *tract. de credit. diſcurſ.* 68. *n.* 9.

Limitatur 1. aſſertio ſupra po- 16 ſita, quando depoſitarius depoſiti regularis probat depoſitum fuiſſe peremptum ſine dolo, aut culpa lata depoſitarii; ſic enim probata depoſiti regularis interemptione, liberatur depoſitarius, niſi moroſus ſit in reſtituendo depoſitum; nam tunc non ſolùm depoſitum, ſed intereſſe lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis tenetur reſtituere. Hermoſilh. *l.* 4. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſ.* 5. *n.* 2. Salgad. *in labyr.* 3. *p. cap.* 11. *n.* 34.

Neque liberatur depoſitarius, 17 probando, quòd res depoſita eodem modo peritura erat apud eum, cui erat reſtituenda, quo apud eum peritura fuit; tradit cum aliis Guerr. *tract.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 58. ſic ſimiliter non liberatur probando caſum fortuitum; ille enim, qui ad præſtandum aliquid tenetur, ſi eſt moroſus, de caſu quoque fortuito te-

tenetur; *text. in l. quod te, ff. ſi certum pet. l. ſi in Aſia, §. fin. ff. depoſit.*

18 Limitatur 2. quòd depoſitarius judicialis tradens depoſitum mandato judicis perſonæ tradenti mandatum, & aſſerenti ſe in mandato eſſe contentum, liberetur, quamvis talis perſona ſuppoſita ſit, dummodò detur juſta credulitas ex parte depoſitarii; juſtè enim ſolvitur procuratori præſentanti mandatum ſine eo; quod teneatur docere ſe eſſe illum, de quo conſtat mandatum, præcipuè quando venit de longinquo. Boer. *deciſ.* 154. *n.* 1. Anſald. *de commerc. diſc.* 24. *n.* 13. Sabel. *lit.* P. §. 49. *n.* 25.

19 Solvens enim illi, qui literis intercepit, & ſe nominatum fingit in illis literis liberatur, quando debitor eſt generis. Scac. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 341. *&* 342. Anſald. *ſuprà n.* 14.

20 Limitatur 3. quòd depoſitarius non teneatur reddere rationem, neque reſtituere depoſitum, ſi dubitet de mandato judicis, vel deponentis, quorum ordines pro ſua indemnitate multoties ſpernere poteſt. Luc. *de camb. diſc. ſub n.* 20. Guerr. *ſuprà citatus, n.* 79. ſicut neque quando præſumit perſonam eſſe ſuppoſitam; ſuppoſitio enim hæc perſonarum, quamvis ſufficienter probari non poſſit per probabilitatem in contrarium. Anſald. *dict. diſc.* 24. *n.* 18. attamen probatur, quando per verſatos in loco, cujus dicitur eſſe perſona, illius nulla habetur notitia. Anſald. *ſuprà n.* 29. Guerr. *ſuprà n.* 80.

21 Limitatur 4. quòd depoſitarius non teneatur, quando illa fecit, quæ à ſuis anteceſſoribus fieri ſolebant; quia ſimplex officialis, quatenus conſuetum officium adimplevit, de nulla culpa poteſt redargui. Bart. *in l. ſi pignore, ff. de pignorib.* §. *ult. n.* 1. *Gutierr. pract. lib.* 3. *quæſt.* 29. *n.* 22.

Limitatur 5. quòd depoſitarius non teneatur rationem reddere de his, quæ incluſa fuerint ciſta ſignata, quando eodem modo, quo illi tradita fuit, reſtituitur; *text. in l.* 1. §. *ciſta ſignata, ff. depoſit.* Peg. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 51. *in rub. cap.* 43. *per tot.* 22

Limitatur 6. ut contra depoſitarium executivè, & ſummariè non procedatur, quando depoſitum non probatur per inſtrumentum, ſed per teſtes, vel quando depoſitum eſt tantum confeſſatum ſine reali numeratione, vel quando non judicis officio, ſed actione depoſiti agitur, vel quando agitur contra hæredes depoſitarii, ut optimè tradit Mor. *tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *caſ.* 8. *ex n.* 79. *uſque ad* 82. 23

Limitatur 7. ut depoſitarius ſit audiendus cum exceptione quando depoſitum fuit venditum de conſenſu creditoris, & quando oppoſita aliqua quacumque exceptione admiſſus de facto eſt, tacente actore. Mor. *ubi ſupra n.* 83. 24

Periculum depoſiti judicialis ſpectat ad creditorem, quando ipſe fuit in mora adimplendi pro parte ſua, etiam ſi depoſitum ſit conditionale; *l. qui decem, l. creditor. oblat. ff. de ſolut.* 25

Depoſitarius decoctor, an periculo debitoris, vel creditoris decoxerit? conſule Gam. *deciſ.* 189. *n.* 1. ubi tenet pecuniam periculo debitoris periiſſe; aliter dicendum in depoſitarium pecuniæ ex voluntate litigantium facto; ſi enim decoxerit, periculum eſt victoris, nec tenetur victus iterum tantundem deponere, ut tradit idem Gam. *ſuprà n.* 3. 26

Depoſitarius ſolvens de mandato judicis liberatur, licèt pars, cujus intereſt, non fuerit vocata. Afflict. 27

flict. deciſ. 150 *n.* 24. Menoch. *de arbit. caſ.* 137. *n.* 11. Ciarlin. *contr. for. cap.* 171. *n.* 31. Intellige, ut ſuprà *n.* 4.

28 Quær. an depoſitario competat jus retentionis propter expenſas factas in re depoſita? Reſpondetur affirmativè. *Gloſ. in l. ſi plures, §. ult. in verbo interitura in fin. ff. depoſit.*

29 Quær. 2. an condemnato ad reſtituendum depoſitum concedatur tempus, ſeu dilatio ſolvendi debitoribus concedi ſolita? Reſpondetur negativè; ſed ſtatim compellitur reſtituere. Mantic. *de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 3. *text. in l. pen. cod. depoſit.*

30 Quær. 3. an depoſitarius liberetur à reſtitutione depoſiti, ſi rem depoſitam ſine mandato judicis, aut partis apud alium depoſuerit, & contra eum velit cedere actionem? Reſpondetur negativè Gratian. *diſc. for. cap.* 665. *n.* 17.

31 Quær. 4. an depoſitarius rem depoſitam præſcribere poſſit? Reſpondetur negativè, ſi verſemur in ſimplici depoſitario; ſecus ſi dicto depoſitario ſuperveniat melior titulus, puta rei depoſitæ donatio, &c. quia tunc præſumitur depoſitarius mutaſſe ſibi cauſam poſſeſſionis, & ſic poſſediſſe titulo magis proficuo, atque ita præſcribere poſſe tanquam quilibet alius; qui nunquam fuiſſet depoſitarius. Anchar. *conſ.* 152. *ſub n.* 3 *verſic. ego dico.* Aym. *conſ.* 171. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 682. *n.* 21. *& ſeqq. p.* 4. *rec. tom.* 3.

32 Nota, quòd depoſitio judicialis, & pecuniæ conſignatio ſolutionis vim habet; *l.* 1. *cod. qui pot. in pign. habeant, l. nec creditores, cod. de pignorat. act.* Auguſt. Barb. *in repert. pract. concl. verbo depoſitarius*, ſicut etiam depoſitum cum conſignatione operatur, ut dicatur totalis, & plena liberatio, & pro tali habeatur; *l. cum hæres in princip. ff. de ſtat. liber. l. obſignatione, cod. de ſolut.* tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ubi proxime.*

Quær. 5. an depoſitarius ad effectum reſtituendi rem depoſitam poſſit apponere exceptionem dominii nempe rem ad ſe ſpectare? Reſpondetur negativè, quando agitur de dominio acquiſito poſt depoſitum; *l. pen. cod. depoſit.* ſecus quando agitur de dominio acquiſito ante depoſitum; quia tunc non eſſet depoſitum, cùm rei ſuæ depoſitum non conſiſtat; *l. qui rem ſuam, ff. depoſit.* 33

Si alia deſideras, cogita per Doctores, ubi multa invenies circa depoſitum, vel depoſitarium.

Ad tit. 50.

De Mutuo.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quando quis mutuat, & tradit alteri rem, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtit, ſtatim fit propria recipientis, & ſi amiſerit, remanet obligatus ad ſolvendum genus, quod non perit.*

2 *Mutui definitio traditur, & n.* 3. *explicatur.*

4 *Dominium rei mutuatæ transfertur in mutuatarium, ad quem ſpectat periculum, non ad mutuantem.*

5 *Res mutuandæ fungibiles debent eſſe, remiſſivè.*

6 *In mutuo idem genus reddi debet.*

7 *Quæ actio detur mutuanti adverſus*

verſus mutuatarium.

8 *Mutuum gratia mutuatarii ſit, non mutuantis.*
Dolo, lata, levi, & leviſſima culpa, & caſu fortuitu tenetur mutuatarius, ibid.

9 *Res mutuata ſemper perit mutuatario, & ad illius periculum pertinet.*

10 *Mutuans pecuniam ad emendum aliquid, quod mutuanti obligatur, præfertur omnibus creditoribus anterioribus hypothecariis.*

11 *Aſſignatur differentia inter mutuum, & commodatum.*

1 STatuit textus, quòd quando quis mutuat, & tradit alteri rem, veluti pecuniam, vinum, oleum, frumentum, vel aliam rem, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtit, ſtatim quod res ipſa mutuata recipitur, fit accipientis, per illamque traditionem manet propria recipientis; & ſi accipiens mutuum amiſerit aliquo caſu fortuito, nihilominus obligatus remanet ad ſolvendum genus, quod perire non poteſt; *text. in l.* 2. §. *mutui datio, ff. de reb. credit. inſtit. lib.* 3. *tit.* 15. *in princip. quib. mod. re contrab. obligat. &* §. 2 *verſic. & is quidem.* Gom 2. *var. cap.* 6. *n.* 1.

2 Mutuum ait Hermann. Vult. *ad principium inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. n.* 7. eſt contractus realis nominatus, in quo rem noſtram, quæ in quantitate conſiſtit, ita alicui damus, ut eandem rem nobis reddat, non in ſpecie, ſed in genere.

3 Mutuum dicitur quaſi *de meo fiat tuum*, cum res mea per mutuum tua evadat; *l.* 2. §. *appellata eſt, ff. de reb. credit.* & poſtea quando illam reſtituis, de tua, mea denuo fieri debeat, ideoque cum debeat inter nos intercedere translatio dominii reciproca, quæ *mutua* latine vocatur *mutuum* dicitur contractus hujuſmodi. Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3. *tit.* 2. *n.* 4.

In mutuo de neceſſitate dominium rei mutuatæ transfertur in mutuatarium, & ideo contra ſubſtantiam mutui eſt, quod periculum ſpectet ad mutuantem, cum dominium in accipientem transferatur; *l.* 2. *ubi DD. ff. ſi cert. pet.* Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 133. *n.* 4. 4

Res autem mutuandæ, ut ait Imperator *in princip. inſtit. quib. mod. re contrab. obligat.* debent eſſe fungibiles, quæ uſu conſumantur, & in numero, menſura, ac pondere conſiſtant, ut pecunia, quæ numeratur, aurum, vel æs, quæ ponderantur, triticum, vel oleum, quæ menſurari ſolent. 5

Debet mutuum mutuanti reddere mutuatarius, non ejuſdem ſpeciei, ſed ejuſdem generis, qualitatis, & bonitatis. Gaſparr. *ubi ſuprà n.* 8. Minſinger. *ad inſtit. lib.* 3. *tit.* 15. *quib. mod. re contrab. obligat. n.* 6. 6

Si mutuatarius ſtatuto tempore elapſo mutuum non reddat, habet mutuans actionem ad petendum illud, quæ vocatur *conditio certi ex mutuo*; *inſtit. fin. principii quib. mod. re contrab. obligat.* 7

Mutuum gratia mutuatarii tantum fit, nec ulla inde utilitas mutuanti emergit, teneturque mutuatarius de dolo, lata, levi, & leviſſima culpa, ſicut etiam de caſu fortuito, §. *item is verſic. & is quidem, inſtit. quib. mod. re contrab. obligat.* 8

Mutuatarius enim, ut dictum eſt, fit dominus rei mutuatæ, ideo certo certius rem, etiam ſi pereat caſu fortuito, damno domini ſui ſemper perire; *text. in l. quæ fortuitis, cod. de pignorat. act.* & periculum ad mutuatarium pertinet, ut patet 9

ex

ex noſtro textu in hoc principio.

10 Mutuans pecuniam ad emendum aliquid, puta prædium, quod mutuanti ſit obligatum, debet præferri omnibus creditoribus anterioribus, etiam hypothecariis pro quantitate capitalis, & incurſorum. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 3. *&* 6. Carleval. *de judic. diſp.* 28.

11 Nota, quòd mutuum, & commodatum differunt: nam mutuum earum rerum eſt, quæ pondere, numero, menſurave conſtant; commodatum verò aliarum rerum omnium præter illas. Secundò, in mutuo res fit accipientis; *Ord. in hoc principio*: in commodato nequaquam; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 53. §. 1. Tertiò, qui mutuum accepit, fortuito rei interitu non liberatur; commodatarius liberatur. Hot. *ad* §. *item is inſtit. quib. mod. re contrab. obligat.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Mutuatarius rem mutuatam tradere debet tempore conſtituto, ſi non ſit conſtitutum, quoties voluerit creditor, aliàs moram incurrit.*

2 *Non ſtatim res tradi debet, aliàs beneficium eſſet fruſtratorium.*

Non minus tempus decem dierum ſpectatur, aut maius judicis arbitrio ſecundum qualitatem perſonarum, temporis, & loci, ibid.

3 *Homines beneficiis juvari debent, non decipi.*

4 *Traditur objectio contraria.* *Communis utilitas poſtulat, ut debitor non ſtatim conveniatur, ibid.*

5 *Triticum, vel vinum mutuans ad ſolvendum de prædio, intelligitur ſpatium ad ſolvendum ad primam novitatem, remiſſivè.*

6 *Tempore non declarato ad ſolvendum mutuum, non minus decem dierum ſtatuendum, & non ſtatim agere.*

Dicitur in textu, quòd rem mutuatam debet tradere mutuatarius tempore conſtituto, ſive præfinito, & ſi non fuerit præfinitum tempus ad tradendam rem mutuatam, illam tradere debet toties quoties voluerit creditor; aliàs conſtituitur in mora, quæ incurritur, quando quis non facit illud, quod facere tenetur eo tempore, quo pollicetur; *l. magnam*, ubi *DD. cod. de contrab. & committ. ſtipulat.* 1

Dicitur in textu, quòd non ſtatim reſtitui debet res in mutuum data, aliàs enim fruſtratorium eſſet beneficium, ſi creditor mutuans illico poſſet debitum repetere, ſed aliquod tempus non minus decem dierum expectandum eſſe, aut maius ſpatium judicis arbitrio, ſecundum qualitatem perſonarum, temporis, & loci, intra quod nimirum accipiens aliquam ex mutuo utilitatem percipiat; *text. in l.* 1. §. *mutui*, *ff. de act. & obligat.* Fachin. *lib.* 2. *cap.* 52. 2

Non debet ergo mutuatarius ſtatim cogi reſtituere pecuniam mutuatam; quia homines hominum beneficiis juvari debent, non verò decipi. Fachin. *ſuprà*, ubi quod hæc eſt communis omnium ſententia. 3

Sed obſtat, ubi dies obligationis non adjicitur, præſenti die pecunia debetur; *l. eum qui*, §. *quoties*, *ff. de verb. obligat.* ergo mutuatarius ſtatim tradere debet rem mutuatam. Sed reſpondetur, quòd li- 4

licet ſummo jure inſpecto, ſtatim debitor conveniri poſſit, attamen contra juris ſtricti regulas multa eſſe pro communi utilitate conſtituta reſpondet J. C. *in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* & ſic in propoſita ſpecie communis utilitas, & æquitas hæc poſtulant, ut non ſtatim debitor conveniri, ſed aliquod temporis intervallum indulgendum eſt, quo pecunia mutuo accepta in neceſſarium uſum erogetur, ut optime Fachin. *ſuprà*.

5 Unde ſi aliquis in hac civitate Olyſiponenſi mutuaſſet alteri aliquam certam pecuniam ad ſolvendum in civitate Bracharenſi, quamvis non præfineret tempus ſolutionis, dabitur tantum temporis ſpatium, quantum ſufficiet ad eundum in illam civitatem; ſicut etiam ſiquis mutuaſſet alteri triticum, vel vinum, ut ſolvat de prædio ſuo, intelligetur ſpatium ad ſolvendum uſque ad primam novitatem, & non ultra, ut colligitur ex noſtro textu.

6 Porrò juxta diſpoſitionem noſtri textus quando non declaratur tempus ad ſolvendam rem mutuatam, non confeſtim agere potero adverſus mutuatarium, ſed modicum tempus ſtatuendum eſt ad ſolvendum, non minus decem dierum; *text. in l. Promiſſor. §. ſi ſine dic. ff. de conſtit. pecun.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Filiisfamilias in poteſtate parentis exiſtentibus mutuari non poteſt, neque datur actio adverſus filium, neque adverſus patrem ejus.*

2 *Non tenetur ex mutuo ſibi facto inpoteſtate, licèt factus ſit ſui juris morte parentis, vel emancipatione.*

3 *Traditur ratio, ob quam mutuari non poteſt filiisfamilias, remiſſivè.*

4 *Probibitio mutuandi filiisfamilias ad nepotes, neptes, & pronepotes extenditur.*

5 *Fideijuſſores non tenentur ſolvere pecuniam mutuatam filiisfamilias.*

6 *Macedoniana ab hærede opponi poteſt.*

7 *Etiam poſt ſententiam definitivam.*

8 *Limitatio prima, remiſſivè.*

9 *Limitatio ſecunda, remiſſivè.*

10 *Limitatio tertia, remiſſivè.*

11 *Limitatio quarta, remiſſivè.*

12 *Limitatio quinta, remiſſivè.*

13 *Filiusfamilias aſſerens ſe eſſe patremfamilias juvatur Macedoniani exceptione, quando creditor ſciebat eſſe filium familias.*

14 *Idem procedit, quando duo credunt eandem pecuniam, & alter verò non.*

15 *Ut filiusfamilias teneatur ex mutuo, requiritur creditorem babuiſſe juſtam cauſam ignorandi illum eſſe filiumfamilias.*

16 *Qui mutuat habenti regalia vectigalia, judicando eſſe patrem familias, ceſſat exceptio Macedoniana.*

17 *Ignorantia probatur, quando non probatur ſcientia.*

18 *Filiusfamilias renuntiare non poteſt Macedoniani exceptioni.*

19 *Licèt renuntiet cum juramento.*

20 *Limitatio ſexta, remiſſivè.*

21 *Limitatio ſeptima, remiſſivè.*

22 *Limitatio octava, remiſſivè.*

23 *Limitatio nona, remiſſivè.*

24 *Limitatio decima, remiſſivè.*

25 *Qui ſolvit partem debiti ex contractu, ex quo exceptione tu-*

tutus erat, videtur agnoſcere totum debitum, contractum approbare, & exceptioni renuntiare.

26 *Exceptio Macedoniani non tollit actionem civilem, & naturalem, ſed eas enervat.*

27 *An filiusfamilias teneatur ad ſolutionem mutui in foro conſcientiæ? & n.* 28.

1 DIcit textus in hoc §. 2. quòd non fiat mutuatio filiisfamilias, qui in poteſtate parentis extiterint, ſive maſculi, ſive fæminæ ſint, & illi, qui mutuaverit, denegatur actio tam adverſus ipſum, filiamve, quam adverſus patrem, ut per integrum *tit. ff. & cod. ad Senatus C. Macedon.* §. *illud proprie, inſtit. lib.* 4. *tit.* 7. *quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt*; ex quibus, §. iſte 2. de ſumptus fuit.

2 Unde neque filiusfamilias tenetur ex mutuo ſibi facto, dum eſt in patria poteſtate, neque etiam ejus pater, ſive adhuc in poteſtate ſit, ſive parentis morte, vel emancipatione ſuæ poteſtatis, vel ſui juris eſſe cœperit, ut deducitur ex hoc §. 2. & *dict.* §. *illud proprie, inſtit. quod cum eo.* Hermoſilh. *in l.* 4 *gloſ.* 1. *n.* 1. & *gloſ.* 2. *n* 6. *tit.* 1. *p.* 5. *tom.* 1.

3 Ratio, ob quam prohibitum eſt mutuare filiisfamilias, fuit; quia quidam publicus, & crudelis fænerator Romanus, qui vocabatur Macedo, filiisfamilias egentibus mutuabat pecuniam, & poſtea onerati, & oppreſſi ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, morte parentes inſidiabantur, & eos interficiebant, ut in hæreditate ſuccederent, & haberent unde ſolverent; quo viſo, & cognito, Senatusconſultus populi Romani diſpoſuit, & ordinavit, ut nemo poſſit mutuare filiisfamiliis, alias competat eis exceptio prædicta, propter evitandam mortem parentum; *text. in l.* 1. & *per totum, ff. ad Maced. text. in l.* 6. & *per tot. cod. eod.* & *dict.* §. *illud. inſtit. quod cum eo*, cum quibus concordat textus noſter in hoc §. 2.

Prædicta prohibitio mutuandi filiisfamilias extenditur etiam ad filios, nepotes, & pronepotes, §. *illud proprie, inſtit. quod cum eo* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 7. *cap.* 4. & 5. cum multis aliis Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.* 1. *tit.* 1. *p.* 3. *n.* 1. ampliata ſic noſtra Ordinatione in hoc §. 2. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi filius* 6. *n.* 4. *cod. ad Senatus C. Maced.* 4

Et hoc eſt adeo verum, ut extendatur adhuc ad fidei juſſores filiorumfamilias, qui mutuam pecuniam acceperunt, vel aliter pecunia credita contraxerunt; quia etiam non tenentur, nec obligantur ad ſolvendum, ut patet ex noſtro textu. Mantic. *dict. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 7. tradit cum multis aliis Hermoſilh. *in dict. l.* 4. *gloſ.* 4. *tit.* 1. *p.* 5. *tom.* 1. *n.* 1. 5

Quæ quidem exceptio Macedoniana opponi poteſt ab hæredibus ex *text. in l. ſed Julianus*, §. *fin. verſic. fin. ff. ad Maced. text. in l. ſed ſi paterfamil.* §. *non ſolum, ff. eod. tit.* Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *verſic. item hæredibus.* 6

Et prædicta exceptio opponi poteſt etiam poſt ſententiam definitivam; *text. in l. tamen ſi*, & ibi *gloſ. ff. ad Maced.* Gom. *ubi ſuprà verſic. quarto extende*, Hermoſilh. *d. l.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 18. Minſing. *in* §. *illud proprie, inſtit. quod cum eo.* 7

Limitatur 1. ut non procedat in filio, qui habet bona caſtrenſia, vel quaſi, efficaciter enim obligatur, & tenetur ſolvere mutuum; *text. in l.* 1. §. *fin.* & *l. ſeq. ff. ad* 8

Ma-

Maced. Hermoſilh. *l.* 4. *gloſ.* 4. *n.* 2.

9 Limitatur 2. ut non procedat, ſi filius mutuam pecuniam in rem patris vertiſſet; tunc enim non juvatur prædicta exceptione Macedoniana, ſed tenetur filius, vel ejus pater ſolvere debitum mutuatum, & verſum in rem patris; *text. in l. Julianus*, §. *proinde*, *ff. ad Senatus C. Maced.* Pichard. *in* §. *illud proprie*, *inſtit. lib.*4. *tit.* 7. *quod cum eo*, Mynſing. *ibi n.* 11. Hermoſilh. *in l.* 4. *gloſ.* 3. *tit.* 1. *p.* 5. *tom.* 1. *n.* 2. Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *limit.* 8.

10 Limitatur 3. ſi juſſu, vel conſenſu patris mutuum accepit, vel pecunia credita contractum fecit; *l. ſi tamen*, *ff. ad Maced. l.* 2. *cod. eod.* Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *limit.* 7. ubi quod idem procedit, etiam ſi poſt contractum approbaverit. Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.* 3. *n.*3. ubi idem procedere ait, ſive ſequatur patris voluntas; *l. fin. cod. ad Maced.* aut etiam ſi ſciat, & non contradicat, ſed poſtea ratum habuit, & illum approbavit. Hermoſilh. *ſuprà n.* 4.

11 Limitatur 4. ſi filius conſueverat recipere mutuam pecuniam, & eam pater ſolvere conſuevit; quia efficaciter tenetur, ex illa enim conſuetudine præſumitur ejus conſenſus; *arg. l. Titianus*, *ff. quod cum eo*; cum multis Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.*3. *tom.*1. *n* 8. Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *limit.* 11.

12 Limitatur 5. in filiofamilias mentienti, & aſſerenti ſe patremfamilias, & ſe liberum à patria poteſtate, & mutuans habeat juſtam cauſam credendi, efficaciter obligatur, & excepto Maced., Senatus conſultique auxilium non prodeſt Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.* 7. *n.* 1. Auguſt. Barb. *ad Senatus*, *C. Maced. n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *limit.* 4. *cum l.* 1. *cod. ad Maced.*

Aliud dicendum eſt, ſi creditor ſciebat eſſe filiumfamilias, cui credit pecuniam, quamvis aſſerat ſe patremfamilias eſſe; quia juvatur Macedoniani exceptione. Auguſt. Barb. *ubi proxime*, *n.* 2. Hermoſilh. *dict. l.*4. *gloſ.*7. *n.*2. *& gloſ.* 8. *n* 6. 13

Quod idem procedit, & habet locum in caſu, quo duo crederent eandem pecuniam, alterque ſciebat eſſe filiumfamilias, cui pecunia creditur, alter verò non; quia ſcientia creditoris nocet creditori ignoranti; *l. ſed Julianus*, §. *non ſolum*, *verſic. proinde*, *ff. ad Senatus C. Maced.* Auguſt. Barb *ſuprà n.* 4. 14

Unde ut filiusfamilias dicens falſo ſe patremfamilias, aut publicè, & communi æſtimatione ſui juris ſe reputans, teneatur ex mutuo ſibi facto, requiritur, quòd creditor habeat juſtam cauſam ignorandi illum eſſe filium familias. Mynſinger. *in dict.* §. *illud proprie*, *n.* 11. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 5. 15

Nota, quòd mutuans filiofamilias habenti Regalia vectigalia, ſeu tributa conducta, judicando eum eſſe patrem familias, juſta juvatur cauſa excuſationis, in hocque caſu ceſſat prædicta exceptio. Maced. Hermoſilh. *dict l.* 4. *gloſ.* 8. *n.* 7. Auguſt. Barb. *ad Senatus C. Maced. tit.* 27. *n.* 6. 16

Ignorantia in præſenti caſu probatur eo ipſo, quod non probatur ſcientia. Menoch. *remed.* 16. *recuper. n.* 28. Farin. *fragm. crim.* 2. *p. lit.* I. *n.* 93. Auguſt. Barb. *proxime*, *n.* 7. 17

Nota, quòd filiusfamilias huic Macedoniani exceptioni renuntiare non poteſt. Mynſing. *in* §. *illud proprie*, *inſtit. quod cum eo*, *n.*9. Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *verſic. primo extende*, Auguſt. Barb. *ad l. ſi filius fa-* 18

familias 7. *n.* 13. *ad Senatus C. Maced.* Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 17. non enim fuit principaliter introductum hoc beneficium favore filiifamilias, ſed alterius tertii, vel partis, ut dicit Gom. & Myſing. *ſuprà.*

19 Et ſi de facto huic *exceptioni* cum juramento renuntietur, *non* valet talis renuntiatio *ſic firmato juramento, & illa* non obſtante, poteſt opponi de exceptione Maced. in caſibus ubi habet locum. Hermoſilh. *ſuprà n.* 20. Auguſt. Barb. *in dict. l. Si filius famil.* 7. *n.* 14. *&* 15.

20 Limitatur 6. ſi filiusfamilias, matrimonio conſummato recipiat mutuum; quia tunc non juvatur beneficio Macedoniani. Auguſt. Barb. *in l. Zenodorus* 2. *n.* 23. *verſic. tertio, cod. ad Senat. C. Maced.*

21 Limitatur 7. ſi filiusfamilias mutuatam pecuniam ſolviſſet alii creditori, quem nulla alia exceptione, nec alio modo poſſet ſubmovere, nec aliter poſſet ab eo credito excuſari; *l. ſi filiusfamilias, & l. ſed Julianus*, § *ſi filius accepit, ff. ad Senatus C. Maced.* Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ* 12. *n.* 22. Auguſt. Barb. *ubi proxime, n.* 24.

22 Limitatur 8. quando filiusfamilias, & minor ei mutuet; quia tunc magis ætatis, quàm Senatus conſulti ratio habenda eſt, & in hoc caſu filiusfamilias non juvatur prædicta exceptione Maced. Hermoſilh. *ſuprà n.* 23.

23 Limitatur 9. quando mutuum non fuit in pecunia, ſed in aliqua alia re, puta in tritico, vino, oleo, & aliis ſimilibus; quia Senatus conſ. de ſola pecunia mutuo accepta loquitur, & noſtra *Ord. in hoc* § 2. niſi quando in fraudem mutuum datum eſt in re, quæ non eſt pecunia, ut re illa vendita pecunia inde comparetur; *text. in l. ſed Julianus*, §. *mutui, ff. ad Senatus C. Maced.* Auguſt. Barb. *in l.* 2. *cod. eod. n.* 28.

Limitatur 10. ſi filiusfamilias mutuo pecunias acciperet ab alio filiofamilias, eaſque in ejus utilitatem convertit, & locupletior ex illis inveniatur tempore litis conteſtatæ; ſecus verò è contra, ut cum multis ſupra laudatus Auguſt. Barb. *n.* 31 *ad text. in l.* 2. *cod. ad Senatus C. Maced.* 24

Nota hic, quòd quando quis ſolvit partem debiti ex contractu, adverſus quem exceptione tutus erat, videtur ſolutione partis agnoſcere totum debitum, & contractum approbare, & exceptioni renuntiare. Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum fidem* 4. *n.* 8. *cod. de non numer. pecun.* 25

Nota ultimò exceptionem Macedoniani non tollere actionem civilem, & naturalem, ſed eas enervare. Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *& in l. Taur.* 3. *n.* 124. *verſic. quid autem è contra.* Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 2. *cod. ad Senatus C. Maced. n.* 19. Hermoſilh. *in dict. l.* 4. *gloſ.* 2. *n.* 1. 26

An vero filiusfamilias teneatur ad ſolutionem mutui in foro conſcientiæ? Hermoſilh. *proxime, n.* 2. tenet filiumfamilias teneri in foro conſcientiæ ad ſolutionem mutui; ſed *n.* 3. refert opinionem contrariam, ſcilicet, quòd non teneatur, & cum hac opinione concordat Gom. *in l.* 3. *Taur. n.* 124. *verſic. quid autem è contra.* 27

Auguſt. Barb. *in l. Zenodorus* 2. *cod. ad Senatus C. Maced. n.* 22. has opiniones componit, ut ſcilicet prima procedat, quando filiusfamilias in ſuam utilitatem pecuniam mutuam ſine aliqua læſione, & fraude convertit, ne cum aliena jactura locupletetur, & in hoc tenetur; ſecunda verò quando mutuum accepit 28

pit cum periculo, & læſione non teneri: ſed tu cogita; quia pertinet ad Moraliſtas.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Pater ſolvere tenetur mutuatum filio mercatori, vel exercenti negotiationem juſſu, vel conſenſu patris.*

2 *Mandans, aut præſtans authoritatem, idem eſt, ac ſi per ſe feciſſet, remiſſivè.*

3 *Actus geſtus de mandato patris, vel domini eſt validus, remiſſivè.*

4 *Pater permittens filium negotiari, vel proponens negotiationi tenetur ad ſolvendum mutuum cauſa negotiationis receptum, & non juvatur exceptione Maced.*

5 *Idem ſi patre non contradicente, filius bona ejus adminiſtrat.*

6 *Filiusfamilias obligatur uſque ad peculium ſuum, quando per ſe negotiatur, & exercet mercantiam ſine conſenſu patris.*

1 PRobatur ex textu in hoc §. 3. quòd ſi filiusfamilias mercator fuerit, vel exerceat aliquam mercantiam, vel negotiationem juſſu, vel mandato patris, vel etiam de ejus conſenſu, tunc mutuatum filio cauſa mercantiæ, vel negotiationis tenebitur ſolvere pater; *text. in l. item filiusfamil. §. quamquam, verſic. interdum, ff. ad Senatus C. Maced.* Auguſt. Barb. *in l. Zenodorus 2. n. 32. cod. eod.* Mend. à Caſtr. *2 p. lib 4. cap. 8. n. 54.* Guerr. *tract. 3. lib. 6. cap. 45. n. 33.* Hermoſilh. *l. 4. gloſ. 3. n. 6. tit. 1. p. 5.*

Ex eo enim quòd filiusfamilias negotiatur mandato, vel juſſu patris, videtur approbare omnia geſta per illum, & ideo remanet obligatus ad ſolvendum filio mutuatum, ut patet ex noſtro textu; quia mandans, aut authoritatem præſtans, perinde eſt, ac ſi ipſe per ſe feciſſet; *l. is damnum, & l. hoc jure, §. dejicet, ff. de reg. jur. cap. mulieres, §. illi vero de ſent. ex. communicat.* Cardoſ. *verbo Mandatum, n. 2.* 2

Quapropter remanet obligatus pater ad ſolvendum mutuatum filio præpoſito alicui negotiationi, vel mercantiæ; actus enim geſtus de mandato patris, vel domini validus eſt; *text. in l. qui in alien. ff. de acquir. hæred. l. ſi patre, ff. de rit. nupt.* Quintel. *ad lib. 1. inſtit. tit. 9. illat. 2. n.* 1048. 3

Unde ſine dubio tenendum eſt patrem permittentem filium negotiari, vel proponentem eum alicui negotiationi, cujus cauſa mutuum recepit, teneri ad ſolvendum; neque juvari exceptione Macedoniani. Hermoſilh. *l. 4. gloſ. 3. n. 6. tit. 1. p. 5.* Auguſt. Barb. *in l ſi permittente 4. n. 1.* 4

Idemque dicendum videtur de filio adminiſtrante bona patris, eo non contradicente, qui obligat ipſius patris bona, quaſi pater ipſe contraxiſſet, ſine eo quòd juvari poſſit illa Macedoniani exceptione, ut tradit cum multis Hermoſilh. *ſuprà proxime, n. 7.* 5

Quando verò filiusfamilias negotiatur, vel exercet mercantiam per ſe ſolus ſine mandato patris, tunc ipſe filius remanet obligatus uſque ad peculium ſuum, & non ultra, ut probatur ex noſtro textu in hoc §. 3. Hermoſilh. *dict. l. 4. gloſ. 5. n. 2.* ubi optime. 6

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Mutuatum filio ad impenſas ſtudii pater ſolvere tenetur, ſi non excedat, quod cum filio erat inſumpturus.*

2 *Pater, & filius tenentur ad ſolvendum mutuatum cauſa ſtudii, quando non exceſſit debitam moderationem, & ceſſat exceptio Maced.*

3 *Etiam ſi ſtudeat contra voluntatem patris.*

4 *Si ſit habilis ad ſtudendum, & mutuum fiat attentis facultatibus, & familia patris, remiſſivè.*

5 *Pater tenetur ſolvere expenſas quando filius addiſcit grammaticam, & dat operam humanis litteris, vel artibus liberalibus, remiſſivè.*

6 *Exceptio Maced. ceſſat, quando filius legationis cauſa erat abſens, & ei mutuatum uſque ad debitum modum, quod pater ſolvere tenetur etiam invitus.*

7 *Filiusfamilias miles obligatur ex mutuo.*

8 *Quod habet locum in filio clerico, & advocato.*
Privilegia conceſſa militibus ſæcularibus extenduntur ad cœleſtes, ſi detur eadem ratio, ibid.

9 *Idem in privilegio conceſſo militibus armatæ militiæ, quod extenditur ad Doctores, Licentiatos, & Advocatos.*

10 *Limitatio, remiſſivè.*

11 *Filius miles non præſumitur expendiſſe mutuatum in alios uſus, quàm militiæ.*

12 *Filiusfamilias obligatur civiliter, & naturaliter ex mutuo recepto à fratre, qui eſt ſub patria poteſtate, & peculium habet.*

13 *Spuriis, & illegitimis, qui ſub patria poteſtate non ſunt, non competit Macedonianum.*

14 *Pecuniam mutuans ad refeciendam conſervationem rei ipſius debitoris, in ea omnino præfertur aliis creditoribus.*

Dicitur in hoc §. 4. quòd ſi filiusfamilias in ſtudio, aut alio loco procul à patre degens mutuum acceperit, pater obligatur ad ſolvendum mutuatum filio ad impenſas ſtudii, dummodo non excedat, quod pater cum eo filio erat inſumpturus; *text. in l. 2. & l. Macedoniani, cod. ad Maced. l. ſed Julianus, §. quod dicitur, & §. ſequenti, ff. eod.* Auguſt. Barb. *in l. Macedoniani 5. n. 1. & 2.* 1

Unde mutuum datum filiofamilias ad licitum modum obligat patrem, & filium, & ceſſat exceptio Macedoniani, quando filiofamilias cauſa ſtudii abſenti mutuatur; tuncque ipſe, & pater ad ejus ſolutionem tenentur, ſi debitam moderationem non exceſſit, ut patet ex noſtro textu. Auguſt. Barb. *ubi proxime, n. 1. 2. & 3.* cum multis. 2

Quod extende, etiam ſi filiusfamilias ſtudeat contra voluntatem patris; *gloſ. verbo ſolvit in l. ſed Julianus, §. quod dicitur, ff. ad Senatus C. Maced.* & cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n. 5.* 3

Intellige ſupradicta, quando filius eſt habilis ad ſtudendum, & mutuum fiat conſideratis facultatibus, & familia patris; Auguſt. Barb. *ſuprà n. 6.* niſi mutuaretur filio intra limites illius quantitatis, quam cum eo domi expendiſſet pater, licèt habilitas deficiat, vel niſi pater 4

ter

ter provideret filio de rebus neceſſariis, & qui mutuavit, ſciret. Auguſt. Barb. *loc. cit. n. 7. & 8.*

5 Extende iterum, quando filius addiſcit Grammaticam, vel præſtat operam humanis litteris, vel artibus liberalibus; quia pro iſtis diſciplinis addiſcendis pater præſtare tenetur expenſas, non verò pro maioribus facultatibus, niſi pater ſemel incepit expenſas facere cum filio ad maiora ſtudia. Spin. *de teſtam. gloſ.* 18. *n.* 79 *verſic. quid autem dicemus* Barb. *in l. 1. ff. ſolut. matr. p. 7. n. 26. verſic. pro concordia*, cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9.

6 Exceptio Senatusconſulti Macedoniani ceſſat, & non habet locum, quando filiusfamilias legationis cauſa erat abſens, & pecunia fuit mutuata uſque ad debitum modum. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 68. *tit.* 1. *n.* 3. 4. 5. 8. *&* 9. ubi quod tenetur pater ex mutuo filiofamilias facto legationis cauſa intra illam ſummam, quam ſolebat filio adminiſtrare, etiam patre invito dato. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 22. & cum his Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11.

7 Deducitur ultimo ex noſtro textu, quòd ſi filiusfamilias ſit miles, quando mutuum recepit, efficaciter manet obligatus filius ipſe. Hermoſilh. *dict. l.* 4. *gloſ.* 11. *n.* 1. *tit.* 1. Auguſt Barb. *in l ſi filiusfamilias* 7. *n.* 8. *cod. ad Senatus C. Maced.* & juxta diſpoſitionem noſtri textus pater etiam obligatus manet.

8 Extende proxima ad filiumfamilias Clericum, & Advocatum; quia remanent obligati ad ſolvendum ſibi mutuatum. Hermoſilh. *dict. l* 4. *gloſ.* 11 *n.* 2 *tit.* 1. Auguſt. Barb *proxime, n.* 10. privilegia namque conceſſa militibus ſecularibus extenduntur ad milites cœleſtes, quando datur eadem ratio cum multis Cardoſ. *verbo Privilegium, n.* 9.

Sicut etiam privilegium conceſſum militibus armatæ militiæ extenditur ad Doctores, Licentiatos, & Advocatos; *gloſ. communiter approbata in l. miles, verbo facere, ff. de re jud.* Cardoſ. *ſuprà n.* 10. 9

Quod limitatur, ſi privilegium ſit conceſſum militibus propter ignorantiæ juris præſumptionem; quia tunc non extenditur ad Doctores, nec Advocatos, eo quod in illis non debet cadere juris ignorantia; *l. regula ſed juris ignorantia* ubi *DD. ff. de reg. jur. & fact. ignor. & l. 2. ff. de orig. jur.* 10

Nota, quòd filiusfamilias miles non præſumitur expendiſſe pecuniam mutuatam in alios uſus, quam militiæ. Auguſt. Barb. *in dict. l. ſi filiusfamilias* 7. *n.* 12. Gom. 2. *var. cap.* 6 *n.* 2. *verſic. nono limita.* Hermoſilh. *in l.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 1. *& gloſ.* 11. *n.* 1. ubi quod admittit probationem in contrarium. 11

Nota ulterius, quòd ſi frater de peculio, quod habet, mutuaret alteri fratri, qui eſt ſub eadam patria poteſtate, maneret obligatus civiliter, & naturaliter, qui mutuum recipit. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 33. Hermoſilh. *in l.* 4. *gloſ.* 12. *tom.* 1. *n.* 2. dicit mutui contractum celebrari poſſe inter fratres, & inter patrem, & filium, ſi frater, vel filius mutuet pecuniam caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis, vel adventitii peculii, in quo uſusfructus non quæritur; ſed contrarium tradit *n.* 3. *&* 4. 12

Nota iterum, quòd filii naturales, ſpurii, & illegitimi, qui ſub patria poteſtate non exiſtunt, nec ſunt, non juvantur exceptione Macedoniana, ut cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 26. 13

Nota ultimò, mutuantem ad refectionem, conſervationem, aut reſtitutionem rei ipſi debitori facien- 14

ciednam, opponendo ſe executioni ejuſdem rei ab alio creditore intentatæ, in ea omnino præferri. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. §. 11. *n.* 76. Ratio eſt; quia iſte cum ſua pecunia ſalvam fecerit totius pignorationis cauſam, quæ aliàs periret, tacitam cum prælationis privilegio habet hypothecam, etiam inter hypothecarios creditores; *l. interdum cum ſeq. ff. qui pot. in pign.* Per. *deciſ.* 45. Videndus Gutierr. *lib.* 5. *pract. quæſt.* 98. *ex n.* 1.

Ad tit. 51.

De illo, qui confitetur ſe recepiſſe rem aliquam, & poſtea negat.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Confitens mutuum recepiſſe intra ſexaginta dies poteſt negare, & opponere non recepiſſe ab eo confeſſum, & oppoſita exceptione non num. pecun. non tenetur ſolvere confeſſum.*
2 *Objecta exceptione non num. pecun. uſque ad ſexaginta dies debitor liberatur à debito confeſſato, remiſſivè.*
3 *Intra decennium oppoſita, inſtrumenti executio impeditur.*
4 *Sola oppoſitio abſque alia probatione inſtrumenti executionem impedit, & onus probandi in creditorem transfertur.*
5 *Diſſolvitur quædam objectio adducta, remiſſivè.*
6 *Exceptio non num. pecun. ſolum procedit in mutuo, remiſſivè.*
7 *Amplia primò, remiſſivè*
8 *Amplia ſecundò, remiſſivè.*
9 *Amplia tertiò, remiſſivè.*
10 *Amplia quartò, remiſſivè.*
11 *Amplia quintò, remiſſivè.*
12 *Amplia ſextò, remiſſivè.*
13 *Amplia ſeptimò, remiſſivè.*
14 *Amplia octavò, remiſſivè.*
15 *Amplia nono, remiſſivè.*
16 *Amplia decimo, remiſſivè.*
17 *Amplia undecimò, remiſſivè.*
18 *Amplia duodecimò, remiſſivè.*
19 *Limita primò, remiſſivè.*
20 *Exceptio non num. pecun. ab hæredibus non opponitur, remiſſivè.*
21 *Intelligitur limitatio ſupra, remiſſivè.*
22 *Quod declaratur, remiſſivè.*
23 *Limita ſecundò, remiſſivè.*
24 *Limita tertio, remiſſivè.*
25 *Limita quartò, remiſſivè.*
26 *Limita quintò, remiſſivè.*
27 *Limita ſextò, remiſſivè.*
28 *Solvens partem debiti videtur ſolutione partis in reliquam approbare contractum, & renuntiare exceptioni.*
29 *Limita ſeptimò, remiſſivè.*
30 *Limita octavò, remiſſivè.*
31 *Limita nonò, remiſſivè.*
32 *Limita decimò, remiſſivè.*
33 *Limita undecimò, remiſſivè.*
34 *Limita duodecimò, remiſſivè.*
35 *Limita decimo tertiò, remiſſivè.*
36 *Limita decimo quartò, remiſſivè.*
37 *Limita decimo quintò, remiſſivè.*
38 *Limita decimo ſextò, remiſſivè.*
39 *Limita decimo ſeptimò, remiſſivè.*
40 *Limita decimo octavò, remiſſivè.*
41 *Limita decimo nonò, remiſſivè.*
42 *Limita vigeſimò, remiſſivè.*
43 *Limita vigeſimo primò, remiſſivè.*
44 *Licèt aliquis dicat renuntiare*

hanc

hanc legem; poteſt opponere exceptionem non num pecun.

45 *Renuntiatio facta in eodem inſtrumento eſt nullius momenti; aliter ſi fiat ex intervallo.*

46 *Renuntiatio ex intervallo eſt valida.*

47 *Tabelliones ſcribentes renuntiationem officia amittunt.*

1 PRobatur ex hoc textu, quòd ſiquis confecerit ſe recepiſſe aliquod mutuum allegare, & opponere poteſt uſque ad ſexaginta dies ſe non recepiſſe, & objicere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & opponendo prædictam exceptionem ante ſexaginta dies non tenetur ſolvere ab eo confeſſum; *text. in l. in contract. l ſi quaſi, cod. de non num. pecun.* Cald. *quæſt. for.* 22. *n.* 23. Coſt. *in repet. l. ſi ex cautione in capite ſecundum habet*, Auguſt. Barb. *ad text in l. in contractib.* 14. *n.* 6. *cod. de non num. pecun.* Martins à Coſta *in Addit. ad tractatum de non num. pecun. annot.* 10. *n.* 8. cum multis optime Hermoſilh. *t.* 1. *gloſ.* 7. *l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *per tot. inſtit. lib.* 4. *tit.* 13. §. 2. *ibi* Minſing. *n.* 1.

2 Optimum nobis præſtatur remedium in hoc textu, iniquum erat enim aliquem teneri ad reddendum, ſive ſolvendum illud, quod non acceperit, aut ad deliberandum debitorem à quo debitum non ſit ſolutum, prepter nudum ſyngraphæ, apochæ teſtimonium; ideo ſtatutum eſt in hac lege, quod ſi debitor ſcripſerit ſibi numeratam pecuniam, cum re vera non ſit, allegare, & opponere poſſe uſque ad ſexaginta dies exceptionem non num. pecun. qua objecta, liberatur à debito, ut probant jura ſuprà.

3 Per dictam exceptionem non numeratæ pecuniæ in continenti, hoc eſt intra decennium oppoſitam inſtrumenti executio impeditur. Cin. *in l. in contractib. in princip. quæſt.* 4. *cod. de non num. pecun.* Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3 *cap.* 22. *n.* 23.

Imò ſola prædicta exceptionis oppoſitio abſque ulla probatione inſtrumenti executionem impedit, in ea namque ſpeciale eſt, quod onus probandi in creditorem transfertur; *text. in l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun.* 4

Obſtat tamen, ad impediendam viam ſummariam ſimul requiritur, quod exceptio, & opponatur, & probetur intra decennium; *Ord. lib.* 3. *tit.* 25. *in princip.* ibi. *Allegue, e prove dentro nos ditos dez dias.* Reſpondetur; quia ſpeciale eſſe in in hac exceptione, quòd eo ipſo, quod opponitur per reum, cenſetur probare ſibi non numeratam fuiſſe pecuniam, donec contrarium per actorem probetur. Auguſt. Barb. *ad text. in l. Minorem* 2. *cod. de non num. pecun. n.* 2. cum aliis. 5

Exceptio prædicta ſolùm habet locum in cauſa mutui, non in cæteris contractibus, in his enim, niſi reus probet ſibi non numeratam pecuniam, inſtrumenti executio non impeditur; *l. generaliter, cod. de non num. pecun.* Ægid. *in l. ex hoc jur.* 1. *p. cap.* 11 *n.* 35. *ff. de juſt. & jur.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractibus, n.* 2. *cod. de non num. pecun.* Altim. *tom.* 7. *rubr.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 43. *n.* 172. 6

Ampliatur 1. quamvis debitor juraverit ſolvere pecuniam mutuo acceptam, ſeu dotem cum multis. Hermoſilh. *gloſ.* 7. *l.* 9. *tit.* 1 *p.* 5. *n.* 2. Gom. *in l.* 53. *Taur. n.* 52. Gutierr. *de jur. confirm. p.* 1. *cap.* 37. *n.* 1. 7

Ampliatur 2. licèt in ipſa confeſſione de recepto dixerit recepiſſe de facto, & non ſpe futuræ numerationis. Bald. *in l. ſi ex cautione*, & cum multis aliis Hermoſilh. *ſuprà n.* 6. 8

Am-

9 Ampliatur 3. ſive confeſſio ſit facta in inſtrumento publico, ſive in ſcriptura privata; quia adhuc objici poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ, ut per *DD. in l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun.* Hermoſilh. *ſuprà proxime, n.* 8.

10 Ampliatur 4. etiam ſiquis confiteatur ſe accepiſſe mutuo pecuniam coram teſtibus; teſtes enim, & ſcriptura à pari procedunt, & eadem facilitate aliquis confitetur verbis, quàm ſcriptis; *d. l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum ultra, n.* 3. *cod. de non. num. pecun.*

11 Ampliatur 5. prædictam exceptionem admitti adverſus confeſſionem voluntariæ juriſdictionis factam in judicio. Bald. *in l. in contractib. cod. de non num. pecun & in l ſive apud acta, cod. de tranſact.* Mantic. *de tacit. lib.* 18. *tit.* 6. *n.* 5. *in fin.*

12 Ampliatur 6. prædictam exceptionem non num. pecun. opponi poſſe contra literas cambii. Bald. *conſ.* 190. *lib.* 2. *ſub n.* 2. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 20. *n.* 20. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 8. *n.* 1. *&* 2. ſed contrarium tenet Auguſt. Barb. *ad text. in l. fruſtra* 6. *n.* 3. *cod. de non num. pecun.* quem vide, & ſi tibi placuerit cum illo proſequi poteris.

13 Ampliatur 7. etiam ſi confitens mutuum recepiſſe dediſſet pignus; *l.* 1. *cod. de non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 2. *&* 3. Emmanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione in princip. verſic. licet hypotheca data convenire cœperis, n.* 4.

14 Ampliatur 8. quamvis qui confitetur fideijuſſorem dediſſet; quia non obſtante fideijuſſione objicere poteſt de exceptione non num. pecun. Auguſt. Barb. *in l. generaliter, n.* 2. *cod. de non num. pecun.* Hermoſilh. *dict. gloſ.* 7. *l.* 9. *n.* 19.

Ampliatur 9. prædictam exceptionem non ſolùm habere locum in mutuo pecuniæ, ſed etiam in mutuo cujuſcumque alterius rei; *l. in contractib. cod. de non num. pecun.* Trentacinq. *quaſt.* 12. 15

Ampliatur 10. quando quis promiſit alicui dare centum ex aliqua cauſa, quam non implevit, confitendo ſe recepiſſe ex cauſa mutui; *l. ſub ſpecie, cod. de poſtulando.* 16

Ampliatur 11. in marito confitente ſe recepiſſe dotem; quia non obſtante prædicta confeſſione de recepto, opponere poteſt exceptionem non num. pecun. Hermoſilh. *ſuprà n.* 24. 17

Ampliatur 12. procedere ſive actor agat, ſive non, ut ſi reus condictione ſine cauſa petat inſtrumentum, ſeu obligationem, & agat, ut cancelletur; *text. in l. ſi quaſi, cod. de except. non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 6. 18

Sic ampliata noſtra Ordinatione, illam limita 1. in confeſſione facta in ultima voluntate, ut ſi teſtator in teſtamento, vel codicillo confiteatur recepiſſe certam quantitatem ex cauſa mutui, & jubeat ſolvi; *gloſ* & Bald. *in l.* 1. *cod. de falſ. cauſ.* idem Bald. *in l. fin. cod. de non num. pecun.* Emmanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione, verſic.* 12. *fallit. cod. eod.* Gom. 2. *var. cap.* 6. *n* 5. Cardol. *verbo exceptio, n.* 30. *verſic. hæc regula tamen fallit.* 19

Ratio eſt; quia illa confeſſio inter vivos videtur emanata ſpe futuræ numerationis cum remaneat vivus, & poſſit poſtea recipere ſolutionem; at verò in ultima voluntate ceſſat illa ſpes, cùm habeat effectum ſuum poſt mortem, illo tempore non ſubſit ſpes recipiendi. Gom. *ſuprà*: ideo ab hæredibus opponi non poteſt exceptio pecuniæ non numeratæ. 20

Intelligenda eſt prædicta limitatio, 21

tatio, ſi facta ſit per exiſtentem in extremis, ut tradit Hermoſilh. *d. gloſ. 7. l. 9. tit. 1. p. 5. n. 41.* vel niſi ſit facta in prejudicium creditorum, & legitimæ filiorum. Hermoſilh. *ſuprà n. 42.*

22 Declaratur etiam, & ſi revocet teſtamentum, nihilominus confeſſio ſuſtinetur, quoniam dicitur quidam quaſi contractus; *l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſtam.* ubi Emmanuel à Coſta, *n. 2.*

23 Limitatur 2. in confeſſione facta in judicio per modum contentioſæ juriſdictionis. Jaſ. *in l. qui pecuniam, n. 7. ff. ſi cert. pet.* Mor. *de execut. tom. 1. lib. 2. cap. 22. n. 45.* & cum multis Hermoſilh. *ſuprà n. 45.*

24 Limitatur 3. quando confeſſio de recepta pecunia fuit geminata ex intervallo. Emmanuel à Coſta *in repet. l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun. verſic. 14. fallit, n. 1. gloſ. verbo penitus, d. l. in contractib. §. ſed quoniam, cod. de non num. pecun.* Reinoſ. *obſerv. 47. n. 12. & 13.* Mor. *ſuprà n. 43.*

25 Limitatur 4. quando aliquis in inſtrumento inventarii confitetur ſe pecuniam recepiſſe; *text. in l. fin. cod. de arbitr. tutel.* Hermoſilh. *ſuprà n. 49.*

26 Limitatur 5. quando quis in tranſigendo confeſſus eſt ſe recepiſſe; *l. tranſactionis, cod. de non num. pecun.* ubi Auguſt. Barb. *n. 1. & 2.*

27 Limitatur 6. quando poſt confeſſionem factam de recepto debitor partem debiti ſolvit; *l. cum fidem, cod. de non num. pecun.* ubi Auguſt. Barb. *n 6. & 7.* Mor. *de execut. tom. 1. lib. 2. cap. 22. n. 46.*

28 Unde ſiquis ſolvat partem debiti ex contractu, adverſus quem exceptione tutus erat, videtur ſolutione partis in reliquum contractum approbaſſe, & exceptioni renuntiaſſe. Fontanel. *de pact. nupt. clauſul. 4. n. 8. p. 1. n. 145.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum fidem 4. n. 8.* quem vide ubi, *n. 10.* refert contrariam opinionem, & utramque componit *n. 15.*

Limita 7. in eo, qui cautionem ſcripſit, & negat ſua manu ſcripſiſſe, convinciturque de mendacio, cui hæc noſtra exceptio non competit *auth. contra qui, cod. de non num. pecun* Mantic. *de tacit. lib. 16. tit. 6. n. 33.* 29

Limitatur 8 in caſu *leg. adverſus, cod. de non num. pecun.* quod quis cautum deberet ex cauſa emptionis, ſeu venditionis, & confeſſus fuerit ſe illa debere ex cauſa mutui. Fachin. *lib. 2. contr. cap. 83.* cum multis Auguſt. Barb. *ad d. l. n. 4.* 30

Limitatur 9. in aliis cauſis, quam mutui, nam in reliquis contractibus non habet locum prædicta exceptio; *l. in contractib. cod. de non num. pecun.* 31

Limitatur 10. in loco ubi eſt ſtatutum, quòd infra biennium, vel ſexaginta dies non poſſit apponi hæc exceptio; *text. in l. 2. §. fin. cod. de conſtit. pecun.* tradit cum aliis Hermoſilh. *ſuprà n. 62.* 32

Limitatur 11. in muliere confitente ſe recepiſſe pecuniam, ut pro mutuo intercederet, & confeſſio eſt facta inſtrumento publico tribus teſtibus ſub ſignato; *l. antiquæ verſic. ſed quidem, cod. ad Veleian.* 33

Limitatur 12. in tutore, qui confitetur ſe debere pecuniam pupillo ſuo ex cauſa mutui; *gloſ. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Hermoſilh. *ſuprà n. 64.* 34

Limitatur 13. in publico officiali confitente ſe publicam functionem recepiſſe; tradit cum aliis Hermoſilh. *tom. 1. gloſ. 7. l. 9. tit. 1. p. 5. n. 65.* 35

Limitatur 14. de jure canonico, ſecundum quod hæc exceptio etiam poſt ſexaginta dies, attenta noſtra 36

lege, & poſt biennium, jure communi attento, opponi poteſt; tradit cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractib. cod. de non num. pecun. n.* 7.

37 Limitatur 15. in Eccleſia, quæ perpetuo tempore poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Auguſt. Barb. *ubi proxime* cum multis, *n.* 9.

38 Limitatur 16. in Clericis, jus enim civile non potuit eis præjudicium afferre. Menoch. *cauſ.* 47. *n.* 9. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11.

39 Limitatur 17. ubi debitor moleſtatus miſericorditer officium judicis imploraret; tunc enim poſt ſexaginta dies, vel biennium admittitur exceptio non num. pecun. Emmanuel. à Coſt. *in repet. l. ſi ex cautione, verſic. officium judicis*, ubi hoc locum maxime habere in judice Eccleſiaſtico, ad quem pertinet conſcientias hominum purgare. Guid. Pap. *deciſ.* 292. *n.* 1. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12.

40 Limitatur 18. in debitore cenſus, qui adverſus ſuam confeſſionem, de receptione capitalis cenſus poſt biennium poteſt exceptionem non num. pecun. opponere, & transferre onus probandi in creditorem, ſeu emptorem cenſus, ea ratione; quia per Pii V. Conſtitutionem ſuper forma creandi cenſus, requiritur in ejus creatione vera, realisque numeratio. Caſſan. *conſ.* 63. *n.* 19. *&* 202. *dubit.* 5. *p.* Felic. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 14. Gaſpar. Roder. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 13. *ſub. n.* 4.

41 Limitatur 19. in tertio, qui perpetuo poteſt allegare, & opponere exceptionem non num. pecun. & ipſius privilegio uti. Caroc. *in tract. de depoſit. p.* 1. *rub. de depoſiti probatione, n.* 5. Gom. 1. *var. cap.* 12. *ſub. n.* 81. *verſic. item infertur etiam, quod ſi pater*...

Limitatur 20. quando proteſtatur ante ſexaginta dies, vel biennium coram judice, licèt confeſſus fuerit ſe recepiſſe pecuniam, tamen veritas eſt, quod fuit ſpe futuræ numerationis inde non ſequutæ, quo hæc exceptio non perpetuatur. Maſcard. *de probat. concl.* 1114. *aliàs* 1119 *n.* 11. 42

Limitatur 21. in pupillo, minore, civitate ſeu in quacumque univerſitate minorum privilegio gaudente; quia his privilegium exceptionis non num. pecun. ſemper conceditur, ita ut creditoribus probare incumbat fuiſſe numeratum. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n.* 94. Menoch. *conſ.* 47. *n.* 11. Fachin. *lib* 2 *cap.* 7. Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractibus* 24. *n.* 17. 43

Hæc, quæ dicta ſunt reſpectu illius, qui confeſſus fuerit recepiſſe mutuum, poſſe allegare, opponere, & objicere exceptionem non num. pecun. locum habent, & procedunt, quando quis dicit renuntiare hanc legem, & prædictam exceptionem; quia illam nullam judicat, & nullius effectus noſtra lex, & non oſtante prædicta renuntiatione, poteſt opponere exceptionem non num. pecun. Barb. *in l.* 1. *p.* 6. *ff. ſolut. matr. n.* 27. ſed eſt advertendum Valaſc. *conſ.* 5. *n.* 13. Hermoſilh. *gloſ.* 8. *&* 9. *l.* 9. *tom.* 1. *n.* 3. 44

De jure communi, ſi renuntiatio facta ſit in continenti, ſeu in eodem inſtrumento, eſt nullius momenti; ſecus quando fit ex intervallo. Bart. *in l. ſi ex cautione, n.* 4. 6. *&* 7. *cod. de non num. pecun.* Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. 45

Sic ſimiliter noſtra *Ord. in hoc verſic. E poſto que* intelligi debet, quando renuntiatio fit tempore contractus in continenti, & in eodem inſtrumento; ſecus verò ſi fiat ex intervallo; quia tunc valida eſt re- 46

nun-

nuntiatio, ut ſentit Valaſc. *conſ.* 5. *n.* 12. Hermoſilh. *ſuprà ſub n.* 3.

47 Pœnam amiſſionis officiorum imponit lex noſtra in hoc princip. verſic. *E defendemos* tabellionibus renuntiationem ſcribentibus. Valaſc. *conſ.* 5. *n.* 13. Hermoſilh. *d. gloſ.* 8. & 9. *l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 3. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi ex cautione*, *n.* 12. *cod. de non num. pecun.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Creditor probans tabellione, & teſtibus præſentibus contractus tempore, vel alio modo licito ſe tradidiſſe debitori ab eo confeſſum, condemnabitur in expenſis tripli ipſe debitor propter malitiam.*

2 *Neque admittitur ad probandam aliam rationem ultra confeſſionis ſcripturam.*

3 *Actor, ſive creditor non probans tradidiſſe in ſcriptura contentum, tenetur debitori tradere obligationem.*
Actori incumbit probandi onus, ibid.
Et non probante, reus abſolvitur, ibid.

4 *Tabellio fidem faciens in ſcriptura debitorem recepiſſe mutuum confeſſum, non requiritur creditorem recurrere ad aliam probationem, quamvis durent adhuc ſexaginta dies, remiſſivè.*

5 *Per inſtrumentum ſit evidens probatio.*
Illius fides, & authoritas appellatur probatio probata, ibid.

6 *Tabellioni, vel Notario ſine teſtibus non adhibetur fides.*

7 *Teſtes præſentes deſcribuntur, non vero alii, remiſſivè.*

8 *In omni inſtrumento duos ſaltem teſtes tabellio adhibere debet.*

9 *Antequam contrahentes, & teſtes ſubſcribant, inſtrumentum prius à tabellione coram teſtibus recitandum eſt; aliàs contractus non valet, ſicut etiam actus.*

10 *Contrahentes inſtrumento ſubſcribentes videntur fateri, & approbare omnia in illo contenta.*

11 *Notarius, vel tabellio prætermittentes ſolemnia, aut errantes ad intereſſe partium tenentur, remiſſivè.*

12 *Licèt tabellio in inſtrumento conficiendo ſaltem duos teſtes ponere teneatur, in actis judicialibus non tenetur.*
Fallit in præjudiciali actu, ibid. remiſſivè.

13 *Contra inſtrumentum probatio in contrarium non admittitur, niſi per ſcripturam; aliud quando quis vult probare ſimulationem, vel fraudem.*

14 *Quomodo probetur mutuum, remiſſivè.*

15 *Teſtes probantes mutui ſubſtantiam, non verò quantitatem, quantitas judicatur juramento actoris.*

16 *Intellige ut hîc, remiſſivè.*

17 *Pluſquam ſemiplena probatio, quæ dicatur, remiſſivè.*

DIcit textus in hoc §. 1. quòd ſi creditor probaverit tabellione, & teſtibus præſentibus tempore contractus, vel aliquo alio modo licito, ſe tradidiſſe debitori per illum confeſſum, tenebitur ſolvere quantitatem in illius confeſſione contentam expenſis tripli, malitioſè enim litigavit debitor; concordat 1

Ord. lib. 3. *tit.* 67. §. 1. *& lib.* 5. *tit.* 118. *in princip.* in quibus condemnantur malitioſe litigantes in expenſis dupli, vel tripli.

2 Neque debitor in hoc caſu admittitur in judicio ad probandam aliam rationem, ultra ſcripturam confeſſionis; quia negavit, quod ſciebat, & probatum fuit, ut probat textus in hoc §. 1. verſic. *E naõ lhe ſeja em juizo.*

3 Quòd ſi creditor non probaverit ſe tradiſſe contentum in ſcriptura, tenebitur tradere debitori ſcripturam obligationis, & illum deobligare à confeſſo, ut patet ex textu in verſic. *E naõ provando*, actori enim incumbit onus probandi; *l.* 2. *& l. verus*, *ff. de probat. l. actor*, *& l. fruſtra*, *cod. eod.* actoreque non probante, reus abſolvitur; *l. eſt ff. de jur. ſic. l. ult. cod. de reivendic. l. qui accuſare*, *cod. de edend.*

4 Si verò Tabellio in ſcriptura confeſſionis fidem fecerit, in præſentia ſua, & teſtibus debitorem recepiſſe mutuum ab illo confeſſum, in tali caſu neceſſarium non eſt creditorem facere aliam probationem, ultra ſcripturam confeſſionis, licèt adhuc durent ſexaginta dies; plena enim fides ſcripturæ tabellionis cum teſtibus præſtanda eſt ſine aliqua alia probatione, ut optime probatur ex noſtro textu *verſic. Salvo.*

5 Notatur ad hoc, quòd per inſtrumentum evidens fit probatio. Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. literis*, *n.* 11. *& de retract. lign.* §. 1. *n* 21. & tanta eſt illius fides, & authoritas, ut appelletur probatio probata. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. cum contingat de reſcript n.* 2. *&* 3. *tit.* 3. *& in cap. cum dilecti* 6. *de donat. n.* 2. Peg. *for. cap.* 19 *n.* 1.

6 Notarius, ſive Tabellio in inſtrumentis teſtium nomina exprimere debet, Tabellioni enim, vel Notario ſine teſtibus fides non adhibetur. Auth. *de hæred & falcid.* Cald. Per. *de empt. cap.* 6. *n.* 2. cum multis Maſcard. *de probat. concl.* 6. *n.* 38.

Teſtes ergo deſcribendi ſunt in inſtrumentis, qui præſentes actui fuerunt, non verò alii; *text. in l. contractus*, *cod. de fide inſtrum.* Bart. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* Maſcard. *concl.* 6 *n.* 89 Ratio eſt; quia Notario, ſive Tabellioni ſine teſtibus non creditur. Auth. *de fide inſtrum.* § *ſed & ſiquis*, *cap.* 2 *&* §. *ſed & ſi inſtrumenta* Cald. *ſuprà n.* 3. 7

Tabellio duos teſtes ſaltem adhibere debet in omni inſtrumento. Probus *in cap. ſi tibi*, *n.* 13. *Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 4. aliàs non valet, ut dictum eſt ſuprà. 8

Nota, quòd contrahentes ſcriptum, ſeu inſtrumentum contractus, ſubſcribere debent, & teſtes ſignabunt, ſed antequam ſubſcribant contrahentes, & teſtes, prius debet inſtrumentum à Tabellione coram teſtibus recitari; *Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 4. aliter contractus non valebit, nec actus per *gloſ. ſing. in l. fidei commiſſa in princip. ff. de leg.* 3. optime Cald. *de empt. cap.* 34. *n.* 43. 9

Nota etiam contrahentes inſtrumento, ſeu ſcriptura ſubſcribentes fateri, & approbare videntur omnia in inſtrumento contenta; *l. emptor.* §. *Lucius*, *ff. de pact. l ſi ita ſtipulatus*, §. *Chriſogonus*, *ff. de verb. oblig. l. fidejuſſor.* §. 1. *de pign. l. ſicut*, §. *non videtur*, *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. l. ſiquis ex argentariis*, §. 1. *verſic. ſubſcribere*, *ff. de edend.* 10

Nota iterum, Notarius, ſeu Tabellio, qui ſolemnia prætermittunt, aut errant, tenentur partibus ad intereſſe; *gloſ. verbo litem ſuam, inſtit de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcunt.* Boer. *deciſ.* 118. *n.* 23. ratio eſt; quia Notarius, ſeu Tabellio, 11

qui

qui omiſit neceſſarias ſolemnitates, eſt in dolo. Alciat. *reg.3. præſumpt. 13. n. 13.* ideo conveniri poteſt ad intereſſe, *l. fin. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixer.* cum aliis Cald. *de empt. cap. 34. n. 47.*

12 Nota ulterius, quòd licèt in inſtrumentis conficiendis Tabellio teneatur ponere ſaltem duos teſtes, ut dictum eſt, attamen in actis judicialibus non eſſe neceſſarios probat; *l. in donationib. cod. de donat.* Bald. *in rub. cod. de fid. inſtrum.* quod fallit in actu præjudiciali; tunc enim ille actus per ſubſcriptionem partis, aut eo neſciente ſcribere duobus teſtibus firmari debet. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib. 1. cap. 2 append. 1. n. 32.*

13 Redeundo igitur unde digreſſi ſumus, juxta ſupradicta non eſt neceſſaria alia probatio creditori ultra ſcripturam confeſſionis cum teſtibus ad probandum debitorem recepiſſe mutuum ab eo confeſſum; plane enim probat dicta ſcriptura, ſive inſtrumentum cum teſtibus illum recepiſſe; nec contra inſtrumentum admittitur probatio in contrarium, niſi per ſcripturam. Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter, cod. de non num. pecun.* quando verò quis vult probare ſimulationem, ac fraudem adverſus inſtrumentum, tunc poſſet per teſtes probare, ut tradit cum Cald. *de poteſt. elig. cap. 7. n. 15.* idem Auguſt. Barb. *proxime, n. 7.*

14 Mutuum probatur inſtrumento, & teſtibus, quando tali mutuo interfuerunt, teſteſque deponere debent, ut plane probent, quod mutuavit tali in ipſorum præſentia tantam pecuniam; *l. cum quid, ff. ſi cert. pet. l. cum ſervus, ff. de condit. indebit.* & neceſſe eſt, ut præcipue deponant de numeratione, nec ſufficere ad obtinendum in cauſa, ſi fuerit per eos, vel ſcripturam probatum de confeſſione; tradit Hermoſilh. *gloſ. 8. l. 9. n. 74.*

Quando verò per teſtes probatur ſubſtantia mutui, & de quantitate non conſtat, tenendum eſt quantitatem judicandam eſſe juramento actoris, ut cum multis tradit Barb. *ad Ord. lib. 3. tit. 52. in princip. n. 8.* Hermoſilh. *ubi ſuprà n. 79.* 15

Hoc intelligendum eſt, ſi res mutuata non ſit magni præjudicii, & adſint aliquæ conjecturæ, vel indicia, ex quibus judex ad fidem juramento dandam adducatur; quando verò conjecturæ non adſunt, deferri non poteſt juramentum ad probandam quantitatem, niſi minima ſit quantitas, & cauſa levis; in cauſa magna non defertur juramentum ad illius liquidationem, niſi pluſquam ſemiplene probatum fuerit, ut omne tradit Hermoſilh. *ſuprà n. 80.* 16

Pluſquam ſemiplene probatum dicitur, ſi per unum teſtem, & extrajudicialem confeſſionem partis fuerit verificatum; vel quando ſunt teſtes, unus integer, alter non, vel ſunt alia cum uno teſte indicicia, vel per unum teſtem, & famam, aut quando unus teſtis de numeratione deponit certæ quantitatis, & alter de ejuſdem quantitatis à debitoris petitione, item quando teſtes deponunt de certa quantitate petita extra judicium à debitore. Boer. *deciſ. 85. n. 4.* & cum eo Hermoſilh. *ſuprà ſub n. 80.* & ferè omnes. 17

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Debitor confitens ſe recepiſſe ſub ſpe futuræ numerationis ante terminum ſexaginta dierum proteſtare poteſt ſuo creditori*

ditori extra judicium ſe non recipiſſe, & tunc manet perpetuata exceptio non num. pecun. ut amplius creditor, vel ejus hæredes non poſſint debitorem compellere virtute talis confeſſionis.

2 *Creditor abſens, vel latens, coram judice debitor proteſtare poteſt, & redigere in ſcripturam, ne amplius dubitatio accreſcat.*

3 *Querela non num. pecun. in ſcriptis coram judice loci contractus eſt proponenda, & ſola poſitio præſcriptionem interrumpit.*

4 *In loco contractus agi poteſt ad reſciſionem illius, remiſſivè.*

5 *Quod intelligitur quando partes inveniuntur in loco contractus; ſecus quando alibi inveniuntur; quia tunc actor forum rei ſequi debet.*

6 *Proteſtatio coram vicinis, vel domo propria fieri poteſt.*

Numeratio non præſumitur, niſi probetur per creditorem, ibid.

7 *Qui ſe pro alio debitorem principaliter obligat, fruſtra opponit exceptionem non num. pecun.*

8 *Prædicta adverſus confeſſionem depoſiti non admittitur.*

Contrarium, ibid.

9 *Exceptio non num. pecun. adverſus ſolutionem in termino triginta dierum proponenda eſt.*

1 COllige ex hoc textu in hoc §. 2. quòd ſi ipſe, qui talem confeſſionem fecit ſub ſpe futuræ numerationis ante illum terminum ſexaginta dierum extra judicium creditori oppoſuerit,& proteſtaverit ſe ab eo confeſſum, vel in inſtrumento, ſeu chirographo contentum non recepiſſe, vel non recepiſſe tantum, quantum confeſſus fuerit, perpetuata manet exceptio non numeratæ pecuniæ, ita ut amplius creditor, vel ejus hæredes non poſſint debitorem compellere per talem confeſſionem, niſi probatum fuerit prius debitorem recepiſſe cum effectu contentum in confeſſione ſua; *text. in l. in contract. §. in omni, & gloſ. verbo querimoniam in l. ſi intra, cod. de non num. pecun.* Mor. *de execut. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 40.

Et creditore abſente, ſeu latente, debitor facere poteſt coram judice ſuam proteſtationem, quam in ſcripturam redigere curet, ne poſtmodum de hoc dubitatio accreſcat, ut probatur ex hoc §. 2. & *ex dict. l. in contractib. §. in omni, cod. de non num. pecun.* 2

Quærela non numeratæ pecuniæ in ſcriptis proponenda eſt coram judice loci contractus, ſolaque poſitio, abſente adverſario, præſcriptionem interrumpit. Auguſt. Barb. *ad §. in omni, cod. de non num. pecun. n.* 38. & 39. Emmanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione hoc tit. incip. exceptione oppoſita, n.* 1. 3

Et ſicut confeſſus recepiſſe pecuniam mutuatam poteſt in loco contractus opponere exceptionem non num. pecun. ita etiam videtur, quòd in loco contractus poteſt agi ad reſciſionem illius, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 40. 4

Sed hoc intelligendum eſt, ſi partes inveniantur in loco ipſius contractus; ſi verò non inveniantur in loco contractus, actor forum rei ſequi debet, & in illo convenire, ut optimè explicat Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 41. & 42. 5

Redeundo igitur ad noſtrum textum, eo ipſo, quòd intra terminum ſexaginta dierum debitor ſuo creditori proteſtaverit ſe non recepiſſe 6

recepiſſe confeſſum, quæ proteſtatio, coram vicinis, vel in domo propria fieri poteſt ex *gloſ. in l. ſi intra, verb. querimoniam, cod. de non num. pecun.* & abſente creditore, vel latente coram judice loci, manet perpetuata exceptio, & debitor cum privilegio transferendæ probationis in creditorem; quia in tali caſu numeratio non præſumitur, niſi probetur per creditorem, ut colligitur ex noſtro textu, & cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. de non num. pecun. n.* 1.

7 Nota, quòd conſtituens ſe pro alio debitorem principaliter, & accesſoriè exceptionem non numeratæ pecuniæ fruſtra opponit. Auguſt. Barb. *ad text. in l. fruſtra* 6. *n.* 1.

8 Exceptio non numeratæ pecuniæ adverſus confeſſionem depoſiti non admittitur. Barb. *in l. divortio*, §. *ob donationes*, *n.* 14. *ff. ſoſolut. matr.* ſed contrarium, imò quòd hæc exceptio locum habeat in depoſito conſiſtente in pecunia, tenet Sabell. §. *depoſitum*, *n.* 4 *verſic. Et ſtante*, *&* *in* §. *exceptio*, *n.* 42. *verſic. quod dicta exceptio.*

9 Non procedit etiam in exceptione non numeratæ pecuniæ adverſus ſolutionem; quia hoc caſu proponenda eſt in termino triginta dierum. Ægid. *in l. ex hoc jur. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 40. Hermoſilh. *in l.* 9. *gloſ.* 1. *n.* 15. *tit.* 1. *p.* 5.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Mortuo debitore ante* 60 *dies, hæredes ejus allegare poſſunt hanc exceptionem, ante* 60 *dies, quod procedit quando creditor, & debitor ambo mortui fuerint. Oppoſitio non num. pecun. per defunctum cæpta hæredi prodeſt, ibid.*

2 *Lapſis* 60 *diebus allegare non poſſunt hæredes, licèt minores, dictam exceptionem.*

3 *Contrarium adducitur, remiſſivè intellige, ut ibi.*

4 *Privilegium conceſſum minoribus opponendi exceptionem non num. pecun. currit à die perfectæ ætatis* 25 *ann.*

5 *Intelligitur Ord. loquendo de minoribus, remiſſivè.*

6 *Altera intelligentia noſtræ Ord.*

7 *Allegare exceptionem non num. pecun. competit fidejuſſoribus, mandatori, & procuratori.*

8 *Omnes, quorum intereſt quocumque modo, poſſunt opponere prædictam exceptionem ex propria perſona rei, non verò ex propria, remiſſivè.*

9 *Debitor decedens abſque oppoſitione exceptionis non num. pecun. hujuſmodi exceptio ad hæredem transmittitur intra tempus, quod defuncto reſtabat.*

Moriente debitore ante ſexaginta dies, hæredes ejus allegare poſſunt prædictam exceptionem, ante dictos ſexaginta dies finitos, quod procedit, ſive creditor mortuus fuerit, ſuperſtite debitore, vel ambo mortui fuerint, manentibus hæredibus, ut probatur ex hoc textu in hoc §. 3. *text. in l. ſi intra* 8. *cod. de non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *n* 1. *&* 2. ubi quod oppoſitio pecuniæ non numeratæ cæpta per defunctum hæredi prodeſt cum Doctoribus citatis ad *l.* 1. *cod. eod.* 1

Et elapſis prædictis ſexaginta diebus, hæredes non poterunt allegare prædictam exceptionem, etiam ſi minores ſint, ut probatur 2

ex

ex noſtro textu; *text. in l. ſi intra, verſic. omni modo hæres ejus, etiamſi pupillus ſit*, & ibi *gloſ. cod. de non num. pecun.* Auguſt. Barb. *ad d. text. ſi intra, n. 7.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n. 94.*

3 Sed contra hæc fortiter obſtant tradita *ſuprà n.* 43. ad principium hujus tituli, ubi diximus privilegium exceptionis non num. pecun. ſemper minori concedi, & tradita ibi contraria ſunt noſtræ legi in hoc §. 3. & *dictis, n.* 2. ſed pro vera intelligentia advertere debes illos tres caſus, quos refert idem Auguſt. Barb. *ſuprà n. 7.*

Primus eſt, quando ille, cui competebat exceptio non num. pecun. poſt biennii lapſum deceſſit, nec intra biennium eam oppoſuit, in quo caſu prædicta exceptio minori non competit cum privilegio transferendi onus probandi increditorem. Secundus caſus eſt, quando debitor intra biennium deceſſit, & oppoſuit dictam exceptionem, concluditque perpetuò competere in hoc caſu minori exceptionem iſtam cum ſuo privilegio. Tertius eſt, quando debitor intra biennium deceſſit abſque eo, quod exceptionem non num. pecun. oppoſuerit, concluditque iſtam exceptionem tranſmitti ad hæredem, & debere illam opponere intra tempus, quod reſtabat defuncto, & illud tempus ſemper currere, ſed dari minori in integrum reſtitutionem ad allegandam prædictam exceptionem.

4 Vel dic cum eodem Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractib. cod. de non num. pecun. n.* 17. hoc privilegium minoribus conceſſum in eo conſiſtere, quod tempus opponendi hanc exceptionem non num. pecun. non incipiat currere niſi à die perfectæ ætatis 25 annorum.

5 Unde noſtra *Ord.* loquendo de minoribus, quibus denegat allegare exceptionem non num. pecun. elapſis ſexaginta diebus, intelligenda eſt, ut dicitur in primo caſu vel proxime, *n.* 4. & tradita *n.* 43. ad principium hujus tituli, prout verificatur in ſecundo, & tertio caſu, & ſic non contrariantur, neque obſtat objectio *ſuprà n.* 3.

Emmanuel à Coſta *in repet. l. ſi ex cautione, n.* 6. reſolvit noſtram Ordinationem loquentem hîc de minoribus procedere, quando tempus illud ſexaginta dierum fuit lapſum, vivente defuncto; ſecus autem ſi conſumatum eſſet adverſus ipſum minorem, vel probabiliter ignoravit defuncti confeſſionem, & cum hoc tranſire poteris, quod eſt idem, de quo in ſecundo, & tertio caſu. 6

Probatur etiam ex noſtro textu, quod ſicut prædictam exceptionem non num. pecun. allegare poſſunt hæredes debitoris, ſic ſimiliter illam allegare poterunt ejus fidejuſſores, & non ſolùm fidejuſſoribus competit allegare prædictam exceptionem, ſed etiam mandatori ex *text. in l. tam mandatori* 12. *cod. de non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *& ad text. in l. ſi intra, n.* 5. ſicut etiam procurator dicta exceptione uti poteſt; Auguſt. Barb. *ad text. in l. tam mandatori, n.* 3. *cod. de non num. pecun.* 7

Itaque hæres, & omnes illi, quorum intereſt quocumque modo, poſſunt dictam exceptionem opponere ex perſona propria nomine rei, non verò ex propria, debitori enim, & non opponenti debet numerari pecunia. Emmanuel à Coſta *in repet. l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun. in cap. incip. hoc autem biennii tempus, n.* 4. *text. in l. tam mandatori, cod. de non num. pecun* Hermoſilh. *gloſ.* 1. *n.* 1. *l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 3. 8

No-

9 Nota, quòd quando intra biennium debitor deceſſit abſque eo quòd exceptionem non num. pecun. oppoſuerit; tunc exceptio hujuſmodi tranſmittitur ad hæredem, qui eam proponere debet intra tempus, quod defuncto reſtabat. Trentacinq. *reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 20. *n.* 36. *verſic. tertius.*

Ad §. IV

SUMMARIUM.

1 *Debitor, qui poſt confeſſionem partem debiti incipit ſolvere, vel agnovit debitum ante 60 dies, non poteſt opponere exceptionem non num pecun.*

2 *Solvens partem debiti ſcienter, totum debere cenſetur, dum contrarium non probatur.*

3 *Quamvis aliquam exceptionem haberet.*

4 *Solutionem allegans illam probare debet.*

5 *Solutum per errorem repetitur. Error officere non debet, ibid. Non debet eſſe cauſa, ut res ſua amittatur, ibid.*

6 *Errantis nulla eſt voluntas. Neque actum ratificare videtur, ibid.*

7 *Omnis approbatio actus intelligenda, quando vera ſunt, quæ narrantur.*

8 *Conſentiens per errorem, contradicere potius videtur. Nihil magis contrarium conſenſui, quam error, ibid.*

9 *Scripturæ error non nocet, quando de veritate conſtat. Veritas ſuper omnia eſt amanda, & ſequenda, ibid.*

10 *Veritas omnia vincit, remiſſivè.*

11 *Veritas eſt mater juſtitiæ.*

Ad illam inquirendam Judex habet largas habenas.

Non poteſt contra veritatem libera, ſecuraque conſcientia aliquid judicare.

PRobatur ex textu in hoc §. 4. quòd quando debitor poſt factam confeſſionem ante ſexaginta dies inciperet ſolvere partem debiti, vel aliquo modo agnoverit debitum confeſſum, non poteſt opponere exceptionem non num. pecun. *text. in l. cum fidem, cod. de non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 7. 8. *&* 9. Cardoſ. *verbo exceptio, n.* 30. Barb. *in l.* 1. *p.* 6. *n.* 58. *ff. ſolut. matr.* 1

Nota hìc, quòd debitor ſolvens ſcienter partem debiti præſumitur totum debere, dum contrarium non probat; *l. cum fidem, cod. de non num. pecun.* ubi Bart. *n.* 1. Bald. *de præſcript.* 4. *p. princip. quæſt.* 5. *n.* 1. *verſic. iſtam in fine.* 2

Amplia, ut totum debitum approbare videatur, quamvis exceptionem aliàs haberet; *text. in l. non dubium in fine, cod. de teſtam. text. in l. ſed cum teſtator, cod. ad l. Falſid.* Gom. 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *verſic. ſeptimò limita.* 3

Nota etiam ſolutionem allegantem debere regulariter illàm probare; *l. quinquaginta, ff. de ſolut. l. fin. cod. eod.* ſed ſufficit probare ſolutionem per confeſſionem creditoris; *l. publica, ff. depoſit. l. pecuniæ, cod. de ſolut.* ut omne tradit Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 39. *n.* 39. *&* 40. cum aliis. 4

Nota ulterius, quòd ſolutum per errorem repeti poteſt, §. 1. *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l. quod. indebitum, ff. de condit. indebit*; quia error non debet officere docto de errore. Bald. *in l. ſi poſt diviſionem, cod. de jur. & fact. ignor.* nec debet eſſe cauſa, ut quis 5

quis rem ſuam amittat; *l. ſi procurator*, *ff. de acquir. rer. domin.*

6 Unde ſiquis per errorem ſolverit, poteſt repetere; errantis enim nulla eſt voluntas; *l. cum teſtamentum*, *cod. de jur. & fact. ignor.* neque errans videtur actum ratificare; *l. mater*, *ff. de reivendic.* Bald. *in l.* 1. *cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt*, *n.* 22. *ad finem.*

7 Namque omnis approbatio alicujus actus intelligitur, ſi vera ſunt, quæ narrantur. Paul. de Caſtr. *conſ.* 386 *n* 2. *p* 1. Jaſ. *in l. quod ſervus*; *n.* 8. *ff. de condit. cauſ dat.* & qui errat, non approbat, *l. fin. ff. de hæred. inſtit. l.* 2. *ff. de judic.*

8 Porrò, qui per errorem conſentit, potius contradicere videtur. Greg. Lop. *in l.* 1. *tit.* 2 *p* 4. *gloſ.* 2. ex notatis *in cap.* 1. *præterea quib. mod. feud. amitt in uſib. feud.* ideo non potuit ei obeſſe; quia nihil magis contrarium eſt conſenſui, quàm error; *l. nihil conſenſus*, §. *non videtur*, *ff. de reg. jur.*

9 Error ſcripturæ nocere non debet, quando conſtat de veritate; *l. ſi liberarius*, *ff. de reg. jur.* Ulpian. *in l. illicitas*, §. *veritas*, *ff. de offic. præſid.* quia veritas eſt ſuper omnia amanda, & ſequenda; *l. ſi ita legatum*, *ff. de condit. & demonſtrat.*

10 Omnia vincit veritas; Roland. *conſ.* 5. *n.* 19. & illi omnia cedunt; Roland. *conſ.* 11. *n.* 2. Cicero *in oratione in Vatinian. tantam ſemper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cujusquam hominis ingenio, aut arte ſubverti potuerit; & licèt in cauſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur?* Et in oratione pro Marco Cœlio: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque factas omnium inſidias facile per ſe ipſa defendat.* Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 31. *n.* 8.

Eſtque veritas mater juſtitiæ; 11 Bart. *in l. libertini*, *ff. de ſtat. homin. n.* 1. Roland. *conſ.* 11. *n.* 2. & *conſ.* 47. *n.* 11. & judex ad inquirendam veritatem habet largas habenas, & debet pro ea conari quantum poteſt. Florian. *conſ* 15. *n.* 13. Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 11. *n.* 57. nec contra veritatem poteſt judex cum libera, & ſecura conſcientia aliquid judicare; *text. in cap. Abbat. ſane verſic. ſed qui de ſent. & re judic. l. ſi ſervum*, §. *ſequitur*, *ff. de verb. oblig.*

Hæc licèt extra textum dicta videantur, attamen non ſunt, & tibi proſunt multoties.

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Debitor obligatus ratione emptionis, vel injuriæ judicatæ creditori obligationem faciens, & confitens mutuatum recepiſſe ex alia obligatione exceptionem non num. pecun. non poteſt opponere, nec allegare, remiſſivè.*

Lex ſolùm in mutuis procedit, ibid.

2 *Debitor confitens ex cauſa mutui, cùm ſit ex alia cauſa, non opponit exceptionem pecun. non num.*

3 *Sed admittitur probatio in contrarium.*

4 *Exceptio non num. pecun. habet locum in contractu dotis.*

5 *Actore non probante reus obſolvitur.*

6 *Exceptio non num. dotis quandiu duret, remiſſivè.*

Di-

1 DIcitur in textu in hoc §.5. quòd quando debitor ante confeſſionem erat obligatus creditori ratione emptionis, injuriæ ſibi judicatæ, vel aliquo alio modo, non verò ratione mutui, ſi debitor obligationem creditori fecerit, & confeſſus fuerit ſe recepiſſe mutuatum, quod ex alia obligatione debeat, ceſſabit exceptio non numeratæ pecuniæ ſexaginta dierum, & nullo tempore illam allegare poteſt; quia hæc lex ſolùm procedit in mutuis, & confeſſionibus ſuper illis; *text. in l. adverſus* 5. *cod. de non num. pecun.*

2 Unde quando confeſſio mutui facta eſt ex altera cauſa, licèt verè mutuum non ſit, ſcilicet ſiquis debebat mihi ex cauſa emptionis, & venditionis, confeſſusque fuerit ſe debere ex cauſa mutui, non opponitur tunc exceptio non numeratæ pecuniæ, ut probatur ex hoc textu in §.5. & *text. in l. adverſus*, *cod. de non num. pecun.* Roland. *conſ.* 4. *lib.* 4. *n.* 15. *&* 16 Fachin. *contr. lib* 2. *cap.* 83. & tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. adverſus*, *n.* 4. *&* *ad text. in l. generaliter*, *cod. eod. n.* 1.

3 Nota 1. quòd licèt in confeſſione debiti ex alia cauſa aliunde trahenti originem, quam ex numeratione non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, admittitur tamen probatio in contrarium, ut tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter*, *cod. de non num. pecun.*

4 Nota 2. quòd quamvis textus hic dicat exceptionem non num. pecun. ſolùm habere locum in mutuis, & confeſſionibus ſuper illis factis; attamen *text. in l. in contractibus*, §. 1. *cod. de non num. pecun.* tenet etiam locum habere in contractu dotis, & tradit Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 43. *ſub n.* 172. Valaſc. *conſ.* 5.

Nota 3. quòd prædictam exceptionem objiciens non ſolutæ dotis, vel non numeratæ pecuniæ intra legitima tempora, non tenetur exceptionem probare, ſed adverſarius, ideoque actore non probante reus abſolvitur; *l.* 3. *cod. de non num. pecun. l. fin. cum auth. ſeq. cod. de dot. cat. non num.* Altim. *ſuprà.* 5

Nota 4. quòd exceptio non numeratæ dotis durat per annum poſt ſolutum matrimonium, ſi illud intra biennium diſſolvatur; ſi verò matrimonium in decennium protendatur, illo diſſoluto, tantum intra tres menſes conceditur, illo verò perdurante ultra decenium, prædicta exceptio cum privilegio ſuo denegatur; *l.* 3. *auth. quod locum*, *cod. de dot. caut. non num.* Valaſc. *conſ.* 5. *n.* 7. tradit Mor. *lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 39. 6

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Debitor tranſactis ſexaginta diebus onus probandi in ſe accipere poteſt, quod non receperit pecuniam confeſſam, & ſemper eſt admittendus ad talem probationem.*

2 *Et oppoſita exceptione non num. pecun. ultra* 60 *dies relevat probantem nunquam recepiſſe pecunias.*

3 *Oppoſita exceptione non num. pecun. intra* 60 *dies in adverſarium transfertur onus probandi numerationem.*

Actor numerationem non probans, abſolvitur reus, ibid.

4 *Iniquum eſt quemquam cum alterius injuria, vel jactura locupletari, remiſſivè.*

5 *Probatio à debitore facienda ultra 60 dies debet eſſe per ſcripturam, quando Ord. requirit talem probationem, remiſſivè.*
6 *Confeſſio creditoris probat numeratam non fuiſſe pecuniam.*
Nulla apparet melior probatio, quàm propria oris confeſſio, ibi l.
7 *In confeſſum nullæ ſunt partes Judicis in procedendo, ſed ad condemnandum.*
Confeſſio probationum eſt regina, ibid.
Et probationum illuſtriſſima, ibid.
8 *Creditoribus permittitur opponere exceptionem non num. pecun. marito competentem, iſto invito.*
9 *Creditores debitores prædictam exceptionem non num. pecun. opponere poſſunt ratione ſui intereſſe.*
10 *Confeſſio, & alienatio debitoris in fraudem facta revocatur à creditore.*
11 *Non admittitur exceptio, quod pecunia mutuata ſit aliena, licèt mutuans fateretur.*
12 *Emptor rei tuendus eſt exceptione rei non traditæ contra viam executivam, vel rem judicatam.*
13 *Si Judici conſtet ex parte agentis non adimpleri quamvis pars non opponat, poteſt illum condemnare, ut adimpleat.*
14 *Quomodo probetur pecuniam non fuiſſe numeratam, remiſſivè.*

1 Dicit textus in hoc §. 6. quòd licèt exceptio non numeratæ pecuniæ intra ſexaginta dies objici debeat, ſi tamen debitor iis tranſactis velit in ſe accipere onus probandi, quòd nunquam receperit pecuniam, quam accepiſſe confeſſus eſt, in partem, vel in totum, ſemper eſt admittendus ad talem probationem. Barb. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr. p.* 6. *n.* 36. Cald. *for. lib.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 22.

Per diſpoſitionem noſtri textus 2
ampliatur *Ord. in princip. hujus tituli*, ut ſcilicet debitor ultra ſexaginta dies opponere poſſit exceptionem non num. pecun. dummodo probationis onus in ſe ſuſcipiat, & poſt illud tempus oppoſita exceptione, relevat probantem nunquam recepiſſe pecunias. Arouc. *alleg.* 81. *n.* 16. Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter*, *n.* 10. cum multis.

Unde quando debitor opponit 3
exceptionem non num pecun. intra terminum ſexaginta dierum, non eſt neceſſaria alia probatio; quia in adverſarium transfert onus probandi numerationem. Arouc. *d. alleg.* 81. *n.* 16. & abſolvendus eſt reus, ubi actor numerationem non probat. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi ex cautione*, 1.

Sed per diſpoſitionem hujus §. 6. 4
debitor opponere poteſt exceptionem non num. pecun ultra terminum ſexaginta dierum probando ſe non recepiſſe, hocque probato, abſolvitur, & optima ratione; quia iniquum eſt, quòd quis cum alterius injuria, vel jactura locupletetur Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 5. & 6. *l.* 9. *n.* 8. *l. nam hoc natura*, *ff. de condit. indebit.*

Probatio, quæ à debitore ultra 5
ſexaginta dies fieri debet, debet eſſe per ſcripturam publicam in caſibus, ubi Ordinatio requirit talem probationem, ut dicit textus; ſcilicet, quando quantitas ſexaginta millium regalium in mobilibus, aut quatuor millium in immobilibus valorem excedit. *Ord. l.* 3. *tit.* 59. *in princip.* aliàs non valet probati.

Nota 1. quòd per confeſſionem 6
cre-

creditoris probabitur non numeratam fuiſſe pecuniam. Emmanuel à Coſta *in repet. l. ſi ex cautione poſt ſalent. cap. ſed cum placeat, n.* 1. *&* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractibus, n.* 18. nulla enim eſt melior probatio, quàm proprii oris confeſſio; *l. cum te, cod. de tranſact.* cum multis juribus Reinoſ. *obſerv.* 74. *n.* 1.

7 Et in confeſſum nullæ ſunt judicis partes in procedendo, ſed ad condemnandum, & exequendum; *text. in l.* 1. *ff. de confeſſ. l. proinde, §. notandum, ff ad l. Aquil.* & juxta tradita per Reminald. *conſ.* 303. *n.* 3. *lib.* 5. confeſſio eſt probationum regina, & eſſe probationum illuſtriſſimam dicit Cravet. *conſ.* 380. *n.* 12.

8 Nota 2. quòd creditoribus mariti propter eorum proprium intereſſe permititur opponere exceptionem non num. pecun. debitori marito competentem, etiam iſto invito, & reluctante, ut cum multis Barb. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr. p* 6. *n.* 37. Salgad. *in labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 40. *n.* 12.

9 Nota 3. quòd creditores debitoris opponere poſſunt prædictam exceptionem non num. pecun. contra alios creditores ratione ſui intereſſe, & ex perſona debitoris communis eſt; *text. in l. ſi cui* 15. *cod. de non num. pecun.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3. *& ſeqq.* ubi multa.

10 Nota 4. quòd debitoris confeſſio facta in fraudem, ſicut etiam alienatio, poteſt revocari ab ipſo creditore, ut tradit Tiraq. *de jur. mariti, gloſ* 5. *n* 116. & cum eo Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9.

11 Nota 5. quòd exceptio pecuniam mutuatam eſſe alienam non admittitur, licèt mutuans hoc fateretur, & mutuum fuit conſumptum, tanquam ſit reconciliatum. Grat. *tom.* 2. *cap.* 261. *n.* 24. *diſcept. for.* & cum eo Martins à Coſta *in addit. libell. annot.* 10. *n.* 11.

Nota 6. quòd emptor alicujus rei ſemper tutus eſt exceptione rei non traditæ, qua uti poteſt etiam contra viam executivam ex inſtrumento, vel rem judicatam. Cald. *de empt. & vendit. cap* 22. *n.* 30. tradit cum multis Salgad. *in labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 35. *n* 63. Hermoſilh. *tom.* 2. *gloſ.* 2. *l.* 32. *n.* 341. *&* 342. 12

Amplia quamvis non opponatur à parte poſſe judicem, ſi ei conſtat, quod ex parte agentis non eſt adimpletum, eum condemnare, ut ex parte ſua adimpleat, ut tradit cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 343. 13

Nota ultimò, numeratam non fuiſſe pecuniam probari per teſtes, qui celebrationi inſtrumenti, vel chirographi interfuerunt, jurantes nullam illo tempore, vel loco fuiſſe reo pecuniam numeratam. Mor. *de execut. tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 22. *n.* 47. Auguſt. Barb. *ad text. in l. in contractibus, cod. de non num. pecun. n.* 22. 14

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Creditor per teſtes probare poteſt confeſſionem debitoris eſſe veram, vel alio quocumque modo, quo potuerit.*

2 *Probatio fieri debet omni meliori modo, quo poſſit, & eſt amplianda, & malitia adverſarii obvianda ne teſtes ſubtrahentur.*

3 *Facultas probandi non debet coanguſtari.*

4 *Termini, & dilationes non reſtringuntur, ſed ampliantur,* quan-

quantum poteſt, ut veritas non lateat, ſed pateſiat.

5 *Dilatio probatoria illi non conceditur, qui in prima dilatione non probavit.*

Negligentibus jura non ſubveniunt, ibid.

6 *Dubia probatio non relevat probantem, nec ambigua, ſed debet eſſe clara, & aperta; aliter non prodeſt.*

Probatio debet de neceſſitate concludere, ut aliquis condemnetur, ibid.

7 *Quomodo probetur pecuniæ numeratio, & n. 8. 9. & 10.*

1 PRobatur ex hoc §. 7. quòd in omnibus caſibus, quibus creditor probare debet confeſſionem debitoris eſſe veram, per teſtes probare poterit, vel alio quocumque modo; quia cum habeat pro ſe ſcripturam, & adhuc probare tenetur confeſſionem in illa contentam eſſe veram, ratione admittitur ad illam probandam quocumque alio modo, quo potuerit, ut plane probatur ex hoc textu. Mor. *de execut. lib. 2. cap. 22. n.* 49. & cum illo intellige,

2 Nota, quòd probatio fieri debet omni meliori modo, quo fieri poſſit; nec probatio eſt à partibus detrahenda, ſed amplianda, judexque obviare debet ne malitia adverſarii teſtes ſubtrahantur à teſtimonio, ut optime Cardoſ. *verbo probatio, n.* 28.

3 Probationum enim facultas non eſt coanguſtanda Thom. Valaſc. *al leg.* 72. *n.*108. Rich. *deciſ.* 25. *n.*14. *l. quoniam, cod. de hæret. l. gen. cod. de reb. cred.* cum aliis Begnudel. *tom.* 3. *verbo probatio, n.* 32.

4 Probationum termini, & dilationes non debent reſtringi, ſed ampliari, quantum fieri poteſt, ne veritas lateat, ſed negata pateſiant *cap. quanquam quæſt.* 2. *extravag.* 1. *de offic. Ord. inter commun. l. ſervi reſponſio, ff. de teſtib. l. nec quid. ff. de incend. ruin.*

Sed adverte dilationem probatoriam non eſſe concedendam illi, qui in prima dilatione nullam probationem fecit, ut cum multis docet Malcard. *de probat. concl.* 517. *n.* 1. ratio eſt; quia jura negligentibus non ſubveniunt Scævol. *in l. pupilus in fin. ff. quæ in fraudem cred.* 5

6 Nota etiam, quòd probatio dubia non relevat probantem, nec probatio ambigua, ſed contra producentem interpretatur, quoniam qui probat, debet clarè, & apertè probare, & aliter non ſibi prodeſt talis probatio ambigua, & obſcura. Cardoſ. cum multis juribus, *verbo probatio, n.* 27. ubi quod probatio de neceſſitate debet concludere, ut ſequatur condemnatio, vide Begnudel. *verbo Probatio, n.* 42. 6

Nota iterum, quòd numeratio pecuniæ probatur, quando notarius certificat mutuatarium habuiſſe, & recepiſſe decem in ſua præſentia, & teſtium in ſcriptura ſcriptorum. Hermoſilh. *cum multis gloſ.* 7. *l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 27. ubi quod in tali caſu conſtiterit confitentem nihil habuiſſe, notarius pœna falſi punietur. 7

Item quando notarius diceret in inſtrumento, mutuatarius confeſſus eſt habuiſſe, & recepiſſe centum, quæ habuit, & recepit, & non adjecit in præſentia mei notarii, & teſtium, probatur numeratio, ut eſt communis ſententia; verba enim iſta ad confeſſionem mutuatarii referri non poſſunt, ſed ad viſum, & ſenſum ipſius notarii. Bald. *in l. ſi ex cautione ſub n.* 14. *cod. de non num. pecun.* & communiter *DD. in cap. ſi cautio de fide inſtrum.* 8

Item nota numerationem probari, 9

bari, quando notarius dicit centum numnos accepiſſe, & habuiſſe, ſeu numeratos fuiſſe, ſed non minime excuſari pœna falſi, licèt marſupium viderit; *l. litigatores*, §. 1. *ff. de recept. arbitr. l. ad hæc*, §. 1. *ff. de uſufruct. l. ſi in ventri*, §. *in bonis*, *ff. de privileg. credit. l. Lucius*, *ff. de fide juſſ.*

10 Item quando notarius in inſtrumento dixit Sempronius centum ducata in mei præſentia, & teſtium mutuavit Didaco, qui pro acceptis habuit; quo quidem caſu probatur numeratio, & Didacus non audietur, niſi in ſe onus probandi ſuſcipiat; quia notarius, & teſtes teſtari debent de actu viſibili, & naturali, non autem civili, ut omne tradit Hermoſilh *tom.* 1. *gloſ.* 7. *l.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 34. & cum multis aliis.

Ad tit. 52.

De confitente cum qualitate quod relinquitur ſuo juramento.

AD RUBRICAM.

SUMMARIUM.

1 *Ratio operis hujus Rubricæ.*

2 *Tria genera jurisjurandi traduntur.*

3 *Juramentum voluntarium quale.*

4 *Juramentum neceſſarium quale ſit, remiſſivè.*

5 *Quale dicatur judiciale, remiſſivè.*

6 *Neceſſarium juramentum dicitur etiam ſuppletorium.*

7 *Juramentum neceſſarium, ſive ſuppletorium in cauſis criminalibus non deferendum. Ad purgandam innocentiam defertur, ibid.*

8 *Suppletorium locum habet in cauſis criminalibus civiliter intentatis.*

9 *Non defertur in cauſis injuriarum.*

10 *Judex paratior debet eſſe ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, ideo reo potius deferendum, quando ſemiplene probat.*

11 *Non defertur in matrimoniali cauſa.*

12 *Si à Judice parti deferatur juramentum, & à delatione appelletur, vel aggravetur, appellatione pendente, vel gravamine, præſtari poteſt, & à judice, ſine vitio attentatorum.*

13 *Præſtatur per procuratorem, defertur, aut refertur, ſi habeat ſpeciale mandatum, licèt cauſa expreſſa non ſit.*

14 *Judiciale etiam dicitur deciſorium, ſeu litis deciſivum.*

15 *Reus citatus ad jurandum in animam comminatione quòd ſi non comparuerit, actori deferetur, ſi non veniat, neque procuratorem mittet, judex actori juramentum defert, & reus condemnatur in quantitate jurata.*

16 *Item actori defertur, quando reus non vult juramentum ſubire*

17 *Reus juramentum deciſorium, ſeu in animam ſubens, amplius non moleſtatur.*

18 *Amplia primò, remiſſivè.*

19 *Poſt juramentum delatum, non quæritur, an debeatur, ſed an juratum ſit.*

20 *Amplia ſecundò, remiſſivè.*

21 *Amplia tertiò, remiſſivè.*

22 *Amplia quartò, remiſſivè.*

23 *Amplia quintò, remiſſivè.*

Am-

24 *Amplia ſextò, remiſſivè.*
25 *Amplia ſeptimò, remiſſivè.*
26 *Amplia octavò, remiſſivè.*
27 *Amplia nonò, remiſſivè.*
28 *Amplia decimò, remiſſivè.*
29 *Amplia undecimò, remiſſivè.*
30 *Amplia duodecimò, remiſſivè.*
31 *Amplia decimo tertiò, remiſſivè.*
32 *Amplia decimo quartò, remiſſivè.*
33 *Amplia decimo quintò, remiſſivè.*
34 *Amplia decimo ſextò, remiſſivè.*
35 *Amplia decimo ſeptimò, remiſſivè.*
36 *Amplia decimo octavò, remiſſivè.*
37 *Amplia decimo nonò, remiſſivè.*
38 *Amplia vigeſimò, remiſſivè.*
39 *Amplia vigeſimo primò, remiſſivè.*
40 *Tres comites habere debet juramentum, remiſſivè.*
41 *De juramento calumniæ, remiſſivè.*
Tactis Evangeliis deferri debet, ibid.
42 *Alia de juramento calumniæ, remiſſivè.*
43 *Juramentum non præſtatur à procuratore fiſcali.*
44 *De juramento in litem, remiſſivè.*
45 *Non defertur niſi duobus copulative concurrentibus, remiſſivè.*

1 Agitur in hoc titulo de juramento in animam, quod aliquis vel deſtitutus neceſſariis probationibus, vel forenſium moleſtiarum pertæſus deferre vult ſuo debitori. Ad cujus veram enucleationem aliqua prius prælibare liceat; quia utilia, & in foro verſantibus neceſſaria; fas eſt enim, ut legentibus hæc commentaria in eis collecta inveniant aliqua, quæ per plura volumina ſparſim reſcribuntur; ſicque non parum utiliter cenſebitur labor iſte prælibandi materiam deferendi juramentum in animam ad maiorem claritatem noſtri juris municipalis.

Ad quod ſciendum eſt tria eſſe genera juris jurandi, ſcilicet voluntarium, neceſſarium, & judiciale; text. *in l. fin. ff. de jur. jur.* Cardoſ. *verbo juramentum*, *n.* 4. cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. de reb cred. & jure jur. n.* 6. tradit Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 59. *ad* §. 10. *n.* 4. 2

Juramentum voluntarium eſt, quod à parte parti defertur extra judicium ante litis exordium per pactum, ſeu conventionem; *text. in l. jusjurandum, quod ex conventione, ff. de jurejur.* tradit Cardoſ. *proxime*, & Silv. *n.* 5. 3

Neceſſarium juramentum eſt illud, quod defertur à judice parti ob defectum plenæ probationis, ſive in ejus ſupplementum, & appellatur neceſſarium; quia judex aliquando neceſſe habet illud deferre alterutri parti litigantium, ſive ex illarum petitione, ſive ex officio ad veritatem inveſtigandam, neque recuſari poteſt, niſi aliqua juſta de cauſa, nec etiam alteri parti deferri; *text. in cap. fin. de jurejur. Ord. lib* 3. *tit.* 52. §. 3. Cardoſ. *verbo juramentum*, *ſub n.* 4. Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 59. *ad* §. 10. *n.* 6. cum aliis. 4

Judiciale juramentum appellatur illud, quod à parte parti defertur in judicio, judice approbante, mandante, vel jubente; *text. in cap. fin. de jurejur. l jusjurandum, & ad pecunias, ff. eod. tit.* Silv. *ad d. Ord. d. lib.* 3. *tit.* 59. *d.* §. 10. *n.* 7. cum multis citatis *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 52. §. 3. *n.* 5. Cardoſ. *verbo* 5

bo juramentum, *n.* 4. ubi quod illo illato tenetur pars jurare, aut referre illud parti deferenti, aut ſolvere, tunc enim pro confeſſo habetur, ſi non jurat; *text.in l. delata*, *cod. de reb. cred. & jurejur.* & ibi Auguſt. Barb.

6 Juramentum neceſſarium, de quo ſuprà *n.* 4. etiam dicitur ſuppletorium juramentum, de quo *Ord. lib.* 3. *tit.* 52. *in princip.* & ibi Silv. quod quidem juramentum defertur parti in terminis, de quibus *Ord. illa*, quam idem Silv. optimè pertractavit ibidem; ad quem te remitto.

7 Sed hoc juramentum neceſſarium, ſive ſuppletorium, aut purgatorium, non defertur in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, ut tradit Begnudel. *Bibliothec. jur. t.*2. *verbo juramentum*, § 6 *n.*76. ubi quod reo eſt deferendum ad purgandum innocentiam, quod probat cum *text. in cap. ult. de jurejur. auth. novo jure*, *cod. de pœn. DD.* apud Menoch. *de arbitr. caſ.* 464. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 15.

8 Sed quòd hoc juramentum ſuppletorium habeat etiam locum in cauſis criminalibus civiliter intentatis, probat *Ord. lib.* 3. *tit.* 52. *in princip.* & ibi Silv. *n.* 25. & 51. Begnudel. *ſuprà.*

9 In cauſis injuriarum non defertur prædictum juramentum ſuppletorium. Cancer. 2. *var. cap.*8. *n.*18. Silv. *ſuprà n.* 26.

10 Quando actor ſemiplene probat, & idem reus faciat, potius reo deferendum eſt hoc juramentum; quia judex paratior eſſe debet ad abſolvendum, quàm ad condemnandum. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *n* 21. Auguſt. Barb. *ad text. in l. in bonæ fidei* 3. *cod. de reb. cred. & jurejur. n.* 5.

11 In cauſa matrimoniali tanquam ardua hoc juramentum non deferatur; *gloſ.* 1. *cap. multi de jurejur.* Petr. Barb. *in tract. de probat. per juramentum*, *n.* 67.

Hoc juramentum à judice parti delatum, licèt ab hac delatione fuerit appellatum, vel aggravatum, etiam pendente appellatione, vel gravamine, poteſt præſtari, & à judice recipi in executionem ſuæ ſententiæ abſque vitio attentatorum; *l. generaliter*, ubi Bart. *n.* 4. *in fin. cod. de reb cred.* Lancellot. *de attent. appell. pend. p.* 2. *limit.* 40. & 43. *an.* 13. & hoc ne pereant probationes. 12

Per procuratorem præſtari, deferri, aut referri poteſt. Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter*, *cod. de reb. cred.* ſed ad jurandum ſpeciale mandatum requiritur, quamvis non ſit in eo expreſſa cauſa, in qua eſt jurandum; idem Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 20. 13

Judiciale juramentum etiam vocatur deciſorium, ſeu litis deciſivum. Cardoſ. *verbo juramentum*, *n.* 5. Cabed. 1. *p. deciſ.* 34. *n.* 1. Calvin. *Lexic. juridic. tom.* 1. *verbo juramentum*, *pag. mihi* 806. *col.* 2. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.*2. 14

Si reus citatus, ut veniret ad jurandum in anima, comminatione adhibita, quòd niſi comparuerit, actori juramentum referetur, & in effectu noluit venire, neque mittere procuratorem, ut in illius anima juraret, tunc judex actori refert juramentum, & reus condemnatur in quantitate jurata; *Ord. lib.* 3. *tit.* 59. §. 5. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. Cardoſ. *verbo juramentum*, *n.* 10. Peg. *for. cap.* 2. *n.* 1. 15

Et idem eſt, ſi reus nolit juramentum ſubire, tunc enim refertur actori; *l. manifeſtæ*, *ff. de jurejur.* Thom. Valaſc. *alleg.* 72. *n* 27. 16

Reus, cui fuit delatum juramentum deciſorium, ſeu in animam ve- 17

veritatem negotii actor reliquit, ſecurus eſt, & amplius moleſtandus non eſt; *Ord. lib.* 3. *tit.* 52. §. 3. tradit cum multis Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 2.

18 Ampliatur primò, ut vim rei judicatæ, tranſactionis, & litis finitæ habeat, ita ut litis ingreſſum impediat; *text. in l.* 2. *ff. de jurejur.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 34. cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 3.

19 Quia poſt delatum juramentum deciſorium, ſeu in animam, non requiritur, an debeatur, ſed an juratum ſit, § *item ſiquis poſtulante*, *inſtit. de act. l. non erit*, §. *dato*, *ff. de jurejur.* Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 57. *verſic. Et licet*, Peg. *for. cap.* 15. *n.* 126. Cardoſ. *verbo juramentum*, *n.* 11.

20 Ampliatur ſecundò, ut neque judex debeat admittere probationem contra illud, quod eſt deciſum juramento; *l. non poſtea*, & *l. qui juraſſe*, *ff. de jurejur.* Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *n* 14. Cardoſ. *verbo juramentum*, *n.* 11.

21 Ampliatur tertiò, ut cauſa per juramentum in animam deciſa non admittat appellationem; *text. in l. non erit*, §. *dato*, *ff. de jurejur.* Peg. *for. cap.* 15. *n.* 126. cum multis Salgad. *de reg. protect. p.* 2. *cap.* 1. *ex n.* 165. Conciol. *ad Stat. Eugub. rub.* 12. *n.* 3. Altim. *de nullit. ſent. rub.* 5. *quæſt* 34. *ex n.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter*, §. *ſed juramento*, *cod. de reb. cred.* & *jurejur. n.* 14. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 34. *ex n.* 1.

22 Ampliatur quartò, ut neque ſententia lata per illud juramentum retractetur propter inſtrumenta de novo reperta; *Ord. lib.* 3. *tit.* 52. §. 3. Cardoſ. *ſuprà n.* 11. cum multis Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 4. *l.* 10. *n.* 372. *text. in l. admonendi*, *ff. de jurejur.* Petr. Barb. *de probat. per juramentum*, *n.* 72. *verſic. ſe habet.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum quis legatam*, *n.* 7. Petr. Barb. *ſuprà n.* 89.

Ampliatur quintò, ut deferri poſſit juramentum in quacumque actione ſive reali, ſive perſonali, tam ex contractu, quam ex quaſi contractu agatur, ſive pro re mobili, aut immobili judicium moveatur; *text. in l.* 3. § *quacumque*, *ff. de jurejur. l. cum de indebito*, *ff. de probat.* cum multis aliis Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10 *n.* 11. 23

Ampliatur ſextò, ut ſi pars acceptaverit, revocari minime poſſit, etiam ſi non dum juratum fuerit, niſi ſuperveniat juſta cauſa, puta inimicitiæ. Cephal. *conſ.* 65. Caroſ. *de juramento deciſivo*, *quæſt.* 7. 24

Ampliatur ſeptimò, ut etiam tutor, vel curator hujuſmodi juramentum deferre poſſit; adultuſque ſine curatore, quando eo caret Caroſ. *de juramento deciſivo*, *quæſt.* 13. dummodò pupilli, & minores non poſſint aliter probare. Gratian. *cap* 91. *n.* 5. Surd. *conſ.* 190. *n.* 7. *l. tutor*, *ff. de jurejur.* aliter pupillis, & minoribus danda eſt reſtitutio in integrum; *text. in l. nam poſtea*, §. *ſi minor*, *ff. de jurejur.* Cald. *in l. ſi curatorem*, *verbo adverſarii dolo de reſtit. in integr. n.* 18. 25

Ampliatur octavò, ut tutori, & curatori præſtari poſſit juramentum prædictum, ſed neque acceptare, neque referre cogi poſſunt. Manſin. *de juram.* 2 *p. art.* 5. *n.* 7. Carpon. *ſuper Statutum Mediolanum cap.* 100. *n.* 9. Guerr. *ſuprà n.* 28. 26

Ampliatur nono, ut judæis, & hæreticis deferatur juramentum ſecundum eorum ritus, niſi Chriſtiano deferatur, tunc enim jurabit per ſancta Dei Evangelia. Caroſ. *de juram. deciſivo*, *quæſt.* 11. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 189. *n.* 6. 27

Ampliatur decimò, ut filio deferri 28

ferri poſſit ſuper facto patris Socin. *conſ.* 264. *n.* 9. & exceptionem juramenti delati à parte judex non rejicit arbitrium habens, niſi cauſa commiſſa ſit à Principe poſt juramentum. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 50. Caroſ. *quæſt* 42. *&* 43.

29 Ampliatur undecimò, ut ſi is, cui defertur, ſine juſta cauſa recuſet, pro delato habeatur, ſive totius cauſæ, ſive partis delatum ſit; *l. generaliter*, *cod. de reb. cred.* Carpon. *ſuper Statum Mediolanum cap.* 100. *n.* 82. *&* 103.

30 Ampliatur duodecimò, ut deferri poſſit in actione depoſiti; *l. in depoſiti*, *cod. de jurejur.* in hæreditatis petitione: *l. ſed*, *& ſi poſſeſſori*, §. *fin. ff. de jurejur.* in actione de conſtituta pecunia; *l. illud*, §. 1. *ff. de conſtit. pecun.* & ſuper decimis, & in cauſa decimali; Perigr. *lib.* 2. *conſ.* 21.

31 Ampliatur decimo tertiò, ut deferri poſſit in Eccleſia, & tam ante, quàm poſt litis conteſtationem; *l. generaliter*, §. *omne*, *cod. de reb. cred.* Caroſ. *quæſt.* 5. *n.* 2785.

32 Ampliatur decimo quartò, ut infami, & vili, muto, vel ſurdo poſſit à parte deferri juramentum. Caroſ. *quæſt.* 7. *& quæſt.* 11. *& quæſt.* 13.

33 Ampliatur decimo quintò, ut actionem, & exceptionem pareat, vim tituli habeat, obligationem tollat naturalem, & non civilem, executionem paratam habeat. Thom. *de tutorib. tit.* 19. *ex n.* 2749. *uſque ad* 2805.

34 Ampliatur decimo ſextò, ut vim litis conteſtatæ habeat, prout omne aliud juramentum, actionem uſque ad quadraginta annos perpetuet; *l. nam*, *& poſtea*, §. *ſi iis*, *ff. de jurejur.*

35 Ampliatur decimo ſeptimò, quòd per hoc juramentum non tantum perſonalis, ſed etiam hypothecaria actio tollatur; *l. ſi deferente*, *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. ſolvitur*, §. *fin. ff eod. l. jurisjurandum ult. ff. de jurejur.*

Ampliatur decimo octavò, quòd interrogatorio non ſit reſpondendum ſuper cauſa juramento deciſa; *l. qui juraſſe*, §. *ſi pater*, *ff. de jurejur. l. ſi à te de except. rei judic.* 36

Ampliatur decimo nonò, quòd poſt præſtitum, vel relatum juramentum compromitti, & tranſigi non poſſit, cum rei judicatæ vim habeat, aliàs ſi cum clauſula fieret juramentum. Carpon. *ad Statum Mediolanum cap.* 115. *n.* 278. Caroſ. *de juram. deciſivo*, *quæſt.* 52. 37

Ampliatur vigeſimò, ut ex hoc juramento præſtito tres actiones oriantur, utilis ex contractu, in factum ex juramento, & in factum ex ſententia. Caroſ. *de juramento deciſivo*, *quæſt.* 18. *n.* 5. 38

Ampliatur vigeſimo primò, quòd ſi pupillus ſibi delato juramento, juraverit, non poterit poſtea deferens objicere jurantis inhabilitatem. Caroſ. *de juram. deciſiv. quæſt.* 10. *n.* 4. *& quæſt.* 13. 39

Nota juramentum debere habere tres comites, ſcilicet veritatem, judicium, & juſtitiam, hoc eſt, quòd ſit verum, quod juratur, & juſtum, & cum debita Deo reverentia; *cap. & ſi Chriſtum de jurejur.* ubi notant omnes. Caſus in quibus non defertur juramentum, & reus non tenetur ſubire, aſſignabo ad principium noſtri tituli. 40

De juramento calumniæ agit *Ord. lib.* 3. *tit.* 43. & ibi Silv. defertur tam actori, quàm reo, tactis ſacroſanctis Evangeliis; *cap. cum cauſam de juram. calumn.* & ibi Auguſt. Barb. *ubi multa.* 41

Hoc juramentum calumniæ dicitur; quia juratur de non calumniando. Et ejus forma conſiſtit in quatuor. Primò, quòd credat ſe 42

bonam cauſam favore. Secundò, quòd interrogatus non negabit, quod credit eſſe verum. Tertiò, quòd non utetur ſcienter falſa probatione. Quartò, quòd dilationem non petet in fraudem, & quòd non dedit, nec dabit, nec promiſit aliquid pro hac cauſa, niſi illis, quibus de jure permittitur. Marant. *in ſpec. p.* 6. *act.* 1. *n.* 10 plures apud Scacc. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *ſpecul. tit. de juram. calumn.* §. *nunc dicamus per tot.*

43 Nota, quòd hoc juramentum calumniæ præſtari non debet à procuratore fiſcali. Gratian. *for. tom.* 2. *cap.* 208. *n.* 27.

44 De juramento in litem Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit* 52. §. *fin.* optimè Farin. 2. *p. fragm. crim. lit.* I. *ex n.* 978. *uſque ad n.* 1136. latiſſimè pertractat materiam.

45 Juramentum hoc in litem veritatis non defertur, niſi duobus copulativè concurrentibus, dolo nempe adverſarii, contra quem juramentum deferendum eſt, & probationis difficultate, & uno ex dictis requiſitis deficiente, juramenti in litem delationibus non eſt locus; probat optime Farin. *ſuprà ex n.* 1013. His ita prælibatis, accedere licet ad principium noſtræ legis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Creditur qualitati, qua quis jurat ſe non eſſe debitorem, nec amplius compelli poteſt.*

2 *Juranti ſe mutuam pecuniam accepiſſe, ſed ſolviſſe, ſtandum eſt, licèt aliam probationem non habeat, crediturque qualitati.*

3 *Ord. procedit in juramento judiciali, & litis deciſorio.*

In confeſſione juramento judiciali, ſeu deciſorio indiſtinctè fides adbibetur qualitati, licèt interveniat ex poſtfacto, ibid.

4 *Jurans cenſetur Judex, remiſſivè.*

5 *Deferens alteri juramentum tacitè permittit ſuper connexis jurari.*

6 *Juramentum eſt indiviſibile, & qualitas adjecta in juramento deciſivo inſeparabilis; & qui jurat, creditur verum dixiſſe.*

7 *Qui deponit ad articulos, non creditur qualitati, & ſolùm creditur in his, quæ contra ipſam faciunt.*

8 *Depoſitiones inventæ fuerunt, ut articulans relevetur ab onere probandi.*

Confitens in poſitionibus pecuniam mutuam, ſed jam ſolviſſe, habebitur pro confeſſo, & condemnabitur, ſi ſolutionem non probet, ibid.

9 *Videns reum citatum in animam animosè velle negare debitum, antequam juret, pœnitere poteſt, & citare ad actionem ordinariam.*

Procurator actoris ad pœnitendum habere debet mandatum ſpeciale; aliàs reo juramentum defertur, ibid.

10 *Juramentum in animam ſuper facto defuncti hæredi non defertur, niſi ſit informatus.*

11 *Actori non defertur juramentum in animam, quando per edicta citatio fit, quæ eſt nulla.*

12 *Reus non tenetur jurare ſuper facto alieno.*

13 *Nec quando cauſa eſt deciſa, & determinata per ſententiam.*

An

14 *An teneatur jurare poſt publicationem teſtium?*

15 *Nec qui habet ſuam intentionem fundatam juris præſumptione, vel præſcriptione.*

16 *Citatio ad jurandum in animam per nuntium, vulgo* Porteiro, *eſt nulla, ſicut etiam ſententia; nec actori defertur juramentum.*

17 *Non cogitur quis jurare in actione, quæ intentari non poteſt.*

Emptor actionem de evictione habens, nec deferre, nec referre cogitur juramentum propter præjudicium, ibid.

18 *Nec ubi exceptio non num. pecun. opponi non poſſit.*

19 *Semel tantum juratur, niſi cauſa mutetur.*

20 *Qui non poteſt alienare, non poteſt juramentum deferre.*

21 *Delatio juramenti facta ab uno ex duobus reis credendi, alteri nocet.*

22 *Juramentum rei prodeſt indiſtinctè fidejuſſori, ſicut etiam juramentum fidejuſſoris prodeſt reo.*

23 *Juramentum unius ex reis debendi alteri prodeſt.*

24 *Quando non eſt ligitimè juratum, iterum jurandum eſt.*

1 COllige ex hoc textu, quòd in omni contractu qualiſcumque qualitatis, ubi juramentum à parte parti defertur, creditur juranti non ſolùm circa principale debitum, ſed etiam circa adjectam qualitatem, qua ſe non debitorem eſſe concludit, ita ut amplius compelli non poſſit. Cabed. 1. *p. deciſ.* 34. *n.* 2. Cald. *de empt. cap.* 19. *n.* 28. *&* 33. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 12. Silv. *ad Ord. lib.* 3. *ad* §. 3. *n.* 31.

2 Facit mutui exemplum à legiſlatore appoſitum, in quo juranti ſe mutuam pecuniam accepiſſe, ſed ſolviſſe jam ſtandum eſt, quod procedit non ſolùm in hoc caſu, ſed etiam in aliis ſimilibus, quamvis aliam probationem non adducat, nec habeat, ut probatur ex hoc textu; ergo juranti cum qualitate credendum eſt. Cald. *ſuprà ſub n.* 28. licèt ſit ſeparata.

3 Procedit hîc Ordinatio in præſenti in juramento judiciali, & litis deciſorio. Per. *deciſ.* 68. *ſub n.* 1. de quo dixi, *ſuprà ad rub. n.* 5. *&* 14. in confeſſioneque cum juramento judiciali, ſeu deciſorio indiſtinctè fides adhibenda eſt cum qualitate, etiam ſi interveniſſet ex poſtfacto. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *ſub n.* 15.

4 Ratio eſt; quia in prædicto juramento, qui jurat, cenſetur judex ex *text. in l.* 1. *in princip. ff. quarum rerum actio* ibi: *cum ipſe quis judicium adverſarium ſuum de cauſa ſua fecerit*, & judex non ſolùm ſuper cauſa principali pronuntiare poteſt, ſed etiam ſuper dependentibus ab ea, ut cum *l. cum vendente, cod. ubi cauſæ fiſcales*, tenet Mend. *ſuprà*.

5 Ideo pars deferens alteri juramentum judiciale, ſeu litis deciſivum, tacitè cenſetur permittere etiam ſuper connexis jurari. Jaſ. *in l.* 1. *n.* 3. *cod. de tranſact. arg. l.* 3. §. *pen. ff. de contr. & util act. tutel.*

6 Unde quando actor vult decidere cauſam per juramentum judiciale, ſeu litis deciſivum, & reum citat ad ſubeundum prædictum juramentum in animam, & comparendo jurat, ſeu confitetur ſe debitorem, vel fuiſſe debitorem cum qualitate, creditur verum dixiſſe, etiam in qualitate adjuncta; eſt enim juramentum indiviſibile, & qualitas adjecta in juramento judiciali,

ciali, ſeu deciſivo inſeparabilis; *text. in l.* 3. § 1. *ff. de jurejur.* Boer. *deciſ.* 339. *n.* 4. Per. *deciſ* 68. *n.* 4. *&* 7. Phœb. 2. *p. areſt.* 60. *verſic. ſed quia*, *& verſic. contrarium.*

7 Aliud verò tenendum eſt in juramento, quod fertur in depoſitione ad articulos; quia non creditur qualitati juratæ, in eoque ſolum creditur parti in his, quæ contra ipſam faciunt; Per. *deciſ.* 68. *ſub n.* 5. cum aliis Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 53. *ad* §. 7. 8. *&* 9. *n.* 8.

8 Quia depoſitiones inventæ fuerunt ad hoc, ut articulans releveтur ab onere probandi; *l. eum qui*, *ff. de jurejur. Ord. lib.* 3. *tit.* 53. §. 9. & ſolum deſideratur juramentum partis ad juvandam probationem actoris; & ſiquis reſpondens poſitionibus agnoſcat quidem pecuniam mutuam recepiſſe, ſed illam ſolviſſe dicat, & ſolutionem non probet, habebitur pro confeſſo, & poterit condemnari; *gloſ.* & ibi Bart *in l. ſi quidem*, *cod. except.* Boer. *deciſ.* 243. Phœb 2. *p. areſt.* 60. *verſic. ſed contraria.*

9 Nota 1. quòd ſi actor videat reum citatum ad ſubeundum juramentum in animam animoſe velle negare debitum, poteſt pœnitere, antequam juret, & illum citare ad actionem ordinariam, ut obſervatur in praxi, de qua Mend. à Caſtr. 1. *p. lib* 3. *cap* 1. *n.* 9. ubi dicit quòd procurator actoris debet habere ſpeciale mandatum ad hujuſmodi pœnitentiam, & ſi non habuerit, reo juramentum deferetur, & ibi judicatum tradit.

10 Nota 2 quòd hæres contrahentis non tenetur ſubire juramentum in animam ſuper facto defuncti. Thom. Valaſc. *alleg.* 72. *n.* 33. *&* 35. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 68. niſi hæres ſit informatus. Caroſ. *de juram. deciſivo*, *quæſt.* 6. *&* 9. Guerr. *tract.* 4 *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 75. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 12. *n.* 6. *&* 7.

Nota 3. in citatione per edicta, 11
actori non deferri juramentum in animam; quia talis citatio eſt nulla. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. *verſic. item limita*, *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *ſub n.* 9. *verſic. item abſens*, Phœb 1. *p. areſt.* 32.

Nota 4. quando cauſa eſt de fa- 12
cto alieno; tunc enim non tenetur reus jurare, ut cum *text. in l. Marcell.* §. 1. *ff. de act. rerum amot.* tradit Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 5. *verſic. primo.*

Nota 5. quòd reus non tenetur 13
jurare, quando cauſa eſt jam deciſa, & determinata per ſententiam. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *ſub n.* 5. *verſic. ſecundo limita*, obſtat enim in tali caſu exceptio rei judicatæ.

Utrùm reus teneatur jurare poſt 14
publicationem teſtium, affirmat Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 6. quem vide ibi, *& n.* 7. cum quo tranſire poteris.

Nota 6 quòd non teneatur ju- 15
rare, nec referre, qui fundatam habet ſuam intentionem ex juris præſumptione, vel præſcriptione; *cap.* 2. *de probat.* Mend. à Caſtr. *ſuprà n.* 8. Guerr. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 101.

Nota 7. quòd citatio facta ad ju- 16
randum in animam per nuntium (vulgo Porteiro) eſt nulla, & ſententia irritabitur. Mend. *ſuprà ſub n* 9. *verſic. item addo*; ideo non defertur actori in tali caſu juramentum.

Nota 8. in actione, quæ inten 17
tari nequit, jurari quis non poteſt; *l. ſi patronus de jurejur.* & in emptore actionem de evictione habente, qui nec deferre, nec referre cogi poteſt, ne ſibi præjudicium fiat. Bart. *in l. Manifeſtæ n.* 6.

No-

18 Nota 9. quòd non poſſit deferri, nec referri, ubi exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non poſſit; Menoch. *conſ.* 47. *n.* 7. Guerr. *ſup. n.* 100.

19 Nota 10. quòd ſemel tantum juretur, niſi cauſa mutetur. Carpon. *ad Stat. Mediolanum cap.* 100. Guerr. *ſup. n.* 99.

20 Nota 11. quòd ille qui alienare non poteſt, etiam neque juramentum deferre poteſt; *text. in l. jusjurandum*, § *pupillus*, *ff. de jurejur.*

21 Nota 12. quòd in duobus reis ſtipulandi ab altero delatum jusjurandum, alteri etiam nocebit ex *text. in l. in duobus*, *ff. de jurejur.*

22 Nota 13. quòd quando reus juravit, etiam fidejuſſori proficit, ſicut etiam à fidejuſſore exactum jusjurandum reo prodeſt; *text. in l in duobus reis*, §. *quod reus*, *ff. de jurejur.*

23 Nota 14. quòd ex duobus reis promittendi ejuſdem pecuniæ alter juravit, alteri quoque prodeſſe debebit; *text. in l. in duobus reis*, §. *ex duobus*, *ff. de jurejur.*

24 Nota 15. quòd ſi non eſt legitimè juratum, iterum jurandum eſt, veluti quando quis alteri jusjurandum defert, ut juraret per Deum, & per ſalutem ſuam jurat, juraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolemniter jurandum eſt; *text. in l. qui per ſalutem*, *ff. de jurejur.* & ibi, *gloſ.*

Ad tit. 53.

De contractu commodati.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit commodatum, & plures definitiones, remiſſivè.*

2 *De illius eſſentia requiritur quod ſit gratuitum, alias non eſt commodatum, ſed locatio, aut alius contractus.*

3 *Commodatum dicitur quòd ſit utentis, accipientis commodo, & utilitati datum.*

4 *Commodatum non dicitur, niſi ad certum uſum determinatum, & tempore tacite definitum, remiſſivè.*

5 *Non revocatur ante uſum finitum.*

6 *Conſiſtit in rebus mobilibus, & in immobilibus, & in corporalibus.*

7 *Quis rem ſuam commodare poteſt, & alienam bona fide, & juſte poſſidentem.*

Res commodata contra domini voluntatem, ipſi competit commodati actio, & actio furtiva, ibid.

8 *Una Eccleſia alteri Eccleſiæ rem ſacram commodare poteſt, non ad profanos uſus.*

Æconomus rem Eccleſiaſticam poteſt commodare, quando illius adminiſtratio conceſſa eſt.

9 *Commodatum finito tempore, revocari poteſt, licèt commodatarius re non fuerit uſus.*

Licèt caſu fortuito fuerit impeditus, ibid.

Commodatum eſt gratuita conceſſio alicujus rei facta ad aliquem ſpecialem uſum, ut hic definitur à legislatore; *gloſ. in cap. unic. de commod.* §. *item is cui in fin. inſtit. quib. mod. re contrab. oblig.* vel ſic: *Rei ad certum uſum gratuita conceſſio, ut eadem ſpecies, & non alia ejuſdem generis finito tempore reddatur*, ut definit Altim. *tom.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 1. Si aliàs definitiones videre cupis vide Altim. *ſuprà n.* 2. 3. & 5. Gom. 2. *var. cap.* 7. *n.* 1. Hermoſilh. *tom.* 1. 1

gloſ.

gloſ. 1. *l.* 1. *tit.* 2. *n.* 1. Auguſt. Barb. *tit.* 23. *de commodat.* Gonzal. *tom.* 3. *tit.* 15. *de commodat. n.* 1.

2 Eſt de eſſentia commodati, quòd ſit gratuitum; aliàs ſi pecunia, merces, aut aliud intereſſe interveniat, non eſſet commodatum, ſed locatio, aut alius contractus innominatus, ut deducitur ex noſtro textu; *text. in l. ſi tibi areæ*, & *text. in l ſi gratuitum*, *ff. de præſcr. verb.* cum aliis Hermoſilh. *ſuprà gloſ.* 2. *n.* 1.

3 Commodatum appellatur ex eo quòd ſit utentis, ſeu accipientis commodo, vel utilitati datum, ut probatur ex noſtro textu; tradit cum aliis Altim. *d. tom.* 4. *quæſt.* 22. *p.* 2. *n.* 15.

4 Nec dicitur commodatum, niſi ſit ad certum uſum determinatum, & cum tempore tacite definitum, & non expreſſe, nempe commodo tibi equum ad eundum Rômam, vel librum ad tranſcribendum, ineſt tunc tacite tempus, ut commode poſſis ire Romam, & redire, & commode tranſcribere librum, ut dicit textus hic *l. ſi ut certo in princip.* ubi Bart. & *omnes*, *ff. commod. l. in bonæ fidei*, *ff. de eo quod cert. loc.*

5 Commodatum non poteſt revocari ante uſum finitum; *cap. unic. de commod l. commodatum*, §. *ſicut*, *ff. commod.* tradit cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 2. *cod. commod. n.* 2. Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 2. Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 1. *l.* 9 *n.* 1.

6 Commodatum conſiſtere poteſt in rebus mobilibus, & ſemoventibus, & in immobilibus, & in corporalibus, ſcilicet in ſervitutibus habitandi domum; *l.* 1. *ubi gloſ. verbo habitationem*, & *DD. ff. commod.* cum multis Altim. *ſuprà n.* 62.

7 Unuſquiſque commodare poteſt rem ſuam, quam poſſidet, & rem alienam, quam bona fide, & juſte poſſidet, & in ea conſiſtere poteſt commodatum; *l. commodare*, *ff. commod.* Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 3. & 4. *n.* 17. *l.* 1. ſed ſi tamen contra voluntatem domini fuerit res aliena commodata, domino competit actio commodati, & actio furtiva, *l. ſi ſervus meus*, & *l. cum qui*, §. 1. *ff. commod.* & *l. qui vas*, §. *ſi ego*, *ff. de furt.*

Sic ſimiliter rem ſacram una Eccleſia alteri Eccleſiæ commodare 8
poteſt, non verò ad profanos uſus. Hermoſilh *ſuprà ſub n.* 17. Altim. *ſuprà d. tom.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 67. ſicut etiam æconomus res Eccleſiaſticas commodare poteſt, cui earum adminiſtratio conceſſa eſt. Hermoſilh. *ſuprà n.* 19 & Altim. *d. n.* 67. Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de commodato*. *n.* 4.

Nota, quòd tranſacto tempore 9
intra quod commodatarius re commodata uti potuit, vel quod à principio fuit aſſignatum, poteſt dominus commodatum revocare, licèt commodatarius re non fuerit uſus; *l. ſed mihi*, §. *hæres ejus*, *l. ſi ut certo*, §. *ſi duobus*, *ff. commod.* Hermoſilh. *l.* 9 *gloſ.* 2. *tit.* 2. *p.* 5. *n.* 1. Mantic. *lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 9. & ibi ampliat, quamvis caſu fortuito fuerit impeditus ne re uteretur. Altim. *tom.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 18.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Commodatum quomodo diferat à mutuo, remiſſivè.*

2 *Commodatum non fit de rebus, quæ in pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, & eadem in ſpecie reddi non poſſunt.*

Mu-

3 *Mutuum conſiſtit in pondere, numero, vel menſura ſpe recipiendi tantundem in genere ſuo, dominiumque in mutuatarium transfertur.*

4 *Natura commodati eſt, ut res ipſa reſtituatur finito tempore.*

5 *Ubi ſunt plures hæredes commodatarii, reſtituere debet rem commodatam, qui illam habet, rationem habens, n. ſeq.*

6 *Res commodata æqualiter perveniens ad duos hæredes, pro ea parte conveniuntur, in qua habent facultatem.*

Quando unus rem habet in ſolidum convenitur, & condemnatur in ſolidum, ibid.

7 *Pecunia, vaſa aurea, & argenta ad apparatum, pompam, & oſtentationem dari poſſunt, ut eædem res in ſpecie reſtituantur.*

8 *Quando pecunia commodata fuit ad apparatum, pompam, & oſtentationem amittitur caſu fortuito, commodatarius non tenetur ſolvere; aliud in mutuo, remiſſivè.*

9 *Ex caſu fortuito nemo tenetur, nec obligatur.*

10 *Caſus fortuitus ex facto, ſeu cauſa naturæ, vel ex facto, ſeu cauſa hominis contingit, remiſſivè.*

11 *Incendium numeratur inter caſus fortuitos.*

12 *Si ſine culpa habuit ortum, & cauſatur fortuito, remiſſivè.*

13 *Quid in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, ut ſtipulas, & ſpinas comburat, ut facilius ſerere poſſit, & terram uberiorem facere poſſit, remiſſivè.*

14 *Si de culpa certi hominis non conſtet, incendium dicitur caſus fortuitus.*

Non poteſt proferri certa ſententia condemnatoria, ſi de perſona certa condemnanda non appareat, ibid.

15 *Incendium veniens in domum meam ex vicina, dicitur quoad me caſus fortuitus, & non teneor damnum reſarcire domino domus.*

16 *Nec ille, qui arte incendio, damnificavit vicini domum timore incendii, ne domus ſua combureretur, ſi aliter obviare non potuit.*

1 DIffert commodatum à mutuo in hoc, quod in commodato non tranſit dominium, nec poſſeſſio, nec aliud jus reale in accipientem, & uſus dumtaxat rei conceditur commodatario, ut eadem res reſtituatur, ut probat legislator in hoc §. 1. *text. in l. rei commodatæ, ff. commod.* Gom. 2. *var. cap.* 7. *ſub. n.* 1.

2 Commodatum non fit de rebus conſiſtentibus in pondere, numero, vel menſura, veluti pecunia, vino, oleo, & aliis ſimilibus, quæ uſu conſumuntur, & eædem in ſpecie reddi non poſſunt, ut probatur ex noſtro textu in hoc §. 1.

3 Mutuum verò conſiſtit in pondere, numero, vel menſura cum ſpe recipiendi tantundem in genere ſuo, & dominium transfertur in mutuatarium; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 50. *in princip.* ubi ego dixi. Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 1. *l.* 1. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 1. *& tit.* 2. *l.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 6.

4 Item commodati natura eſt, ut res ipſa commodata reſtituatur, finito tempore, & uſu, ad quem commodata fuit, & tam ipſi, qui commodavit, quàm hæredi ejus eſt reſtituenda, quoniam hoc jus naturale jubet; *l. bona fides, ff. depoſit. vel contr. l. ſed mihi, §. hæres ejus, & l. ſi ut certo, §. ſi duo-*

duobus, *ff. commod. vel contr.*

5 Nota, quòd quando ſunt plures hæredes commodatari, ille reſtituere debet rem commodatam, qui eam habet, ut cum multis juribus, & Doctoribus Hermoſilh. *gloſ.* 1. *l.* 5. *n.* 1. *tom.* 1. *tit.* 2.

6 Et ratio eſt; quia impoſſibile eſt re quempiam obligari, niſi quatenus ad eum pervenit, & quando extat res commodata, & adſunt duo hæredes, æqualiterque ad eos pervenit, pro ea parte, in qua facultatem habent rei reſtituendæ, conveniuntur; & ſi unus rem habeat, in ſolidum convenietur; *l. ſed mihi*, §. *hæres ejus* ibi: *niſi fortè habeat facultatem rei reſtituendæ, nec faciat, tunc enim condemnatur in ſolidum, ut text in l. pro hæreditariis*, *& l. poſſeſſor*, *ff. de rei vendicat. l. ſi plures*, *ff. de vi armata.*

7 Sed licèt in commodatum dari non poſſint res, quæ uſu conſummuntur; attamen dari poterunt ſine dubio commodato ad eum uſum, quo non conſummitur, veluti pecunia, vaſa aurea, & argenta ad apparatum, pompam, & oſtentationem, ita ut eædem res in ſpecie reſtituantur, ut patet ex noſtro textu; *l.* 3. §. *ult. cum l. ſeq. ff. commod.* Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2 *cap.* 22. *n.* 64.

8 Si verò pecunia commodata ad apparatum, pompam, & repræſentationem amitteretur caſu fortuito in poteſtate commodatarii, iſte non tenebitur pecuniam ipſam ſolvere, ſicuti teneretur, ſi talis pecunia præſtanda fuiſſet ad conſummendum, ut dictum eſt in mutuo, quod probatur ex noſtro textu in verbis finalibus.

9 Non tenetur ergo commodatarius ſolvere pecuniam, vel aliam rem commodatam, quæ amiſſa, vel deperdita fuit caſu fortuito; quia ex caſu fortuito nemo tenetur, nec obligatur; *l. cum duobus*, §. *damna fatalia*, *ff. pro ſoc. l. quæ fortuitis*, *cod. de pign. act. l. in rebus*, *ff. commod. l.* 1. *cod. cod. l.* 1. §. *is quoque*, *ff. de oblig. & act.* cum multis tradit Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 3. *gloſ.* 1. *&* 2. *n.* 2. *tit.* 2. *p.* 5.

Nota, quòd caſus fortuitus accidit ex facto, ſeu cauſa naturæ, vel ex facto, ſeu cauſa hominis; ex cauſa naturæ, ut ſunt maris tempeſtas, & naufragium, §. *ſi is qui res*, *inſtit. quib. mod re contrab. oblig. l. contractus*, *ff. de reg jur.* fluminis impetus; *l. ſi quis judicio*, *ff. ſiquis caut.* grandinatio, ſterilitas; *l. licèt*, *cod. locat. cap. propter ſterilitatem eod. tit.* ſturnorum, graculorum, & locuſtarum incurſus, & damnum; *l. ex conducto*, §. *ſi vis tempeſtatis*, *ff. locat.* & alia ſimilia. Facto hominis, ut ſunt latronum inſidiæ, *d.* §. *ſi vis tempeſtatis*, *l.* 1. *ff. depoſit.* 10

Incendium etiam numeratur inter caſus fortuitos; Jaſ. *in l. domos*, *n.* 5. *ff. delegat.* 1. Fulgoſ. *in l. ſi vendita*, *ff. de pericul. & commod. rei vendit.* & cum multis Hermoſilh. *tom.* 1. *gloſ.* 3. *l.* 3 *n.* 1. *tit.* 2. 11

Quod intelligendum eſt, quando incendium ſine culpa habitantium ortum habuit, & fortuito cauſatur, aliàs non, veluti ſi ignis cœleſtis fulmine immiſſus ſit, vel quando ortum habuit in loco, ubi accendi non conſuevit. Menoch. *de arbitr. caſ.* 390. *n.* 2. Caroſ. *de locat. & conduct. rub. de incendio*, *n.* 42. *&* 43. Maſcard. *concl.* 893. *n.* 14. *& ſeqq.* quia loci ſecuritas culpam excludit. 12

Item incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, ut ſtipulas, vel ſpinas comburat, ut facilius ſerere poſſit, & uberiorem terram facere valeat, adhibendo ad id diligentiam cir- 13

circa tempus, circa locum, & cæteras circumſtantias; ne ignis longius egrederetur, & proterea ſi poſt datum ignem, orta tempeſtate, & ventorum vi ignis ulterius progrediatur, & in fundo vicino damnum faciat, vincam, aut nemus, vel domum combuſſerit, tunc is, qui in agro ſuo ignem accendit, non tenetur de tali incendio, tanquam de caſu fortuito, calamitate ventorum probata; ut cum multis probat Farin. *de var. ac diverſ. crimin. quæſt.* 110. *n.* 141. Hermoſilh. *l.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 3. *tom.* 1. *tit.* 2.

14 Item etiam dicitur caſus fortuitus incendium, quando non conſtat de culpa certi hominis. Bald. *in l. quæ fortuitis*, *n.* 4. *& in l. ſi creditor in fin. cod. de pignor. act.* Guil *lib.* 2. *obſerv.* 22. *n.* 3. Barb. *in l. ſi mora* 10. 2. *p. ff. ſolut. matr. n.* 36. *ibi: debet ſequi abſolutio*, & ratio eſt; quia non poteſt certa proferri ſententia condemnatoria, ſi de certa perſona condemnanda non appareat. Carroc. *de locat. & conduct.* 4. *p. rub. de incend. n.* 5.

15 Sicut etiam incendium veniens in domum meam ex domo vicini quoad me dicitur caſus fortuitus, & ego non teneor ad damnum inde illatum reſarcire domino domus, in qua inhabito, ut cum multis tradit Farin. *ſuprà n.* 140.

16 Neque etiam damnum reſarcire tenetur ille, qui, orto incendio, damnificavit domum vicini, timore incendii, ne domus ſua combureretur, videns ignem venientem ad domum, & aliter illi obviare non valens; *l. quo naufragium fit*, §. *quemadmodum*, ubi *DD. ff. de incend. ruin. l. ſi alius*, §. *eſt*, *& alia*, *ff. quod vi aut clam.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Commodatum gratia accipientis fit, & commodatarius rem commodatam ſervare tenetur omnimoda diligentia; teneturque non ſolum de dolo, ſed lata, levi, & leviſſima culpa.*

2 *Commodatarius non ſolum tenetur de leviſſima culpa reſpectu principalis, ſed etiam acceſſorii.*

3 *Quid ſit culpa in genere, remiſſivè.*

4 *Dividitur in latam, levem, & leviſſimam.*

5 *Culpa lata, quæ dicatur, remiſſivè.*

6 *Culpa levis quæ, remiſſivè.*

7 *Et quæ leviſſima, remiſſivè.*

8 *Negligentia quomodo probari debeat, remiſſivè.*

9 *Culpa non ſufficit, ſi doloſa non fuerit.*

10 *Non præſumitur culpa, neque dolus.*

Dicit textus, quòd cum commodatum gratia accipientis fiat, & regulariter ad ejus utilitatem, & non commodantis, tenetur commodatarius rem commodatam ſervare cum omnimoda, & exacta diligentia, quam quiſque ſuis rebus adhibere ſolet; & non tantum eidem imputabitur dolus, & lata culpa, ſed etiam levis, & leviſſima, §. *item is*, *verſic. at is. inſtit. quib. mod. re contrab. oblig.* Martins à Coſta *in addit. ad tract. libell. annot.* 11. *n.* 3. Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 13. cum multis Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *n.* 72. Gom. 1

2. *var. cap.* 7. *n.* 1. *verſic. item cum fiat*, & ibi Aylon. Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *n.* 10. *cod. de commod.* Peg. *for. cap.* 3. *n.* 869. cum multis.

2 Amplia, ut non ſolum commodatarius teneatur de leviſſima culpa reſpectu principalis, ſed etiam reſpectu acceſſorii; *l. ſi ut certo.* §. *uſque adeo*, & §. *ſi me*, *ff. commod.* Peg. *for. cap.* 3. *n.* 883. Gom. 2. *var. cap.* 2. *ſub n.* 14 ubi commodata equa videtur etiam commodatus pullus editus, & commodatarius tenetur in utroque cuſtodiam præſtare, quod exemplum apponitur in hoc §. 2. à legiſlatore.

3 Nota quòd culpa in genere eſt deviatio ab eo, quod bonum eſt, ſive in faciendo malum, ſive in omittendo bonum, quod diligentia hominis potuit prævideri. Bart. *in l. quod Nerva*, *n.* 6. & 7. *ff. depoſit.* cum aliis Auguſt. Barb. *vot.* 61. *n.* 2. Farin *quæſt.* 88. *n.* 48. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 71.

4 Tripliciter dividitur, in latam, levem, & leviſſimam; *gloſ. in l. ſi ut certo.* §. *nunc videndum*, *verbo culpa*, *ff. commod.* Hermoſilh. *l.* 2. *tit.* 2. *p.* 5 *gloſ* 2 *n* 7. *t.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. unic. de commod. n.* 3. Pichard. *in* §. *item is cui*, *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. n.* 60. & cum multis Peg. *for. ſuprà cap.* 3. *n.* 73.

5 Culpa lata dicitur deviatio ab ea diligentia, per quam quis non videtur intelligere, quod omnes intelligunt, vel maior pars intelligerent, aut facerent; *l. lata culpa*, *l. cedere diem*, §. *fin. de verb. ſignif.* Farin. *quæſt.* 88. *n.* 67.

6 Culpa levis eſt deviatio ab ea diligentia, quam adhibere ſolent homines diligentiſſimi ejuſdem conditionis, ut tradunt *DD. in l. contractus*, *ff. de reg. jur.* Hermoſilh *gloſ.* 4. *l.* 2. *n.* 2. *tit.* 2. Farin. *d. quæſt.* 88. *n.* 27.

7 Culpa leviſſima eſt deviatio circumſpecta ab ea diligentia, quam habent omnes diligentiſſimi ejuſdem profeſſionis. Farin. *ſuprà n.* 83. & cum multis Peg. *for. d. cap.* 3. *n.* 76.

8 Nota iterum, quòd negligentia non probatur ſolum, quod non fuerit aliquid factum, ſed probari debere, quod talis facere potuit, & non fecit. Auguſt. Barb. *vot.* 61. *n.* 4. cum Dec. *conſ.* 430. *in princip.*

9 Nota ulterius, quòd ne dum culpa ſufficit, ſi non fuerit doloſa; *l.* 1. §. *Divus*, & *l. in leg. ff. de ſicar.* tradit cum multis Jul. Clar. 5. *fin. quæſt.* 84. *in princip. verſic. Et loquendo de pæna mortis*, cum aliis Auguſt. Barb. *dict. vot.* 61. *n.* 6.

10 Nota ultimò, quòd culpa non præſumitur, & multo minus dolus; *text. in l. item apud Labeonem*, §. *ſi communem*, *ff. de injur. l. cum pater*, §. *rogo*, *ff. de legat.* 2. tradit cum multis Auguſt. Barb. *dict. vot.* 61. *n.* 13.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Commodatarius non tenetur de caſu fortuito.*
2 *Limitatur primò, remiſſivè.*
3 *Limitatur ſecundò, remiſſivè.*
4 *Limitatur tertiò, remiſſivè.*
5 *Limitatur quartò, remiſſivè.*

1 Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, ut probatur ex hoc §. 3. *l. quæ fortuitis*, *cod. de pign. act. l. contractus*, *ff. de reg. jur. l.* 1. *cod. commod.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. Martins à Coſt. *in tract. libell. annot.* 11. *n.* 4. Altim. *tom.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 73. Cardoſ. *verbo com-*

moda-

modatum, *n.* 16. cum multis Peg. *for. cap.* 3 *n.* 886.

2 Limitatur 1. quando præceſſit culpa commodatarii, veluti ſi petierit commodatum equum ad eundum ad certum locum, & tranſivit ad alia loca, ubi equus mortuus fuit, tenebitur tunc de caſu fortuito commodatarius, ut probat; *text. hic* Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 16. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 887. Altim. *ſuprà n.* 74.

3 Limita 2. quando commodatarius fuit moroſus in reſtituendo; quia tunc tenetur de caſu fortuito, ut probatur ex hoc §. 3. cum multis Peg. *for. cap.* 3. *n.* 888. Hermoſilh. *tom.* 1. *tit.* 2. *p.* 5. *gloſ.* 8. *l.* 3. *n.* 1. Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 16. Altim. *ſuprà n.* 74. *in fin.*

4 Limita 3. quando intervenit pactum, ut commodatarius teneatur de caſu fortuito. Cardoſ. *ſuprà d. n.* 16. Peg. *for. ſuprà n.* 893.

5 Limita 4. ſi res commodata fuerit æſtimata; quia tunc commodatarius tenetur de caſu fortuito. Gom. 2. *var. cap.* 7. *n.* 1. *verſic. unum tamen*, & ibi Aylon Maſcard. *de probat. concl.* 664. Peg. *for. ſuprà n.* 891. cum aliis Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 94.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Non tenetur ex caſu fortuito, qui re utitur directe ad uſum, ad quem accepit; quando periit ſine culpa.*

2 *Equus commodatus ad bellum, ſi in conflictu hoſtium perierit, periculum eſt commodantis; idem quando commodatur ad agitationem taurorum.*

3 *Nec tenetur commodatarius quando res eodem modo periiſſet apud commodantem, ac periit apud ipſum.*

4 *Commodatarius per mare tranſiens ubi furatum, vel deperditum fuit in naufragio vas argentum commodatum ad ſerviendos hoſpites in domo ſua tenetur.*

5 *Culpa non præſumitur in caſu fortuito, ſed probanda ab imponente.*

6 *Interpretatio excluſiva culpæ ſemper ſumenda eſt.*
Semper pronuntiandum aliquem non fuiſſe in culpa, ibid.

7 *In dubio nunquam aliquis pro culpa condemnatur.*

8 *Ut evitetur culpa, præſumitur factum, quod veriſimiliter fieri debuit.*

9 *Duæ præſumptiones una delicti incluſiva, & altera excluſiva, excluſiva ſemper præponitur.*

10 *Teſtes de culpa deponentes, quæ declarare debeant.*

11 *Commodans ſciens vitium rei commodatæ tenetur revelare commodatario, aliàs obligabitur ad reſarciendum damnum ſequutum; ſecus quando vitium ignorabat.*

12 *Commodans ſcienter falſam menſuram, vel pondera commodatario, damnum reſarcire teneatur, remiſſivè.*

13 *Commodatarius onerans equum nimio onere, tenetur, remiſſivè.*

14 *Utens re aliena ultra uſum deſtinatum, furtum committit.*

15 *Commodatarius re commodata utens ultra illum uſum, ad quem ſibi commodata fuit, furtum committit.*

16 *Item commodans equum ad deſtinatum locum longius equitave-*

taverit, furtum committit.

17 *Quod limitatur, remiſſivè.*

18 *Commodatarius, re ad unum uſum tradita, ad alium utens credens dominum permiſſurum, de furto non tenetur.*

19 *Commodatarius, vel depoſitarius re aliena utens ad alium uſum non deſtinatum, puniri mitius debet, quàm in aliis furtis, remiſſivè.*

20 *Si perierit commodatus equus commodatarii culpa, offerendo æque idoneum liberabitur, & ad pretium non tenetur.*

Quando verò fuerit interfectus à ſuis inimicis ſine culpa commodatarii, non tenetur, ibid.

21 *Furtum non numeratur inter caſus fortuitos, remiſſivè.*

22 *Quid in commodatario, cui res commodata furto fuit ſubtracta, remiſſivè.*

23 *Ratio aſſignatur.*

24 *Limitatur primò, remiſſivè.*

25 *Limitatur ſecundò, remiſſivè.*

26 *Limitatur tertiò, remiſſivè.*

27 *Limitatur quartò, remiſſivè.*

28 *Limitatur quintò, remiſſivè.*

29 *Limitatur ſextò, remiſſivè.*

30 *Quando equus cum puero commodatur, & pereat malo regimine pueri, an teneatur commodatarius?*

31 *Furtum allegans probare debet.*

Culpa in eo ſemper præſumitur, ibid.

32 *Commodatarius tenetur probare furtum, & rem eſſe ubi furtum commiſſum fuit.*

33 *Commodatarius rem non reſtituens poſt uſum temporis, &c. contra eum juratur in litem, remiſſivè.*

1 PRobat textus in hoc §. 4. recipientem rem commodatam tunc non teneri ex fortuito caſu, quando ea re utitur directe ad uſum deſtinatum, ad quem illam accepit, & ſine culpa periit, vel deteriorata; eſt ex § *furtum autem, inſtit. lib. 4. tit. 1. de oblig. quæ ex delict. naſc. text. in l. ſed mihi, §. ſi reddita, text. in l. cum qui rem, & l. fin. ff. commod.* Cardoſ. *verbo commodatum, n* 14. Auguſt. Barb. *ad text. in l. de reſtituendis 3. n. 4. cod. de commod.*

Unde ſi equus ad bellum fuerit commodatus, & in conflicto hoſtium perierit, commodantis eſt periculum; & idem procedit, quando ad agitationem taurorum commodatur, ut deducitur ex textu hic Auguſt. Barb. *ſuprà n. 5. & 6.* Altim. *tom. 4. rub. 1. p. 2. quæſt. 22. n. 96. & 102.* 2

Non tenetur etiam commodatarius, ſi res eodem modo periiſſet apud commodantem, ac periit apud ipſum; *l. fin. § ſi ea conditione, ff. ad l. Rhod. de jactu, l. ſi plures, §. fin. ff. depoſit.* Altim. *ſuprà n. 87.* 3

Si vero aliquis commodaverit alteri vaſum argentum ad ſerviendos hoſpites in domo ſua, & commodatarius per mare tranſivit ubi furatum, vel deperditum fuit in naufragio, vel alio modo, tunc tenebitur, ſua culpa enim caſus contingit, ut probatur ex hoc § 4. *verſic. Porém.* 4

Culpa in caſu fortuito non præſumitur, ſed eſt probanda ab eo, qui illam imponit; *text. in l. qui inſulam, ff. de locat. l. dolum, cod. de dolo, l. quoties, §. qui dolo, ff. probat.* Auguſt. Barb. *vot. 61. n. 13.* Cancer. 1. *var. cap. 14. n 52. verſic. reſpondeo.* Fontanel. *deciſ. 533. n. 6. & 7.* Farin. *deciſ. 564. n. 6.* idem Farin. *quæſt. 89. n. 2. & 3. inſpect. 1.* 5

Semper enim ſumenda eſt interpretatio illa, per quam culpa excludatur; Farin. *proxime, n. 8. & 13.* 6

13. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 60. ſemperque pronuntiandum aliquem in culpa non eſſe. Peg. *ſuprà*, *n.* 61.

7 Et quando ſumus in dubio, an culpa ſit admiſſa, nunquam aliquis poteſt pro culpa condemnari. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 16. Peg. *for. ſuprà n.* 62.

8 Sed imo potius ad evitandam culpam præſumitur factum, quod veriſimiliter fieri debuit. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 17. Bart. *in l. cum venderet*, §. *fin. ff. de pignor. act.*

9 Et quando duæ poſſunt ſumi præſumptiones, una delicti incluſiva, altera vero excluſiva, ſemper excluſiva præponenda eſt; tradit cum multis Auguſt. Barb. *d. votat.* 61. *n.* 18.

10 Neque ſufficit teſtes de culpa deponentes dicere illam interveniſſe in actu, ſed debent declarare, in quo conſiſtere potuit, & qualiter adhiberi remedium potuiſſet, ne caſus eveniret. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 19. Peg. *ſuprà n.* 64.

11 Nota 1. quòd commodans, ſi ſciat aliquod vitium rei commodatæ, tenetur illud revelare commodatario, aliàs obligari poteſt ad damnum reſarciendum, quod ex vitio illo fuit ſubſequutum; non tamen quando vitium ignorabat; cum multis tradit Hermoſilh. *l.* 6. *tit.* 2. *t.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 1. Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 9.

12 Nota 2. quòd commodans falſam menſuram, ſeu pondera ſcienter, tenetur de furto, damnumque commodatario reſarcire, & debet relegari, ſi criminaliter accuſetur. Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. Cardoſ. *ſuprà n.* 11.

13 Nota 3. quòd commodatarius tenetur, ſi oneravit equum nimio onere, tacite namque intelligitur conductus, ut oneretur conſueto onere; *l. fin. ff. commod. l. qui inſulam*, §. *qui malum*, *ff. locat.* & idem procedit, ſi per loca periculoſa iter fecerit commodatarius; quia tenetur de caſu. Caroc. *de locat. rub.* 4. Hermoſilh. *l.* 3 *gloſ.* 7 *tit.* 2. *n.* 10. ubi quod per tutiora loca iter agendum eſt, licet longiora ſint.

Nota 4. quòd utens re aliena ad alium uſum præter deſtinatum, furtum committit, §. *furtum autem*, *inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* ad formalia verba: *ſive is qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quam cujus gratia ei data eſt, furtum committit.* 14

Nota 5. quòd commodatarius utens re commodata ad alium uſum, quàm ad illum, ad quem fuit ſibi commodata, committit furtum. Farin. *quæſt* 169. 1. *p. n.* 5 *text. in l. ſi peregre*, §. 1. *ff. de furt.* 15

Amplia in eo, qui equum acommodatum uſque ad aliquem deſtinatum locum longius geſtaverit, & equitaverit, §. *furtum autem*, *inſtit. quæ ex delict. naſc. in fin.* ibi: *aut ſiquis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longius aliquo duxerit*, *text. in l. qui jumenta* & ibi *gloſ. ff. de furt.* Farin. *ſupra de furt. dict. quæſt.* 169. 1. *p. n* 6. 16

Limita prædictam ampliationem, quando dominus equi erat conſuetus illum dare ad conducturam; tunc enim illum conducens pretio mediante, ſi ulterius, quàm pactum eſt, illo utatur, non tenetur de furto, ſed civiliter ad maiorem penſionem ſecundum Doctores, quos refert Farin. *ſuprà n.* 7. 17

Nota 6. quòd ſi commodatarius, depoſitarius, ſeu alius re ad unum uſum tradita, ad alium uſum uſus fuerit, crediderit dominum permiſſurum, tunc enim de furto non tenetur. Farin. *ubi ſuprà n.* 10. 18

Nota 7. quòd licèt depoſitarius, equi conductor, & ſimiles utentes re aliena ad uſum non deſtinatum committant furtum, tale attamen 19

fur-

furtum non eſt ita inhoneſtum, ut in eo judex debeat ſic rigidè procedere, prout in aliis furtis, & propterea tale furtum mitius puniri debet. Corn. *conſ.* 274. *n.* 6. *lib.* 3. Cov. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 8. *verſic. & tamen adhuc.*

20 Nota 8. quòd ſi ſit commodatus equus, & perierit culpa commodatarii, offerendo æque idoneum liberabitur, & non tenetur ad pretium; Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 100. quando verò ſine culpa ſua interfectus fuerit à ſuis inimicis, non tenetur. Altim. *ſuprà n.* 101.

21 Nota 9. quòd furtum non numeratur inter caſus fortuitos; quia nunquam committitur ſine culpa; ſi enim quis bene clauderet domum ſuam, & bene cuſtodiret, furtum non pateretur. Farin. *de furt. quæſt* 169. *p* 2. *n.* 22. cum multis Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 3. *gloſ* 6. *n.* 1. *tit.* 2.

22 Quod amplia in commodatario, cui ſi res commodata furto fuerit ſubſtracta, tenetur domino rei furatæ, non ſolùm ſi furtum ejus dolo factum fuerit, aut lata culpa, ſed etiam ſi levi, & leviſſima; *l. ſi ut certo*, §. *nunc videndum*, *ff. commod.* §. *item is*, *in inſtit. quib. mod. re contrab. oblig.* Farin. *ſuprà n.* 19. Maſcard. *de probat. concl.* 468. *n.* 12.

23 Et rationem aſſignat Farin. *ſuprà n.* 20. ſcilicet; quia in contractu facto gratia recipientis tantum, prout in commodato recipiens, tenetur non ſolùm de culpa lata, ſed etiam de levi, & leviſſima, ut probant jura *n. proximo ſuprà.*

24 Limita hoc 1. non procedere quando furtum fuit factum ab aliqua perſona conjuncta ipſius commodatarii, vel tali, de qua diligentiſſimus quiſque vir ſuſpicari non poterat; quia tunc commodatarius de furto non tenetur, reputatur enim tunc caſus fortuitus. Maſcard. *de probat. concl.* 467. *n.* 13. Hermoſilh. *dict. l.* 3. *gloſ.* 6. *n.* 6. *tit.* 2. *p.* 5. Farin. *ſuprà n.* 27.

Limita 2. ſi commodatarius rem commodatam, ſeu animal commodatum teneret, & in loco, ubi maior pars hominum ſimiles res tenebant, non enim eſt in culpa ille, qui ea facit, quæ conſueta ſunt fieri à maiore parte hominum; *l.* 2. *ff. ad Maced. l. quis ſit fugitivus*, §. *apud Labeonem*, *ff. de edil. litio edict. l. pignori*, *cod. de pignor. act.* Farin. *ſuprà n.* 38. Maſcard. *de probat. concl.* 468. *n.* 20. 21. *&* 22. Hermoſilh. *ſuprà n.* 7. 25

Limita 3. quando furtum commiſſum fuit in loco, qui de ſui natura non poteſt bene cuſtodiri. Farin. *ubi ſuprà ſub n.* 35. Maſcard. *de probat. concl.* 829. *n.* 12. Hermoſilh. *ſuprà n.* 8. 26

Limita 4. quando conſtat, ſive probatur cuſtodem alioquin eſſe diligentiſſimum, & probatiſſimum. Maſcard. *ſuprà*, *n.* 13. Farin. *ſuprà de furt. quæſt.* 169. *n.* 39. Tuſch. *verbo Furtum*, *concl.* 561. *n.* 4. Hermoſilh. *gloſ.* 6. *l.* 3. *n.* 9. *ſup.* 27

Limita 5. quando cum rebus furto ſubſtractis alienis fuiſſent etiam ſubſtractæ aliquæ res depoſitarii, commodatarii, aut cuſtodis; tunc enin excluditur omnis culpa ipſius depoſitarii, commodatarii, & cuſtodis, & propterea de furto prædicto non tenetur. Farin. *ſuprà de furt. quæſt.* 169. *n.* 36. Hermoſilh. *proxime*, *n.* 10. 28

Limita 6. quando furtum factum fuit cum fractura; Menoch. *conſ.* 353. *n.* 11. *lib.* 4. Grat. *conſ.* 94. *n.* 40. Maſcard. *de probat. concl.* 830. *n.* 8. quia impoſſibilitas excuſat à culpa; *l. cum quidam*, §. *ſi à pupillo*, *ff. de uſur. l. impoſſibilium*, *ff. de reg. jur.* in his enim caſibus ceſſat præſumptio culpæ, & ideo non 29

te-

tenetur, niſi aliàs culpa probetur.

30 Quæres, ſi equus cum puero commodetur, & equus malo regimine pueri pereat, an commodatarius teneatur. Medic. *de caſib. fort.* 3. *p. quæſt.* 11. *n.*52. Moz. *tract. de commod.* §. *fin. n.* 1. ubi reſolvunt commodatarium teneri, niſi quando à principio ex voluntate commodantis ſervus ad equi regimen adhibitus fuiſſet, nec ab eo ad cuſtodiam equi commodatus eſſet. Altim. *tom.*4.*rub.*1.*p.*2. *quæſt.*22. *n.*86. Hermoſilh. *gloſ.* 8. 9. *&* 10. *l.* 3. *n.* 14.

31 Nota 10. furtum allegantem illud probare debere, & ſine ſua culpa fuiſſe commiſſum. Bart. *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *an vero*, *ff. de edend.* quia culpa ſemper in eo præſumitur; ut cum multis Hermoſilh. *l.* 3. *gloſ.* 6 *n.* 3.

32 Nota 11. quòd commodatarius non ſolùm tenetur probare furtum abſque ſua culpa fuiſſe commiſſum, ſed rem eſſe inibi, ubi furtum commiſſum fuit. Hermoſilh. *ſuprà n.* 14.

33 Nota 12. quòd ſi commodatarius poſt uſum temporis neceſſarii non reſtituat rem commodatam, vel ſi aliter ea cauſus fuerit, quam illi ſit præſcriptum, vel ſi dolo malo in ea verſatus ſit, poteſt dominus adverſus eum jurare in litem de eo, quod ſua intereſt. Leotard. *quæſt.* 34. *n.* 5. Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 25.

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Re commodata culpa nuntii deperdita, periculum illius ad commodatarium pertinet, qui miſit nuntium, & n.* 2.

3 *Nuntius ſolùm miſſus ad requirendum, ut mitteretur, non ad trahendam rem, illi fuit tradita, & perdat, vel cum illa aufugiat, non tenebitur ad damnum, qui miſit, ſed erit commodantis, & tradentis, non commodatarii.*

4 *Commodatarius rem mittens per quemcumque voluerit, periculum illius erit.*

Damnum non dicitur ſolum datum ab illo, qui intulit, ſed ab illo, qui cauſam damni dedit, ibid.

5 *Commodatarius mittendo rem commodatam cum ſervo, ſeu nuntio fideli, ſi cum ipſa re aufugiat, vel aliter perdat, de periculo non tenetur, remiſſivè.*

6 *Quod ampliatur in depoſitario, & aliis, remiſſivè.*

7 *Extende, licèt commodatarius, poſſeſſor, vel debitor rem tradat ſervo, vel famulo domini creditoris, quando fidelis, &c. remiſſivè: intellige ut in n.* 8.

9 *Commodatarius liberatur, & excuſatur, quando conventum fuit, quod rem traderet portanti tale ſignum, & extraneo, qui ſignum portavit, tradit rem, remiſſivè.*

10 *Sed non liberatur, nec excuſatur commodatarius, quando tradit rem nuntio, vel famulo miſſo à creditore ad requirendum, non ad recipiendum, remiſſivè.*

11 *Nec quando rem commodatam tradit ei, qui dicit à commodante fuiſſe miſſum.*

12 *Limitatur in commodatario habente juſtam cauſam credendi, remiſſivè.*

13 *Si res culpa commodatarii perierit, quiſque hæredum pro par-*

parte hæreditaria tenetur.

14 *Licèt teſtator gravet unum ex hæredibus, ut ſolus ſolvat debitum creditoribus, remiſſivè.*

15 *Alii hæredes agere poſſunt contra gravatum pro ſuo intereſſe.*

16 *Commodatum gratia commodantis fit, & commodatarius de dolo, & lata culpa tenetur, remiſſivè.*

17 *Sed quando fit gratia utriuſque commodatarius dolum, latam culpam, & levem, non verò leviſſimam præſtare tenetur, remiſſivè.*

18 *Commodatarius res ſuas præferre non debet commodatis, ſi verò res commodatæ valde erant pretioſiores rebus ſuis, & commodatum factum gratia commodatarii, vel utriuſque, tunc præferret res commodatas rebus ſuis.*

19 *Quid, quando res commodatæ, & ſuæ erant ejuſdem pretioſitatis, remiſſivè.*

20 *Et quando res commodatæ viliores erant ſuis rebus, remiſſivè.*

21 *Commodatarius repetere non poteſt expenſas factas in re commodata, quæ neceſſariò fieri debent.*

Expenſas verò magnas repetere poteſt, ibid.

22 *Expenſæ magnæ, vel parvæ quomodo probentur, remiſſivè.*

23 *Dominus non tenetur ſalarium ſolvere famulo tempore infirmitatis.*

24 *Limita quando infirmus alium in ſui defectum ponit, vel ſerviret tantum tempus, quantum fuit ægrotus.*

25 *Expenſas factas in curando famulum infirmum dominus recuperabit, ſi ſint magnæ; ſecus verò ſi parvæ.*

26 *Si commodatarius amittens rem, & æſtimationem domino ſolvat, & poſtea ad dominum veniat, datur domino electio, aut retinere, aut reſtituere pretium.*

27 *Commodatarius non poteſt retinere commodatum ratione pignoris.*

28 *Retentio eſt probibita, & una res pro alia non poteſt retineri.*

Nemo in cauſa ſua jus ſibi dicit, ibid.

29 *Ampliatur in pecunia commodata, remiſſivè.*

30 *Compenſatio non admittitur ad impediendam rei commodatæ reſtitutionem, remiſſivè.*

31 *Limita, quando res commodata reſtitui non potet, ſed ejus æſtimatio, tunc admittitur compenſatio.*

32 *Quando res eſt obligata, & prætextu obligationis tradita, datur rei retentio.*

33 *Ratione expenſarum à commodatario factarum in re commodata, retineri poteſt res.*

34 *Quod extenditur ad quemcumque poſſeſſorem bonæ fidei, ſive titulum habeat, ſive non.*

35 *Res defuncti retineri poſſunt, donec ſolvantur expenſæ factæ in ejus funere.*

Sicut etiam libros, & alias res ſcholaris poteſt quis retinere pro expenſis in illius funere, ibid.

36 *Poſſeſſor malæ fidei poteſt retinere rem propter expenſas cauſa fructuum.*

Notorius malæ fidei poſſeſſor impenſam neceſſariam recuperare poteſt, ibid.

37 *Uxor res mariti retinere poteſt, donec ſolvaturdos.*

Nun

38 *Non omnia bona retinere poteſt, ſed pro rata quantitatis crediti, ne eludantur creditores alii*

39 *Procurator inſtrumentum litis retinere poteſt, donec ſibi ſatisfiat de ſumptibus.*

40 *Jus retentionis ad ſingularem ſucceſſorem tranſit.*

1 COllige ex hoc §. 5. quòd ſi res commodata deperdita fuerit culpa nuntii, qui miſſus fuit ad trahendam rem ipſam commodatam, periculum illius ad commodatarium pertinebit, qui miſit talem nuntium; *text. in l. eum qui*, §. *ult.* & *l. ſi ut certo*, §. *ſi me rogaveris*, *ff. commod.* Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 4. *gloſ.* 4. *n.* 1. Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 110.

2 Unde ſi commodatarius mittat infidelem, vel malum nuntium ad petendam, & trahendam aliquam rem commodatam, ſi ipſam rem perdat, vel nuntius, aut ſervus cum illa aufugiat, commodatario imputabitur, cùm nuntium miſerit, ut probat *text. in l. eum qui*, §. *fin.* & ibi; *gloſ. ff. commod.* Hermoſilh. *ubi ſuprà.*

3 Quando verò nuntius miſſus tantummodo fuit non ad trahendam rem, ſed ad requirendum, ut mitteretur, tunc ſi res tradatur tali nuntio, illamque perdat, vel cum illa aufugiat, vel aliquo modo damnaficabitur, non tenebitur ad damnum ille, qui miſit talem nuntium, ut probatur ex hoc §. 5. verſic. *Salvo ſe foy mandado ſómente para lembrar, que ſe mandaſſe, e naõ para à trazer.* Periculum ergo erit commodantis, & tradentis, non verò commodatarii, ſive requirentis.

4 Sed ſi recipiens rem commodatam illam iterum miſit commodanti, per quemcumque voluerit, periculum erit commodatarii; quia elegit malum nuntium: ut probatur ex textu in verſic. *Porém*; damnum enim non tantum dicitur datum ab illo, qui intulit, ſed etiam ab illo, qui cauſam damni dedit, quando non adhibuit diligentiam, quam debuit; *cap. culpa de injur. & damn. dat. l. in furti actione in fin. ff. de furt. l. ante*, §. *ſi cum ſervum*, *ff. de vi bonorum rapt.* Cardoſ. *verbo damnum*, *n.* 3. & 4. Barb. *axiom. jur. lit.* D. *n.* 1.

Commodatarius mittens rem commodatam per nuntium, & ſervum, illamque pereat, perdat, vel cum illa aufugiat, non tenetur de periculo, nec de æſtimatione, vel deterioratione illius rei, ſi talis ſervus, vel nuntius erat fidelis, idoneus, & non conſuetus talia facere, nec committere; quia caſus fortuitus reputatur, ut deducitur ex noſtro textu optimus; *textus in l. argentum* 20. *ff. commod.* Gom. 2. *var. cap.* 7. *n.* 3. Hermoſilh. *l.* 4. *gloſ.* 1. 2. & 3. *n.* 1. Cardoſ. *verbo commodatum*, *n.* 17. idem Hermoſilh. *ſuprà gloſ.* 4. *n.* 2. 5

Hoc idem amplia in depoſitario, vel illo, qui habet rem conductam, vel quolibet alio poſſeſſore, vel detentore rei alienæ, & deniquè in quolibet debitore ſpeciei, qui ſi rem tradat ſervo, nuntio, vel famulo ſuo, ut perferat domino, vel creditori, & cùm ea aufugiat, vel eam perdat, aut deterioretur, ad æſtimationem, vel intereſſe non tenetur, quando talis ſervus, nuntius, vel famulus erat fidelis, & non conſuetus talia facere, nec committere. Gom. *ſuprà eod. n.* 3. com multis juribus. 6

Quod extenditur, & procedit, etiam ſi commodatarius, poſſeſſor, vel debitor rem tradat ſervo, vel famulo ipſius domini creditoris, ſi enim aliàs erat fidelis, & talis, cui veriſimiliter potuit, & debuit cre- 7

dere, & cui talia ſolebat dominus committere; quia etiam non tenetur, ſed imò potius excuſatur, & liberatur. Bart. *in l. ſiquis uxori*, §. *apud Labeonem*, *ff de furt.* idem Bart. *in l. eum qui*, §. *fin. ff. commod.*

8 Quod intellige, quando debitor erat in ſpecie certa, ſecus verò ſi in quantitate, vel genere; quia non excuſatur, nec liberatur: talis enim debitor indiſtinctè tenetur de quolibet caſu fortuito; quia non erat debitor in illa pecunia in ſpecie, ſed in genere, quod perire non poteſt; arg. *text. in l. incendium*, *ff. commod.* Gom. *ſuprà ſub n.* 3. Hermoſilh. *l.* 4. *gloſ.* 1. 2. *&* 3. *n.* 3.

9 Item quando debitor, creditor, & commodatarius inter ſe conveniunt, quòd præſtanti tale ſignum rem traderet, & extraneo, qui tale ſignum portavit, creditore ignorante, rem tradat, remanet liberatus, & excuſatus, non cenſetur enim eſſe in culpa. Bald. *in l. ſi is cui verſic. quæro*, *cod. de furt.* Bart. *in l. ſiquis uxori*, §. *apud Labeonem*, *ff. eod. tit.* Sccac. *de comerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 343. Gom. *ſuprà verſic. item adde*, cum multis juribus, & DD. tradit Hermoſilh. *proxime dict. l.* 4. *gloſ.* 1. 2. *&* 3. *n.* 4. Quod intellige in debitore ſpeciciei, ſecus verò ſi in genere. Hermoſilh. *ſuprà n.* 5.

10 Item etiam ſi dominus, vel creditor miſit literas debitori cum aliquo famulo, vel nuntio, quibus dicit, quòd mittat ſibi, & ſolvat rem, vel illud, quod debet, nec dicendo, nec exprimendo, quod mittat cum eo, & debitor ſolvat, vel tradat tali famulo, vel nuntio portanti literas, aufugitque, vel perdidit, non excuſatur commodatarius, vel debitor, ſed tenetur ſolvere, nuntius enim fuit tantum ad requirendum, non verò ad recipiendum; ex *text. in l. ſi mei cauſa*, *ff commod.* Hermoſilh. *dict. l.* 4 *gloſ.* 5. *tit.* 2. *n.* 2. Gom. *ubi ſuprà verſic. item adde quod ſi dominus.*

Item non liberatur commodatarius tradendo rem commodatam ei, qui dicit à commodante eſſe miſſum pro re, ſi falſus nuntius aufugiat; *text. in l. ſi mei cauſa*, *ff. commod.* cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. 11

Limita quando commodatarius habet juſtam cauſam credendi, nempe quando aliquis ſolvit portanti inſtrumentum habens publicam formam, quamvis intrinſicè falſum eſſet, tunc enim liberatur. Bart. *in l.* 3. §. *cauſæ de carbon. edict.* Hermoſilh. *ſuprà n.* 3. 12

Quando res perierit commodatarii culpa, unuſquiſque hæredum tenetur pro parte hæreditaria; *l. in depoſit. & l. ſi duo hæredes*, *ff. depoſit. l.* 1. *cod. ſi plures una ſententia condemnati ſint* cum multis Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 5. *gloſ.* 2. *n.* 1. 13

Quod amplia, etiam ſi teſtator gravet unum ex hæredibus, ut ipſe ſolus ſolvat debitum creditoribus; quia jam per legem eſt obligatio deciſa, non poteſt à creditoribus conveniri, niſi pro parte; *text. in l. ſervo legato*, §. *ſi teſtator de legat.* 1. *l. legatorum petitio*, *ff. de legat.* 2. *l. ſi. cogitatio*, *cod. eod.* cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. 14

Sed in hoc caſu alii cohæredes poſſunt agere contra gravatum pro ſuo intereſſe, ut ſolvat. Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. *text. in l. ſi ſervo legato*, §. *ſi teſtator*, ubi *DD. ff. de legat.* 1. 15

Nota commodatum gratia commodantis tantum fieri, cum quis ſponſæ ſuæ, vel uxori commodaverit, ut honeſtius culta ad ſe ducatur, in hoc caſu de dolo, & lata culpa tantum tenetur commodatarius; *l. ſi ut certo*, §. *interdum*, *&* 16

& *l. ſi mei cauſa , ff. commod.* Cardoſ. *verbo commodatum , n.* 13. Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 133. cum multis.

17 Si vero gratia utriuſque commodatum fiat, nempe, commodavi tibi vaſa aurea, vel argentea, ut amicum meum, & tuum hoſpitio reciperes, tunc commodatarius dolum, latam culpam, item, & levem, non vero leviſſimam præſtare tenetur; *l. ſi ut certo*, §. *nunc videndum, verſic. ſed ubi utriuſque, ff. commod.* cum multis jurib. Cardoſ. *ſuprà*; Martins à Coſta *in tract. libell. annot.* 11. *n.* 6.

18 Nota etiam, quòd commodatarius non tenetur præferre res ſuas commodatis, quando omnes incendio, ſeu naufragio, aut incurſu latronum ſalvare non poteſt; ſe… quandò res commodatæ erant valde pretioſiores rebus ſuis, commodatùmque factum fuit gratia ipſius commodatarii, vel utriuſque, tenetur tunc præferre res commodatas ſuis rebus; *text. in l. quod nerva , ff. depoſit. & text. in l. in rebus , ff. commod. & gloſ. ſalvas facere in l. ſi ut certo* , §. *quod verò in ſenectute , ff. eod.*

19 Aliud verò dicendum eſt, quando res commodatæ, & ſuæ ejuſdem pretioſitatis erant; quia tunc ſi commodatum fuiſſet tantum gratia commodatarii factum, potius quis ſubvenire debet ſibi, quam alteri, neque poteſt dari dolus, quando aliquis prius res ſuas ſalvat, quam æquales commodatas; nec dici poteſt non adhibere eandem diligentiam in rebus commodatis, ſicut in ſuis propriis, cum prius ſuis ſubveniat, quando non ſunt viliores, quàm commodatæ; *dict. gloſ. verbo ſalvas facere , & DD. in l. ſi ut certo , §. quod verò , ff. commod.* Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. depoſit. n.* 17.

Item quando res commodatæ erant viliores ſuis rebus; quoniam quicumque diligentiſſimus homo prius rebus pretioſioribus ſubveniret, quam vilioribus, quamvis commodatum fieret tantum gratia recipientis, cum non teneatur maiorem diligentiam adhibere in rebus commodatis, quàm in ſuis; *l. in rebus , & l. ſi ut certo , §. quod verò , ff. commod.* & ibi DD. 20

Nota ulterius, quòd commodatarius facere tenetur expenſas in re commodata, quæ neceſſario, & naturali ratione fieri debent, videlicet alimentare ſervum, ſeu equum commodatum, & illas repetere non poteſt, aliàs verò magnas impenſas, quas fecit in valetudine ſervi, vel illas, quæ factæ ſunt cauſa illum requirendi, ſeu reducendi poſt fugam, petere poteſt; *l. item ſi ſervi , §. quas impenſas , ff. de ædilit. ædict. l. in rebus , §. poſſunt , ff. commod.* Altim. *tom.*4. *rub.*1. *quæſt.*22. *p.* 2. *n.* 136. Cardoſ. *verbo commodatum , n.* 15. Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 7. *gloſ.* 1. *tit.* 2. *n.* 1. ubi præſtare debere modicas expenſas. 21

Expenſæ magnæ, vel parvæ ex qualitate rei, & perſonarum probantur; *l. legitimos , §. de legitim. tut.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 85. *n.* 8. & conſiderandum eſt tempus, quod fuit penes commodatarium, & utilitas ſequuta, quod arbitrio judicis relinquitur; omne tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. Altim. *ſup. n.* 1737. 22

Nota iterum, quòd dominus non tenetur ſolvere ſalarium famulo pro tempore infirmitatis; *l. pen. cod. de condict. ob cauſ.* Gom. 2. *var. cap.* 3. *n.* 3. Cardoſ. *verbo ſalarium , n.* 7. cum multis tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 3. 23

Sed hoc limitatur, quando infirmus alium in ſui defectum poſuit; tunc enim integrum ſalarium ei erit 24

erit præſtandum. Eſcob. *cap.* 27. *n.* 23. Gutier. *pract. lib.* 4. *quæſt.* 52. *n.* 15. vel ſi poſt convaletudinem tantum tempus ſerviret, quantum ægrotus fuit; Gutierr. *proxime*, *n.* 14.

25 Adverte autem expenſas, quas fecit dominus in curando famulum infirmum, recuperare poterit, & imputare famulo, ſi ſint magnæ, ſecus verò ſi ſint parvæ, & moderatæ; quia eas ei dominus tenetur gratis exhibere. Bart. *in l. ſi cum dotem*, §. *fin. autem*, *ff. ſolut. matr. & in l. in reb.* §. *poſſunt*, *ff. commod. docet* Gutierr. *ubi ſuprà*, *n.* 16.

26 Commodatarius amittendo rem commodatam, & æſtimationem domino ſolvat, ſi res poſtea ad dominum perveniat, domino electio datur, aut retinere rem, aut reſtituere pretium; *l. ſi is qui commodatum*, *l. rem mihi*, *ff. commod. l.* 2. §. *pen. ff. ad l.* Rhod. *de jactu.* Cancer. *p.* 3. *cap.* 1. *de oblig. & act. n.* 79.

27 Commodatarius non poteſt retinere commodatum ratione pignoris pro quantitate ſibi debita à commodante. Neguſ. *de pignor. p.* 5. *membr.* 4. *n.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 4. *n.* 1. *cod. de commod.* cum multis Altim. *tom.* 4. *rub.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 149. Hermoſilh. *l.* 9 *gloſ.* 3. & 4. *n.* 1. *tit.* 2.

28 Quia retentio regulariter eſt prohibita, & una res pro alia retineri non poteſt. Bart. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi certum*, *n.* 2. & 8. *ff. de condit. indebit.* nemo enim poteſt in ſua cauſa jus ſibi dicere, ex *rubr. & nig. cod. ne quis in ſua cauſa judic. vel jus ſibi dicat.*

29 Ampliatur, ut procedat, quamvis pecunia eſſet commodata, adhuc enim ob debitum retineri non poteſt; quia commodatur ut ſpecies, aliter non eſſet commodatum; tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3. Hermoſilh. *ubi ſupra n.* 19.

Ampliatur etiam, nec compenſationem admitti ad impediendam rei commodatæ reſtitutionem, licèt ſit illarum rerum in pondere, vel menſura conſiſtentium; quia cum in ſpeciebus ſolùm conſiſtat commodatum, idem judicatur de ipſis, ac de ſpeciebus, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. Hermoſilh. *ſuprà n.* 20. 30

Hoc limitatur, quando res commodata non poteſt reſtitui, ſed ejus æſtimatio, ex eo quod periiſſet; quia admittitur compenſatio. Fachin. *contr. lib.* 11. *cap.* 7. cum multis Altim. *ſuprà n.* 152. Hermoſilh. *ſuprà n.* 24. 31

Quando cauſa retentionis rei cohæret, ſeu res eſt obligata, vel quaſi, aut non, ſed prætextu obligationis tradita, datur rei retentio; *l. ſi non in ſortem*, §. *ſi centum*, *ff. de condit. indeb.* Auguſt. Barb. *dict. l.* 4. *n.* 8. *cod. commod.* Hermoſilh. *dict. l.* 9. *gloſ.* 3. & 4 *tit.* 2. *p.* 5. *n.* 25. 32

Sicut etiam ratione expenſarum, quæ à commodatario ſunt factæ in re commodata, poteſt res retineri; cauſa enim retentionis cohæret rei. Bald. *in l. fin. cod. commod. n.* 1. Moz. *tract. de commod. tit. de natur. commod. n.* 9. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 7. Hermoſilh. *etiam ſuprà n.* 26. 33

Extende, ut procedat in quocumque poſſeſſore bonæ fidei titulum habente, ſive non; quia rem retinere poteſt propter expenſas; *l. ſi in arca de reivendic.* cum multis juribus Hermoſilh. *ſuprà n.* 29. 34

Extende etiam, quòd poſſint retineri res defuncti, quouſque ſolvantur expenſæ factæ in ejus funere. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 11. *n.* 12. ubi pro eo tradit, 35

quod

quod expendit quis in funere ſcholaris poſſe libros, aliiſque res ſcholaris retineri. Tuſch. *lit.* R. *concl.* 307. *n.* 30. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 62. *n.* 6. Hermoſilh. *ſup. n.* 28. *&* 29.

36 Item poſſeſſor malæ fidei poteſt retinere rem propter expenſas factas cauſa fructuum percipiendorum. Giurb. *ad conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 7. *n.* 17. *l. fundus*, *ff. famil. erciſc. l. fructus*, *ff. ſolut. matr. l. domum* 5. *cod. de reivendic.* Petr. Barb. *in l. divortio*, *§. fin.* 1. *p. n* 59. *ff. ſolut. matr.* cum multis. Hermoſilh. *ſuprà n.* 30. ubi impenſam neceſſariam recuperare poſſe notorium malæ fidei poſſeſſorem. Mantic. *lib.* 12. *tit.* 29. *n* 13. Boer. *deciſ.* 44. *ſub n.* 6. Cald. Per. *de empt. cap.* 27. *n.* 4. 15. *&* 58.

37 Item uxor poteſt retineri res mariti, donec ſibi ſolvatur dos; *l. ſi filio*, *ff. ſolut. matr.* Boer. *deciſ.* 44. *n.* 38. cum multis tradit Hermoſilh. *l.* 9. *gloſ.* 3. *&* 4. *tit.* 2. *p.* 5. *n.* 39.

38 Quod principaliter limita, ut non omnia bona poſſit retinere, ſed pro rata quantitatis crediti tantum, ne retinendo omnia bona alii creditores eludantur. Tuſch. *lit.* D. *concl.* 761. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 92. *n.* 13. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 29. Giurb. *deciſ.* 16. *n.* 19.

39 Procurator licitè poteſt retinere inſtrumentum litis, quouſque ei ſit ſatisfactum de ſumptibus. Hermoſilh. *dict. l.* 9. *gloſ.* 3. *&* 4. *n.* 88. ubi multa.

40 Hoc jus retentionis tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. Boer. *deciſ.* 44. *n.* 14. *&* 15. Giurb. *deciſ.* 63. *n.* 17. cum multis.

Ad tit. 54.

De illo, qui non tradit rem commodatam, vel locatam, tempore debito, & de tertio illam impediente.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Rem commodatam, vel locatam, &c. tradere recuſans, vel non reſtituens ante ſententiam tenetur ad ejus æſtimationem ultra rem ipſam, & n.* 2.

3 *Idem procedit in commodatarii, vel conductoris hæredibus.*

4 *Si ſciverint rem commodatam; ſecus ſi ignoraverint.*

5 *Prædicta pœna tantum procedit, quando agitur conditione; ſecus quando agitur actione ex locato.*

6 *Neque quando agitur reivendicatione, quamvis reſiſtat conductor uſque ad ſententiam.*

7 *Neque quando res reſtituitur ante ſententiam.*

8 *Pœna culpam præſupponit, & culpæ commenſurari debet.*

9 *Tenere debet ſuos auctores, nullusque eſt puniendus propter delictum alterius.*

10 *Pœna confiſcationis bonorum, & pecuniaria tranſit ad hæredes mortui poſt ſententiam.*

11 *Pœna mitior in dubio eſt eligenda, & facienda eſt benignior interpretatio.*

12 *Pœnæ, ut odioſæ, non habent locum, niſi in caſibus à jure expreſſis.*

13 *In pœnalibus caſibus nulla fit ex-*

extenſio, & potius reſtringuntur, quàm ampliantur.

14 *Pœna defuncto impoſita tranſit in hæredem in civilibus actionibus.*

15 *In crimine læſæ Mageſtatis quoad bonorum confiſcationem non extinguitur delinquentis morte, ſed babet locum contra filios, nepotes, & alios quoſcumque hæredes.*

1 Dicitur in hoc textu, quòd ſiquis ab aliquo rem acceperit, quam babebat, uti dominus illius, commodatam, vel locatam, &c. uſque ad certum tempus, & poſtea requiſitus, finito tempore, illam tradere recuſaverit; vel non reſtituerit, ſed judicio ea de re contendat, quouſque definitiva ſententia, quæ in rem judicatam tranſeat, feratur, pœna reſtitutionis æſtimationis rei illius ultra rem ipſam punitur, quam pœnam petere poteſt tam ante ſententiam, quam poſt ſententiam; *text. in l. conductores, cod. de locat. & conduct.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. 2. & 3. *text. in l. non abs re, cod. unde vi.* Menoch. *recuper. remed.* 11. *n.* 23.

2 Unde ſi locatarius, vel commodatarius accipiat rem ab aliquo, qui tamquam illius dominus, locavit, vel commodavit, & finito tempore, pro quo res erat commodata, vel locata, eam commodanti, vel locanti non reſtituat, ſed judicio; de ea re contendat quouſque feratur ſententia, quæ tranſeat in rem judicatam, non ſolum punitur pœna reſtitutionis æſtimationis rei illius, ſed etiam ultra rem ipſam tradere tenetur, ut patet ex noſtra lege Regia, & juribus ſuprà allegatis.

3 Extende etiam, ut procedat, & locum habeat contra commodatarii, aut conductoris hæredes, qui ſi non reſtituant rem, finito tempore, & judicio de ea re contendant, quouſque feratur ſententia, eadem pœna puniuntur, qua conductor, vel commodatarius puniendi erant, ſi fuiſſent vivi: *text. in l. conductores ubi gloſ. cod. de locat. & gloſ. in l. non abs re, verb. additio, cod. unde vi* Auguſt. Barb. *ſuprà ad text. in l. conductores, cod. de locat. ſub n.* 3.

Quod intelligitur, ſi hæredes ſciverint rem commodatam; ſi enim ignoraverint, non tenentur prædicta pœna; *l. qui in alterius, ff. de reg. jur. gloſ. in l. non abs re, cod. unde vi verb. additio verſic. quod intelligas.* 4

Intellige etiam, ut prædicta pœna tantum procedat, ſi agatur condictione, tunc enim conductor non ſolùm cogitur rem reſtituere, ſed etiam incidit in pœnas præſcriptas, *in l. conductores, cod de locat. & in l. non abs re, cod. unde vi*; ſi verò agatur actione ex locato, conductor tenebitur quidem rem reſtituere, non autem incidet in aliquam pœnam; ut omne intelligit Barb. *in l. ſi alienam, ff. ſolut. matr. n.* 31. *verſic. neque exiſtimes:* Auguſt. Barb. *ad text. in l. conductores ſuprà ſub n.* 3. 5

Sicut etiam quando quis rem locatam, vel commodatam petit reivendicatione, tamquam ſuam, intendensque ſuam eſſe, locum non habet pœna illa, licèt conductor reſiſtat uſque ad ſententiam definitivam. Cald. *for. quæſt.* 14. *n.* 3. Auguſt. Barb. *in d. l. conductores ſub n.* 3. *verſic. addit.* 6

Ultimò probatur ex noſtra lege Regia, quòd ſi contendere cœperint, & eam rem reſtituant ante latam ſententiam, tunc in prædictam pœnam non incident. Auguſt. Barb. *ſuprà verſic. ſecus autem.* 7

No-

8 Nota primò, pœnam præſupponere culpam; *l. ſed ſi non data*, §. *fin. ff. de fideicommiſſ. libert.* Menoch. *conſ.* 626. *n.* 16. *& de arbitr. caſ.* 185. *n.* 4. & pœna culpæ debet commenſurari; *l. perſpiciendum*, *ff. de pœn.* Farin. *in prax. crimin. p.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 10. *verſic. ſed ad prædicta*; *& quæſt.* 17. *n.* 9. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 58. *n.* 23.

9 Nota ſecundò, quòd pœna ſuos debet tenere auctores; *l. ſancimus*, *cod. de pœn.* Clar. §. *fin. quæſt.* 86. Menoch. *conſ.* 123. *n.* 7. Farin. *in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 24. *n.* 1. nullusque propter alterius delictum eſt puniendus. Farin. *ſuprà loc. cit.*

10 Sed quando delinquens mortuus fuerit poſt ſententiam, tunc pœna confiſcationis bonorum, & quælibet pecuniaria tranſit ad hæredes, qui ſecuta condemnatione incipiunt obligari ex quaſi contractu ſententia celebrato; *l.* 3. *ff. de pecul.* Farin. *in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 45. *l. commiſſa*, *ff. de publican. & vectig. l. ſicuti pœna*, *ff. de reg. jur.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 87.

11 Nota tertiò, quòd pœna mitior in dubio eſt eligenda; *l. reſpiciendum*, *ff. de pœn.* Menoch. *conſ.* 472. *n.* 16. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 11. quia in pœnis benignior interpretatio eſt facienda; *l. pœn. ff. de pœn. cap. in pœn. de reg. jur. in* 6.

12 Nota quartò, quòd pœnæ ſunt odioſæ; & non habent locum, niſi in caſibus à jure expreſſis, *l. & ſi quis*, §. *Divus autem*, *ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Dec. *in l. factum cuique*, §. *in pœnalibus*, *ff. de reg. jur.*

13 Omnes caſus pœnales ſunt ſtricti juris, & in illis nulla fit extenſio, & potius ſunt reſtringendi, quam ampliandi; *l. perſpiciendum*, *& l. hodie*, *l. interpretatione*, *ff. de pœn. l. generaliter*, *ff. de decurion.*

Nota quintò, pœnam ipſo jure 14 defuncto impoſitam tranſire in hæredem in actionibus civilibus; *l. Gaius*, *ff. ad Sil.* Bald. *in l. fin. de his qui not. infam.* Bart. *in l.* 1. *ff. de privat. delict. & in l. commiſſ. n.* 3. *ff. de publ. vectig.*

Nota ſextò, quòd pœna crimi- 15 nis læſæ Mageſtatis quoad bonorum confiſcationem, non extinguitur morte delinquentis, ſed imò potius habet locum contra filios, nepotes, & alios quoſcumque hæredes; *text. in l fin. ubi DD. ff. ad l. Jul. majeſt. & l. Senatuſconſult.* §. *ſi propter mortem*, *ff. ad Turpil. text. in l. quiſquis*, *&* §. *filii verò*, *cod. ad l. Jul. majeſt.* Jul. Clar. *lib.* 5. §. *læſæ majeſt. n.* 13.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Pro neceſſariis, & utilibus expenſis in re conducta, vel commodato datur retentio, donec ſolvantur.*

2 *Condemnatus ad reſtitutionem rei, non facta mentione melioramentorum, poteſt excipere in executionem, & rem retinere, donec ei ſolvantur.*

Et impedire ſententiæ executionem ratione melioramentorum, ibid.

3 *Talis exceptio ſententiam non impugnat, ſicut neque compenſatio.*

4 *Sententiæ executio ſuſpenditur, donec liquidentur melioramenta; quamvis detur ſatisdatio de illis reficiendis.*

5 *Retentio melioramentorum locum*

cum non habet, quando quantitas petitur.

6 *Hæres meliorantis, ejuſque ſucceſſor retentionem habet.*
Retentio in judicio appellationis opponi poteſt, & in quacumque ejus parte, ibid.

7 *Abſque ceſſione tranſit in ſingularem ſucceſſorem jus retentionis.*

8 *Melioramenta pertinent ad meliorantem, & ſunt illius propria.*

9 *Executionem impediunt, & in propriis actis admittuntur.*

10 *Poſt mortem meliorantis pertinent ad ejus hæredes.*

11 *Si probent ſe eſſe hæredes meliorantis.*

12 *Non debentur ex ſola probatione poſſeſſionis rei melioratæ, ſed requiritur, quòd facta ſint à poſſidente.*

13 *Non præſumuntur, ſed ab allegante probari debent.*

14 *Ut repetantur, tria probari debent, remiſſivè.*

15 *Non liquidantur, niſi conſtito de antiquo ſtatu rei melioratæ.*

16 *Quantum impenſum, & melioratum copulativè probari debet.*

17 *Per teſtes de valore deponentes melioramenta probantur.*

18 *Teſtes quales eſſe debeant, remiſſivè.*

19 *Per confeſſionem partis probatur valor.*

20 *Retentio etiam competit depoſitario pro melioramentis.*

21 *Perempta re, in qua facta ſunt, vel peremptis melioramentis, an æſtimatio conſequi poſſit? remiſſivè.*

22 *Retentionem non habet ſpoliator in proprietate ſpoliata.*

23 *Fructus pertinent ad meliorantem.*
Compenſantur cum melioramentis, ibid.

24 *An Clericus, vel Prælatus habeat retentionem pro melioramentis in rebus Eccleſiæ factis de bonis ſuis?*

DEducitur ex textu in hoc §. 1. quòd conductor, vel commodatarius habet retentionem rei locatæ pro neceſſariis, aut utilibus expenſis in re conducta, vel commodata factis, quouſque ſolvantur; *text. in leg. rebus*, §. *poſſunt*, *ff. commodati*, *text. in leg. dominus*, §. 1. *ff. locat.* Cald. *de empt. cap.* 27. *n.* 4. 1

Quod habet locum, licèt poſſeſſor, qui fecit expenſas, ſive melioramenta, eſſet condemnatus ad reſtitutionem rei, nulla facta mentione expenſarum, & melioramentorum; quia in ipſa executione ſententiæ excipere poterit de dictis melioramentis, & illa probare, & rem retinere, donec ei ſolvantur. Neguſ. *de pignor. membr.* 4. 5. *p. n.* 10. Cald. *de empt. cap.* 27. *n.* 6. ſicque impeditur ſententiæ exequutio melioramentorum, vel expenſarum exceptione. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 15. *n.* 572. & Cald. *ſuprà.* 2

Ratio eſt; quia exceptio melioramentorum non impugnat ipſam ſententiam; ideo poſt illam allegari poteſt, ſicut etiam compenſatio, ut tradit ipſe Cald. *ſuprà* & Neguſ. *ſuprà.* 3

Unde ſi lata fuiſſet ſententia, in qua poſſeſſor eſſet condemnatus ad reſtitutionem alicujus rei conditione ſcilicet, ſolutis prius expenſis melioramentorum, quod ante liquidationem melioramentorum non eſt procedendum ad executionem prædictæ ſententiæ, ſed ſuſpendi debet executio, donec melioramenta liquidentur, etiam ſi actor vellet ſatisdationem præſtare de 4

illis reficiendis poſteaquam fuerint liquidata. Negul. *ſuprà n.* 10. *verſic. tertia concluſio.* Cald. *ſuprà n.* 7.

5 Retentio expenſarum, ſive melioramentorum ſolùm conceditur, quando res, non verò quando quantitas petitur; *l. ſi in area, ff. de condit. indebit. l. in fundo, l. ſumptum, ff. de reivendic.* Arouc. cum multis, *alleg.* 62. *n.* 2. *&* 4.

6 Meliorantis hæredi non denegatur retentio; nec ſingulari ejus ſucceſſori. Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 11. *n.* 7. quæ quidem retentio in quocumque judicio etiam appellationis opponi poteſt, & in quacumque ejus parte. Giurb. *ſuprà n.* 8.

7 Retentionis jus etiam in ſingularem ſucceſſorem tranſit ſine ceſſione; probat *text. in l. in hoc judicium, §. impendia, verſic. ſed is qui, ff. commun. divid.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 29. cum aliis Giurb. *deciſ.* 63. *n.* 17.

8 Nota, quòd melioramenta ſunt bona propria illius, qui ea fecit, & pertinent ad meliorantem. Barb. *in l. divortio, §. fin. ff. ſolut. matr. tom.* 1. *p.* 1. *n.* 49. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ult. cod de jur. emphyt. n.* 6. *& in Report. pract. concl. verb. melioramenta* Giurb. *in conſ. Senat. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 11. *n.* 1. Peg. *tom.* 1. *ad Ord. in proœm. gloſ.* 43. *n.* 3. Guerr. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 34.

9 Melioramenta executionem impediunt, illorumque exceptio admittitur in propriis actis executionis. Barb. *vot.* 126. *n.* 327. Guerr. *ſuprà d. n.* 34.

10 Melioramentaque efficiuntur illius, qui fecit, & poſt mortem ſuam ad ejus hæredes pertinent. Auguſt. Barb. *ſuprà ad text. in l. ult. cod. de jur. emphyt. n.* 6. Per. *deciſ.* 121. *n.* 2. cum multis Peg. *ſuprà n.* 4.

11 Sed ad hoc probare debent hæredes ſe eſſe in effectu hæredes illius, qui fecit melioramenta. Auguſt. *Barb. in report. pract. concl. verb. melioramenta, pag. mihi* 145. *col.* 2. Peg. *ſuprà n.* 5.

12 Nota, quòd melioramenta non debentur, probata ſola poſſeſſione rei melioratæ, ſed requiritur probatio, quòd facta fuiſſent à poſſidente. Auguſt. Barb. *ſuprà proxime*, & Peg. *ſuprà n.* 6.

13 Et ut melioramenta repeti poſſint, & locum habeat retentio rei, debent probari ab allegante; non enim præſumuntur, niſi probentur; tradit cum multis Peg. *ſuprà n.* 7. quæ quidem probatio eſt difficilis probationis, ut docet idem Peg. *ſuprà n.* 8.

14 Ad repetenda, melioramentaque liquidanda, tria copulativè probari debent, ſcilicet rei ſtatus, antiquus valor, quid impenſum, & valor præſens. Poſt. *civil. reſol.* 131. *n.* 13. cum multis Peg *ſuprà n.* 12.

15 Quia melioramenta liquidari non poſſunt, niſi conſtito de antiquo ſtatu rei melioratæ. Antonel. *de tempor. leg. lib.* 1 *cap.* 61. *n.* 13. cum multis Peg. *ad Ord. tom.* 1. *in proœm. gloſ.* 43. *n.* 13.

16 Et ad obtinendum copulativè probari debet quantum melioratum, & quantum impenſum. Poſt. *de manut. obſerv.* 12. *n.* 55. Peg. *loc. cit. n.* 14. cum aliis.

17 Prædicta probatio melioramentorum fit per teſtes de eorum valore deponentes. Poſt *civil. reſol.* 131. *n.* 14. 15. *&* 16. Peg. *ſuprà loc. cit. n.* 15.

18 Qui quidem teſtes eſſe non debent qualeſcumque teſtes, ſed architecti, & in arte periti, magiſtri operarum, agri menſores, laboratores, qui non ſint illi, qui conſtruxerunt. Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 102. Poſt. *d. reſol.* 131. *n.* 17. *&* 18. Peg. *ſuprà n.* 16.

19 Probatur etiam melioramento-

rum valor per partis confeſſionem. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 3. *n.* 202. Peg. *ſuprà n.*20. & ex redditibus melioramentorum. Poſſid. *de empt. lib.* 3. *quæſt.* 22. *&* 23.

20 Prædicta retentio, & repetitio etiam competit depoſitario propter melioramenta facta in re depoſita; *l. actione, ff. depoſiti*; cum aliis Peg. *ſuprà n.* 138.

21 Melioramenta, quamvis res ipſa, in qua facta ſunt, vel eademmet perierint, an eorum æſtimationem conſequi poſſit, qui illa fecit, ſi perierint, aut non ejus culpa, videndi ſunt, qui referuntur à Peg. *ſuprà n.* 139.

22 Spoliator non habet retentionem in proprietate, quam ſpoliavit propter melioramenta in ea facta. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ cap.* 8. *n.*38. Peg *ſuprà n.* 160. & ibi Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 11. *n.*21. Cald. *de empt. cap.* 27. *n.* 5. Mor. *de execut. tom.* 3. *cap.* 9. *n.*119. *verſic. declaratur* 8.

23 Nota ultimò melioramentorum fructus ad meliorantem pertinere; Cald. *de empt. cap.* 27. *n.*75. Giurb. *deciſ.* 105. *n.* 19. & cum multis Peg. *ſuprà n.* 165. & fructus compenſantur cum melioramentis, ut cum multis DD. Peg. *ſuprà n.* 168. *& in report. verb. melioramenta, pag. mihi* 145. *col.* 2.

24 Utrùm retentio detur Prælato, vel Clerico pro expenſis, & melioramentis in rebus Eccleſiæ, de bonis ipſius Clerici, vel Prælati factis? Reſpondetur affirmativè, & ea deducere valet, ut cum multis Auguſt. Barb. *vot.* 126. *n.* 328.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Durante locatione, inquilinus, vel conductor non expellitur, ſed habet retentionem uſque ad finitum tempus locationis.*

2 *Contractus ex conventione partium legem accipiunt.*

3 *Amplia in parato ſolvere penſionem, qui habet retentionem uſque ad tempus locationis finitum.*

4 *Limita primò in conductore penſionem non ſolvente, qui retentionem non habet, & expelli poteſt, remiſſivè.*

5 *Limita ſecundò, quando ſuperveniat neceſſitas domum habitandi; quia dominus conductorem, vel inquilinum expellere poteſt, non finito tempore locationis, intellige, ut n.*6.

7 *Intellige in domibus, non in prædiis ruſticis, vel agris.*

8 *Limita tertiò in domino ædem volente reficere, qui ante tempus conductorem expellere poteſt; declara, ut n.* 9. 10. 11. *&* 12.

13 *Limita in inquilino domo abutente, qui à domino expelli poteſt, nec retentionem habet.*

14 *Utrùm in hoc caſu diminuenda ſit merces, vel penſio? remiſſivè.*

15 *Dominus inquilinum è domo ſua expellere poteſt, ſi introducat meretrices, vel lenones, & mulier inboneſta, & meretrix à vicinia expelli poteſt; intellige, ut n.* 16.

17 *Mulier nupta habitans cum viro non expellitur, niſi ſit publica, & habeat maritum lenonem.*

Ra-

18 *Ratio cur mulier inhoneſta, & meretrix à vicinia expellatur, remiſſivè.*

1 COlligitur ex hoc §. 2. quòd inquilinus, qui penſionem ſolvit, non poteſt per dominum, durante locatione, expelli, ſed ſoluta mercede habet retentionem domus uſque ad finitum locationis tempus; *text. in leg. Æde in princip. cod. locat. & conduct.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1.

2 Contractus namque ex conventione partium legem accipiunt; *l.* 1. §. *ſi conveniat, ff. depoſit. l. contractus, ff. de reg. jur. l. lege, ff. de pact.* & contractus ab initio eſt voluntatis ex poſt facto neceſſitatis; *l. ſicut ab initio, cod. de act. & oblig. l. de contractu, cod. de reſcind. vend. l. quamvis, cod. de tranſact. l. non idcirco in fin. ff. de contrah. empt. l. eo quod. cod. ſi cert. pet.*

3 Amplia noſtram legem in caſu, quo aliquis paratus ſit ſolvere penſionem, vel mercedem; cum enim proximus ſit danti, expelli non poteſt, ſed retentionem domus habet uſque ad finitum tempus, ut probatur ex *gloſ. in d. l. æde, cod. locat. verb. ſolviſti.*

4 Limita primò conductorem expelli poſſe, & non habere retentionem, quando penſionem deſinit ſolvere, tranſacto tempore convento, intra quod fieri debeat ſolutio; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 24 *in princip. verſic. O primeiro*, & deducitur per argumentum à contrario ſenſu ex noſtro textu, *& d. l. æde verſic. ſi penſionem domino in ſolidum ſolviſti*, & ibi Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6.

5 Limita ſecundò, quòd locator dominus conductorem expellere poſſit quantumcumque invitum, & renitentem, durante tempore locationis, quando ſibi ſuperveniat neceſſitas domum habitandi, illaque utendi propriis uſibus; *Ord. d. tit.* 24. *in princip. verſic. quarto, d. l. æde, verſic. niſi propriis uſibus dominus eam neceſſariam eſſe probaverit*, & ibi Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13.

6 Quod intellige, quando poſt locationem ex inopinato caſu ſuperveniat neceſſitas aliqua, ut quia alia domus, quam habitabat dominus, corruit, vel uxorem duxit, ſecus verò ſi tempore contractus hoc providere potuit, ut ita intelligit *gloſ. ad text. in d. l. æde, verb. neceſſariam, cod. de locat.*

7 Intellige etiam cum Auguſt. Barb. *ad text. in d. l. æde, cod. de locat. n.* 14. ubi cum aliis reſolvit hoc tantum habere locum in domibus cauſa habitandi, non autem in prædiis ruſticis, ſeu agris.

8 Limita tertiò, quòd ubi dominus reficere ædes voluerit, poteſt ad hunc effectum conductorem expellere ante finitum tempus locationis; *text. in d. l. æde, cod. locat. verſic.*, ibi *aut domum voluerit.* Cancer. *tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 22. *Ord. d. lib.* 4. *tit.* 24. *in princip. verſic. O terceiro*; cum aliis Auguſt. Barb. *in d. l. æde, n.* 26.

9 Quod declarandum eſt primò procedere, quando cauſa refectionis domus non extabat, nec prævideri potuit tempore locationis; ſecus autem ſi jam extitiſſet, & prævideri potuiſſet tempore contractus, in quo caſu, licèt de facto neceſſaria ſit domus, non tamen ex illa cauſa poterit inquilinus expelli invitus. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 27.

10 Declarandum eſt ſecundò in refectione neceſſaria, non autem involuntaria, ſeu utili; tunc enim expelli non poterit inquilinus. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 28. ubi quod ſi dominus propter refectionem volun-

luntariam, ſeu utilem conductorem expellet, tenebitur ad totum intereſſe conductionis, ſi ex cauſa tenetur tantum remittere mercedem pro rata temporis, quo ſtetit exul ab ea re conducta.

11 Declarandum eſt tertiò, quòd tunc expelli poterit conductor ex cauſa refectionis, quando refectio fuerit ejus qualitatis, ut fieri nequeat, inquilino domum ipſam habitante, vel partem ejuſdem. Brit. *in cap. propter ſterilitatem p.* 3. *ad* §. *verum*, *n.* 10. *ubi multa*, *& n. ſeq.*

12 Declarandum eſt quartò, quòd ceſſante cauſa refectionis, & ea peracta domus conductori reddenda ſit ad habitandum; *gloſ. verb. dominum in l. ſi duo*, §. *cum inquilinus*, *ff. uti poſſidetis.* Brit. *ſuprà n.* 14. Auguſt. Barb. *ad text. in l. æde*, *cod. de locat. n.* 30.

13 Limita quartò, quòd inquilinus quando domo abutitur, poteſt per dominum expelli ante finitum locationis tempus, nec habet retentionem; *Ord. hoc lib.* 4 *tit.* 24. *in princip. verſic. O ſegundo caſo*, *d. l. æde in fine*, ibi *aut tu male in re locata es*; cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 31. ubi quod colonus, qui male in prædio ruſtico fuit verſatus non laborando arbitrio boni viri poteſt expelli, ad quod addit Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 23.

14 Sed in hac quarta limitatione aliqui dicunt nihil diminuendum de mercede, quaſi compenſatione ejus facienda cum damno; *gloſ. in d. l. æde*, *verb. verſata es*, ubi contrarium tradit, cum dominus, vel locator poſſit convenire inquilinum pro damno dato in re locata actione locati, ubi multa jura adducit.

15 Amplia non ſolùm poſſe dominum expellere è domo ſua inquilinum illa ab utentem introducendo meretrices, aut lenones, ſed etiam quemlibet alium expellere poſſe inhoneſtam mulierem, & meretricem ex vicinia. Gom. 3. *var. cap.* 6. *n.* 17. *& in l.* 62. Taur. *n.* 3. cum multis Auguſt. *ad text. in l. Nullus*, *cod. de ſumm. Trinit. n.* 6. Farin. *p.* 2. *Fragment. n.* 407. *lit* M.

Sed ut mulier inhoneſta, & meretrix expelli poſſit a vicinia, debet eſſe ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia, licèt domus, quas inhabitant, ſint alienæ; non verò ad inſtantiam dominorum illarum domuum, quas ipſi non inhabitant, ſed aliis locant; quod quidem jus expellendi meretrices ex vicinia competit ratione habitationis, vicini, & vicinitatis, quæ eſt optima declaratio. Farin. *ſuprà n.* 408. 16

Intellige in muliere ſoluta, non autem in muliere nupta, quæ ſi cum viro habitat, licèt ſit meretrix, expelli non poteſt, ut cum multis Farin. *ſuprà lit.* M. *n.* 409. niſi forſan mulier maritata meretrix publicè quæſtum faceret, haberetque maritum lenonem, & infamem; tunc enim matrimonium ſibi non ſuffragatur. Caball. *caſ.* 179. & cum eo Farin. *proxime.* 17

Mulier inhoneſta, & meretrix ideo expelli poteſt ex vicinia, tum propter ſcandalum, quod ex hujuſmodi vita vicinis infertur, tum ne vicinus eodem morbo inficiatur; arg. *text. in auth. de lenon.* §. *non permittimus*, *collat.* 7. *& in l. nullus*, *cod. de Summ. Trinit. & fid. cathol.* Cœpell. *de ſervit. Ruſtic. præd. cap.* 9. *n.* 21. 18

Ad

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Conductor, finita locatione, ante omnia debet rem reſtituere, nec antea quæſtionem dominii movere poteſt.*

2 *Quando commodans, aut locator rem petit quaſi locatam, aut commodatam, non audiuntur conductor, aut commodatarius contendentes rem eſſe ipſorum, & ideo retinere volunt, ſtatim coguntur reſtituere locatori, aut commodanti, ipſis reſervato jure ſuo, remiſſivè.*

3 *Locator reſtitutionem rei locatæ petere poteſt per actionem ex locato, vel ex condictione.*

Si petat ex locato exceptionem dominii opponere poteſt, ibid.

4 *Si ex condictione;* l. ſiquis conductionis *exceptionem dominii opponere non poteſt, ſed debet reſtituere rem.*

5 *Aſſignatur ratio, remiſſivè.*

6 *Denegans reſtitutionem rei locatæ ſpoliat locatorem ſua poſſeſſione.*

Spoliatus ante omnia reſtituendus, neque auditur ſpoliator opponens de dominio, ibid.

7 *Negans reſtitutionem rei conductæ locatorem ſpoliare videtur.*

8 L. ſiquis conductionis *etiam locum habet in tenentibus nomine alieno.*

9 *Limitatur, ſi jus ſuperveniat poſt conductionem.*

Negans reſtituere rem ſibi conductam auditur, quando in promptu de titulo novo edocet, ibid.

10 *An depoſitarius opponere poſſit de proprio dominio, remiſſivè.*

11 *Emphyteuta, vel colonus ante omnia tenentur reſtituere, & poſtea de proprietate litigare.*

Niſi exceptio ſit notoria, ibid. remiſſivè.

Collige ex hoc §. 3. conductorem, finito tempore locationis, debere ante omnia rem reſtituere, nec antea quæſtionem dominii movere poſſe, dicendo rem eſſe ſuam, vel ad ſe pertinere aliquo titulo; *text. in l. ſiquis conductionis, cod. locat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. & 2. Cardoſ. *verb. locatio, n.* 15. 1

Unde quando locator, aut commodans petit rem quaſi locatam, aut commodatam, & conductor, aut commodatarius contendunt rem eſſe ipſorum, & ea de cauſa volunt illam retinere, non audiuntur, ſed coguntur illam ſtatim reſtituere locatori, aut commodanti, reſervato ipſis ſuo jure, ut poſt illam reſtitutam intentare poſſint ſuam actionem, ac probare ad ſe pertinere. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſiquis conductionis, n.* 7. Mend. à Caſtro 1. *p. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 23. 2

Sed ad hoc ſcire debes, quòd aut locator reſtitutionem rei locatæ petit per actionem ex locato, aut prædictam reſtitutionem petit per actionem ex condictione, ex *l. ſiquis conductionis de locat.* ſi agatur per actionem ex locato, poteſt conductor opponere dominii exceptionem. Petr. Barb. *in l. ſi alienam, n.* 27. *ff. ſolut. matr.* Cancer. 1. *var. cap.* 14. *n.* 84. 3

Si verò agatur per actionem ex condictione *leg. ſiquis conductionis,* 4

nis, *cod. locat.* tunc exceptio dominii opponi non poteſt, niſi prius rem reſtituat, ut tradunt Cancer. & Barb. *ſuprà* cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in d. l. ſiquis conductionis*, *n.* 8.

5 Ratio eſt; quia quando agitur actione ex locato, exceptio proprii dominii conductoris concludit locationem non valuiſſe; *l. neque pignus de reg. jur.* ac proinde ex ea nullam actionem agenti competere; *l.* 4. *§. condemnatum infr. de judic.* & prædicta exceptio tamquam perimens jus agentis admittenda eſt. Barb. *ſuprà d. l. ſi alienam*, *n.* 27.

6 Quando verò agitur, ex *l. ſiquis conductionis*, id tantum prætenditur, quòd conductor denegans rei locatæ reſtitutionem videtur ſpoliare ſua poſſeſſione locatorem; *l. colonus*, *ff. de vi*, *& vi armat. l fin. ff. de precar.* & cum ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, neque audiendus eſt ſpoliator, licèt opponat de proprio dominio; *l. ſiquis à ſe cod. ad l. Jul. de vi publ.* ideo non admittitur prædicta exceptio; quia continet *d. l. ſiquis conductionis* remedium quoddam reſtitutorium poſſeſſionis.

7 Conductor enim negando rei conductæ reſtitutionem locatorem ſua poſſeſſione videtur ſpoliare, ut cum multis juribus, & DD. tradit optime Barb. *ſuprà ſub n.* 27. ubi multa.

8 Nota, quòd *d. l. ſiquis conductionis*, *cod. de locat.* non ſolùm locum habet in conductione, ſed etiam in aliis tenentibus alieno nomine, ut tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 10. & Cancer. *ſuprà d. cap.* 14. *de locat. n.* 89.

9 Quod limita, quando jus ſuperveniat poſt conductionem, vel nova ſuperveniat cauſa conductori. Cancer. *ſuprà d. cap.* 14. *n.* 84. *in fin. & n.* 88. Auguſt. Barb. *ubi ſuprà n.* 11. cum Giurb. *deciſ.* 69. *n.* 22. ubi tenet negantem reſtituere ſibi rem conductam eſſe audiendum, ſi in promptu novum titulum, & mutatæ poſſeſſionis cauſam edoceat; quia poſſeſſionem hoc modo intervertere non cenſetur.

Quid dicendum de depoſitario, 10 an poſſit excipere de proprio dominio? Ad quod videndus Petr. Barb. *in l. ſi alienam*, *n.* 23. *&* 24. *ff. ſolut.* ubi tenet, quòd ſi depoſitarius excipiat de dominio proprio adverſus deponentem, tunc namque indiſtinctè exceptionem admittit; ſi verò excipiat de dominio alterius rei, quæ erat penes deponentem, & quam depoſitarius ipſe ab eo vendicare poterat, talem exceptionem non admittit, ut tradit *n.* 24. idem Barb. *ſuprà.*

Nota hic, quòd in contractu 11 emphyteutico, vel locationis dominus in judicio poſſeſſorio recuperandæ, vel retinendæ habet fundatam intentionem contra emphyteutam, vel colonum, ut ante omnia dimittere rem teneatur, non obſtante exceptione dominii oppoſitæ, & poſtea de proprietate litigare ex remedio *l. ſiquis conductionis*, *cod. de locat.* niſi exceptio ſit ita notoria, quòd evidenter concluderet dolum petentis illud, quòd ſtatim reſtituturus eſt. Flor. de Men. ad Gam. *deciſ.* 12. *in fin.* & cum eo Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſiquis conductionis*, *cod. de locat. n.* 9. *verſic. ubi dicit.*

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Tertius ſe opponens traditioni rei commodatæ, aut locatæ, dominii quæſtionem movens, &*

& commodans, vel locans eſt ſuſpectus non habens bona ſufficientia, & res ſit mobilis, facto ſequeſtro, audiendus eſt ſummariè.

2 *Suſpectus vocatur non poſſidens immobilia æquivalentia.*

3 *Facile cum re, ſuper qua litigatur, ſe abſentare poterit, tertii, vel litigantis præjudicio, tuncque res ſequeſtratur.*

4 *Sequeſtrum in re litigioſa tollitur, ſatisdatione, vel lite finita.*

Satisdatio eſt medicina ſequeſtri, ibid.

5 *Quæ ſatisdatio requiratur ad tollendum ſequeſtrum, remiſſivè.*

6 *Res ſequeſtrata perit periculo, cujus eſt.*

7 *Adverſarius tenetur ad æſtimationem, ſi culpa ejus pereat, antequam veniat ad locum deſtinatum ſequeſtri.*

8 *Pignus in loco conſueto creditoris periculo perit.*

Quid in depoſitario, commodatario, vel cuſtode, ibid.

Non eſt in culpa faciens conſuetum, ibid.

9 *Sequeſtrum regulariter prohibetur.*

10 *Immobilia poſſidens ſive in villa, ſive in civitate, ſatisdare non compellitur.*

11 *Quis dicatur poſſeſſor, remiſſivè.*

12 *Uſumfructum habens poſſeſſor non dicitur, neque creditor pignus accipiens.*

13 *Uſusfructuarius naturaliter poſſidet, civiliter proprietarius.*

14 *Uſufructuario conceditur interdictum unde vi.*

15 *Sequeſtrum hîc fieri jubetur ad evitandas malitias, quibus via non eſt aperienda.*

16 *Res immobilis eſt reſtituenda, ſive tradenda commodanti illam petenti, non obſtante quæſtione mota per tertium.*

17 *Sed poſt traditionem probare poteſt ordinariè rem ad ſe pertinere.*

18 *Petens rem ex condictione l. ſiquis ante omnia eſt reſtituendus, nec antea quæſtio moveri poteſt.*

19 *Quare reſtitutio rei mobilis impediatur per tertium, non verò impediatur reſtitutio rei immobilis, remiſſivè.*

20 *Res litigioſa, ſequeſtrata, quæ ſervari non poteſt, venditur, & pretium reſervatur in ſequeſtro uſque ad finem litis.*

21 *Quæ res ſervari non poſſit, remiſſivè.*

22 *Alia de oppoſitione tertii, ſatisdationis, & ſequeſtri, remiſſivè.*

Deducitur, & probatur ex hoc textu in hoc §. 4. quòd ſi petente commodante, vel locante rem commodatam, aut locatam, aliquis tertius ſe oppoſuerit rei traditioni movens dominii quæſtionem, & ſi res mobilis, isque, qui locavit, aut commodavit, eſt ſuſpectus, neque habet ſufficientia bona, unde meritò illam ſolvat, tunc fit ſequeſtrum ejus rei apud tutam perſonam, tertiusque ille ſummariè audiendus eſt. Cald. *for. cap.* 21. *n.* 14. *verſic. cæterum.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſiquis conductionis, cod. de locat. num.* 12. 1

Suſpectus ille dicitur, qui non poſſidet immobilia æquivalentia, ut probatur ex noſtro textu in verbis: *Por naõ ter bens de raiz, que baſtem para pagamento della*; *gloſ. ad text. in l. ſi fidejuſſor, §. fin. ff. qui ſatisdar. cogant.* Valaſc. *conſ.* 66, 2

66. *ſub n.* 15. *Ord. lib.* 3. *tit.* 31. *in princip.*

3 Unde non poſſidens immobilia æquivalentia rei, ſuper qua litigatur in judicio, eſt ſuſpectus de fuga, & facilè ſe cum re abſentare poterit cum tertii præjudicio, vel alterius litigantis, & illam prætendentis; & ne hoc contingat, meritò *text.* hîc ſtatuit rem ſequeſtrari apud tutam aliquam perſonam; *text. in l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatisd. cogant.*

4 Sed ſequeſtrum ita factum in re litigioſa, & ſuper qua litigatur, tollitur, data ſatisdatione, vel lite finita; *text. in l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatisd. cogant.* & cum aliis Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 31. *ad princip. n.* 23. medicina enim ſequeſtri eſt ſatisdatio. Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 42. *n.* 11. *Ord. proxime.*

5 Quæ ſatisdatio præſtanda ſit ad hoc ut excuſetur, vel tollatur ſequeſtrum, conſule Silv. *ſupra ex n.* 30. ubi optimè tradit quæ requirantur, & Phœb. 2 *p. areſt.* 87.

6 Quæres, quo periculo pereat res ſequeſtrata? Reſpondetur perire periculo ejus, cujus eſt; *l. pignus de pignor. act.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 5. cum multis aliis. Pech. *de jur. ſiſtend. cap.* 30. *n.* 1. Phœb. *ſuprà d. areſt.* 87. *verſic. inſuper.*

7 Quando verò culpa adverſarii res ſequeſtrata pereat, antequam ad locum deſtinatum ſequeſtri perveniat, tunc enim tenetur ipſe ad ejus æſtimationem, ut cum multis Phœb. *ſuprà verſic. inſuper.*

8 Nota, pignus repoſitum in loco conſueto periculo creditoris perire docet Auguſt. Barb. *in l. pignus*, *cod. de pign. act. n.* 1. & 2. ſed in depoſitario, commodatario, & cuſtode excluditur omnis culpa, quando ipſa res ſibi tradita ab eoque poſita fuit in loco ſolito, & conſueto; quoniam qui facit, quod fieri conſuetum eſt, non dicitur in culpa; ut omne tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3. cum Farin. 1. *p. fragm. crim. lit.* C. *n.* 36.

Nota, ſequeſtrum de jure communi eſſe regulariter prohibitum, neque admitti; *text. in l.* 1. *cod. de probib. ſequeſtr.* Caroc. *de ſequeſtr. p.* 2. *princip.* & *p.* 1. *quæſt.* 6. Conciol. *lib.* 2. *ad ſtatut. Eugub. rubr.* 42. *n.* 1. 9

Nota ulterius, poſſidentem immobilia non teneri, nec ſatisdare compelli; *text. in l. ſciendum*, *ff. qui ſatisd. cogant.* ſive in villa, ſive in civitate poſſideat, ſive in ſolidum, ſive in parte; *gloſ. ad text. in d. l. ſciendum.* 10

Sciendum eſt, quòd poſſeſſor is accipiendus eſt, qui in agro, vel civitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte: item qui vectigalem, hoc eſt emphiteuticum agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur; ſicut etiam, qui ſolam proprietatem habet, poſſeſſor intelligitur; *text. in l. ſciendum*, §. *poſſeſſor*, *ff. qui ſatisd. cogant.* 11

Sed ille verò, qui tantum uſumfructum habet, poſſeſſor non dicitur, nec appellatur; nec creditor, qui pignus accepit, poſſeſſor eſt, licèt poſſeſſionem habeat, aut ſibi traditam, aut debitori precario conceſſam; probatur ex *l. ſciendum*, §. *poſſeſſor. ff. qui ſatisd. cogant.* 12

Adverte tamen, quòd uſusfructuarius poſſidet tantum naturaliter, proprietarius civiliter; *l. naturaliter in princip. ff. de acquir. poſſ.* Cald. *de jur. emphyt. cap.* 10. *n.* 44. Barb. *ad l. ſi de vi de judic. n.* 315. & 316. 13

Uſufructuario conceditur interdictum unde vi; *l. fin. ff. uti poſſidetis.* Valaſc. *conſ.* 79. *n.* 9. Cald. *de jur. emphyt. cap.* 10. *n.* 44. tradit Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. verb.* 14

verb. uſufructus, *col.* 1. *pag. mibi* 248.

15 Nota etiam ſequeſtrum fieri jubetur hîc ex diſpoſitione noſtri textus, quando comparet tertius, & bona immobilia non habet, qui commodavit, vel locavit, æquivalentia ad evitandas malitias, quæ alias committerentur, malitiis enim non eſt via aperienda; *l. cum hi* 8. §. *ſi cum lis*, *ff. de transact.* ideo res, ſuper qua litigat tertius cum commodante, vel locante, in ſequeſtro poni jubetur, donec tertius ſummariè audiatur.

16 Si verò contentio fuerit ſuper re immobili, non obſtante quæſtione mota per tertium, nihilominus res erit reſtituenda, & tradenda commodanti, vel locanti, quando illam petit uti commodatam, vel locatam, ut probatur ex noſtro textu in verbis: *E ſendo eſſa couſa de raiz.* Gam. *deciſ.* 259. *n.* 1. Cordeir. *de interdict. dubit.* 49. *n.* 13.

17 Sed licèt reſtitutio rei immobilis non impediatur per tertium, adhuc mota dominii quæſtione, attamen poſtquam tradita fuerit commodanti, vel locanti, poterit ipſe tertius intentare ſuam actionem, & probare ordinarie talem rem ad ſe pertinere, ut deducitur, & probatur ex noſtro textu in verbis: *E depois que lhe for entregue*, *lhe poderá demandar eſſe terceiro*, conducunt quæ dicta ſunt *ad* §. 3. *hujus tituli*, *n.* 2.

18 Non poteſt tertius impedire reſtitutionem rei immobilis petitæ à commodatore, vel locatore, licèt quæſtionem dominii excitet; quia non obſtante prædicta quæſtione, traditur locatori, vel commodatori, poſteaque poterit illam via ordinariâ petere; commodator enim, vel locator rem quaſi commodatam, vel locatam petit ex conditione *l. ſiquis conductionis*, *cod. de locat.* ex qua ante omnia reſtituitur, nec antea dominii quæſtio moveri poteſt, ut dixi in §. antecedenti, & docet Auguſt. Barb *ad text. in l. ſiquis conductionis*, *cod. de locat. n.* 1. *&* 7.

Quæres, quare in caſu rei mobi- 19
lis impediatur reſtitutio per tertium, & ſequeſtretur, donec audiatur ſummarie de jure ſuo, & in caſu rei immobilis reſtituatur, & non impediatur traditio per tertium, qui tantummodo poſt reſtitutionem factam audiendus eſt? Differentia videtur eſſe; quia in caſu rei mobilis ideo legiſlator jubet rem ſequeſtrari apud tutam perſonam, & non tradi, donec audiatur ſummarie ipſe tertius; quia commodator, vel locator non habet immobilia æquivalentia, unde merito rem ipſam ſolvat in caſu ſuccumbentiæ, & cum ſit ſuſpectus aufugere, vel ſe abſentare poterit cum ipſa re, & poſtea tertius non habere, unde habeat rem, vel ipſius æſtimationem, ideo in ſequeſtro eſſe jubetur.

At verò in caſu rei immobilis non militant prædictæ rationes; quia licèt reſtituenda ſit commodatori, vel locatori, & poſtea audiendus ſit tertius opponens ille, cui fuit reſtituta res ipſa immobilis cum illa aufugere non poteſt, ſicut poterat cum re mobili, & cum ſaltem habeat bona immobilia æquivalentia, qualis eſt res ipſa tradita, ſive tradenda, ceſſat timor, ſive malitia, de qua legiſlator, ideo in primo caſu tradenda non eſt, ſed potius ſequeſtranda, & tertius ſummariè audiendus, non verò in ſecundo caſu rei immobilis, & ſi præſtetur ſatisdatio, ſive cautio in primo caſu, tunc etiam judico rem tradendam eſſe commodatori, vel locatori, quam traditionem tertius impedire non poteſt.

Adverte, quòd ſi res litigioſa, 20

& ſequeſtrata ſervando ſervari non poſſit, auctoritate judicis venditur, & pretium in ſequeſtro ponitur, ut uſque ad finem litis reſervetur. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 148. *n.* 2. *&* 3. Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 25. *verſic. & ſi res ſit* Reinoſ. *obſerv.* 37. *n.* 19. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 8.

21 Res autem, quæ ſervando ſervari non poteſt, dicitur illa, quæ ultra triennium in ſua naturali bonitate ſine corruptione nequit conſervari; *gloſ. in l.* 1. *verb. uſucapione, cod. ſi adverſus uſucap.* Scacc. *de judic. ſuprà n.* 9.

22 Cætera de oppoſitione tertii habes in *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 31. *&* 32. & ibi Silv. & de materia ſatisdationis, & ſequeſtri; *Ord. lib.* 3. *tit.* 31. *in princip.* §. 1. 2. *&* 3. & ibi Silv.

Ad tit. 55.

Quod terræ Coronæ, & annonæ non poſſint hypothecari, nec obligari.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Terræ Coronæ, & annonæ non obligantur, nec hypothecantur ſine Regio mandato.*

2 *In ſpe præmiorum pro Coronis penſitanda non admittitur obligatio, nec executio, quamvis generaliter obliget omnia bona ſua.*

3 *Aliis bonis deficientibus, executio fieri poteſt in redditibus prædictarum rerum.*

4 *An Regia facultate interveniente in hypotheca, vel obligatione bonorum Regiæ Coronæ, vel bonorum emphyteuticorum, & ob lineam finitam, res revertantur ad dominum, tranſeant cum ipſo onere? remiſſivè.*

5 *Contrarium remiſſivè.*

6 *An in re aliena conſiſtere poſſit hypotheca, remiſſivè.*

7 *Hypotheca generalis omnium bonorum prohibita alienari non comprehendit, remiſſivè.*

8 *Neque bona dotalia.*

9 *Jus patronatus obligari, nec hypothecari poteſt ad favorem creditoris.*

10 *In hypotheca generali non continentur bona, quæ debitor non fuiſſet obligaturus, remiſſivè.*

11 *De aliis rebus, quæ non obligantur, nec hypothecantur, remiſſivè.*

12 *Hypotheca generalis comprehendit uſusfructus.*

13 *Item nomina debitorum, jura, actiones, & annui redditus.*

14 *Pecunia venit in hypotheca omnium bonorum.*

15 *Homo liber pignori dari non poteſt, nec eſt dominus membrorum ſuorum.*

16 *Quæ noſtra ſunt, obligari poſſunt in ſpeciali hypotheca; non verò, quæ noſtra non ſunt.*

17 *Quæ res ad humanos uſus non convertantur, remiſſivè.*

18 *Prædicta prohibitio eſt etiam de jure civili.*

19 *Nec vendi, nec emi, nec hypothecari poſſunt res Eccleſiæ.*

20 *Aſſignatur ratio prohibitionis, remiſſivè.*

21 *Res Eccleſiæ pro urgenti neceſſitate alienari, hypothecari, & obligari poſſunt.*
Probibitio alienationis caſum neceſſitatis non comprehendit, ibid.

Ca-

22 *Caſus, in quibus res Eccleſiæ alienari poſſunt, remiſſivè.*
23 *Reparata neceſſitate, ſtatim bona integrè Eccleſiæ reſtituuntur.*
24 *Ita fecit Rex Joannes Secundus, qui poſtea omnia integrè reſtituit.*

1 DIcit textus, quòd terræ Coronæ, quas aliqui habent, & annonæ, aliæque res, de quibus hic quocumque titulo habitæ non poſſint hypothecari, nec obligari, & quamvis obligentur, vel hypothecentur, talis obligatio, vel hypothecatio non valebit; quia prædictæ res nec alienari, nec hypothecari poſſunt ſine ſpeciali Regio mandato, ut probatur ex hac lege in hoc *tit.* 55. Bart. *in l. ſi finita*, §. *ſi de vectigalibus*, *ff. de damn. infect.*

2 Sic ſimiliter in ſpe præmiorum, quæ pro Coronis penſitanda ſunt obligatio, vel executio non admittitur; *l. ſpem*, *cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* & hoc procedit, licèt generaliter omnia bona ſua quis obliget; quia ſpes illa non intelligitur obligata; probat *gloſ. in d. l. ſpem ſuprà.*

3 Si verò debitor alia bona non habeat, nec poſſideat, tunc executio fieri poteſt in redditibus prædictarum rerum, aliis bonis deficientibus, ut planè probatur ex noſtro textu in illis verbis: *E naõ tendo outros bens, ſe fará execuçaõ pelas rendas das ſobreditas couſas, que de nós tiverem*; *text. in l. ſtipendia*, *cod. de execut. rei judic.* *l. commodis*, *ff. de re jud.*

4 Quæres: ſi facultas Regia interveniat in hypotheca, aut obligatione bonorum Regiæ Coronæ, vel ſuper bonis emphyteuticis cum conſenſu domini directi, an ita ſufficiat, ut ſi ob lineam finitam res revertantur ad Coronam, vel bona emphyteutica, vel feudataria ad dominum tranſeant ſemper cum ipſo onere hypothecæ, magna eſt inter DD. controverſia. Negant Iſernia *in cap.* 1. §. *quid ergo*, *n.* 5. *in princip. de inveſtitura*; pro utraque parte latè diſputat Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *ex n.* 29. *cum ſeqq.*

Contrariam ſententiam defendunt Bart. *in l. in diem n.* 2. *ff. de aqua pluvia arcend.* Boer. *deciſ.* 181. *n.* 4. & 5. Pro utraque parte diſputat, & reſolvit Fachin. *contr. lib.* 7. *cap.* 58. *per tot.* ubi reſpondet contrariis argumentis, & hanc ſententiam tenet cum multis Salgad. *in labyr. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 94. ubi dicit, quòd hæc opinio probabilior, & communior eſt, & tu vide *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. *n.* 20. 5

Nota primò, quòd licèt in re aliena regulariter conſiſtere non poſſit hypotheca, ex Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 572. attamen ſi debitor tempore obligationis ignorabit rem eſſe alienam ad damnum debitoris tenet obligatio, ita ut, ſi poſtmodum venerit in dominium debitoris, creditor habeat actionem reivendicationis contra illum; plura vide apud Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *à n.* 6. 6

Nota ſecundò, quòd hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendit bona alienari prohibita. Bart. *in l. codicillis*. *ff. de legat.* 2. ſi alienatio fuit prohibita ab homine; quia veriſimiliter, nec ſpecialiter illa fuiſſet obligaturus; Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 14. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 1. ſivè alienatio prohibita ſit ſub pœna, ſive ſine illa. 7

Nota tertiò, quòd bona dotalia non veniunt in generali hypotheca, 8

ca Merlin. *loc. cit. quæſt.* 18. *n.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 18. *niſi* quando illa fuerunt tradita marito æſtimatione faciente venditionem. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ* 8. *p.* 13.

9 Neque jus patronatus venit in hypotheca ad favorem creditorum; quia non poteſt obligari, nec hypothecari; *cap. cum Bertoldus de ſententia, & re jud.* Neguſ. *de pignor. p.* 2. *membr.* 2. *n.* 60. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 5. *n.* 10.

10 Hypotheca generalis non continet illa bona, quæ veriſimiliter debitor non fuiſſet obligaturus in ſpecie, uti veſtes, ſupellectilem, mancipia, neceſſaria; *l. denique, ff. de pignor. l. pen. ff. de privileg. cred.* Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 25. *n.* 6. Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 5. *n.* 62. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 3.

11 Neque bona, quæ ſunt neceſſaria pro uſu quotidiano debitoris, uti ſunt veſtes, ſupellex, luctus, &c. Mantic. *loc. cit. n.* 15. neque libri DD. aut arma militis; quia ſine iis Doctor, & miles vivere non poſſunt, niſi in ſubſidium aliorum bonorum. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 34.

12 Nota quarto, quòd in hypotheca generali omnium bonorum venit uſusfructus. Caſtil. *de uſufr. cap.* 52. *n.* 10. Cyriac. *contr.* 490. *n.* 2. Statil. *de Salvian. interd. in ſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 794.

13 Item etiam veniunt nomina debitorum, jura, actiones, & annui redditus; *l. nomen, cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Cyriac. *contr.* 338. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 25. *n.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 11. Scacc. *de comerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 417. Cyriac. *contr.* 108. *n.* 17.

14 Item pecunia venit in hypotheca omnium bonorum, quomodocumque illa fuerit acquiſita, licèt loco theſauri detineatur, vel fuerit mutuo accepta, etiam data ad cambium. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 9.

Nota quintò, quòd homo liber, cum non ſit in humano commercio, non poteſt pignori dari; quia æſtimari non poteſt, nec eſt dominus ſuorum membrorum. Cov. *var. lib.* 2. *reſol. cap.* 1. *n.* 1. Neguſ. *de pignor. p.* 2. *membr.* 3. *n.* 50. 15

Nota ſextò, quòd in ſpeciali hypotheca obligari poſſunt omnia, quæ noſtra ſunt; quæ verò noſtra non ſunt, obligari non poſſunt. Merlin. *lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 65. *de hypothec.* Neguſ. *de pignor. p.* 2. *membr.* 3. *n.* 4. Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 290. 16

Nota ſeptimò, quòd vaſa aurea, & argentea, Calices, Cruces, Thuribula, & alia inſtrumenta divini cultus, ſunt immunia à commercio humano, ideoque non poſſunt ad humanos uſus converti; *cap. in ſancta de conſecr. cap. veſtimenta diſt.* 1. *cap. qui ſemel, quæſt.* 3. Oliv. *de for. Eccleſiæ p.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 1. 17

Hoc idem etiam de jure civili prohibetur; *l. inter ſtipulantem,* §. *ſacram. ff. de verb. oblig. l. locum, cod. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Juſtin. *in* §. *nullus &* §. *ſacræ inſtit. de rer. diviſ. l. ſancimus, cod. de Sacroſ. Eccleſ.* 18

Ideoque nec vendi, nec emi, nec hypothecari poſſunt prædictæ res Eccleſiæ; *d. l. ſancimus, l. & liberi, ff. de contrah. empt.* quod prohibetur per noſtram Regiam *Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §. 63. *& lib.* 2. *tit.* 24. 19

Ratio eſt; quia ubi primum illæ res donatæ, & dicatæ fuerunt divino cultui, ſtatim fuit acquiſitum jus Eccleſiæ, & manſerunt in matrimonio Chriſti, ut cum multis tradit Oſor. *de Patronat. Reg. reſol.* 59. *n.* 3. & ideo alienari prohibentur; *cap.* 20

1.

1. *de Reb. Eccleſ. non alienand.*

21 Sed licèt res Eccleſiæ alienari non poſſint, ut ſupra dictum eſt, attamen in caſu urgentis neceſſitatis, quæ alia via reparari non poteſt, alienari, hypothecari, & vendi poſſunt, ex *d. l. ſancimus*, *cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Themud. *deciſ.* 309. *n.* 11. *&* 12. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. nullus præsbiter de pignor. n.* 3. prohibitio enim alienationis non includit caſum neceſſitatis; *l. alienationis*, *ff. famil. erciſc. l. divus*, *ff. de pet. hæred.* Oſor. *ſuprà n.* 5.

22 Cauſa præcipua ad alienationem rerum Eccleſiæ eſt redemptio captivorum, & ad captivos redimendos, & carcere detentos liberandos, aut propter imminens belli periculum poſſe aurum, & argentum Eccleſiæ capi, ut cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in cap. nullus præsbiter de pignor. ſub n.* 3. Oſor. *ſuprà n.* 7.

23 Nota, quòd reparata neceſſitate, prædicta bona ſtatim ſine dilatione integrè Eccleſiæ reſtituenda ſunt. Themud. *p.* 1. *deciſ* 93. *n.* 8. & cum eo Oſor. *ſuprà n.* 10.

24 Hoc fecit *Joannes Secundus* Portugalliæ Rex, quando perrexit cum exercitu in favorem patris *Alphonſi V.* ad idem bellum, ut conſtat ex ſua Chronica *cap.* 12. & poſtea integrè omnia reſtituit, ut etiam conſtat ex prædicta Chronica *cap.* 181. Themud. *deciſ.* 93. *n.* 8. & cum illo Oſor. *de Patronat. Reg. reſolut.* 59. *n.* 17.

Ad tit. 56.

De illis, qui ſua bona hypothecant conditione, quòd ſi non ſolvant uſque ad certum diem, pignus maneat ſubhaſtatum.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Conditio, ſive pactum legis commiſſoriæ, quod ſi debitor intra certum tempus debitum non ſolverit, pignus ſit venditum, vel ſubhaſtatum, non valet.*

2 *Traditur ratio prohibitionis.*

3 *Ampliatur primò, ut procedat etiam ſi detur pignus pro alio debito, & in quocumque creditore.*

4 *Ampliatur ſecundò, quamvis pactum apponeretur pro reſtitutione dotis mulieris.*

5 *Ampliatur tertiò, licèt in tali pacto interveniat juramentum.*

6 *Ampliatur quartò, quamvis tale pactum approbaretur ex conſuetudine, remiſſivè.*

7 *Ampliatur quintò, ut hìc, remiſſivè.*

8 *Non ſolus talis contractus eſt nullus, ſed creditor fructus perceptos computare tenetur.*

9 *Conditio, ſive pactum, quòd pignus emptum à creditore maneat pro pretio à duobus arbitris æſtimatum valet.*

10 *Pactum initum, quòd pignus ſit creditori venditum ſimpliciter intelligitur pro juſto pretio, & eſt validum.*

11 *Secus, ſi pignus eſſet datum in ſo-*

ſolutum, quia tunc non valet pactum.

12 *Pactum factum per debitorem cum fidejuſſore, vel alio extraneo, valet.*

13 *Valet pactum favore dotis, quando quis marito dotem promiſit in pecunia, & fundum in pignus dedit, pacto, quòd ſi certo tempore pecuniam non ſolvat, fundus ſit datus in dotem.*

14 *Non obſtant dicta in 2. ampliatione.*

15 *Ante moram non poteſt creditor pignus vendere, neque debitum principale petere; ſecus poſt moram.*

16 *Ex venditione facta per creditorem transfertur dominium in emptorem, licèt venditor non ſit dominus.*

17 *Quando debitor notoriè non eſt ſolvendo, ſtatim pignus vendi poteſt.*

Notorium probatione non indiget, ibid.

18 *Terminus præfixus ex conventione nullam requirit denuntiationem, quia dies interpellat.*

19 *Si agatur contra tertium poſſeſſorem pignoris interpellatione opus eſt, & diſcuſſione in primum debitorem.*

20 *Debitor auditur in venditione, ne ſiat fraus, remiſſivè.*

21 *Venditio bona fide fieri debet, facta omni diligentia pro maiori pretio.*

22 *Pignus publicè, & ſub haſta vendi debet.*

23 *Creditor ſibi, nec per intermediam perſonam vendere poteſt.*

24 *Admittitur tamen ad licitandum.*

Et pro juſto pretio ſibi adjudicari, ibid.

25 *Pignus poſt moram non ſolùm pro mora, ſed intereſſe obligatur.*

26 *Pignus durat, donec totum debitum non ſolvatur; quia jus pignoris eſt indiſſolubile.*

27 *Hæres debitoris ſolvens debitum hæreditaria portione, non ideo pignus liberatur pro ſua parte.*

28 *De venditione pignoris conventionalis, remiſſivè.*

PRobatur ex textu, quòd ſi quis 1
debitor hypothecaverit creditori ſuo rem mobilem, vel immòbilem, conditione, quòd ſi non ſolverit intra tempus conventum, pignus ſit creditoris, vel ſit ei venditum, vel ſubhaſtatum, talis conventio non valebit, ſed erit nullius effectus; *text. in l. qui pactus, text. in l. quoniam ult. cod. de pact. pignor.* Cald *ad l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n. 95. verſic. aut vero pactum*, cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in cap. ſignificante, n. 2. de pignor.* Larr. *deciſ.* 83. *n.* 12. Cardoſ. *verb. pactum, n.* 40.

Ratio hujus prohibitionis eſt, 2
ut fraudes tollantur, quibus debitores opprimi poſſunt, qui urgente neceſſitate pecuniæ pignus multo maioris æſtimationis pretio perderent, & ſic creditores cum aliena jactura inſtar fæneratorum, contra juris rationem locupletarentur, ut deducitur ex Neguſ. *de pignor.* 4 *p. in princip.* & ſic intelligenda eſt noſtra *Ord. hîc.*

Amplia primò, ut procedat non 3
ſolùm quando pignus datur creditori pro mutuo recepto, ſed etiam ſi detur pro alio debito, quam mutuo, ut probatut ex *l. fin. cod. de pact. pign.* quæ generaliter loquitur in quocumque creditore; & cùm generaliter loquatur, generaliter intelligi debet; *l.* 1. §. *generaliter, ff. de leg. præſt.*

Amplia ſecundò, etiam ſi tale 4
pactum apponeretur in favorem mu-

mulieris creditricis pro reſtitutione dotis ſuæ; *text. in l. quamvis aliàs incipit capillo*, *ff. de ſolut.*

5 Amplia tertiò, etiam ſi in tali pacto intervenerit juramentum; quia per tale juramentum non confirmatur pactum, licèt metu perjurii tale pactum ſit obſervandum. Bart. *in l. ſiquis pro eod. in verſic.* 4. *dixi*, *ff. de fidejuſſ.* Vide Auguſt. Barb. *ad text. in cap. ſignific. de pignor.* qui contrarium videtur tenere in *n.* 8.

6 Amplia quartò, etiam ſi tale pactum *l. commiſſoriæ* in pignoribus approbaretur per conſuetudinem; quia dicta conſuetudine non obſtante, omnino pactum non valere; tenet Bald. *in l. conſuetudinis*, *in* 3. *col. verſic.* 3. *dicunt*, *cod. quæ ſit. long. conſuet.*

7 Amplia quintò, etiam ſi dictum pactum conciperetur hoc modo, nempe, quòd elapſo termino non liceat ſolvere, vel offerre pro luendo pignore, & omne ſimile pactum, quia omnino non valet; ut tenet *gloſ. in d. l. fin. cod de pact. pignor.* quas quidem ampliationes traduntur à Neguſ. *ſuprà de pignor. dict.* 4. *p.*

8 Si autem talis contractus, de quo hîc, fiat, non ſolùm erit nullus ſecundum diſpoſitionem noſtri textus, ſed creditor computare tenebitur fructus medio tempore perceptos, ut cum multis Mend. à C. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 19.

9 Si verò conditio ſit, ut pignus maneat emptum à creditore pro juſto pretio, quod à duobus arbitris fuerit æſtimatum, tunc valida erit talis conditio, ut ſtatuitur in hac *Ord. verſic. Porém.* Hermoſilh. *tom.* 2. *in l.* 41. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ.* 1. *&* 2. *n.* 1. cum multis Neguſ. *de pignor. p.* 4. *n.*6. *verſic. ſecundò fallit.* Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 246. *& tom.*6. *rubr.* 1. *p.*4. *quæſt.* 37. *n.* 350.

10 Item quando pactum eſſet initum, quod pignus eſſet venditum creditori ſimpliciter, non exprimendo nec pro debito, nec pro iſto pretio; tunc etiam intelligeretur pro juſto pretio, etiam ſi non dictum ſit, & valebit tale pactum. Bart. *in l. ſi fundus in fin. ff. de pignor. & l. quamvis in ſua diſtinctione.* & Abb. *in cap. ſignif. de pignor.*

11 Secus autem, ſi dictum eſſet, quòd pignus eſſet datum in ſolutum; quia tunc intelligeretur pro debito, & non valeret pactum, ſecundum Bart. *in d. l. quamvis*, *& faciunt not. in l. à Divo Pio*, §. *ſi pignora*, *ff. de re judic.*

12 Item quando pactum non fuit factum cum creditore ab ipſo debitore, ſed factum fuit per debitorem cum fidejuſſore, vel alio extraneo à creditore; tunc enim pactum valet; *text. in l. fin. in princip.* & ibi Bart. *ff. de contrab. empt.*

13 Item ſi mulier, vel ſocer promiſit dotem marito in pecunia, & dedit fundum in pignus cum pacto, quòd ſi infra certum tempus non ſolvatur pecunia, fundus ille ſit in dotem datus; quia in iſto caſu videtur, quòd valeat tale pactum favore dotis; ita voluit Bald. *in cap.* 1. *de feud. dat. in vim*, *l. commiſſ.* allegando id, quod habetur *in l. ita conſtante*, *ff. de jur. dotium*, *& in l. quamvis*, *ff. de ſolut.*

14 Non obſtant his, quæ dicta ſunt ſupra in 2. ampliatione; illa enim procedunt, quando agitur de favore mulieris creditricis pro dote, tunc quoniam improbatur dictum pactum legis commiſſoriæ, & habet locum *d. l. quamvis*, ſed quando agitur de dote danda marito, & ſic agitur de favore dotis principaliter, & mulieris in conſequentiam, dicendum videtur,

quòd pactum valeat, & hoc modo ſalvari poteſt; d. Bald. *in cap.* 1. ſecundum Bald. Novel. *in tract. dotis in 6. p. principali in privileg.* 53.

15 Nota, quòd creditor non poteſt vendere pignus ante debitoris moram; quia ſi non poteſt peti principale debitum, multo minus vendi poteſt pignus; *l. cum ſolvendæ, & l. quia conventione, ff. de pact. l. ſi reſiduum, cod. de diſtract. pignor. l. ſi prius, cod. eod.* Gait. *de cred. cap.*4. *quæſt.* 8. *n.* 978 Sabell. §. *creditor. n.* 25. poſt moram verò vendere poteſt; Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 248.

16 Et ex tali venditione facta per creditorem transfertur dominium in emptorem, licèt creditor venditor non ſit dominus. Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 975. *& ſeqq.*

17 Quando notoriè debitor ſolvendo non eſſet, ſtatim pignus vendi poteſt ſine illa denuntiatione. Altim. *ſup. tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 250. Notoriumque probatione non indiget. Gratian. *cap.*925. *n.*13. cum multis Altim. *ſuprà.*

18 Si terminus ſit præfixus ex conventione partium, nulla requiritur denuntiatio; quia præfixus dies interpellat, *auth. de fidejuſſ.* §. *ſed neque, &* §. *ſed ſi agant, l. magnam, cod. de contrah. & committ. ſtipul.*

19 Sed quando agitur contra tertium poſſeſſorem pignoris, tunc interpellatione opus eſt, & diſcuſſione in primum debitorem; *l. moſchis, ff. de jur. fiſc.* Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 705. *& ſeq.* Neguſ. *de pignor. p.* 8. *membr.* 1. *n.* 10. quæ quidem diſcuſſio non requiritur ubi in contractu adeſt conſtitutum. Gait. *de cred. cap.*4. *quæſt.* 7. *text. in l. fin. cod. de acquir. poſſ.* Auguſt. Barb. *clauſul.* 31. *n.* 23.

20 Debitor audiendus eſt in venditione, ſi ipſe velit pignus retrahere pro eodem pretio, vel ſi velit ſolvere debitum, vel venditioni adſiſtere, ne fiat fraus in venditione; *l. quæ ſpecialiter, cod. de diſtract. pignor.* Mantic. *lib.*11. *de tacit. tit.* 13.

Quæ quidem venditio bona fi- 21
de fieri debet, & adhibita omni diligentia, ut venditio fiat maiori pretio, quo poſſit; *l.*9. *cod. de diſtr. pignor. l. creditor, cod. eod.*

Nota etiam, quòd pignus ven- 22
di debet publicè, & ſub haſta; *l. creditor hypothecas, cod. de diſtr. pignor.* Leotard. *de uſur. quæſt.* 40. *n.* 75.

Non poteſt creditor ſibi ipſi 23
vendere; quia talis venditio eſſet valde ſuſpecta; *l. & qui ſub imagine, cod. de diſtr. pignor.* nec per intermediam perſonam; Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *p.* 1. *n.* 15.

Sed creditor admittitur ad lici- 24
tandum. Leotard. *quæſt.* 40. *n.* 47. Gait. *de cred. p.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 672. imo poteſt petere ſibi ipſi adjudicari pro juſto pretio, ut cum Gait. Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 260

Nota iterum, quòd pignus poſt 25
moram debitoris non ſolùm obligatur pro mora, ſed pro intereſſe; *l. ſi neceſſarias, §. fin. de pignor. act. l. ſolutum, §. ſi ſortem, ff. eod.* & ſic primò ſolvitur intereſſe, & poſtea ſors. Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 266.

Nota ultimò, quòd pignus du- 26
rat, donec totum debitum non ſit ſolutum, & pro quacumque parte debiti poteſt pignus vendi, quoniam jus pignoris eſt indiſſolubile; *l. quandiu, cod. de diſtr. pignor. l. hæredes, §. idem obſervatur in pignoribus, ff. famil. erciſc. l. debitores*, ubi DD. *cod. debit. vend. pign.*

Ita ut ſi unus ex hæredibus de- 27
bitoris ſolvat debitum hæreditaria por-

portione, non poteſt pignus pro ſua parte liberare, ſicut neque poterat debitor ipſe; *l.* 85. §. *item*, *ff. de verb. oblig.* Gonzal. *in cap.* 9. *n.* 1. *de pœn.*

28 De venditione pignoris conventionalis, & quando in illa ſit procedendum, & de praxi, quæ in hac materia obſervatur, optime Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *caſ.* 15. *ex n.* 13.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Pactum debitore non ſolvente in termino, pignus maneat creditori pretio per illum æſtimatum, non valet, quamvis ſit juratum, remiſſivè.*

2 *Valet pactum, quòd pignus maneat creditori emptum juſto pretio à duobus arbitris æſtimatum.*

3 *Ad æſtimationem pars citanda eſt, & de aliis ad hanc requiſitis, remiſſivè.*

4 *Æſtimatio rei diminuitur propter onus annexum.*

5 *Æſtimationem ſemel approbans, amplius impugnare non valet. Illam approbare dicitur, qui ad ipſam ſe refert, ibid. Æſtimationem impugnare non poteſt, qui habet facultatem pro eodem pretio redimendi, ibid.*

1 NOn valet pactum, quòd ſi debitor non ſolvat intra terminum conventum, pignus maneat creditori in pretio, quo ab ipſo creditore fuerit æſtimatum; eſt enim magna præſumptio, quòd facilè creditor moveretur ad faciendam æſtimationem non veram, licèt juramentum ſubiret, & ne detur occaſio jusjurandi contrarium veritati, prædictum pactum non valet, ut probatur ex hoc §. 1. Videndus Rebel. *de oblig. juſt p.* 2. *lib.* 8. *quæſt.* 10. *n.* 4. *verſic. æſtimatio.*

Solum ergo pactum valeret, 2
quando conventum fuiſſet, quòd pignus emptum maneret creditori juſto pretio, quo à duobus arbitris fuerit æſtimatum, ut cum DD. *ſuprà n.* 9. *ad principium hujus tit.* & ultro eos addo Neguſ. *de pignor. p.* 4. *ſub n.* 11. *verſic. ſecunda concluſio.*

Et in tali æſtimatione citari de- 3
bet pars, ſi velit aliquid opponere, & adhibita ſummaria cauſæ cognitione, ſine alio libello, ſi pars citata, nihil relevans opponat, judex faciat per partes eligi duos bonos æſtimatores, vel ipſe judex eos eliget, & faciat eos jurare de æſtimatione legaliter facienda; factaque per eos relatione æſtimationis, judex ſecundum dictam æſtimationem relatam per dictos æſtimatores, faciet ſuam declarationem; ita tenet Bart. *in l.* 3. *cod. de pignor. col. fin. verſic. præmiſſa*, & cum eo Neguſ. *ſuprà.*

Nota, quòd æſtimatio rei dimi- 4
nuitur propter onus, quod habet annexum; *text. in l.* 1. §. *hæres*, *ff. ad Trebel.* & cum multis tradit Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. verb. æſtimatio*, *pag. mihi* 5. *col.* 2.

Nota etiam, quòd qui æſtima- 5
tionem ſemel approbavit, impugnare amplius non valet. Rot. *deciſ.* 323. *p.* 17. *rec.* & æſtimationem, licèt faciendam approbare videtur, qui ad illam ſe retulit, puta dicendo, ut apparebit de tali libro. Bald. *in l. ſi prior. ff. ſolut. matr.* ſic etiam æſtimationem impugnare non valet, qui habet facultatem bona ipſa pro eodem pretio redimendi. Rot. *deciſ.* 115. *p.* 16. *rec.*

Ad tit. 57.

Quòd nemo capiat poſſeſſionem rei ſuæ, neque pignoret ſine authoritate juſtitiæ.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Creditor per ſe pignorare non poteſt debitorem in termino non ſolventem, quamvis conventum ſit inter partes.*

2 *Creditor pignus deobligatum inveniens illius poſſeſſionem ingredi poteſt authoritate propria ex pacto, ſi non ſit, qui reſiſtat.*

3 *An ultra prædictum caſum per ſe ipſum debitorem pignorare poſſit ſine authoritate juſtitiæ?*

4 *An ſufficiat reſiſtentia cum armis, vel ſolo verbo?*

5 *Quid in reſiſtente ſine juſta cauſa, remiſſivè.*

6 *Traditur contrarium, remiſſivè.*

7 *Reſiſtentia ſolo verbo pignorationem non impedit.*

8 *Sed ſecundum noſtram legem pignorationem propria authoritate impedit.*

9 *Non requiritur neceſſariò reſiſtentia per debitorem, ſed per quemcumque alium.*

10 *Utrùm non obſtante reſiſtentia verbali, vel cum armis poſſit virtute pacti poſſeſſio capi comitantibus juſtitiæ miniſtris?*

11 *Solum ingredi licet poſſeſſionem propria authoritate in pignus in debito liquido, aliud in illiquido, niſi de hoc caveatur.*

12 *Ut quis propria authoritate poſſeſſionem ingrediatur, neceſſariò in conventione exprimi debet, & non ſufficit pactum, debitore non ſolvente parata ſit executio.*

13 *Executio talis pacti exercetur contra hæredem debitoris ejuſdem conditionis.*

14 *Tranſit in ſingularem ſucceſſorem, qui non habet cauſam à debitore.*

15 *Pactum de capiendo propria authoritate exercetur contra hæredem in bonis defuncti, non ipſius hæredis.*

16 *Tranſmittitur ad creditoris hæredem.*

17 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem non procedit contra tertium poſſeſſorem.*

18 *Qui cœpit ordinariè agere, non poteſt revertere ad viam executivam.*

19 *Pactum, debitore non ſolvente, non citato, nec audito, judex poſſit facere executionem in bonis illius, non valet, remiſſivè.*

20 *Pacta in ſpiritualibus non valent, nec in re turpi.*

21 *Pactum contra legem, vel bonos mores nullius momenti eſt. Pacta contra turpem cauſam, & publicam utilitatem non ſunt ſervanda, ibid.*

22 *Pactum de re impoſſibili non valet.*

23 *Neque de rebus, in quibus comercium habere non poſſumus.*

24 *Pactum nequis pro delicto teneatur, non valet.*

25 *Pactum cum procuratore de quota litis non valet, & tamquam deprædator ab officio privatur.*

26 *Pacta obſcura, & ambigua interpretantur contra apponentem illa.* Pa-

27 *Pactum, ut ſolutio probari non poſſit, niſi per ſcripturam, non valet.*

1 SI conventum ſit inter partes, quòd creditor poſſit propria authoritate debitorem pignorare in termino non ſolventem, ex tali conventione creditor pignorare non poterit per ſe debitorem, ut probatur ex hoc textu, *text. in leg. creditores, cod. de pignor. l. pen. cod. de pignor. act.*

2 Quando verò creditor pignus deobligatum invenerit, & nemo ſit, qui reſiſtat, ne aliàs rixa, vel tumultus ex pignoratione ſuboriatur, tunc creditori licet poſſeſſionem ingredi ex hujuſmodi pacto authoritate propria, & poteſt à pignorum captura incipere, ut probatur ex hoc textu, *verſic. Salvo achando.* Cald. *de empt. cap.* 25. *n.* 34.

3 Sed ultra hunc caſum non poterit creditor per ſe ipſum pignorare debitorem, nec ingredi poſſeſſionem ſine authoritate juſtitiæ, licèt ex conventione poteſtatem habeat pignorandi, vel ingrediendi poſſeſſionem, ut probatur ex noſtro caſu *in verſic. E em outra maneira.*

4 Utrùm ſit neceſſarium, quòd reſiſtentia ſit cum armis, vel ſufficiat, quòd ſolo verbo fiat? Reſpondetur primò, quòd reſiſtentia cum armis impediat pignorationem authoritate propria per creditorem faciendam non eſt dubium. Bart. *in l.* 3 *n.* 18. *&* 19. *de pignor.* Valaſc. *conſ.* 173. *n.* 18. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 62. *n.* 28. Intellige quando reſiſtit ex juſta cauſa. Scacc. *ſuprà.*

5 Quando verò reſiſtit ſine juſta cauſa, ut quia dicat verum non eſſe, quod ſibi fuerit pecunia mutuo data, vel quid ſimile, tunc creditor poterit, hac contradictione non obſtante, ingredi, ſive reſiſtat cum armis, ſive ſolo verbo. Scacc. *ſuprà n.* 28.

Contrarium tenet Neguſ. *de pignor. p.* 4. *ſub n.* 14. ſcilicet, ſi reſiſteret de facto; tunc enim creditor non poſſet cum armis ingredi; quia iſtud poſſet eſſe cauſa maioris rixæ, & tumultus, quod jure non licet, nec permittitur, quamvis de hoc eſſet initum expreſſum pactum, nempe quod creditor poſſit ingredi invito debitore, & reſiſtente de facto, quia tale pactum non valet; *l. convenire, ff. de pact. dot.* 6

Reſpondetur ſecundò, quòd quando ſolo verbo reſiſtentia fit per debitorem, hoc pignorationem non impedit, ut tenet Bart. *ſuprà loc. cit.* & Neguſ. *d. n.* 14. 7

Secundum verbum noſtræ Ordinationis ibi: *Sem alguma contradiçaõ*, & ibi Valaſc. *ſuprà n.* 18. verbalis reſiſtentia impedit pignorationem à creditore propria authoritate faciendam. 8

Quæ quidem reſiſtentia ſufficit, quòd ſit facta non neceſſariò per debitorem, ſed per quemcumque alium ex generalitate noſtri textus in hoc princip. ibi: *Sem contradiçaõ*, ut ita tenet Mor. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 5. 9

An non obſtante reſiſtentia verbali, vel cum armis, poſſit virtute pacti conventi poſſeſſio capi comitantibus juſtitiæ Miniſtris? Dic, quòd cum Miniſtris juſtitiæ comitantibus, data reſiſtentia, pignoratio virtute pacti fieri poteſt; quia illa eſt juſtitiæ prærogativa, quòd militari manu poſſit reſiſtentes cohibere, & aliquando occidere. *Ord. lib.* 5. *tit.* 49. §. 11. Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *ſub. n.* 6. 10

Nota, ut tantummodo liceat poſſeſſionem ingredi propria authoritate in pignus, quando debitum eſt liquidum, ſecus quando eſt illiqui- 11

quidum niſi, & in hoc pacto caveatur. Bart. *in l. creditores, cod. de pignor.* Scacc. *de judic. cap.* 62. *n.* 30.

12 Nota iterum, quòd, ut creditor poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem, neceſſarium eſt, quòd in conventione exprimatur; nec ſufficit pactum, quòd debitore in termino non ſolvente, parata ſit executio, ſicut in ſententia; quia hujuſmodi parata executio ad judicem refertur. Scacc. *d. cap.* 62. *n.* 31.

13 Extende primò, quòd executio talis pacti exerceri poteſt contra hæredem debitoris, quando hæres eſt ejuſdem conditionis, cujus erat debitor; nempe, quia eſt maior, prout erat debitor. Neguſ. *de pignor.* 4. *p. n.*17. Farin. *de furt. quæſt.* 175. *p.* 3. *n.* 191. ubi dicunt, quòd privilegium hæredis ſuccedentis debitori non extinguit, nec impedit jus pacti executivi.

14 Extende ſecundò, quòd pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem non habentem cauſam à debitore; *text. in l. ſæpe in fin. ff. de re judic.* Neguſ. *ſuprà ſub n.* 20. *verſic. remanet ergo concluſio.* Farin. *etiam ſuprà n.* 193.

15 Intellige, ut pactum de capiendo propria authoritate poſſit exerceri contra debitoris hæredem non in bonis propriis ipſius hæredis, licèt non fecerit inventarium, ſed ſolùm in bonis ipſius debitoris defuncti. Farin. *ſuprà* cum multis, *n.* 192.

16 Extende tertiò, quòd tale pactum de ingrediendo propria authoritate, & ejus facultas tranſmittitur etiam in creditoris hæredem. Neguſ. *ſuprà ſub n.* 20. *verſic. nona concluſio.*

17 Sed hoc hujuſmodi pactum injectionis manus, vel ingrediendæ poſſeſſionis contra tertium poſſeſſorem non procedit. Neguſ. *ſuprà ſub n.*21. *verſic. remanet ergo concluſio.* Mor. *ſuprà n.*10.

Quæres, an creditori valenti 18
agere executivè, ſi cœperit agere ordinariam, liceat reverti ad viam executivam? Reſpondetur quòd non; quia qui poteſt agere ſummariè, ſeu executivè, & agit via ordinaria, ordinariam tenetur proſequi, ſibique imputet, qui illam elegit, ut cum multis tradit Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.*76. *ſub n.*9.

Adverte, quòd non valet pa- 19
ctum, quòd ſi debitor non ſolvat, poſſit judex debitore non audito, nec citato, facere executionem in bonis debitoris; debet enim præcedere citatio, & ſummaria cognitio; *l. à divo Pio, §. rebus, ff. de re jud.* Petr. Barb. *in l. alia, §. eleganter, ſub n.* 47. *ff. ſolut. matr.*

Neque valent pacta in ſpiritua- 20
libus tamquam illicita; *cap. pactiones*, ubi DD. *de pact. cap. præter ea de tranſact.* nec in re turpi, ſeu quando continent animæ detrimentum; *cap. fin. ubi gloſ. verb. legitimas de pact. l. generaliter, ff. de verb. oblig. l. pacta quæ, cod. de pact.*

Pactum contra legem, ſeu con- 21
tra bonos mores nullius eſt momenti; *l. pacta quæ*, ubi Bart. & omnes, *cod. de pact.* pactaque continentia turpem cauſam, aut contra publicam utilitatem non ſunt obſervanda; *l. ſi unus, §. pacta quæ turpem*, ubi Bart. Bald. & omnes, *ff. de pact.*

Neque pactum valet in re im- 22
poſſibili de jure, vel de facto; *l. impoſſibilium, ff. de reg. jur. l. impoſſibilis, ff. de verb. oblig. cap. nemo poteſt de reg. jur. in* 6.

Neque valet pactum in rebus, 23
quarum commercium per rerum naturam habere non poſſumus; *l. quod nullius, & l. impoſſibilium, ff. de reg. jur.*

Ne-

24 Neque valet pactum, ne aliquis pro delicto teneatur, nec eſt alicujus momenti; quia invitaret homines ad delinquendum, & aperiret tale pactum viam iniquitati, & ad delicta perpetranda, quod nefas eſt; ideo tale pactum valere non poteſt; *l. ſi unus*, §. *illud.* ubi *gloſ. verb. ne dolus*, *ff. de pact. l. illud convenire*, *ff. de pact. dotal.* & *l. nec ex prætorio*, *ff. de reg. jur.*

25 Neque valet pactum initum cum procuratore, de quota litis, & procurator, qui tale pactum inivit, privari debet officio tamquam deprædator; *l. ſumptus*, *ff. de pact. Ord. lib.* 1. *tit.* 48. §. 11. *l. litem*, & *licet*, *cod. de procurat.*

26 Nota, quòd pacta obſcura, vel ambigua interpretantur contra illum, qui illam appoſuit, & potuit apertius declarare ambiguitatem pacti, conventionisque; *l. veteribus*, *ff. de pact. l. Labeo*, *ff. de contrab. empt. l. ſi arborem*, §. *hæc lex*, *ff. de ſervit. urb. præd.*

27 Nota ultimò, quòd pactum initum inter partes, ut ſolutio probari non poſſit, niſi per ſcripturam, non valet. Abb. *in cap. ſi diligenti de for. compet.* Begnudel. *Bibliothec. jur. tom.* 3. *verb. pacta*, §. 1. *n.* 19.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Creditor poſt ſententiam propria authoritate non poteſt facere executionem, neque valebit pactum.*

2 *Facere executionem ad juriſdictionem pertinet.*

3 *An dominus per ſe, & authoritate propria conductoris bona capere poſſit?*

Collige ex hoc §. 1. quòd neque poſt ſententiam judicis poſſit creditor executionem facere in bonis debitoris propria authoritate, neque pactum valebit. Barb. *in l. alia*, §. *eleganter*, *ſub n.* 47. *verſic. quinimo* Begnudel. *verb. pacta*, §. 1. *n.* 18. Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 295. 1

Ratio eſt, quia facere executionem pertinet ad jurisdictionem; *l. à divo Pio in princip. de re judic.* quam conſenſus privatorum tribuere non poteſt, *l. privatorum*, *cod. de juriſd. omn. judic. Ord. in hoc* §. 1. Begnudel. *ſuprà d.* §. 1. *n.* 18. Barb. *in d. l. alia*, §. *eleganter*, *ſub n.* 47. *verſic. quinimo*, *ff. ſolut. matr.* Altim. *ſuprà n.* 296. 2

In caſu verò locationis domuum, conductore tempore convento penſionem domino non ſolvente, non ideo dominus per ſe, & propria authoritate conductoris bona capere poteſt, ne exinde diſcordiæ oriantur, ſed ſolùm ſuo juſſu hoc facere debet loci apparitor abſque alia authoritate judiciali, nullo ordinato proceſſu, ut tradit *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 23. §. 3. Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 45. Silv. cum multis ad prædictam *Ord. num.* 1. ſic intellecta noſtra Ordinatione in hoc §. 1. *verſic. Salvo.* 3

Ad

Ad tit. 58.

De occupantibus vi poſſeſſionem rei, quam alter poſſidet.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Spolians aliquem de poſſeſſione rei propria authoritate, reſtituere tenetur, & dominium amittere, quando erat dominus.*

2 *Invadens poſſeſſionem rei alienæ cum fructibus reſtituere, æſtimationem rei, & omnia damna ſolvere compellitur.*

3 *Ampliatur* 1. *in prodigo, remiſſivè.*

4 *Ampliatur* 2. *in muliere occupante violenter rem ſuam, vel alienam.*

5 *Ampliatur* 3. *in hermaphrodito.*

6 *Ampliatur* 4. *in milite, & ruſtico.*

7 *Ampliatur* 5. *in uſufructuario.*

8 *Procedit etiam contra proprietarium uſufructuarium ab uſufructu expellentem.*

9 *Quid in uſufructuario expellente proprietarium gratia ſui juris conſervandi, remiſſivè.*

10 *Ampliatur* 5. *ampliatio ut hic.*

11 *Ampliatur* 6. *in feudatario expulſo à domino directo, remiſſivè.*

12 *Ampliatur* 7. *in emphyteuta, remiſſivè.*

13 *Quod amplia in emphyteuta expulſo ab emphyteuſi per dominum directum.*

14 *Ampliatur* 8. *in debitore propria authoritate occupante rem ſuam in pignus traditam.*

15 *Ampliatur* 9. *ut actio tranſeat ad hæredes expulſos.*

16 *Sed non datur contra hæredes, niſi quantum ad eos pervenerit.*

17 *Ampliatur* 10. *in univerſitate propria authoritate invadente rei ſuæ, vel alienæ poſſeſſionem.*

18 *Ampliatur* 11. *in occupante ante litem motam, poſt litem, & poſt ſententiam.*

19 *Ampliatur* 12 *in furioſo dilucida intervalla habente.*

20 *Limitatur* 1. *in patre, ſeu patrono authoritate propria occupantibus res filii, vel liberti.*

21 *Limitatur* 2. *in Abbate, Prælato &c. invadentibus res Eccleſiæ.*

22 *Limitatur* 3. *in commodatario, depoſitario, colono, vel inquilino.*

23 *Secus ſi fuerint expulſi ab extraneo, remiſſivè.*

24 *Limitatur* 4. *in Chriſtiano ſuum mancipium auferente à Judæo.*

25 *Limitatur* 5. *in procuratore, ſeu negotiorum geſtore, remiſſivè.*

26 *Limitatur* 6. *in occupante authoritate, & licentia judicis.*

27 *Licentia Principis de intrando propria authoritate, & per vim, valet, & excuſat.*

28 *Decretum judicis nullum, invalidum, & injuſtum occupantem propria authoritate non excuſat.*

29 *Contrarium traditur, remiſſivè.*

30 *Judicis decretum ſine cauſæ cognitione non excuſat rei invaſorem ab altero poſſeſſæ.*

31 *Decretum judicis notorie injuſtum*

ſtum non excuſat invaſorem aliquo pacto, remiſſivè.

32 *Quando conſtat ſpoliatum nullum jus habere, licentia judicis ingrediendi etiam nulla ex defectu citationis excuſat ingredientem.*

33 *Spoliatus miſſus in poſſeſſionem à judice, parte non citata, non incurrit pœnas, quando aliquis ingreditur de licentia judicis, parte non citata.*

34 *Licentia judicis incompetentis creditorem non excuſat rem ſibi debitam à debitore auferentem.*

35 *Limitatur 7. in credente ſe poſſidere, & verè non poſſidet.*

36 *Limitatur 8. in ingrediente poſſeſſionem, quam vacantem credebat, ſed non erat.*

37 *Limitatur 9. in accipiente equum ſoli vagum in paſcuis credente eſſe ſuum, remiſſivè.*

38 *Limitatur 10. in occupante hæreditatem, hæreditate jacente, remiſſivè.*

39 *Limitatur 11. ubi judicis copia haberi non poteſt, & alio modo rem ſuam conſequi quis non poſſit.*

40 *Limitatur 12. in beneficialibus, remiſſivè.*

41 *Spoliator allegans dominium ſe habere in re, non auditur.*

Sed ante omnia ſpoliatus eſt reſtituendus, nec ante reſtitutionem auditur ſpoliator, ibid.

42 *Reſtitutio fieri debet de re ſpoliata, fructibus, expenſis, damnis, & intereſſe.*

43 *Procedit in ſpoliato à judice, juris ordine non ſervato.*

44 *Spoliatus à judice, juſta de cauſa, & judicialiter non reſtituitur.*

45 *Hæreticus non reſtituitur, quando fuerit ſpoliatus, remiſſivè.*

46 *Interdictum unde vi, ſive vis nova intra annum intentandum eſt à die commiſſi ſpolii.*

47 *De plano proceditur, & unica dilatio aſſignatur ad probandum, tam in loco judicii, quàm extra.*

48 *Sed dato juſto impedimento, reformatur dilatio.*

49 *Actionem ſpolii intentans probare tenetur poſſeſſionem, & dejectionem, aliàs cadit à cauſa, & non ſufficit unum probare.*

50 *Requiritur poſſeſſio antiqua ex parte actoris, & ſpoliatio ex parte rei.*

51 *Spolium probatur, quando in judicio negatur actoris poſſeſſio.*

52 *In hoc Regno ſpoliatus à judice reſtituitur, in inſtrumento, vel petitione gravaminis.*

53 *Spoliatus proteſtare debet ſe non intendere agere de proprietate, ſed de ſpolio.*

54 *Reſtitutio impeditur, ſi tertius veniat ad judicium opponens de proprietate, ſuper qua cognoſcendum eſt, & judicanda.*

55 *Judex ſecularis cognoſcit de ſpolio commiſſo à Clerico intra annum.*

Procedit etiam quando Clerici inter ſe ſuper poſſeſſione beneficii, vel rei ſpiritualis litigant, ibid.

56 *Minor licèt intra annum non agat contra ſpoliatorem, reſtituitur, etiam ſi actor ſit.*

57 *Prædictus annus minori non currit, licèt poſt annum elapſum agat, intra annum agere cenſetur.*

58 *Pœna amiſſionis totius juris intelligitur per ſententiam judicis.*

59 *Pœnæ, de quibus hactenus, obſervantur in hoc Regno, & in Regno Caſtellæ.*

60 *Quando agendum ſit de pœnis, proceſſus erit ordinarius, non ſummarius.*

Poſt reſtitutionem ſpolii poteſt agi ad pœnam, ibid.

61 *Agens petitorio ad actionem ſpolii poteſt tranſire, & pro interim in expenſis condemnatur.*

62 *Vis vetus competit extra annum, remiſſivè.*

63 *Quilibet ſpoliator in vi nova intra annum tenetur reſpondere in judicio rei ſitæ, licèt ibi non inveniatur.*

64 *Actor in actione ſpolii intra annum electionem habet ad agendum, vel in loco ubi conventus domicilium habet, vel ubi bona ſita ſunt.*

65 *Sed in vi veteri ſpoliator non tenetur reſpondere in loco rei ſitæ, ſi ibi non inveniatur.*

66 *Clericus in vi veteri coram judice ſibi competenti reſpondet.*

67 *Quando agenti opponitur exceptio excommunicationis, interim non auditur, nec reſtituitur.*

68 *Actor non reſtituitur, quando patitur ſuper exceptione dominii procedi, probato illo.*

69 *Alius caſus, in quo ſpoliatus non reſtituitur, remiſſivè.*

70 *Traditur exceptio, qua oppoſita, ſpoliatus non reſtituitur.*

71 *Spoliatus poſt ſpoliationem contractum faciens, quòd agere nolit poſſeſſorio, non reſtituitur.*

72 *Nec quando conſenſum præſtitit, ut fuiſſet ſpoliatus, ſed paſſus fuit, neque proteſtavit.*

73 *Neque quando jus reſiſtit ſpoliato, & ſpoliatori aſſiſtit, tunc non reſtituitur, niſi prius de titulo doceat.*

74 *Neque quando ſpoliatus agit ſimul petitorio, & poſſeſſorio, & probato dominio per ſpoliatorem, ſpoliatus non reſtituitur.*

75 *Neque quando reſtitutio rei petitæ ſine irreparabili præjudicio fieri non poſſit, remiſſivè.*

76 *Spoliatus beneficio Eccleſiaſtico ante ſpoliationem ſuo beneficio renuntians, non reſtituitur.*

77 *Secus quando poſt ſpoliationem renuntiavit.*

78 *Appellatio ſolùm admittitur quoad effectum devolutivum in ſententia lata in cauſa ſpolii intra annum.*

79 *Caſus, in quibus appellatio recipitur in effectu ſuſpenſivo, remiſſivè.*

80 *In ſpolio non admittitur reconventio de alio ſpolio.*

Sed ſpolium ſuper alia re diverſa admittit reconventionem de diverſo ſpolio, ibid.

QUi aliquem violenter de poſſeſſione rei ſuæ ab altero poſſeſſæ propria authoritate ſpoliavit, illam poſſeſſori reſtituere tenetur, & ejuſdem rei dominium amittere, ſi erat dominus, ut non ſolùm probatur ex hoc textu in princip. ſed etiam, ex *text. in l. ſiquis in tantam, cod. unde vi*, & ibi *gloſ.* Thom. Valaſc. *al. leg.* 58. *n.* 24. cum multis Farin. *de furt. quæſt.* 175. *p.* 1. *n.* 3. §. *ſed ex conſtitutionibus. Inſtit. de interdict.* 1

Qui verò rei alienæ poſſeſſionem invadit, non ſolùm poſſeſſionem unà cum fructibus perceptis reſtituere tenetur, ſed etiam ipſius 2

rei

rei æſtimationem, & omnia damna ſolvere compellitur, ut deducitur ex noſtro textu; *text. in d. l. ſiquis in tantam, cod. unde vi.* Farin. *ſuprà*, §. *ſed ex conſtitutionibus. Inſtit. ſuprà.*

3 Amplia primò in prodigo, qui efficaciter tenetur ad pœnam hujus legis, ut cum multis Farin. *ſuprà n.* 4. cum multis Barb. *ad hanc Ord. n.* 2.

4 Amplia ſecundò, ut procedat, & locum habeat in muliere propria authoritate occupante violenter rem ſuam, vel alienam; *gloſ. in d. l. ſiquis in tantam, cod. unde vi, gloſ. magna in princip. verſic. quæro ergo de fœmina.* Menoch. *de recup. remed.* 9 *n.* 9.

5 Amplia tertiò in hermaphrodito ex *gloſ. in d. l ſiquis in tantam in gloſ. magna in princip. verſic. quæro ergo de fœmina* Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 9. *n.* 14. Farinac. *ſuprà* cum multis, *n.* 8.

6 Amplia quartò in milite, & ruſtico, qui etiam tenentur pœna; *d. l. ſiquis in tantam*, occupando res proprias, vel alienas propria authoritate; *gloſ. in d. l. ſiquis in tantam, gloſ magna, verſic. ſecundo de milite, & ruſtico, cod. unde vi.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 9. *n.* 17. *&* 32. ubi præſertim de ruſtico diligenti, & ſagace, vel clam, & occultè poſſeſſionem alicujus ingrediente.

7 Amplia quintò, in uſufructuario, qui ſi ab aliquo expellatur contra expulſorem, habet conditionem, ex *d. l. ſiquis in tantam*, modo utilem, & modo directam. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 9. *n.* 295. cum multis farin. *ſuprà n.* 14.

8 Amplia rurſus hanc proximam ampliationem procedere etiam contra proprietarium, qui uſufructuarium ab uſufructu expulit; tradit Farin. *ſuprà n.* 17.

Quando verò è contra uſufructuarius expellit proprietarium gratia ſui juris conſervandi tantùm, non punitur in alio, niſi in amiſſione ſui juris, & uſusfructus; ſecus verò ſi animo etiam privandi illum proprietatis; tunc enim tenetur etiam ad æſtimationem proprietatis; probat cum multis Farin. *ſuprà n.* 18. 9

Amplia iterum prædictam quintam ampliationem, quando uſufructuarius propria authoritate expellit extraneum poſſidentem rem, in qua uſumfructum habet; quia tunc non eſt dubium, quòd amittit jus ſuum, ſed cui applicabitur proprietario, an vero expulſo? Dic, quòd proprietario applicabitur uſusfructus, ſed æſtimatio expulſo applicabitur; ex *gloſ. in d. l. ſiquis in tantam, gloſ magn. p. ult. in* 4. *quæſt. cod. unde vi.* 10

Amplia ſextò in feudatario expulſo à proprietate à domino directo, contra quem eidem feudatario dabitur remedium; *d. l. ſiquis in tantam*, & ibi *gloſ. magna p.* 2. *in* 2. *quæſt. verſic. idem in ſuperficiario, & feudatario*, ubi idem ſi expellatur à tertio extraneo. 11

Amplia ſeptimò in emphyteuta, qui ſi ab aliquo expellatur à poſſeſſione rei, quam habet in emphyteuſim, contra expulſorem habet conditionem ex hac lege, & ex *l. ſiquis in tantam, cod. unde vi*, modo utilem, & modo directam. 12

Amplia hanc ſeptimam ampliationem in emphyteuta, qui ſi expellatur ab emphyteuſi à domino directo, poteſt contra expulſorem intentare remedium hujus, & pœnas contentas in *d. l. ſiquis in tantam*, ubi *gloſ. magna p* 2 *verſic. idem in ſuperficiario feudatario, & emphyteuta.* 13

Amplia octavò in debitore propria authoritate occupante rem 14

ſuam in pignus creditori traditam, ut cum multis DD. Farin. *ſuprà n.* 41.

15 Amplia nonò, ut actio ad pœnas contentas in hac lege, & in *d. l. ſiquis in tantam*, tranſeat etiam ad hæredes expulſos. Gloſſ. *in eadem l. in gloſ. magna p. ult. quæſt.* 6. *cod. unde vi.*

16 Sed contra hæredes talis actio non datur, quia eſt pœnalis, niſi in quantum ad eos pervenerit, ex juribus allegatis per *gloſ. in d. l. ſiquis in tantam, gloſ. magna p. ult. quæſt.* 6. *verſic. item an contra hæredes, cod. unde vi.*

17 Amplia decimò in univerſitate, quæ ſi propria authoritate invaſerit rei ſuæ, vel alienæ poſſeſſionem, incidit in pœnas; *d. l. ſiquis in tantam, cod. unde vi.* Farin. *ſupr. n.* 44.

18 Amplia undecimò in occupante propria authoritate non ſolùm ante litem motam, ſed etiam poſt, ſive ante, ſive poſt ſententiam; quia tunc ſine judicis decreto, aut licentia, nemo poteſt authoritate propria judicis ſententiam exequi; ex *gloſ. in d. l. ſiquis in tantam, verb. ante adventum, cod. unde vi*; & cum multis Farin. *de furt. d. quæſt.* 175. *n.* 51.

19 Amplia duodecimò in furioſo habente dilucida intervalla; quia tunc præſumitur invaſiſſe tempore ſanæ mentis; cum multis Farin. *ſuprà n.* 91.

20 Sic ampliata noſtra Ordinatione, illam limita jam primò, ut non procedat in patre, ſeu patrono propria authoritate occupantibus res filii, aut liberti, qui non tenetur prædictis pœnis; *l. ſiquis in tantam*, ſed tantùm contra illos datur actio in factum; *gloſ. magna in d. l. verſic. quarto, aut pater filio, cod. unde vi.*

21 Limita ſecundò in Abbate, Prælato, Monacho, Tutore, & ſimilibus, qui ſi reſpectivè propria authoritate invaſerint res Eccleſiæ, ſeu pupilli, non faciunt incidere in pœnas, *l. ſiquis in tantam*, Eccleſiam, ſeu pupillum, ſed ad pœnas de ſuo tenebuntur Abbas, Prælatus, Tutor, ſeu Monachus, poſſeſſioque expulſis reſtituenda eſt; *gloſ. magn. in d. l. p.* 1. *verſic. ſeptimo de Abbate, cod. unde vi.*

Limita tertiò in commodatario, 22
depoſitario, ſeu colono, vel inquilino, qui cum poſſidere non dicantur, hoc ideo ſi propria authoritate expellantur à commodante, deponente, ſeu locatore, non habent contra eos actionem ad pœnas *in d. l. ſiquis in tantam*, niſi eorum poſſeſſionem interverterint; *gloſ. magna, in dict. l. p.* 2. *quæſt* 3. *cod. unde vi.*

Si verò commodatarius, depo- 23
ſitarius, colonus, ſeu conductor expulſi fuerint, non à domino, ſed ab extraneo, tunc enim ille extraneus incurrit pœnas; *d. l. ſiquis in tantam*, applicandas commodanti, deponenti, ſeu locatori, non autem commodatario, depoſitario, ſeu colono, niſi ipſi conſtituentes poſſidere domini poſſeſſionem intervenerint; *gloſ. magn. in d. l. quæſt.* 3. *verſic. ſed ſi extraneus, cod. unde vi.*

Limita quartò in Chriſtiano pro 24
pria authoritate auferente ſuum mancipium Chriſtianum à Judæo; *gloſ magn. in d l. ſiquis in tantam p. ult. quæſt.* 4. *verſic. item ſi Judæus.*

Limita quintò in procuratore, 25
ſeu negotiorum geſtore, qui ſi, me non jubente, aut mandante, rem alicujus nomine meo invaſerit, tenebitur, & non ego; quia procurator, ſeu negotiorum geſtor non cenſentur habere mandatum ad faciendum incurrere ſuum principalem in pœnam. Odofred. *in l. ſiquis in tantam, n.* 12. *verſic. ſed quid*

quid ſi procurator meus, *ff. unde vi*; ubi ſecus ſi procurator, vel negotiorum geſtor, jubente, vel ratum habente principali, rem alterius invaſerint.

26 Limita ſextò in occupante rem propriam, vel alienam authoritate, & licentia judicis; *l. ſiquis in tantam*, *cod. unde vi* in verbis ante adventum judicialis arbitrii, ſumpto argumento à contrario ſenſu, & ibi *gloſ. magn. p. 2. quæſt.* 1. *verſic. ſuper tempore.*

27 Extende hanc proximam limitationem in licentia conceſſa à Principe intrandi propria authoritate, & etiam per vim, quæ ſine dubio valet, & excuſat Rip. *in cap. ſæpe*, *n.* 87. *de reſtit. ſpol.* Farin. *de furt. quæſt.* 175. *n.* 148.

28 Adverte tamen, quòd decretum judicis nullum, invalidum, ſeu injuſtum non excuſat occupantem propria authoritate rem ſuam, vel alienam ab alio poſſeſſam; *gloſ. magn. in d. l. ſiquis in tantam*, *cod. unde vi*, *p.* 3. *quæſt.* 1. *in fin. verſic. aut ergo nullum eſt decretum.*

29 Sed quòd judicis decretum invalidum excuſet, probat Rip. *in cap. ſæpe*, *n.* 86. *verſic. item dubium eſt*, ubi loquitur de decreto injuſto, & teſtatur de communi; ſed ut clarius procedamus, adverte concluſiones ſequentes.

30 Sit prima concluſio, quòd decretum judicis ſine citatione, & cauſæ cognitione interpoſitum non excuſat invaſorem rei ab altero poſſeſſæ. Odofred. *in l. ſiquis in tantam*, *poſt n.* 2. *&* 23. *verſic. verbi gratia* Rip. *in cap.* 7. *n.* 86. *verſic. ſi vero intravit extra de reſt. ſpol.*

31 Secunda concluſio, quòd quando decretum judicis eſt notoriè injuſtum, tunc non excuſat aliquo pacto invaſorem rei ab altero poſſeſſæ; notoria enim juſtitia æquiparatur nullitati. Rip. *in cap. ſæpe*, *n.* 86. *verſic. item dubium eſt de reſt. ſpol.*

Tertia concluſio, quando conſtat ſpoliatum nullum jus habere, tunc licentia judicis ingrediendi propria authoritate etiam nulla ex defectu citationis excuſat ingredientem. Rip. *in cap. ſæpe*, *n.* 86. *verſic. item ſcias*, *ſed dubitat. de hac concluſione.* 32

Quarta concluſio, quando ſpoliatus fuiſſet miſſus in poſſeſſionem à judice, parte non citata, tunc ſiquis eandem poſſeſſionem ingrediatur pariter de licentia judicis, parte non citata, non incurrit pœnas. Rip. *in cap. ſæpe de reſt. ſpol. n.* 86. *verſic. bene verum eſt.* 33

Quinta concluſio, quòd decretum, ſeu licentia judicis incompetentis non excuſat creditorem rem ſibi debitam ſeu obligatam à debitore auferentem; Farin. *ſuprà de furt. d. quæſt.* 175. *n.* 128. ubi quòd paria ſunt judicem non adire, vel illum adire, qui non legitimus ſit; *l. quoties*, *ff. qui ſatisd. cog.* 34

Limita ſeptimo in eo, qui credit ſe poſſidere, cum vere non poſſideat, alterius poſſeſſionem invaſit, quia is non tenetur pœna; *l. ſiquis in tantam*, & ibi *gloſ. magn. p.* 1. *verſic.* 8. *quod ſi credens me poſſidere*, *cod. unde vi.* 35

Limita octavò in ingrediente propria authoritate poſſeſſionem, quam credebat vacantem, cum non eſſet; quia non tenetur *gloſ. magn. in l. ſiquis in tantam p.* 1. *quæſt.* 8. 36

Limita nonò in inveniente equum ſoli vagum in paſcuis, & illum accipiente, dum ſuum eſſe credidit; quia is non incurrit pœnas, nulli enim violentiam facit, ſed dabitur contra ipſum, aut conditio ſine cauſa, vel utilis conditio, & verius reivendicatio; *gloſ. magn. in d. l. ſi-* 37

ſiquis in tantam, *cod. unde vi p. 2. quæſt.* 5.

38 Limita decimò in occupante propria authoritate aliquam rem hæreditariam, hereditate jacente; quia tunc non incurrit pœnas, nulli enim facta fuit violentia, *arg. text. in l.* 1. §. *ſcævola*, *ff. ſiquis teſtamento liber eſſe paſſus fuerit.*

39 Limita undecimò, quando copia judicis haberi non poteſt, vel quando alio modo quis rem ſuam conſequi non poſſit; quia tunc invadens rem ſuam propria authoritate non incurrit pœnas; *l. ſiquis in tantam*, *cod. unde vi*, ubi Odofred. *n.* 23. *ad finem verſic. quid autem ſi invadit.*

40 Limita duodecimò in beneficialibus; quia beneficium violenti occupatoris poteſt ante ſententiam declaratoriam, & etiam non citató poſſeſſore alteri conferri, ut cum multis juribus, & DD. Farin. *de furt. d. quæſt.* 175. *n.* 137.

41 Nec auditur ſpoliator conventus de ſpolio allegans adverſus ſpoliatum dominium ſe habere in re, ſed ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, & ante reſtitutionem non eſt audiendus ſpoliator; *Ord. in hoc princip. verb. E poſto que*, *l. ſiquis ad ſe fundum*, *cod. ad l. Jul. de vi publica* Thom. Valaſc. *alleg.* 75. *n.* 2. cum multis Peg. *for. cap.* 11. *n.* 211. Cardoſ. *verb. interdictum*, *n.* 45. cum aliis Cordeir. *de interdict. dubit.* 45. *n.* 1.

42 Hæc reſtitutio non ſolum eſt facienda de re ſpoliata, & fructibus, ſed etiam tenetur ſpoliator reficere omnes expenſas, damna, & intereſſe paſſa per ſpoliatum uſque ad obolum. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. conquerente de reſt. ſpoliat. n.* 4. & cum multis aliis tradit Peg. *for. cap.* 11. *n.* 213.

43 Quod procedit etiam in ſpoliato à judice, juris ordine non ſervato, quia ante omnia eſt reſtituendus cum fructibus perceptis, & percipiendis, & cum omnibus damnis cauſa violentiæ illatis, ut tradit cum multis Cardoſ. *verb. interdictum*, *n.* 37.

Si verò de juſta cauſa à judice fuit ſpoliatus, & judicialiter fuit proceſſum, non reſtituitur; *cap. dilectus filius de reſcript.* & *l. fin. cod. ſi per vim*, & *l. continet*, §. *ſed vim*, *ff. quod met. cauſ.* 44

Sicut etiam neque hæreticus eſt reſtituendus in bonis, ſi fuerit ſpoliatus, cum per hæreſim ipſo jure amittat dominium omnium bonorum; *cap. cum ſecundum de hæret. lib.* 6. tradit cum multis Cardoſ. *verb. interdictum*, *n.* 41. 45

Nota, quòd interdictum unde vi, ſive vis nova intra annum intentari debet à die commiſſi ſpolii ſummariè, & ſine figura judicii; *Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *in princip.* & ibi Silv. *n.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 58. *n.* 93. 46

In hoc interdicto unde vi de plano proceditur, & unica dilatio peremptoria aſſignatur ad probandum; *Ord. lib.* 3. *tit.* 48. §. 2. & ibi Silv. *n.* 1. quæ quidem ex ſtylo curiarum conceditur, ut teſtes interrogentur tam in loco judicii, quàm extra. Phœb. 1. *p. areſt.* 39. *in fin.* Mend. à Caſtr. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 17. Thom. Valaſc. *alleg.* 58. *n.* 13. 47

Dato tamen juſto impedimento, vel ex beneficio reſtitutionis reformatur talis dilatio; *gloſ. fin. in l.* 1. *cod. ſi momentan. poſſ.* Thom. Valaſc. *alleg.* 58. *n.* 14. & Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *ad* §. 2. *n.* 3. 48

Intentans actionem ſpolii, ſive interdictum unde vi, & dicens ſe eſſe ſpoliatum, duo probare tenetur, ſcilicet poſſeſſionem, & dejectionem; aliter cadet à cauſa, nec ſufficit unum tantum probare. Cardoſ. 49

doſ. *verb. interdictum*, *n.* 22. Mend. à Caſtr. 1.*p. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 1.

50 Requiritur ergo in violentia illata poſſeſſio antiqua ex parte actoris, & ſpoliatio ex parte rei; *gloſ. verb. poſſeſſionem in cap. conſultationibus de offic. delegat. l. meminerint*, *cod. unde vi*, *l.* 1. §. *interdictum autem hoc*, *ff. de vi*, *& vi armat.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 172. *n.* 1. & ubi non eſt poſſeſſio, non poteſt eſſe violentia; *d. l.* 1. §. *dejicitur*, *ff. de vi*, *& vi armat.* Menoch. *in præludi recuper. poſſ. n.* 1.

51 Nota, quòd ſpolium probatur ex eo, quod in judicio negatur actoris poſſeſſio, ut tradit cum aliis Peg. *for. cap.* 11. *n.* 209.

52 Nota iterum, quòd, in hoc Regno, ſpoliatus à judice per inſtrumentum, vel petitionem gravaminis reſtituitur. Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 25. tradit cum aliis Peg. *ſuprà n.* 210.

53 Nota ulterius, quòd ſpoliatus proponens in judicio actionem ſui ſpolii debet clarè, & apertè proteſtare, quòd non intendit ingredi judicium petitorium, ſed solùm reſtitui ad ſpolium; & quòd non pronuntietur, nec agatur de proprietate, tradit cum multis juribus Cardoſ. *verbo interdictum*, *n.* 43. ubi multa.

54 Spolii reſtitutio impeditur, quando tertius venit ad judicium; tunc enim agi poteſt de dominio per oppoſitionem tertii, cognoſcendumque eſt de proprietate, ſuper qua tertius ſe opponere poteſt, & tunc judicanda eſt proprietas ipſa, cui competit; cum multis Peg. *ſuprà n.* 215. & Cardoſ. *ſuprà n.* 49.

55 Judex ſecularis poteſt cognoſcere de ſpolio intra annum, & diem commiſſo à Clerico; *Ord. lib* 2. *tit.* 2. §. 2. Cabed. 1. *p. deciſ.* 82. *n.* 1. quod non ſolùm locum habet, quando laicus Clericum propter ſpolium factum intra annum, & diem convenit, ſed etiam quando Clerici inter ſe, & ſuper poſſeſſione beneficii, vel alicujus rei ſpiritualis litigant. Cabed. *ſuprà n.* 2. ubi quòd cauſa poſſeſſoria, licèt ſpiritualis, eſt profana.

Licèt ſpoliatus intra annum, & diem agere debeat contra ſpoliatorem, ut dictum eſt ſuprà, attamen ſi minor intra annum, & diem litem ſuper ſpolio non movit, reſtituitur, etiam dum actor eſt; *l. ait prætor*, §. *ſed & in judiciis*, *ff. de minorib.* Cabed. *ſuprà n.* 7. & tempus agendi illi non currit, ut optimè idem. Cabed. 56

Et quòd ita judicatum fuiſſet, ut minori annus non curreret, & cum ei non currat, non dicebatur agere poſt annum, ſed potius intra annum, tradit Cabed. *ſuprà n.* 8. ubi quòd ſecundum alios tutius erat per reſtitutionem illum admittere ad tempus agendi. 57

Nota, quòd pœna amiſſionis totius juris, de qua *Ord. hic* in verbis: *E perca todo o direito* intelligitur per ſententiam judicis, ut ex *gloſ. magn. in l. ſiquis in tantam*, *cod. unde vi*, *p.* 4. *verſ. ſuper quarto*, Farin. *de furt. quæſt.* 175. *n.* 136. Menoch. *remed.* 9. *n.* 305. 58

Adverte, quòd in noſtro Regno pœnæ, de quibus hactenus egimus in hoc tit. ſunt in viridi obſervantia, ut teſtatur Thom. Valaſc. *alleg.* 58. *n.* 24. *&* 25. & cum eo Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *ad rubr. n.* 72. quæ quidem obſervantia approbatur in Regno Caſtellæ, ut tradunt DD. *ſuprà*. 59

Adverte etiam, quòd quando agendum foret de pœna, proceſſus frabicandus erit ordinarius, & 60

non

non ſummarius, ut tradit Thom. Valaſc. *ſuprà n.* 25. & poſt factam reſtitutionem ſpolii, adhuc ſupereſt poſſe agere ad pœnam. Menoch. *remed.* 9. *n.* 314. Thom. Valaſc. *ſuprà n.* 27.

61 Adverte iterum, quòd ſi agens petitorio, voluerit illud ſuſpendere, & tranſitum facere ad actionem ſpolii, ut facere poteſt ex permiſſione; *l. cum in fundo ad fin. ff. de vi armat. & cap. paſtoralis de cauſ. poſſ. & propr.* pro interin condemnatur in expenſis, tradit cum multis Thom. Valaſc. *ſuprà n.* 28.

62 Notatur ad hoc, quòd vis vetus competit ſpoliato extra annum ad petendam rem ſpoliatam, & omne illud, quod ad ſpoliatorem pervenit, ex *text. in l.* 1. *in princip. & §. ex die, ff. de vi, & vi armat.* Valaſc. *conſ.* 95. *n.* 12. Per. *de man. Reg. cap.* 24. *n.* 3. *verſic. ibi, quæ triginta annis concluditur* cum multis.

63 Notatur etiam ad hoc, quòd in vi nova intra annum intentatâ tenetur quicumque ſpoliator reſpondere in judicio rei ſitæ, quamvis ibi non inveniatur; *Ord. lib.* 3. *tit.* 11. §. 5. & 6. & ibi Barb. *n.* 2.

64 Habet enim actor in hac actione ſpolii intentata intra annum electionem, vel ad agendum in loco ubi conventus domicilium habet tempore judicii moti, vel in loco, ubi bona ſita ſunt, ut probatur ex *Ord. ſuprà in d. §. in verbis: Onde mais aprouver ao author*, & ibi Barb. *n.* 3.

65 At verò in vi veteri extra annum non tenetur ſpoliator reſpondere coram judice rei ſitæ, ſi ibi non inveniatur; quia ad hunc caſum non extenditur diſpoſitio prædictæ *Ord.* Cordeir. *dubit.* 40. *n.* 35.

66 Notatur iterum ad hoc, quòd in vi veteri extra annum Clericus reſpondebit coram judice ſibi competenti, ut tradit Cordeir. *ſuprà n.* 41.

Quæres: utrùm dentur aliqui caſus ultra ſupra, in quibus ſpoliatus non ſit ante omnia reſtituendus? Reſpondetur, quòd multi ſunt. Primò, quando ſpoliator opponit agenti exceptionem excommunicationis; quia interim non auditur, nec reſtituitur, dum eſt in excommunicatione. Thom. Valaſc. *alleg.* 58. *n.* 21. 67

Secundò, quando agens ipſe remedio poſſeſſorio patitur ſuper exceptione dominii procedi; tunc dominio probato, actor à reſtitutione excluditur. Per. *deciſ.* 83. Petr. Barb. *in l. ſi divi* 37. *ex n.* 61. *ff. de judic.* cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 1. *de reſtit. ſpol. n.* 2. 68

Tertiò, quando opponitur exceptio, quòd ſpoliatus poſſeſſionem acquiſivit, mediante notarii ſtipulatione per clauſulam conſtituti, quæ ratificata non erat tempore ſpolii commiſſi; quia tunc non reſtituitur. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. *in fine.* 69

Quartò, quando opponitur exceptio, quòd clauſula conſtituti, per quam poſſidebat ſpoliatus, oppoſita eſt in contractu nullo à jure reprobato, ex qua poſſeſſio non transfertur. Peg. *for. cap.* 6. *n.* 16. Cordeir. *dubit.* 46. *n.* 57. & 58. 70

Quintò, quando ſpoliatus poſt ſpoliationem contractum inivit cum ſpoliatore, quòd agere nolit poſſeſſorio; quia poſt tale contractum non reſtituitur, & licèt agat, removendus eſt exceptione talis pacti. Menoch. *de recuper. remed.* 1. *n.* 281. *gloſ. in cap. ex inſinuatione verſic. aliud canonicum de procurat.* 71

Sextò, quando ſpoliatus præſtitit conſenſum, ut ſuiſſet ſpoliatus, & non contradicit, neque protesta- 72

teſtavit, ſed imò potius paſſus fuit, quòd ſpoliator caperet poſſeſſionem, tunc namque ei obſtat exceptio proprii conſenſus, & non reſtitui debet Reinoſ. *obſerv.* 38. *n.* 11. Poſth. *Civil. reſol.* 113. *ex n.* 71.

73 Septimò, quando jus commune ſpoliato reſiſtit, aſſiſtitque ſpoliatori, quia tunc non reſtituitur ante omnia ſpoliatus, niſi prius de titulo doceat. Petr. Barb. *ad text. in l. ſi divi* 37. *ex n.* 130. *ff. de judic.*

74 Octavò, quando ſpoliatus ageret ſimul petitorio, & poſſeſſorio, accumulando reivendicationem, per quam dicit ſe declarari dominum, & remedium poſſeſſorium recuperandæ, per quod petatur rei reſtitutio, quæ cumulatio admittitur; *text. in l. cum fundum, ff. de vi, & vi armat.* quia tunc reus conventus, & violentus poſſeſſor poteſt objicere de dominio, & ſi probaverit, reſtituere non tenetur, ſed eſt defendendus in ſua poſſeſſione, licèt violenta; *text. in cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſ. & propr. text. in cap. cum ſuper, eod. tit.* & cum multis Gom. *in l.* 45. *Taur. n.* 183. *verſic. tertio limita* Petr. Barb. *in l. ſi divi* 37. *n.* 58. *ff. de judic.*

75 Nonò, quando reſtitutio rei petitæ fieri non poſſit ſine irreparabili præjudicio, tunc enim dominii exceptio impedit reſtitutionem fieri, ſi probet in continenti, veluti quando maritus petit ſe reſtitui ad quaſi poſſeſſionem uxoris, quæ ab eo divertit, uxorque opponat matrimonium eſſe contractum in gradu prohibito, offerendo ſe probare in continenti, non fit reſtitutio, eſſet enim periculum animæ propter copulam; & idem procedit, ſi eſſet tanta ſævitia viri, quæ probabiliter timetur de morte uxoris, cui non ſit plene conſultum per cautionem, vel ſatisfactionem mariti; *text. in cap. literas de reſtit. ſpol.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. 4. *&* 5. *&* 24. Gam. *ſuprà, eod. n.* 183. *verſic. quartò.*

Decimò, quando ſpoliatus beneficio Eccleſiaſtico ante ſpoliationem ſuo beneficio renuntiaverit. Auguſt. Barb. *in cap.* 2. *de reſtitut. ſpoliat. n.* 3. 76

Quando verò poſt ſpoliationem renuntiavit, reſtituendus erit, non enim præſumitur renuntiaſſe; *cap.* 3. *de reſtit. ſpol.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 3. 77

Notatur ad hoc, quòd ſi appelletur à ſententia lata in cauſa ſpolii intra annum, ſolùm admittitur appellatio quoad effectum devolutivum. Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *ad* §. 3. *n.* 7. *&* 8. & ibi Barb. *n.* 1. Peg. *for. cap.* 15. *n.* 133. Larr. *deciſ.* 6. *n.* 6. 78

Si vis ſcire caſus, in quibus appellatio recipi debet in effectu ſuſpenſivo in cauſis ſpolii novi, conſule Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 48. §. 3. *ex n.* 14. 79

Notatur ultimò ad hoc, quòd in ſpolio non admittitur reconventio, nec etiam de alio ſpolio commiſſo ſuper eadem re. Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 33. §. 4. *n.* 1. *&* 2. quando verò ſpolium commiſſum ſit ſuper alia re diverſa, tunc enim bene de diverſo ſpolio poteſt ſpoliatus reconveniri, ut cum multis tradit Silv. *ſuprà proxime, n.* 3. 80

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Pœna ſpoliatoris amittendi jus in re babet locum in vi vera, non quando quis invaſerit poſſeſ-*

ſeſſionem vacantem alienam putantem, cum eſſet ſua, & per ſcripturam, vel teſtes admittitur ad probandum uſque ad quatuor dies rem eſſe ſuam, ut pœnam evadat.

2 *Quamvis probet rem eſſe ſuam, reſtituere tenetur, & facta reſtitutione, ordinariè litigare ſuper proprietate.*

3 *Non probando intra quatuor dies, amittet totaliter jus, neque ei plus temporis concedetur.*

4 *De tribus modis probandi poſſeſſionem, remiſſivè.*

5 *Quartus modus poſſeſſionem probandi traditur, remiſſivè.*

6 *Quintus traditur modus, remiſſivè.*

7 *Sextus traditur modus, remiſſivè.*

8 *Volens poſſeſſionem probare, quæ articulare debeat, remiſſivè.*

9 *Partis confeſſione, quæ eſt pleniſſima probatio, probatur poſſeſſio.*

10 *Non probatur ex emptione.*

11 *Alius modus probandi poſſeſſionem traditur, remiſſivè.*

12 *Quis dicatur poſſeſſor malæ fidei, remiſſivè, & n. 13.*

14 *Si res pereat poſt litem conteſtatam, poſſeſſori habenti juſtam cauſam litigandi non imputabitur.*

15 *Malæ fidei poſſeſſor de rebus, fructibus perceptis, & percipiendis tenetur.*

16 *Tenetur ad deteriorationem, & damnificationem tam prædii urbani, quàm ruſtici.*

17 *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit.*
Niſi præſcriptio ſit longiſſima, & proveniens ex negligentia non petentis, ibid.

18 *Qui dolo deſinit poſſidere fraude actoris tenetur; & ejus hæres, ac ſi poſſideret, & ſi non reſtituat, reddet æſtimationem.*
Secus ſi ſine dolo, niſi fuerit in mora, ibid.

19 *Error juris non conſtituit in mala fide.*

20 *Quamvis non proſit ad uſucapionem, prodeſt ad fructuum acquiſitionem.*

21 *Quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, remiſſivè.*

22 *Poſt litem conteſtatam incipit eſſe poſſeſſor malæ fidei, & ad omnes fructus tenetur.*

27 *Tenetur in illo, quo factus eſt locupletior.*

24 *Habet retentionem pro expenſis utilibus, & pecunia creditoribus ſoluta, nec expellitur à poſſeſſione, dum ſolvantur.*

25 *Si rem diſtraxit ante moram non tenetur reſtituere, niſi pretium, quo factus fuit locupletior, remiſſivè.*

26 *Emens bona fide à non domino tenetur reſtituere, ubi primum ſcivit dominum illius non eſſe vendentem, etiam non reddito pretio.*

1 Collige ex hoc §. 1. quòd pœna ſpoliatoris jus amittendi, quod habebat in re locum habebit in vi vera, non verò quando quis invadit poſſeſſionem vacantem, quam ſpoliator putabat alienam, & poſtea invenit eſſe ſuam, tunc enim admittitur ſpoliator ad probandum ſummariè rem eſſe ſuam, & ſi probaverit uſque ad quatuor dies peremptorios per ſcripturam, vel per teſtes, non tenetur ad prædictam pœnam, nec ad aliam, ut probatur ex hoc textu, & *text. in l. invaſor. & l. ult.* & ibi *gloſ. verb. per ignorantiam, cod. unde vi.*

Far.

Far. ad Cov. *var. lib.* 3. *cap.* 16. *ad n.* 7. *n.* 30.

2 Et licèt ſpoliator probet rem eſſe ſuam, nihilominus tenetur reſtituere poſſeſſionem ſpoliato, & reſtituto, litigabunt ordinariè ſuper proprietate, ut deducitur ex hoc §. in verſic. *Porém*, & verſic. *E ſendo*; *text. in d. l. invaſor. cod. unde vi.*

3 Quod ſi ſpoliator non probaverit intra quatuor dies rem eſſe ſuam amittet totaliter jus, quod in re habebat, & nunquam ei plus temporis concedetur ad probandam rem eſſe ſuam, ut probatur ex hoc §. verſic. *E naõ provando.*

4 Quæres: quibus modis probetur poſſeſſio? Reſpondeo probari ſequentibus modis. Primò, quando probatur per teſtes, vel inſtrumenta actus verus, & naturalis, nempe ingreſſus in rebus immobilibus, vel aprehenſio in rebus mobilibus. Secundò, quando probatur aliquis actus fictus translativus poſſeſſionis, vel probatur aliqua qualitas rei, ex qua reſultet acquiſitio, & translatio poſſeſſionis ſine aliquo actu vero, vel ficto. Tertiò, quando non probatur actus primordialis poſſeſſionis verus, vel fictus, ſed probatur, quòd quis habet, & tenet aliquam rem, ut optime tradit Gom. *in l.* 45. Taur. *n.* 193.

5 Quartò, quando probatur aliquem arare, vel ſeminare fundum, de cujus poſſeſſione quæritur, vel in eo ædificare, vel aliquem alium uſum exercere, eo enim ipſo cenſetur probata poſſeſſio; *text. in l. vim facit, ff. de vi, & vi armat.* & DD. *in l.* 3. §. *item videamus verſic. etenim, ff. uti poſſidetis.*

6 Quintò, quando probatur, quòd quis percipiebat fructus ex re; *text. in l. Titia in princip. ff. de ſolut. text. in l. Pomponius, ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* poſſeſſio enim cauſat acquiſitionem fructuum, ut tradit Gom. *ſuprà verſic. quintò.*

Sextò, quando probatur, quòd quis recipiebat penſionem, vel mercedem rei ab aliquo colono, vel inquilino, eo enim ipſo cenſetur probata poſſeſſio; *text. in l. qui univerſas, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſ.* 7

Et ſiquis voluerit probare poſſeſſionem, articulare debet, quòd quis habet, tenet, & poſſidet talem fundum, vel aliam rem, eum arando, ſeminando, fructus colligendo, mercedem percipiendo, vel alia denique faciendo, re illaque utendo tamquam dominus poſſeſſor, quæ quidem practica deducitur ex Angel. & communiter DD. *in l. Titia, ff. de ſolut.* 8

Probatur etiam partis confeſſione, quæ dicitur probatio pleniſſima Rot. *deciſ.* 157. *n.* 2. *p.* 4. *recent.* & ſuperat omne genus probationum; *l. fin. cod. de non num. pecun. l. cum te, cod. de tranſact.* 9

Sed non probatur poſſeſſio ex rei emptione; quia non probat hoc, quod ab hoc contingit ab eſſe; *l. non boc, cod. unde vi, l. neque natales, cod. de probat.* Ciarlin. *contr. for.. cap.* 66. *n.* 5. *&* 6. 10

Item probatur poſſeſſio ex mandato de immittendo executioni dato *l. juſtè poſſidet, l. clam. poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſ.* item ex ſententia continente expulſionem à poſſeſſione; quia privatio præſuponit habitum; *l. decem, ff. de verb. oblig.* item ex ſententia privationis contra poſſeſſorem Menoch. *conſ.* 1014. *n.* 19. 11

Nota primò, quòd poſſeſſor malæ fidei dicitur ille, qui ſcienter poſſidet rem ad ſe non pertinentem, & habet conſcientiam læſam rei alienæ; *text. in l. item veniunt, §. petitam, l. ſed & ſi, §.* 12

de eo autem, *ff. de pet. hæred.*

13 Nota ſecundò, quòd poſſeſsor *malæ* fidei etiam dicitur poſt litem conteſtatam, aut poſt controverſiam motam, ſeu denuntiationem factam; quia ubi denuntiatio fit de re aliena ſtatim conſtituit poſſeſſorem in mala fide; *l. item veniunt*, §. *petitam*, *& l. ſed*, *& ſi*, §. *ſi ante litem*, *l. illud*, *ff. de pet. hæred.*

14 Si tamen poſſeſſor poſt litem conteſtam habeat juſtam cauſam litigandi, & tunc res pereat, non debet illi imputari, cum non detur dolus, vel culpa; *l. illud quoque*, *ff. de hæred. pet. l. ſi à bonæ fidei poſſeſſore*, ubi Bart. *ff. de reivind.*

15 Nota tertiò, quòd poſſeſſor malæ fidei non tantum tenetur de rebus, & fructibus perceptis, ſed etiam de percipiendis; *l. veniunt*, §. *præter verſic. item placere*, *& §. cæterum*, *& l. niſi*, §. *julianus*, *& l. ſi poſſeſſor. ff. de hæred. pet.*

16 Poſſeſſor malæ fidei tenetur ad quantum prædia tam urbana, quàm ruſtica ſua negligentia ſunt deteriorata, & damnaficata; *l. ei qui partes*, §. *cum prædia*, *& l. non ſolùm*, *ff. de pet. hæred.*

17 Poſſeſſor non debet habere malam fidem ad acquirendam præſcriptionem rei, quam poſſidet; quia poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit; *cap. vigilanti de præſcript. & reg. poſſeſſor.* ubi notant DD. *de reg jur. lib.* 6. niſi præſcriptio ſit longiſſima, & proveniat ex mera negligentia non petentis; *gloſ. verb. utrum*, *& gloſ. verb. poſſeſſor* ubi DD. *in reg. poſſeſſor de reg. jur. in* 6.

18 Poſſeſſor, qui dolo deſinit poſſidere ad fraudem actoris, tenetur, aut ejus hæres, ac ſi poſſideret, & ſi non poteſt reſtituere rem, reddet æſtimationem illius; *cap. pro poſſeſſore*, ubi DD. *de reg. jur. l. partem eſſe*, *ff. de reg. jur.* quando verò ſine dolo malo amiſit poſſeſſionem, abſolvendus erit, niſi fuiſſet in mora; *l. ſin autem*, §. *poſſidere*, *ff. de reivind. & l. ſi à te*, *& l. ſi rem meam*, *ff. de except. rei judic.*

Nota quartò, quòd poſſeſſor malæ fidei non dicitur ille, qui erravit in jure, putans ad ſe rem pertinere; quia error juris non conſtituit poſſeſſorem in mala fide; *l. ſed*, *& ſi lege*, §. *ſcire*, *ff. de pet. hæred. & l. ſi poſt diviſionem*, ubi DD. *cod. de jur. & fact. ignor.* 19

Licèt enim error juris non pro ſit in acquirendo uſucapionem; *l. error*, *ff. de jur. & fact. ignor. & l. error*, *cod. eod.* prodeſt tamen ad acquiſitionem fructuum; *d. l. ſed*, *& ſi*, §. *ſcire*, ubi Bart. *ff. de pet. hæred. gloſ. verb. erranti in l. ſi fur.* §. *ſiquis*, *ff. de uſucap.* 20

Nota quintò, quòd poſſeſſor bonæ fidei dicitur ille, qui putat ſe eſſe dominum rei, quam poſſidet, & ignorat, quòd ſit aliena; *cap. ſi virgo*, *queſt.* 2. *& l. apud antiquos*, §. *cum igitur*, ubi *gloſ. verb. cogitatione*, *cod. de furt. & ſerv. corrupt.* & DD. *in reg. poſſeſſor. de reg. jur. in* 6. 21

Poſſeſſor bonæ fidei tenetur ad fructus extantes, & poſt litem conteſtatam tenetur ad omnes, tunc enim incipit eſſe poſſeſſor malæ fidei; *l. certum*, ubi *gloſ. verb. univerſos*, ubi DD. *cod. de reivend. l.* 1. *cod. de pet. hæred.* §. *ſiquis à non domino*, *ubi ſcribentes. Inſtit. de rer. diviſ.* 22

Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur, niſi in illo, quo factus eſt locupletor; *l. item veniunt*, §. *prætor verſic. eos autem*, *l. ſed & ſi*, §. *conſuluit*, *l. ſi*, *& rem*, *ff. de pet. hæred. l.* 1. §. *uſuras*, *cod. de pet. hæred.* 23

Nota ſextò, quòd poſſeſsor bonæ fidei victus ad poſseſſionem relin- 24

linquendam habet retentionem, ſi aliquæ utiles fecit expenſas, vel pecuniam ſoluit creditoribus hæreditariis, non poteſtque expelli ab illa poſſeſſione, donec illi pecunia illa, & expenſæ ſint ſolutæ; *l. ſiquid. poſſeſſor, & l. quod ſi ſumptum, ff. de pet. hæred. l. quod ſi artificem, ff. de reivind. l. creditoris, §. dominus, ff. de furt.*

25 Nota ſeptimò, quòd poſſeſsor bonæ fidei ſi rem diſtraxit antequam fuiſſet in mora, non tenetur reſtituere, niſi pretium rei, in quo fuit locupletior, nec ſi pretior illius rei alteram comparavit, & illam in ſuum patrimonium convertit, tenetur reſtituere, niſi pretium, quod recepit, & in quo patrimonium ſuum auxit; *l. ſed, & ſi, §. item ſi rem, ff. de pet. hæred.*

26 Unde qui bona fide emit aliquid à non domino, tenetur illud reſtituere domino ſuo, ubi primùm ſcriverit dominum illius non eſse vendentem, & eſse alium, etiam non reddito ſibi pretio pro eo dato; *l. mater, & l. ſi mancipium, cod. de reivend.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Spoliatus poſſeſſione alicujus rei illam propria authoritate poteſt recuperare in continenti, non ex intervallo, abſque pœnis.*
2 *Quid veniat nomine dictinis* in continenti, *remiſſivè.*
3 *Deſiderat celeritatem.*
4 *Non excludit aliquod temporis intervallum, remiſſivè.*
5 *Verificatur quando eadem die, & loco coram teſtibus aliquid fit.*
6 *In continenti dicitur breve temporis ſpatium, quod arbitrio judicis taxatur.*
7 *Judicis arbitrio relinquitur, an aliquid dicatur factum in continenti.*
8 *Intelligitur intra tres dies ad plurimum, & interdum unius menſis ſpatium.*
9 *Cum commode fieri potuerit arbitrio judicis.*
10 *Quomodo intelligenda dictio* in continenti *quando ſpoliatio fit inter homines infimæ conditionis, remiſſivè.*
11 *Et quomodo quando ſpoliatio ſit inter nobiles, & potentes viros, remiſſivè.*
12 *Quid ſignificet arbitrio boni viri, remiſſivè.*
13 *In continenti licet poſſeſſionem recuperare etiam armata manu, & convocatis hominibus armatis, remiſſivè.*
14 *Antequam aliquis ingrediatur poſſeſſionem, remiſſivè.*
15 *Defenſio nemini denegatur. Eſt permiſſa de jure civili, canonico, gentium, & naturali, ibid.*
16 *Nec Diabolo denegatur, nec per Principem tolli poteſt de plenitudine poteſtatis.*
17 *Denegata defenſione, omnia ſunt nulla, & confeſſio rei non nocet, & erit abſolvendus.*
18 *Non ſolùm pro defenſione proprii corporis, ſed rerum ſuarum eſt licita defenſio, & ex prædicta cauſa hominem occidere.*
19 *Licèt dominus rerum non ſit in periculo ſuæ vitæ conſtitutus.*
20 *Defenſio eſt licita detentori, & poſſeſſori nomine alieno.*
21 *Et etiam pro manutentione, & recuperatione poſſeſſionis.*
22 *Quod procedit, quando defenſio*

ſio fit in continenti, ſecus ſi ex intervallo.

23 *Dejectus dejiciens dijicientem ex intervallo pœnas incurrit, non verò ſi in continenti.*

1 DIcit textus, quòd ſi aliquis dejectus, ſpoliatus, & expulſus fuerit de poſſeſſione alicujus rei, poteſt propria authoritate eam recuperare ab illo, à quo dejectus fuit, & propterea non incurrit prædictas pœnas, dummodo faciat in continenti, non ex intervallo; *text. in l. qui poſſeſſionem*, *text. in l. idem*, §. *cum igitur*, *ff. de vi*, *& vi armat.* Gom. *in l.* 45. Taur. *n.* 190. Farin. *de furt. quæſt.* 175. *n* 80. Cald. *lib.* 1. *for. cap.* 22. *n.* 60.

2 Ad quod ſcire debes, quòd propria natura dictionis *in continenti* ſignificat, ſine temporis intervallo; *gloſ. verb. mox in cap. quia propter de elect.* quatenus exponit *Mox* id eſt in continenti, nullo actu intermedio; *text. in l. quòd ait*, §. *ult. ff. de adulter.* qui interpretatur *in continenti*, hoc eſt, uno impetu.

3 Deſiderat dictio *in continenti* celeritatem, quod debet intelligi cum civilitate, ut tradit Auguſt. Barb. *dict.* 155. *n.* 5.

4 Non excludit hæc dictio aliquod temporis intervallum, quando res *in continenti* recuperari non poteſt; Tiraq. *de jure conſtituti p.* 3. *limit.* 21. *n.* 11. & licet de ſui natura importet modicum temporis ſpatium, hoc tamen intelligitur, cum quodam temporis moderamine, non verò ad ungnem, ut omne tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6. *&* 7.

5 Verificatur prædicta dictio, quando in eadem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus aliquid fit, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8.

In continenti dicitur aliquod breve temporis ſpatium arbitrio judicis taxandum. Menoch. *de arbitr. cap.* 12. *n.* 4. regulaturque ſecundum ſubjectam materiam. Scacc. *de camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 7. 6

Ac proinde judicis arbitio relinquitur, an aliquid dicatur factum in continenti, vel non ſecundum ſubjectam materiam, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12. 7

Et cum reguletur ſecundum ſubjectam materiam, ut dictum eſt ideo ad plurimum denotat, & intelligitur intra tres dies; *text. in l. fin.* §. *illicò*, *cod. de judic.* interdum unius menſis ſpatium denotat; *l. Divortio*, *ff. ſolut. matr.* quandoque extenditur uſque ad decennium; *gloſ in l. ab eo*, *cod. quomodo*, *& quando Judex.* 8

Ultimò interpretatur, cum commode potuerit arbitrio judicis; *l.* 3. §. *cum igitur*, *ff. de vi*, *& vi armat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 13. *& remed.* 1. *recuper. n.* 259. Valaſc. *conſ.* 88. *n.* 6. *& de part. cap.* 3. *n.* 11. 9

Unde in terminis noſtræ legis, ſi ſpoliatio ſit facta inter homines infimæ conditionis viribus æquales, intelligenda eſt dictio *in continente* quando ſpoliatus recuperat poſſeſſionem antequam ad actus extraneos divertatur; *gloſ.* & Bart. *in l.* 3. §. *cum igitur*, *ff. de vi*, *& vi armat. text. in l. continuus*, *ff. de verb. oblig.* Gom. *in l.* 45. Taur. *n.* 190. Cald. *for. lib.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 61. 10

Si verò vis, ſive ſpoliatio ſit inter nobiles, & potentes viros, tunc in his verbum, ſive dictio *in continenti*, ita accipiendum eſt, ut eis ſpoliatis tantum temporis ad rem ſuam recuperandam tribuendam ſit, quantum ſatis ſit ad convocandos cognatos, & amicos, & intraque cauſa judicis arbitrium eſt conſtitu- 11

tutum, qui pro ſua prudentia perpendet qualitatem perſonarum, & rei, maturiusque conſiderabit, ac perpendet perſonarum dignitatem, & conditionem, deinde loci diſtantiam, ubi non tam facilè ſpoliatus hominum præſidia cogere potuiſſet, ut probatur ex noſtro textu. Cald. *for. lib.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 61.

12 Porrò in materia noſtra *in continenti* dicitur arbitrio boni viri, ſecundum quod commodè fieri poteſt, attenta qualitate ejus, qui vi dejectus eſt, & rei, ex qua fuit expulſus, & ejus, qui vim commiſit, ut optimè tradit Gom. *in l.* 45. Taur. *ſub n.* 190. *verſic. ſed clarius.*

13 Farin. *de furt. quæſt.* 175. *n.* 84. ampliat cum aliis, ut in continenti licitum ſit recuperare poſſeſſionem, de qua quis dejectus eſt, etiam armata manu, & convocatis hominibus armatis, ubi *verſic. & in propoſito* dicit ſic intelligenda ſit *Bulla Sixti V.* quæ acriter punit convocantem homines armatos pro recuperanda ſua poſſione, ſi ex intervallo hoc faciat; ſecus ſi in continenti, quem vide, ubi optime explicat.

14 Et ſecundum eundem Farin. *ſuprà n.* 85. licitum eſt ſuam poſſeſſionem defendere, & tueri antequam quis ingrediatur, etiam convocatis hominibus armatis, & quòd in hoc non diſcordat *Bulla Sixti V.* tradit idem Farin. *ſuprà n.* 86.

15 Defenſio nemini eſt denegandа, cum ſit omni jure permiſsa; *l. ut vim, ff. de juſt. & jur. l.* 1. §. 1. *ff. de vi, & vi armat.* permittiturque defenſio non ſolùm jure civili, canonico, gentium, & naturali ex *d. l.* 1. §. 1. *ff. de vi, & vi armat.* verum etiam de jure Divino, ut cum *text. in l. ut vim, ff. de juſt. & jur.* Conciol. *verb. defenſio, reſol.* 1. *n.* 1. & 2. cum multis.

Itaque cum defenſio ſit de jure naturali, neque diabolo eſt deneganda, & illa auferri non poteſt per Principem, neque de plenitudine poteſtatis, ut cum multis Conciol. *ſuprà n.* 3. 16

Ita taliter, quòd ſi defenſio denegetur, omnia ſint nulla, ita ut ſi emanaverit rei confeſſio, confitenti non noceat, ſed inquiſitus ſit abſolvendus, ut cum multis tradit Conciol. *ſuprà n.* 7. 17

Quæ quidem defenſio eſt licita, & permiſsa non ſolùm pro defenſione proprii corporis, verum etiam pro defenſione rerum ſuarum, ita ut liceat d. de cauſa hominem occidere, ut cum Farin. *de homicid. quæſt.* 125. *n.* 168. *& ſeq.* & cum aliis Conciol. *ſuprà reſol.* 5. *n.* 1. Auguſt. Barb. *de homicid. cap.* 2. *n.* 4. 18

Quod ampliatur, ut pro defenſione rerum, quando aliter defendi non poſſunt, liceat invaſorem occidere, etiam ſi dominus non ſit in periculo ſuæ perſonæ conſtitutus, ut cum Clar. §. *homicidium, n.* 25. & aliis tradit Conciol. *ſuprà d. reſol.* 5. *n.* 2. 19

Ampliatur etiam, ut defenſio rerum ſuarum ſit permiſſa non ſolùm vero domino illarum, ſed etiam ſimplici detentori, & poſſeſsori nomine alieno, ut cum Farin. *de homicid. d. quæſt.* 125. *n.* 127. & cum aliis multis Conciol. *proxime, n.* 4. 20

Ampliatur iterum, quòd pro defenſione rerum ſuarum licita ſit defenſio contra violentiam, turbationem, & ablationem, & ſic pro manutentione, & recuperatione propriæ poſſeſſionis, ut cum Farin. *ſuprà n.* 124. & aliis multis tradit Conciol. *ſuprà n.* 5. 21

Hæc omnia locum habent quando pro bonorum defenſione invaſor in continenti vulneratur, vel occiditur; ſecus tamen eſt, ſi id fiat ex intervallo; *l.* 3. §. *cum igitur, ff. de vi, & vi armat.* 22

Con-

Conciol. *ſuprà* cum multis, *n.* 7. & cum illo intellige ex numeris ſeq.

23 Sic ſimiliter, ſi dejectus ex ſua poſſeſſione dejicientem dejiciat ex intervallo, tunc incurrit pœnas, ut cum multis Farin. *de furt. quæſt.* 175. *n.* 79. minime verò, ſi in continenti dejiciat, ut ſupra dictum eſt.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Emens rem, vel habens quocumque titulo, & illi data facultate capiendi poſſeſſionem in inſtrumento contractuś, illius poſſeſſionem propria authoritate ingredi, & recuperare poteſt, ſine vitio violentiæ.*

2 *Emptor non poteſt invadere rem propria authoritate, ſi venditor à ſe non dimittat poſſeſſionem, & poteſtatem ingrediendi concedat.*

3 *Poſſeſſio penes plures eſſe non poteſt.*

4 *Facultas apprehendendi poſſeſſionem eſt inepta, ſi venditor à poſſeſſione non deſiſtat; ſecus quando deſiſtit, & transfert in emptorem, remiſſivè.*

5 *Emptor poſſeſſionem capere non poteſt, quando aliquis ingreſſum contradicit.*

6 *Non poteſt uti licentia ingrediendi poſſeſſionem, quando quis reſiſtit ex juſta cauſa, ne ingrediatur, remiſſivè.*

7 *Quando venditor ſine juſta cauſa verbis tantum reſiſtit, non obſtante reſiſtentia, emptor poſſeſſionem ingredi poteſt.*

8 *An hæres propria authoritate occupare poſſit res hæreditarias, & illarum poſſeſſionem apprehendere?*

9 *Habens titulum alicujus rei illius poſſeſſionem vacantem à nemine occupatam, nec contradictam capere poteſt.*

10 *Hæres non poteſt poſſeſſionem occupare à tertio apprehenſam, non citato poſſeſſore, quamvis ſit injuſtus.*

11 *Quis dicatur legitimus contradictor, remiſſivè.*

12 *Tabelliones videntes emptionem, &c. ſine mandato juſtitiæ dabunt inſtrumenta publica poſſeſſionis; ſecus quando non vident emptionem, nec alium juſtum titulum.*

13 *Tabelliones aliter facientes damna ſolvent.*

Damnum ſatisfacere tenetur ille, cujus culpa, aut ope datum fuit, ibid.

14 *Licèt actor virtute teſtamenmenti mitti poſſit in poſſeſſionem, re à nemine poſſeſſa, miſſio in poſſeſſionem etiam mandato judicis dicitur ſpolium, ſine cauſæ cognitione; ſi res ab aliquo detineatur.*

15 *Poſſeſſio civilis, quam defunctus habebat, ſtatim tranſit in bonis liberis ad hæredes, in vinculatis ad primogenitum per mortem defuncti, & non eſt neceſſarium quòd adipiſcatur.*

Dicitur in hoc textu, quòd ſiquis rem aliquam emerit, vel illam per viam permutationis, vel donationis, vel per alium quemque titulum habuerit, & in contractus inſtrumento eidem data eſset facultas capiendi, & adipiſcendi illius poſſeſſionem, à ſe dimittendo, deſerendoque prædictam poſſeſſionem, caſibus iſtis, ille, qui rem habuit, 1

po-

poterit propria authoritate ingredi, & recuperare illius poſſeſſionem abſque vitio violentiæ; *text. in l.* 3. *cod. de pignor.* Cald. *de empt. cap.* 25. *n.* 32. Neguſ. *de pignor. p.* 4. *n.* 13.

2 Unde bene perpenſa, & attenta diſpoſitione noſtræ legis, niſi vendens à ſe abdicet, & dimittat poſſeſſionem, apprehendendique poteſtatem largiatur, illam invadere emptor non poteſt propria authoritate, ut tradit Cald. *ſuprà ſub n.* 32.

3 Et ita ſenſus noſtri textus eſt, quòd emptor poſſeſſionem apprehendere poſſit, quando in contractu facultas, & licentia ingrediendi fuerit data, & conceſſa, quòd venditor nolit etiam remanere poſſeſſor, apud plures enim poſſeſſio eſſe non poteſt; *text. in l.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquir. poſſ.*

4 Quare illa facultas apprehendendi poſſeſſionem, tanquam inepta ſuum non operabitur effectum, ſi venditor à poſſeſſione deſiſtere nolit, cui incubat, operabitur verò ſuum effectum, ſi venditor facultatem apprehendendi poſſeſſionem præſtare videatur, nempe quando dimiſit poſſeſſionem, quam voluit in emptorem transferri per verbum *dedit*, *& tradidit*, illam pro derelicto habendo, & quaſi vacantem dimittendo, poſtquam vendidit, pretiumque recepit, tunc enim voluit emptorem poſſe ingredi, quod inſinuant verba: *Deſempurando a dita poſſe*, ut ita bene Cald. *ſuprà n.* 32. *in fin.*

5 Sed emptor, vel quicumque alius poſſeſſionem capere non poteſt, ſiquis ingreſſum contradicat, ut patet ex verbis ibi: *Naõ acbando quem lba contradiga*, hoc eſt, nullo dato contradictore. Cald. *ſuprà de empt. cap.* 25. *n.* 33. & cum illo Peg. *tom.* 6. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 8. *gloſ.* 10. *n.* 3.

Non obſtante ergo quacumque clauſula in contractu appoſita, aut facultate ingrediendi poſſeſſionem conceſſa, ingreſsus propria authoritate prohibetur, ſi venditor, aut alius refragetur; verba enim noſtræ legis generalia ſunt, quæ non tantum extraneum contradictorem, ſed etiam ipſummet venditorem comprehendunt; hocque obſervat praxis, cum poſseſsor, ſeu debitor ex juſta cauſa creditori reſiſtit, ne ex ea licentia, ſive facultate ingrediatur, atque adipiſcatur poſseſſionem, tunc emptor creditor ea licentia uti nequit. Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed.* 5. *n.* 78. & cum aliis Cald. *ſuprà ſub n.* 33. 6

Si verò venditor ſine juſta cauſa verbis tantum reſiſtat, tunc emptor, ſeu creditor poſseſſionem ingredi poteſt; quia contradictio, vel reſiſtentia nihil contra licentiam jam conceſsam operatur, ut cum aliis Cald. *ſuprà n.* 33. *verſic. cum verò.* 7

Utrùm hæres propria authoritate poſſit occupare res hæreditarias, & illarum poſseſſionem apprehendere? Dic, quòd ſi poſseſſio verè vacat, & à nemine eſt apprehenſa, bene poteſt propria authoritate eam ingredi. Bart. *in l. fin.* §. 1. *n.* 16. *cod. de edict. D. Hadr.* Valaſc. *de part. cap.* 3. *n.* 1. 8

Denique eſt generale, quòd quilibet habens titulum alicujus rei, poteſt propria authoritate capere illius poſseſſionem vacantem, quæ à nemine occupatur, nec contradicatur: ita declarat Bart. *ad text. in l. fin. n.* 16. *cod. de edict. D. Hadr.* & ibi Dec. *n.* 4. Valaſc. *ſuprà n.* 3. 9

Si verò res fuerit à tertio apprehenſa, non poteſt hæres poſseſſionem occupare, non citato poſseſsore, ut volunt iidem interpretes, nuncupatimque Dec. *in d. l. fin.* 10

fin. *n.* 4. quod ampliatur, licèt ille, qui habet vacantem poſſeſſionem, ſit injuſtus poſseſsor, & purus detentor. Dec. *in d. l. fin. n.* 8. Valaſc. *ſuprà n.* 4.

11 Quis dicatur legitimus contradictor? Concluſe Menoch. *remed.* 4. & ſecundum Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 50. *ad princip. n.* 438. legitimus contradictor ille dicitur, qui habet poſseſſionem cum titulo valido in defuncti vita, vel titulum ſimilem hæredi à teſtatore clarum, & nequaquam obſcurum; & ibi cum multis hoc probat.

12 Dicitur etiam in noſtra lege, quòd Tabelliones primò videntes emptiones, permutationes, vel donationes factas volentibus adipiſcere illarum poſseſſionem, ſine alio juſtitiæ mandato illis dabunt inſtrumenta publica poſseſſionis; non videntes verò emptiones, &c. vel alium juſtum titulum, per quem res ad illos pertineat, non præſtent inſtrumenta talium poſseſſionum ſine ſpeciali mandato, vel authoritate juſtitiæ.

13 Si verò Tabelliones aliter faciant, illi, ad quem pertinebit, damna ſolvent, ut probatur ex noſtra lege; quia damnum ſatisfacere tenetur ille, cujus culpa, imperitia, aut ope, datum eſt damnum pro illo, quod fecit, aut ex illo fuit ſecutum; ut cum multis juribus tradit Cardoſ. *verb. damnum*, *n.* 4.

14 Nota, quòd licèt res ſit vacans, & à nemine poſseſsa, poſſit actor in poſseſſionem mitti virtute teſtamenti per Tabellionem de conſuetudine Regni. Attamen ſi res ab aliquo detineatur, talis miſſio in poſseſſionem, etiam cum mandato judicis ſpolium potius dicitur, ut quia ad adipiſcendam hujuſmodi poſseſſionem cauſæ cognitio permittenda eſt; *text. in l.* 1. §. *neceſſario*, *ff. ſi venerit nom.* ut tenet Mend. à Caſtr. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 19.

15 Sed adverte, quòd per extravagantem 9. *Novembris* 1754. poſſeſſio civilis, quam defunctus in vita ſua habebat, ſtatim tranſit in bonis liberis ad hæredes ſcriptos, vel legitimos, in vinculatis ad primogenitum, vel nepotem filium primogeniti, quo deficiente, ad fratrem, vel ſobrinum; quæ quidem civilis poſseſſio habet omnes effectus poſseſſionis naturalis, & non eſt neceſsarium, quòd iſta adipiſcatur; quia ſtatim tranſit per mortem defuncti, ut diſponitur *in d. l.* quæ fuit optimum remedium ad incolas hujus Regni, & per illius diſpoſitionem multa evitantur, quæ quotidie contingebant.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Demonſtrato Tabellionibus titulo juſto, dabunt inſtrumenta de poſſeſſione, licèt in ſcriptura non detur poteſtas adipiſcendi poſſeſſionem.*

2 *Poſſeſſionem vacantem alicujus rei poteſt quis propria authoritate ingredi, qui titulum habet, remiſſivè.*

3 *Tabellio fidem dare non poteſt, niſi de quibus rogatus fuerit.*
Non creditur aſſerenti aliquem eſſe ſanæ mentis, ibid.

1 STatuit textus, quòd ſi Tabellionibus demonſtretur titulus juſtus, veluti teſtamentum, codicillus, vel ſcriptura emphyteutica facta per dominum rei, per quam inveniatur rem pertinere perſonæ, quæ

quæ vult poſſeſſionem adipiſcere, licèt in ſcriptura illi data non ſit poteſtas ad habendam poſſeſſionem, non deſinent inſtrumenta dare de tali poſſeſſione, quamvis adipiſcatur ſine authoritate juſtitiæ.

2 Nota, quòd habens titulum alicujus rei abſque Tabellione poteſt authoritate propria capere illius poſſeſſionem vacantem, quæ à nemine occupatur; neque contradicitur Valaſc. *de part. cap.* 3. *n.* 3. & etiam ſine titulo, & ſine judicis authoritate poteſt quis poſſeſſionem capere; lex enim ſolummodo titulum requirit ad hoc, ut etiam capiat per Tabellionem. Peg. *de interdict. maiorat. cap.* 4. *n.* 264.

3 Nota etiam, quòd Tabellio non poteſt fidem dare, niſi de his, de quibus eſt rogatus. Flor. *var. quæſt.* 1. *n.* 3. & teſtanti aliquem eſſe ſanæ mentis concreditur. Cald. *conſ.* 24. *n.* 16. ubi multa, & cum eo Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. lit.* T. *col.* 1. *pag. mihi* 223.

Ad tit. 59.

De fidejuſſoribus.

AD RUBRICAM.

SUMMARIUM.

1 *Quis dicatur fidejuſſor, remiſſivè, & n.* 2.

3 *Propriè dicitur debitor, ſed lato modo.*

4 *Reſtringitur ad debita tempore fidejuſſionis exiſtentia, non ad diverſa, remiſſivè.*

5 *Non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem; quia nemo eſt dominus ſuorum membrorum.*

6 *An teneatur ad pœnam pecuniariam, remiſſivè.*

7 *Fidejuſſio non obligat, quando mutatur ſtatus rei.*
Impoſſibile perceptum non obligat, ibid.

8 *De fidejuſſione civili, criminali, voluntaria, & neceſſaria, quæ ſit, remiſſivè.*

9 *Quæ ſit judicialis, & extrajudicialis, remiſſivè.*

10 *Quæ dicatur expromiſſoria, & quæ ſimplex, remiſſivè.*

11 *Utrùm ſit licita fidejuſſio, remiſſivè.*

12 *Qui prohibeantur fidejubere, remiſſivè.*

13 *Probibetur ſervus ſine licentia domini, niſi ex re peculiari, remiſſivè.*

14 *Minor curatorem habens ſine ejus conſenſu non fidejubet; ſecus ſi curatorem non habet, quia obligatur, ſed reſtituitur, quando læſus fuerit, remiſſivè.*

15 *Minor pro patre incarcerato fidejubere poteſt, & obligatur, ſi ſit maſculus, & habeat* 18. *annum.*

16 *Minor ſe gerens pro maiori animo decipiendi obligatur, neque jura fallentibus ſubveniunt, remiſſivè.*
Contrahens ſcire præſumitur, quo contrahit, ibid.

17 *Sed eſt excuſandus, quando probabilem ignorantiam probat.*

18 *Ebrius fidejubere non poteſt, nec obligatur, quando poſt ebrietatem non ratificat, dummodo ſui compos non fuerit.*

19 *Neque prodigus fidejubere poteſt.*
Quis dicatur prodigus, ibid.

20 *Neque mutus, & ſurdus omnino fidejubere poteſt, remiſſivè.*

21 *An Clerici fidejubere poſſint, remiſſivè.*

22 Clerici pro egenis, oppreſſis, & miſerabilibus perſonis fidejubere poſſunt.
Neque pro Clericis, aut Eccleſia fidejubere probibentur,
23 Utrùm fidejuſſio à Clerico facta caſibus non permiſſis valeat, remiſſivè.
24 Licèt Clerici fidejuſſio non valeat quoad bona Eccleſiaſtica, valet quoad patrimonialia, remiſſivè.
25 Clericus Eccleſiæ Collegiatæ non poteſt fidejubere.
26 Religioſus ſine Prælati licentia non poteſt fidejubere.
27 Neque mutuum recipere ſine licentia Prælati.
28 Eccleſia, vel Monaſterium non tenetur ex mutuo à particulari ſuſcepto, niſi quando in ipſius utilitatem probetur verſum.
29 Amplia in mutuo ſuſcepto à Prælato inſimul cum capitulo, remiſſivè.
30 Limita 1. remiſſivè.
31 Limita 2. remiſſivè.
32 Limita 3. remiſſivè.
33 Limita 4. remiſſivè.
34 Filiusfamilias maior 25. ann. non probibetur fidejubere.
Obligatur tanquam paterfamil. ibid.
35 Captivi fidejubere non poſſunt, neque obſides; hodie ſecus.
36 Laicus fidejuſſor pro Clerico eſt conveniendus coram judice laico; ſecus ſi juret non declinare forum Eccleſiaſticum.
37 Omnes ſuſpecti de fuga fidejuſſores dare tenentur.
38 Limita in debitore in diem, qui tempore obligationis jam erat ſuſpectus de fuga, remiſſivè.
39 Procedit concluſio in debitore malæ ſpei, ſive de præſenti, ſive ſub conditione, remiſſivè.
Dummodo probentur cauſæ ſuſpicionis, ibid.
40 An bonis cedens cautionem de ſolvendo præſtare cogatur?
41 Uſusfructuarius cautionem præſtare tenetur, remiſſivè.
42 Et conficere inventarium, remiſſivè.
43 Quem effectum habeat cautio, quam uſusfructuarius præſtare tenetur, remiſſivè.
44 Uſusfructuarius cautionem non præſtans fructus ſuos non facit, & privatur uſufructu, remiſſivè.
45 Quid in marito ab uxore relicto uſufructuario omnium bonorum, aut partis, inſtituto hærede in proprietate, remiſſivè.
46 Cautio de utendo, & fruendo, & reſtituendis rebus, non poteſt remitti à teſtatore.
47 Cautionem præſtare tenentur tutor, & curator, remiſſivè.
48 Debitor an teneatur creditori notificare fidejuſſoris qualitatem, remiſſivè.
49 Creditore dubitante de qualitate fidejuſſoris, debitor idoneum probare debet, remiſſivè.
50 Judex diligentiam adhibere debet de fidejuſſoris idoneitate, in caſibus fidejuſſorem ex officio admittentibus, ne ad intereſſe teneatur.
51 Pauperes non dicuntur idonei fidejuſſores, remiſſivè.
52 Neque habens bona litigioſa, ſuper quibus lites timeri debent.
53 Forenſes, & extranei, aut de alieno foro non ſunt idonei ad fidejubendum.
Judæi fidejubere non probibentur, ibid.
54 Idonei non ſunt, qui conveniri non poſſunt, aut ſunt difficilis conventionis.
55 Potentes ad fidejubendum pro non

non idoneis reputantur, remiſſivè.

56 *Fdejuſſor, ut reputetur idoneus, tot immobilia haberedebet, quæ aſcendant cauſam, pro qua fidejubet.*

57 *Poſſidens immobilia idonea ad ſolvendum debitum fidejuſſorem dare non tenetur, remiſſivè.*

58 *Primus, & ſecundus effectus fidejuſſoris traditur, remiſſivè.*

59 *Traditur tertius effectus, remiſſivè.*

60 *Quartus effectus, remiſſivè.*

61 *De quinto effectu, remiſſivè.*

62 *Sextus effectus, remiſſivè.*

63 *Fidejuſſor ſe obligans ad certum tempus, illo elapſo, ad nihil tenetur.*

1 FIdejuſſor ille eſt, *qui obligationem alterius ſuſcipit, principali nihilominus manente obligato.* DD. *in rubr. inſtit. de fidejuſſ.* Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 3. *tit.* 5. *n.* 2. Begnudel. *tom.* 2. *verb. fidejuſſio*, §. 1. *n.* 1. Cardoſ. *verb. fidejuſſio*, *n.* 1. & fidejuſſores ſine ſtipulatione non obligantur; *l. blanditiis*, *cod. de fidejuſſ.* Begnudel. *ſuprà n.* 1. & Gaſparr. *ſuprà n.* 1.

2 Vel ſic *fidejuſſor dicitur, qui pro alio fidem ſuam obligat, & fide ſua*, id eſt, *periculo ſuo eſſe jubet, quod alius jubet*, *l.* 1. §. *verbis*, *ff. de oblig. & act.* quam definitionem ponit Calvin. *lit.* F. *verb. fidejuſſor*, *pag. mihi* 626. *col.* 2.

3 Hinc fidejuſſor propriè dicitur debitor; *l.* 4. *ff. de ſol.* Bart. & alii *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* Calvin. *ſuprà pag. mihi* 627. *col.* 1. ſed ſecundum Jaſ. *in l. cui legatum*, *n.* 3. *ff. de leg.* 1. lato modo dicitur debitor, & cum eo Cardoſ. *ſupra n.* 1. ubi quòd poteſt intervenire tam ante factum, quàm poſt, *l.* 1. *& per tot. cod. de fidejuſſ.*

Fidejuſſio generaliſſima reſtringitur ad debita tempore fidejuſſionis exiſtentia, vel quæ cauſam habent ab illis, niſi aliud in contrarium appareat, & non ad diverſa, vel ſupervenientia. Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 14. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 20. §. 26. Maur. *de fidejuſſ. p.* 2. *ſect.* 5. *p.* 2. 4

Sed fidejuſſor non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem; nemo enim eſt dominus membrorum ſuorum; *l. liber homo*, *ff. ad l. Aquil.* Gom. 3. *var. cap.* 9. *n.* 8. & cum eo Begnudel. *ſupra n.* 4. 5

Quando verò de facto judex relaxavit reum ſub fidejuſſoribus in caſibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, tunc ſi certam pœnam pecuniariam promiſit fidejuſſor, illam tenetur ſolvere, ſi verò nullam certam pœnam promiſit, tenetur pœna pecuniaria judicis, niſi conſuetudo in tali caſu etiam pœnam inducat; *text. in l.* 3. *ff. de cuſtod. reor.* Gom. *ſuprà.* 6

Fidejuſſio non obligat ad præſentandum reum, quando fuit mutatus ſtatus rei, veluti ſi fuit mortuus, vel infirmus; Capon. *diſcept. for.* 247. perceptum enim impoſſibile non obligat. Farin. *de carcer. quæſt.* 34. *n.* 48. ſi verò fidejuſſor ſe obligavit ad præſentandum, vel ſolvendum, ſi non poteſt præſentare, tenetur Capon. *loc. cit.* 7

Fidejuſſio alia eſt, quæ interponitur in cauſa civili, alia in criminali; *tot. tit. ff. qui ſatisd. cog. l. unic. cod. de ſatisd.* Alia eſt voluntaria, alia neceſſaria, voluntaria eſt, qua quis non adſtringitur, niſi voluntate ſua; *l. ſi fidejuſſor.* §. *neceſſaria*, *ff. qui ſatisd. cog.* Neceſſaria eſt illa ad quam quis adſtringitur à Magiſtratu, vel judice. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 4. *n.* 8. alia expreſſa, tacita alia. Bart. *in l. Reos in princip. ff. de duob. reis.* Hering. *loc. cit. n.* 4. 8

Fi-

9 Fidejuſſio alia eſt etiam judicialis, alia extrajudicialis; judicialis eſt, quæ fit in judicio, propriéque appellatur ſatisdatio, extrajudicialis fidejuſſio eſt, quæ fit in contractibus, quando quis in contractu pro debitore principali ſe obligat. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 4. *num.* 11.

10 Præterea fidejuſſio alia dicitur expromiſſoria, quando quis pro alterius obligatione principalem ſe conſtituit, qui non dicitur ſimplex fidejuſſor, ſed ex promiſſor; alia ſimplex, qua quis ſcilicet pro alio, & cum alio ſe obligat; *l.* 5. §. *ſatis acceptio*, *ff. de verb. oblig.* Hering. *ſuprà n.* 28.

11 Quæres, utrùm ſit licita fidejuſſio? Reſpondetur, quòd fidejuſſio ſit honeſta, & licita, & vitæ, ac commercio humano perquam neceſſaria, tenet Begnudel. *tom.* 2. *verb. fidejuſſio*, §. 2. *n.* 11. *verſic. contrarium.*

Qui prohibiti ſint fidejubere.

12 Sicut fidejubere omnes poſſunt, qui obligare ſe poſſunt, ita fidejubere non poſſunt, qui obligare ſe non poſſunt, veluti infantes, amentes, furioſi, & his ſimiles, neque pupilli ſine authoritate tutoris, §. *neque* 1. *inſtit. de auth. tutor.*

13 Servus fide jubere prohibetur ſine domini conſenſu, niſi ex re peculiari; *l. ſervus*, *& l. ſed*, *& ſi ff. de fidejuſſ.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. ſermo eſt de ſervis propriè dictis, & non de adſcriptitiis, & originariis, ſi de facto extent.

14 Item minor curatorem habens ſine ejus conſenſu fidejubere non poteſt, quòd ſi curatorem non habet, poteſt quidem fidejubere, & obligatur, ſed læſus in integrum reſtituitur, & in hoc caſu ſemper præſumitur, ut cum *text. in l. ait prætor*, §. *non ſolum*, *ff. de minor* tenet Gom. 2. *var. cap.* 13 *n.* 20. Begnudel. *ſuprà* §. 3. *n.* 14.

Quod limita, quando minor fidejubet pro patre incarcerato; quia tunc tenetur, & efficaciter obligatur; quia quilibet maior, & prudentiſſimus hoc faceret, imò aliàs exhæredari poſſet, dummodo tamen habeat decimum octavum annum, ſitque maſculus; *arg. text. in auth. ſi captivi*, *cod. de Epiſc. & Cleric. & in auth. ut cum de appell. cog.* §. *cauſas collat.* 8. 15

Si autem minor ſe gerebat pro maiori animo decipiendi adverſarium, obligatur; quia jura errantibus, non etiam fallentibus ſubveniunt; *l.* 2. *cod. ſi min. ſe maior. dix.* ceſſante verò dolo minoris is, qui cum ipſo contrahit, ſibi imputare debet, quod cum ipſo contraxerit, cujus conditionem ignorabat; *l. qui cum alio*, *ff. de reg. jur.* contrahenſque præſumitur ſcire, cum quo contrahat Bald. *in l. incivile*, *cod. de furt.* 16

Si habuiſſe ignorantiam probabilem probetur, ut quia pro majori publicè reputabatur, tunc fide contrahens eſt excuſandus; *l.* 3. *ff. ad Maced.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 100. Caſtr. *conſ.* 274. 17

Item etiam ebrius fidejubere non poteſt, & ſi poſt diſcuſſam ebrietatem illam non ratificavit, non obligatur. Bald. *in cap. à crapula de vit. & honeſt. Cleric.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 126. dummodo fuerit ita ebrius, ut ſui compos non fuerit. Vide Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 326. 18

Item neque prodigus, qui neque finem, neque tempus expenſarum habet, ſed bona ſua diſſipando prodigit; *l.* 1. *cod. de cur. furioſ.* & in materia contractuum parum diſtat ab à mente, & furioſo, quidquid in delictis, & quomodo prodi- 19

digus quis probetur; tradit Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 83. *n.*16. Maſcard. *de probat. concl.* 516.

20 Neque mutus omnino, & ſurdus omnino; namque talis verbis reſpondere ſtipulanti non poteſt, nec verba interrogantis audit, ut eſt neceſſarium in ſtipulationibus. Hering. *ſuprà n.* 142. neque refert quòd mutus, & ſurdus hæreditatem acquirere poſſit; *l. mutum, ff. de acquir. hæred.* quia ad acquirendam hæreditatem nec auditio, nec oratio requiritur; *l. pro hærede, ff. de acquir. hæred.*

21 Quid autem dicendum ſit de Clericis, an fidejubere poſſint? Reſpondetur illos fidejubere non poſſe; *cap. te quidem* 11. *quæſt.* 1. *cap.* 1. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 236. & Clericus, fidejuſſionibus inſerviens deponitur, ut cum multis Gonzal. *lib.* 3. *decretal. tit.* 22. *n.* 2.

22 Sed hoc limitatur pro egenis, oppreſſis, & miſerabilibus perſonis, fidejubere non prohibentur Clerici, ſed tantum ne ex aſſiduà fidejuſſione negotiis ſecularibus ſe immiſceant, & litibus implicentur, quæ ex hujuſmodi fidejuſſionibus oriri ſolent, ſicut neque prohibentur fidejubere pro Clericis, aut pro Eccleſia; *gloſ. in cap.* 4. *de fidejuſſ.*

23 Quæres; utrum fidejuſſio à Clerico in caſibus non permiſſis præſtita valeat? Sed quòd Clerici fidejuſſio valeat, defendunt Gutierr. *p.* 1. *de jur. Confirm. cap.* 72. *n.* 2. Card. *de* Lug. *de juſt. tom.* 2. *diſp.* 32. *ſect.* 1. *dubit.* 2. *n.* 29. multa enim in jure fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent; *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. ſi fundum, ff. de fund. dot.* Gonzal. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 22. *cap.* 1. *n.* 5. *in fin.*

24 Hoc quod dictum eſt, quòd Clerici non poſſint fidejubere, limitatur, ut procedat dumtaxat quoad bona Eccleſiaſtica, puta quoad beneficia, & quoad redditus illorum; non verò quoad patrimonialia, vel quaſi, aut fructus etiam Eccleſiaſticos, quorum plenum acquiſivit dominium, & adminiſtrationem. Hoſt. *in cap.* 1. *de fidejuſſ.* Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 22. §. 2. *n.* 12.

Item neque Clericus Collegiatæ Eccleſiæ fidejubere poteſt pro aliquo, obſervat Gutierr. *de jur. Confirm. p.* 1. *cap.* 72. *n.* 4. & cum eo, & aliis Auguſt. Barb. *ad text. in cap. quod quibusdam* 4. *de fidejuſſ. n.* 3. 25

Item neque Religioſus fidejuſſor exiſtere poteſt abſque Prælati, & maioris partis Capituli licentia, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. 26

Et ſicut Religioſus fidejubere non poteſt, ita neque etiam recipere mutuum ultra ſummam communi providentia conſtitutam, niſi Prælati, & maioris partis Capituli interveniat licentia, adverſusque mutuum minor reſtituitur, licèt non probet ſe ex illo læſum, ut cum Cald. *in l. ſi curatorem verb. ſua facilitate, n.* 30. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 7. 27

Nota, quòd ex mutuo ſuſcepto à particulari Eccleſia, vel Monaſterio ultra ſummam communi providentia conſtitutam non tenetur Eccleſia, vel Monaſterium, niſi probetur in ipſius utilitatem verſum, ut cum multis probat Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8. 28

Ampliatur, ut procedat etiam in mutuo ſuſcepto ab ipſo Prælato, & inſimul Capitulo, adhuc enim, ut ex illo Eccleſia obligetur probationem verſionis eſſe neceſſariam, ſaltem caſu, quo ad mutui ſatisfactionem vendere neceſſarium ſit bona immobilia, vel pre- 29

pretioſa Eccleſiæ, ut cum Menoch. *caſ.* 432. *n.* 7. & aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9.

30 Limitatur primò, ut non procedat, ubi mutuum ſuſceptum eſt ab ipſo Prælato, & poteſt idem ſatisfieri ex redditibus abſque Eccleſiæ bonorum immobilium diſtractione, ut cum aliis tenet Auguſt. Barb. *ubi ſuprà n.* 10.

31 Limitatur ſecundò, ut non indiſtinctè procedat, ſive mutui ſatisfactio fieri debeat ex immobilibus bonis Eccleſiæ, ſive mobilibus tantùm; quia ſolùm locum habet, quando ad mutui ſatisfactionem diſtrahere oportet Eccleſiæ bona immobilia, vel ſaltem bona pretioſa, ut tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11.

32 Tertiò limitatur, ut non habeat locum, quando mutuum fuerit acceptum *intra* ſummam ab Eccleſia communi ordinatione taxatam; quia tunc ad eam obligandam neceſſarium non erit verſionem probare; idem Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12.

33 Limitatur quartò, non procedere in venditione rei Eccleſiæ, quæ fit pro ipſius debito perſolvendo; tunc enim emptor probare, & curare tenetur pretium ad ſolutionem debiti profeciſſe; tradit optimè Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 16.

34 Notatur ad hoc, quòd filiusfamilias maior 25. ann. non prohibetur pro aliis fidejubere; *l. nulla*, *cod. quod cum eo* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 327. quia filiusfam. ex omnibus cauſis obligatur tamquam paterfamil. *l. filiusfam. ff. de oblig. & act. l. tam ex contract. ff. de jud.*

35 Notatur etiam ad hoc, quòd obſides, & captivi fidejubere non poſſunt; quia civiliter dicuntur mortui, & nullis negotiis ſe immiſcere poſſunt, quæ olim procedebant, non verò hodie, quo tempore obſides libertatem non amittunt. Hering. *loc. cit. n.* 538.

Notatur ultimò ad hoc, quòd fidejuſſor laicus pro Clerico eſt conveniendus coram judice laico, non verò coram judice Eccleſiaſtico, licèt Clericus eſſet conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, niſi fidejuſſor laicus juraret non declinare forum Eccleſiaſticum, tunc enim ratione juramenti convenietur coram judice Eccleſiaſtico, ut cum multis Cardoſ. *verb. fidejuſſor*, *n.* 12. 36

Qui teneantur dare fidejuſſores.

Omnes tenentur dare fidejuſſores, ſi volunt creditores, principaliter illi, qui ſunt ſuſpecti de fuga; *text. in l. fidejuſſor.* §. *fin. ff. qui ſatisd. cog.* & non ſolùm dare debent fidejuſſorem de judicio ſiſti, ſed etiam de judicato ſolvendo. Afflict. *deciſ.* 108. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 40. 37

Quod limitatur in debitore in diem, qui tempore contractæ obligationis jam erat de fuga ſuſpectus, quia non tenetur cautionem præſtare fidejuſſoriam, ſed creditor ſibi imputare debet, quòd cum ſuſpecto contraxerit; Bart. *in l. creditore*, §. *plane*, *verſic. cæterum*, *ff. de reb. auth. judic. poſſid.* 38

Quæ quidem concluſio procedit in quocumque malæ ſpei debitore, qui ſive debeat de præſenti, ſive ſub conditione, antequam hæc purificetur, ad cavendum cogi poteſt. Coler. *de proceſſ. execut. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 102. & *p.* 2. *cap.* 3. *n.* 106. dummodo probentur ſuſpicionis cauſæ. Hering. *ſuprà n.* 48. & 49. 39

Debitor, qui bonis ceſſit, etiam tenetur cautionem præſtare de ſolvendo, quando venerit ad pinguiorem 40

rem fortunam ſecundum Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. *n.* 20. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 83. & hæc fidejuſſio debetur, quando petitur à creditoribus. Menoch. *remed. adipiſc.* 2. *n.* 98. Hering. *ſuprà num.* 133.

41 Etiam uſusfructuarius cautionem præſtare tenetur, qui cavere debet ſe uſurum arbitrio boni viri, & rem finito uſufructu, prout ſtabit, reſtituturum; item cavere debet, quòd ſi mortuus, vel capite damnatus fuerit, res ejuſdem qualitatis reſtituet. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 46. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 196.

42 Præterea uſusfructuarius tenetur inventarium conficere, ſive ſit legatarius quarundam rerum, ſive univerſalis omnium bonorum; quia aliàs cognoſci non poſſet, an arbitrio boni viri, & plenam rerum, quæ ad manus ſuas pervenerunt, reſtitutionem faceret; *l.* 1. §. *rectè, ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.* Perigr. *de fidecommiſſ. art.* 35. *n.* 26.

43 Hæc autem cautio, quam uſusfructuarius præſtare tenetur, hunc habet effectum, ut proprietarius, aut is, cui cautum de fruendo arbitrio boni viri, ſi uſusfructuarius re abutatur, finito uſufructu, plena reſtitutio fiat, ut ſit ſalva rerum ſubſtantia; *l. damni infecti ſtipulatio*, §. *ei cujus*, & *l. inter fructuarium, ff. de damn. infect. l.* 1. §. *habet, ff. uſufructuarius quomodo caveat.*

44 Porrò uſusfructuarius non præſtans cautionem prædictam de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendis rebus, finito uſufructu, non facit fructus ſuos, & eſt privandus uſufructu; *l.* 1. & *l. ſi tibi, ff. de uſufr.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 109. *n.* 27. Pinel. *in l.* 1. *p.* 2. *n.* 75. & 76. *cod. de bon. mat.*

Quæres, an maritus, cui ab uxore fuit relictus uſusfructus omnium bonorum, aut alicujus partis illorum, alio hærede inſtituto in proprietate, cavere teneatur, ſicut alii uſufructuarii tenentur, etiam reſpectu dotis, quam actione de dote reſtituere tenetur hæredibus uxoris? Reſpondetur affirmativè; quia regula generalis eſt, omnem uſufructuarium cavere debere; *l. ſi cujus, l. ſeq. ff. de uſufr. l.* 1. & 4. *cod. eod.* 45

Prædicta cautio de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendis rebus, finito uſufructu, inventariique confectione, remitti non poteſt à teſtatore; quia tam cautio, quàm confectio inventarii non ſolùm in favorem hæredis fuit inducta, ſed ne quis invitetur ad delinquendum, & ideo per teſtatorem remitti non poteſt; *l. ſi unus*, §. *illud, ff. de pact. l. convenire, ff. de pact. dotal.* tradit cum multis optimè Guerr. *tract.* 1. *de invent. lib.* 4. *cap.* 2. *ex n.* 13. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 209. 46

Tutor, & curator ad cautionem præſtandam obligantur rem pupilli, ſeu minoris, finita curatelà ſalvam fore, ſe que utilia facturos, & inutilia prætermiſſuros, licèt hanc nec minor, nec alius petat nomine ipſius; *l.* 1. & 4. §. *hanc ſtipulationem, ff. rem pupill. ſalv. for.* 47

Qui cenſeantur minus idonei ad fidejubendum?

Quæres, an debitor teneatur notificare creditori fidejuſſoris qualitatem? Reſpondetur, quòd ſi debitor fidejuſſorem creditori exhibuit, & de habilitate illius nulla fuit mota quæſtio, amplius illum certiorare non tenetur. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 8. *n.* 12. & 13. creditorque fidejuſſorem minus ſufficientem 48

tem acceptans non perquiſita illius qualitate ſibi imputare debet; *l. ſi ab arbitrio*, §. 1. *ff. qui ſatisd. cog.* Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 88. *n.* 6.

49 Unde ſi creditor dubitans de qualitate fidejuſſoris, diligenti facta inquiſitione, debitore illum idoneum affirmante, credere noluerit, tunc debitor idoneitatem probare debebit; Bart. *in l. ſi verò*, §. *qui pro rei*, *n.* 6. *ff. qui ſatiſd.* Coler. *de proceſſ. execut. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 147. quia fidejuſſor in dubio idoneus non præſumitur. Bald. *in l.* 4. *cod. quando fiſc. vel priv.*

50 Non solùm creditor, ſed etiam judex in inveſtiganda fidejuſſoris idoneitate diligentiam adhibere debet in caſibus, in quibus fidejuſſorem ex officio admittit, ne ſi minus idoneos acceperit, ad intereſſe teneatur; *l. fin. cod. de magiſtr. conveniend.* Boſſ. *in pract. crimin. tit. de cancer. fideicom. n.*7.

51 Dicuntur verò ad fidejubendum non idonei pauperes, ſed debent eſſe locupletes, qui obligari, & conveniri poſſint; *l.*5. §. *qui pro rei*, *ff. qui ſatisd. cog. l.* 2. *ff. de fund. dotal.* & qui ſolvendo ſit, & habens dumtaxat prohibita alienari non dicitur idoneus. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 8. *n.* 55.

52 Sicut neque ille, qui habet dumtaxat bona litigioſa, & ſuper quibus lites timeri debent; Hering. *ſuprà n.* 57. licèt fidejuſſor eſſet nobilis, & haberet tot bona, cum quibus ruſticus dives eſſet. Morla *in empor. jur. p.* 1. *tit.*12. *quæſt.*12. *n.* 6.

53 Forenſes, & extranei, aut de alieno foro habentur pro minus idoneis ad fidejubendum; Caſtr. *in l. ſi filius*, *ff. qui ſatiſd. cog.* neque prohibentur Judæi, cum quibus uti contrahere licet, ita illi fidejubere poſſunt; *l. nemo exterus*, *cod. de Judæis.*

Pro non idoneis habentur, qui conveniri non poſſunt, aut ſaltem ſunt difficilis conventionis; quales ſunt nobiles, potentes, impetuoſi, & qui arces inexpugnabiles inhabitant. Gam. *deciſ.* 21. *n.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 27. *n.* 25. Menoch. *conſ.* 2. *n.* 212. niſi ſubſint Principi, qui arcem facilè poſſit expugnare. Grat. *conſ.* 18. *n.* 29. *lib.* 1. 54

Potentes quoque ad fidejubendum pro non idoneis habentur, qui impotenter ſe gerunt, ut omnibus ſint terribiles. Hering. *ſuprà n.* 132. & qui faciunt, quod volunt, neque judices conſiliarii, Curiæ advocati, aut procuratores. Put. *de ſynd. verſic. fidejuſſor. col.* 2. *verſic. an judex.* Boer. *deciſ.* 315. *n.* 2. 55

Sed ut fidejuſſor dicatur idoneus, tam de judicio ſiſti, quàm in quacumque alia cauſa, oportet, ut habeat tot immobilia in bonis, quæ aſcendant ad valorem cauſæ, pro qua fidejubet; ut cum multis juribus Cardoſ. *verb. fidejuſſor. n.* 31. 56

Fidejuſſorem dare non tenetur poſſidens bona immobilia idonea ad debitum perſolvendum, & quando nulla adeſt ſuſpicio de dilapidatione bonorum; *l. decretationibus*, ubi DD. *cod. de Epiſcopal. aud.* nec poſtquam creditor perſonam debitoris approbavit; *l. ſi creditores*, & ibi DD. *ff. de privileg. cred.* 57

De effectibus fidejuſſionis, & obligatione fidejuſſorum.

Primus effectus eſt, quòd fidejuſſor nolit, velit, obſtringitur æri alieno, & debitor conſtituitur; *l.* 4. *ff. de fidejuſſ.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 15. *n.* 2. *&* 3. Secundus effectus eſt; quia fidejuſſio in locum ſequeſtrationis ſuccedit, & dicitur medicina ſequeſtri. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 44. *n.* 10. & alii apud Hering. *loc. cit. n.* 19. 58

Ter-

59 Tertius effectus eſt, quòd in jus vocatus vocantem ſequi non cogitur; ſed ſi obtendit impedimentum, quominus comparere poſſit, ſub cautione de judicio ſiſti eſt dimittendus; ſed hodie non liberatur reus ſatisdando, ſed omnino comparere tenetur; *l. 2. ff. de in jus voc.* Gail. *lib. 1. obſerv. 59. n. 3.* Hering. *cap. 15. n. 37.*

60 Quartus effectus eſt, quòd per fidejuſſionis dationem actio perpetuatur, ſicut per litis conteſtationem; *gloſ. in l. cum quis*, §. *ſiquis pro reo in 4. ſolut. ff. de fidejuſſ.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 15. n. 44.*

61 quintus effectus eſt, quòd fidejuſſio ſit vice alicujus ſolutionis; *l. reſcripto*, §. *plane*, ubi Bart. *ff. de muner. & hon.* obligatus, enim ſolvere auditur, ſi de ſolvendo vult ſatisdare. Hering. *ſupà n. 59.*

62 Sextus effectus eſt, quòd fidejuſſione preſcriptio interrumpitur; quia debitum agnoſcit; *gloſ. in l. cum quis*, §. *ſiquis pro reo*, *ff. de ſolut.* Boer. *deciſ. 333. n. 3.*

63 Nota, quòd fidejuſſor, qui ſe obligavit ad certum tempus, illo elapſo, ad nihil tenetur, quod idem dic, ſi debitor obligationem ſuam novavit; *gloſ. in* §. *ſiquid verſic. ſolverit Inſtit. de fidejuſſ.* aliter ſi ad tempus indeterminatum fuit facta obligatio; quia tunc tenetur, ſi debitor eſt in mora ſolvendi, & interea res debita perit.

His ita prælibatis, tranſeamus jam ad enucleationem noſtræ legis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor conveniri non poteſt ante executionem principalis debitoris.*

2 *Sive debitor principalis ſit præſens in dolo, vel ejus territorio.*

3 *Amplia 1. non ſolùm in fidejuſſione expreſſa, ſed & etiam in tacita.*

4 *Amplia 2. etiam ſi debitor pignora creditori dederit.*

5 *Amplia 3. ut conveniri poſſit, ſit citandus in excuſſione contra principalem.*

6 *Amplia 4. in fidejuſſore de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo.*

7 *Amplia 5. quando mulieres beneficio Velleiano non juvantur.*

8 *Amplia 6. in fidejuſſore indemnitatis.*

9 *Amplia 7. in conſtitutore, qui non convenitur ante principalem.*

10 *Amplia 8. in fidejuſſore fiſci.*

11 *Amplia 9. in tertio poſſeſſore, contra quem non agitur hypothecaria ante excuſſionem principalis.*

12 *Amplia 10. in tribus correis, remiſſivè.*

13 *Amplia 11. remiſſivè.*

14 *Amplia 12. remiſſivè.*

15 *Limita 1. quando debitor fuerit abſens à loco domicilii, vel territorii.*

16 *Limita 2. quando licèt præſens, vel territorio, ſe occultat, & citari non poſſit.*

17 *Fidejuſſor poteſt petere tempus ad præſentandum reum, quando fuerit abſens à loco, remiſſivè.*

18 *Quid ſi non petat dilationem, remiſſivè.*

19 *Limita 3. quando principalis eſt pauper notoriè non ſolvendo.*

20 *Creditor convenire poteſt proximiorem, debitore, & ejus fidejuſſore abſentibus.*

21 *Limita 4. quando debitor habet bona extra judicantis territorium.*

22 *Debitor non tenetur excutere debitoris bona intrincata, & difficilis exactionis, remiſſivè.*

23 *Limita 5. in debitore condemnato, & bona erant fiſco applicata.*

24 *Limita 6. in debitore ſuccedente debitori tamquam hæredi, remiſſivè.*

25 *Limita 7. quando debitoris bona eſſent penes fidejuſſorem; remiſſivè.*

26 *Limita 8. in patre fidejubente pro filio, remiſſivè.*

27 *Limita 9. in cauſa appellationis.*

28 *Limita 10. in fidejuſſore non opponente excuſſionis exceptionem, remiſſivè.*

29 *Limita 11. in mercatore, & campſore.*

30 *Limita in foro Canonico, vel Eccleſiaſtico.*

31 *Bona fidejuſſoris ſunt obligata ad debitum, ſi non ſufficiant debitoris.*

32 *Appellatione debitoris venit fidejuſſor, & cenſetur eadem perſona cum debitore principali.*

33 *Poteſt appellare à ſententia lata contra debitorem.*

34 *Et quo nomine appellare debeat, remiſſivè.*

55 *Sententia contra debitorem executioni mandatur contra fidejuſſorem ſine alio proceſſu.*

36 *Aliud in fidejuſſore contractus.*

37 *Agere non poteſt contra debitorem, ut liberetur à fidejuſſione, antequam ſolvat.*

38 *Traditur primus caſus, in quo fidejuſſor ante ſolutionem agere poteſt adverſus debitorem.*

39 *Ut quis dicatur diu perſiſtere in fidejuſſione, judicis arbitrio eſt relinquendum.*

40 *Traditur ſecundus caſus, remiſſivè.*

41 *Tertius caſus aſſignatur, remiſſivè.*

42 *Quartus caſus, remiſſivè.*

43 *Quintus caſus traditur, remiſſivè.*

44 *Sextus caſus, remiſſivè.*

45 *Septimus caſus, remiſſivè.*

46 *Octavus caſus, remiſſivè.*

47 *Fidejuſſio tollitur primò ſolutione.*
Solutio probatur apertis probationibus, præſumptionibus, conjecturis, & confeſſione creditoris, ibid.

48 *Secundò novatione, remiſſivè.*

49 *Tertiò delegatione, remiſſivè.*

50 *Quartò compenſatione, remiſſivè.*

51 *Quintò quando reus liberatur tranſactione, remiſſivè.*

52 *Sextò prorogatione termini.*
Niſi ſe obligaverit, nullo tempore adjecto, ibid.

53 *Septimò per electionem alterius fidejuſſoris.*

54 *Octavò ademptione bonorum; remiſſivè.*

55 *Nonò debitoris, aut fidejuſſoris inopia, remiſſivè.*

56 *Decimò quando fuit coactus vi, aut metu ad fidejubendum; remiſſivè.*

57 *Undecimò per dationem in ſolutum.*

58 *Duodecimò nullitate contractus, remiſſivè.*

59 *Decimoterciò alteratione contractus, remiſſivè.*

60 *Decimoquartò rei debitæ interitu, remiſſivè.*

Collige ex hoc textu, fidejuſſorem conveniri non poſſe antequam principalis debitor excutiatur; 1

tur; *auth. de fidejuſſ. in princip. verſic. ſiquis igitur*, *collat.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 2. *Ord. lib.* 2. *tit.* 52. §. 4. & ibi Peg. *gloſ.* 6. *n.* 15. *&* 16. Gabr. Per. *deciſ.* 85. *n.* 1. Mor. *de execut. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 12. Gam. *deciſ.* 379. *n.* 1. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 1. Altim. *tom.* 5. *rubr.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 790. Cardoſ. *verb. fidejuſſor. n.* 16.

2 Et hoc ita procedit, quando principalis debitor fuerit præſens in oppido, ubi habitabat, vel in ejus territorio, ut probant verba legis verſic. *E iſto haverá lugar, quando o devedor principal for preſente na Villa, onde for morador, ou em em ſeu termo.*

3 Ampliatur primò, ut non ſolùm procedat in expreſſa fidejuſſione, ſed etiam in tacita; *text. in l.* 1. *cod. de decurion. lib.* 10. ubi ſi pater conſenſerit filio magiſtratum gerenti, vice fidejuſſoris accipitur, non poteſtque conveniri, niſi propriis filii bonis excuſſis; *text. in l.* 2. *ff. ad municipal.*

4 Ampliatur ſecundò, quamvis debitor pignora dederit creditori, quòd prius fieri debeat pignoris venditio, & diſcuſſio, antequam fidejuſſor conveniatur. Bart. *in* §. 1. *in auth. de fidejuſſ. auth. hoc ſi debitor*, *cod. de pignor.* pignora enim ſunt bona debitoris, quæ prius vendi debent, quàm conveniatur fidejuſſor, aliàs non fieret plena contra debitorem excuſſio DD. *in auth. præſente*, *cod. de fidejuſſ.*

5 Ampliatur tertiò, quòd in excuſſione, quæ fit contra principalem debitorem, ut præveniatur ad fidejuſſorem, ipſi fidejuſſores ſint citandi. Bart. *in l. decem*, *ff. de verb. oblig.* DD. *in l. nam ita Divus*, *ff. de adopt. & in l. nequicquam*, §. *ubi decretum de offic pro conſ.*

6 Ampliatur quartò, quòd procedat in fidejuſſiore de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo; quia fidejuſſor de judicio beneficium excuſſionis habet. Guliel. *in l.* 2. §. *ſiquis*, *ff. qui ſatisd. cog.* ubi tradit hujuſmodi fidejuſſori competere omnia beneficia, quæ fidejuſſoribus tribuuntur, conſequenterque beneficio excuſſionis gaudebit, de quo in præd. *auth. præſente*, qui quidem fidejuſſor de judicio ſiſti tenetur uſque ad ſententiam; *text. in l. Græce*, §. *poſt litem*, *ff. de fidejuſſ.*

Fidejuſſor de judicato ſolvendo ſi conveniatur, & petatur contra eum executio ſententiæ latæ contra debitorem principalem poteſt opponere beneficium excuſſionis, ut primò debitor excutiatur. Georg. *in l. fidejuſſor*, §. *ſiquis bis*, *n.* 6. *& in* §. *fidejuſſorem*, *n.* 3. *ff. qui ſatisd. cog.* Bald. *in l. fin.* §. *ſed cum antiquitas per illum*, *text. cod. de uſur. rei jud.*

Ampliatur quintò in mulieribus, 7 quibus etiam ſi fidejuſſores extent, ſive intercedant beneficium ordinis, vel excuſſionis indulgetur, quando Velleiano non juvantur; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 61. §. 8.

Ampliatur ſextò in fidejuſſore 8 indemnitatis; quia talis, etiam ſi renuntiet beneficio de fidejuſſoribus, poteſt prius petere excuti principalem. Bart. *in l.* 1. *cod. de convenien. fiſci debitor* Dueñas *Reg.* 335. *ampl.* 2. & cum multis Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 9.

Ampliatur ſeptimò in conſtitutore. 9 Bart. *rubr. ff. jud. ſolv.* Cald. *ſuprà n.* 10.

Ampliatur octavò in fiſci fide- 10 juſſore; quia prius fiſcus, quàm fidejuſſor eſt conveniendus; *gloſ. in l. ſententia*, *cod. de fidejuſſ.* Roman. *ſing.* 635. *ſcis quod hodie.*

Ampliatur nonò, quòd contra 11 tertium bonorum poſſeſſorem hypo-

pothecaria agi non poſſit , niſi excuſſo prius principali debitore , & illius fidejuſſore ; *auth. hoc ſi debitor. cod. de pignor.*

12 Ampliatur decimò in tribus correis, inter quos unus pecuniam recipit, ut ille ptius diſcuti debeat; *text. in l. unde quæritur , ff. commod.* ubi quando unus ex reis conventus probat pecuniam perveniſſe ad correum , petitque illum prius conveniri ſuo ſumptu , & periculo , auditur; quia alii, ad quos utilitas contractus non pervenit , cenſentur fidejuſſores; *text. in l. ſed Julianus , §. 1. & §. item ſi duos , ff. ad Maced. gloſ. in §. 1. auth. de fidejuſſ.*

13 Ampliatur undecimò , quòd poſſit etiam opponi, ut fiat excuſſio , ſi de novo bona ex ſucceſſione, aut aliàs ad debitorem principalem perveniant, & illo prius reperto non ſolvendo; quia exceptio dilatoria ſuperveniens poſt litem conteſtatam opponi de novo poteſt; *text. in cap. inſinuante de offic. deleg.* DD. *in cap. paſtoralis de except.* Hipol. *in rubr. de fidejuſſ. n.* 24.

14 Ampliatur duodecimò , quòd opponi poſſit exceptio ordinis , quamvis juraverim pro aliquo ſolvere. Rebuff. *in tract. de except. n.* 62. 12. *diviſ.* ſicut etiam debet fieri debitoris excuſſio , & bonorum, quæ habet in loco contractus , necnon illorum , quæ habet in loco domicilii. Bald. *in l. fin. §. 1. ff. ſi cert. pet.*

15 Limitatur primò , quando debitor principalis fuerit abſens à loco , vel territorio ſui domicilii ; tunc enim fidejuſſor prius exequi poteſt, non excuſſo principali , ut probatur ex noſtra lege , verſic. *E ſendo , &c. auth. de fidejuſſ. verſic. ſiquis igitur collat.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 14. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 17. Salgad. *in labyr. cred. p.* 1. *cap.* 23. *n.* 15. Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 12. Altim. *tom.* 5. *rubr.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 817.

16 Limitatur ſecundò , quando debitor principalis eſt quidem præſens in loco, vel territorio , ſed ita ſe occultat , ut nuſquam apparere, nec citari poſſet, tunc quoque poterit fidejuſſor conveniri, antequam principalis; *gloſ. in auth. de fidejuſſ. verb. præſente , collat.* 1.

17 Sed quando debitor principalis eſt abſens à loco ſui domicilii , tunc fidejuſſor petere poteſt tempus ad principalem debitorem præſentandum , tuncque judex illi concedere debet congruum tempus, & ſi adduxerit, fidejuſſor ſolvere cogetur, & prius conveniri poterit, ut probat noſtra lex , ceſſis tamen illi actionibus , ex *d. auth. præſente.*

18 Si verò dilationem non petat fidejuſſor , & poſt acceptum judicium per fidejuſſorem reus revertatur, fidejuſſor ordinis exceptionem opponere non poterit , ut tradit Cald. *de empt. cap.* 33. *ſub n.* 17.

19 Limitatur tertiò , quando debitor principalis eſt pauper , & notoriè non ſolvendo ; quia tunc poteſt conveniri fidejuſſor , nulla facta excuſſione in debitorem principalem, ut probatur ex noſtra lege verſic. *Porém , l. nam is nullam , ff. de dol. mal.* Bart. *in l. fin. ff. ſi certum pet.* cum multis Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 18.

20 Quando verò debitor principalis, & ejus fidejuſſor ambo fuerint abſentes, poterit creditor conveniri proximiorem. Altim. *tom.* 5. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 817.

21 Limitatur quartò , ſi debitor principalis habeat bona ſita extra judicantis territorium ; quia non tenetur creditor illa excutere, ſed poteſt agere contra fidejuſſorem. Auguſt. Barb. *in d. cap.* 2. *de fidejuſſ.*

juſſ. num. 17. Altim. *ſuprà num.* 817.

22 Nec tenetur creditor excutere debitoris bona, quæ ſunt intrincata, & difficilis exactionis, ſed solùm illa, quæ ſunt in poteſtate ipſius debitoris. Gam. *deciſ.* 21. *n.* 3. Altim. *de nullit. ſent. rubr.* 13. *quæſt.* 19. *n.* 52.

23 Limitatur quintò, quando debitor condemnatus erat, & ejus bona erant fiſco applicata; quia tunc conveniri poteſt fidejuſſor, non facta excuſſione debitoris. Bart. *in l. ſi ego. ad fin. ff. ſi certum pet.*

24 Limitatur ſextò, quando fidejuſſor ſuccedit reo debitori, tamquam hæres, tunc enim extincta eſt obligatio fidejuſſoria, & tenetur ipſe fidejuſſor, ut principalis, & locum non habet excuſſionis beneficium; *text. in l. fidejuſſores, cod. de fidejuſſ.* Altim. *tom.* 5. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 823.

25 Limitatur ſeptimò, quando bona principalis debitoris eſſent penes fidejuſſorem; quia tunc non facta diſcuſſione, convenietur fidejuſſor; tradit cum multis Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 41. Altim. *ſuprà.*

26 Limitatur octavò, in patre fidejubente pro filio; quia patri excuſſionis beneficium non ſuffragatur; *text. in l.* 3. §. *ſed utrum, verſic. proinde, ff. de minor.* Cald. *ſuprà n.* 43. Auguſt. Barb. *in d. cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 11. Altim. *ſuprà n.* 821. Boer. *deciſ.* 221. *n.* 13.

27 Limitatur nonò, in cauſa appellationis, in qua excuſſionis exceptio opponi nequit, ut cum multis Auguſt. Barb. *in d. cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 13.

28 Limitatur decimò, quando fidejuſſor non oppoſuit hanc exceptionem ante litem conteſtatam; quia remittere illam videtur; eſt enim hujuſmodi exceptio dilatoria, & ideo opponi debet ante litem conteſtatam; tradit cum multis Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 34.

Limitatur undecimò in mercatore, ſeu campſore fidejubente. Cald. *ſuprà n.* 26. Auguſt. Barb. *in d. cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 8. 29

Limitatur duodecimò in foro Canonico, ſeu Ecceſiaſtico, ubi excuſſionis exceptio denegatur ſecundum Auguſt. Barb. *ſuprà, & alios, n.* 9. Si alias limitationes videre volueris, conſule eundem Auguſt. Barb. *ſuprà* Cald. *de empt. cap.* 33. *ex n.* 17. Gom. 2. *var. cap.* 13. *ex n.* 14. 30

Adverte, quòd bona fidejuſſoris ſunt obligata ad ſolvendum debitum creditoris, quando debitoris non ſufficiunt, ut diſponit *Ord. lib.* 3. *tit.* 92. fidejuſſio enim eſt contractus ſolvendæ obligationis alterius in illius defectu, ut dixi ad Rubricam hujus tituli. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 30. *n.* 4. 31

Et ideo appellatione debitoris venit etiam fidejuſſor. Altim. *ſuprà n.* 26. Cancer. 2. *var. cap.* 5. *n.* 202. fidejuſſor enim, & principalis debitor, eadem perſona cenſetur, utriuſque vicem ſubeunt, & uterque ad idem debitum obligatur. Mor. *de execut. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 16. 32

Fdejuſſor appellare poteſt à ſententia lata contra debitorem principalem, cum habeat intereſſe in ſententia; *text. in l. à ſententia, ff. de appellat. & relat.* Altim. *tom.* 1. *rub.* 4. *quæſt.* 24. *n.* 4. 33

Sed difficultas eſt, quo nomine appellare debeat, proprio, vel principalis debitoris? Conſule Altim. *ſuprà n.* 7. 34

Notatur ad hoc, quòd ſententia lata contra principalem debitorem executioni mandatur contra fidejuſſorem de judicato ſolvendo abſque novo proceſſu, & judicio; *Ord. lib.* 3. *tit.* 92 *in princip.* Cald. 35

de

de empt. cap. 33. *n.* 37. Mor. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 18. & *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 2.

36 Secus eſt in fidejuſſore contractus. Cancer. *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 125. Larr. *alleg.* 78. *n.* 8. Nogueirol. *alleg.* 21. *n.* 35. Mor. *cap.* 11. *n.* 2. *ad medium.*

37 Notatur etiam ad hoc, quòd fidejuſſor non poteſt agere adverſus principalem debitorem, ut eum liberet à fidejuſſione, antequam pro eo ſolvat, vel aliter ſatisfaciat; *l. Lucius*, *ff. mandat.* Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 10. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. eum pro quo de fidejuſſ. n.* 2. Sed adverte ſequentia.

De caſibus, in quibus fidejuſſor ante ſolutionem agere poteſt adverſus debitorem ad liberationem.

38 Primus caſus eſt, quando debitor principalis diu ſteterit in obligatione abſque eo quòd debitum perſolvat. Gom. *ſuprà n.* 10. Cardoſ. *verb. fidejuſſor*, *n.* 21. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3. in quo caſu agere poteſt adverſus debitorem principalem, ut eum liberet à fidejuſſione.

39 Quod quidem tempus decernendum, quando dicatur diu perſiſtere in fidejuſſione, relinquitur judicis arbitrio. Gom. *ſuprà d. n.* 10. Cardoſ. *ſuprà d. n.* 21. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4.

40 Secundus caſus eſt, quando debitor bona ſua dilapidare, vel diſſipare cœpiſset; in quo caſu ſimiliter fidejuſsor ante ſolutionem debitorem cogere poteſt, ut eum liberet à fidejuſſione. Cardoſ. *ſuprà n.* 21. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 5. Gom. *ſuprà ſub n.* 10. *ſub verſic. ſecundus caſus.*

41 Tertius caſus eſt, quando fidejuſsor fuit in judicio condemnatus, ut ſolvat totum debitum, vel partem ejus; ſtatim agere poterit adverſus debitorem, ut eum à fidejuſſione liberet. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8.

Quartus caſus eſt, quando debitor principalis jam eſt condemnatus in judicio, ut ſolvat; tunc enim fidejuſsor poterit agere contra eum, ut illum à fidejuſſione liberet. Gom. *ſuprà verſic. ſecundus caſus*, *l. Lucius*, *ff. mandat.* 42

Quintus caſus eſt, in quo fidejuſsor, antequam ſolvat, poteſt debitorem principalem conveniri, ut eum liberet, quando ab initio eo pacto fidejuſſionem ſuſcepit. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13. 43

Sextus caſus eſt, quando ſuper veniunt inimicitiæ inter debitorem, & fidejuſsorem; tunc enim poteſt fidejuſsor debitorem obligare, ut eum à fidejuſſione liberet. Cardoſ. *d. n.* 21. *in fin.* Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 14. 44

Septimus caſus eſt, quando fidejuſsor ire vult ad longinquas, & terras remotas ex cauſa neceſsaria, veluti ſtudiorum, aut ſimili. Cardoſ. *ſuprà* Auguſt. Barb. *etiam ſuprà n.* 16. 45

Octavus caſus eſt, quando principalis debitor eſset rixoſus; quia tunc fidejuſsor debitorem principalem cogere poteſt, ut eum liberet à fidejuſſione. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 17. 46

Quibus modis tollatur fidejuſſio.

Primò tollitur ſolutione; *l. ult. cod. ad exhib.* Medic. *in tract. de R. J. reg.* 4. *n.* 4. quæ quidem ſolutio probari poteſt non ſolùm apertis probationibus, ſed etiam præſumptionibus, & conjecturis. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 135. ſicut etiam probatur per confeſſionem à creditore factum; quæ eſt optima probatio, & ſolutioni æquipa- 47

paratur; *l. in contractibus*, §. *ſed quoniam*, *cod. de non num. pecun.*

48 Secundò tollitur novatione, ut cum prima obligatio in aliam tranſlata fuit, quando fidejuſſor ſe in ſequenti non obligavit; *text. in l. novatione*, *ff. de novat. & cod. de fidejuſſ.* eſt enim novatio ſimilis ſolutioni; *l. ſi rem* §. 1. *ff. de novat.*

49 Tertiò delegatione, quando quis debitorem ſuum id, quod ſibi debet, creditori ſuo promittere jubet; *l. delegare*, *ff. de novat.* qui enim delegat ſolvere dicitur; *l.* 8. §. 3. *ff. ad Velleian.* ad quod tamen requiritur, quòd voluntas, & conſenſus interveniat; *l.* 1. *l. nec creditori*, *cod. de novat.*

50 Quartò compenſatione; quia qui compenſat, ſolvit ſaltem civiliter, & hanc objectionem fidejuſſor opponere poteſt, licèt debitor taceat; *l. ex perſona*, *ff. de fidejuſſ.* Begnudel. *verb. fidejuſſor*, §. 8. *n.* 64.

51 Quintò, ſi nimirum reus fuerit liberatus tranſactione; *l. fidejuſſores*, §. *ult. ff. de fidejuſſ.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 20. §. 7. ſimiliter etiam liberatione, uti ſi debitori liberatio fuit legata; *l. ſi teſtamento*, *ff. de fidejuſſ. l. ſi quis reum*, *ff. de liberat. legat.*

52 Sextò tollitur fidejuſſio, prorogatione termini, vel temporis facta debitori, inicio fidejuſſore, niſi fidejuſſor ſe obligaverit, nullo adjecto tempore; quia fidejuſſor manet obligatus. Gail. *lib* 1. *obſerv.* 91. *n.* 22. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 20. §. 12. *n.* 3. qui cum aliis tenet fidejuſſorem, qui ſe obligavit ad certum tempus teneri etiam illo prorogato, *n.* 6.

53 Septimò tollitur per electionem hujus, vel alterius fidejuſſoris; electio enim unius ex pluribus confidejuſſoribus reliquos liberat, quando talis totum exſolvit, non liberatur tamen debitor; de cujus materia vide Hering. *loc. cit.* §. 13. per totum.

Octavò, tollitur per ademptionem bonorum tam reſpectu debitoris, quàm fidejuſſoris; quia debitor, facta univerſorum bonorum publicatione, pro mortuo habetur, §. *publicatione. Inſtit. de ſociet*; totaque obligatio extinguitur; iniquum eſt enim dari actionem contra eum, cui bona fuerunt ablata; *l. ult.* §. *ult. ff. quæ in fraud. cred.* Begnudel. *ſuprà n.* 70. 54

Nonò, tollitur inopia debitoris, aut fidejuſſoris, ita ut ſi fidejuſſor caſu fortuito ad inopiam devenerit, liberetur ipſe, ſed debitoris obligatio remanet. Hering. *ſuprà* §. 15. Item confuſione, nempe ſcilicet ſi creditor fiat hæres debitoris, aut debitor creditoris hæres fiat, aut fidejuſſor fiat hæres creditoris, aut è contra, aut debitori ſuccedat, aut debitor fiat hæres fidejuſſoris, in omnibus his caſibus tollitur fidejuſſio. Hering. *loc. cit.* §. 16. 55

Decimò tollitur, quando fidejuſſor vi, aut metu ad fidejubendum fuit coactus. Hering. §. 17. Item quando fidejuſſit ſub conditione, & illa non fuit purificata, & datus in prima conductione non cenſetur repetitus in tacita conductione. Hering. *ſuprà* §. 18. *n.* 6. Decian. *conſ.* 72. *n.* 12. & 13. *vol.* 7. 56

Undecimò, tollitur per dationem in ſolutum, quæ vicem venditionis obtinete Cæphal. *conſ.* 98. *lib.* 1. Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 13. Hering. §. 21. Gam. *deciſ.* 295. 57

Duodecimò, tollitur per nullitatem contractus, pro quo fidejuſſor ſe obligavit. Hering. §. 22. ſicut etiam citatione, & ſpontanea comparitione rei ad judicium; promiſſio enim de judicio ſiſti per 58

comparitionem dicitur impleta. *Gail. 1. obſerv.* 48. *n.* 4.

59 Decimo tertiò, tollitur alteratione contractus, pro quo fides fuit interpoſita; dicitur verò alteratus, ſi in continenti, vel ex intervallo per certa pacta illi aliquid additur, vel demitur; *text. in l. pacta conventa, ff. de contrab. empt.* Hering. *ſuprà* §. 25.

60 Decimo quartò, tollitur interitu rei ablatæ, pro qua fidejuſsor ſe obligavit, dummodò ſine culpa, & mora debitoris contingat, aut fidejuſsoris; *l. pen. ff. de ſolut.* tradit hoc Begnudel. *verb. fidejuſſor*, §. 8. *n.* 77.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor negans ſe fidejuſſorem adverſus eum agitur, & non gaudet privilegio excuſſionis.*

2 *Negans in judicio, quod eſt cauſa intentionis, privilegium perdit.*

3 *Mendax in dolo præſumitur, remiſſivè. Si mendacium redundet in ſuum commodum.*

4 *Mendax in uno in omnibus præſumitur.*

Contra illum Judex ad torturam procedere poteſt, ibid.

5 *Mendacium, quod non eſt doloſum, neque in damnum alterius, non punitur, remiſſivè.*

6 *Solùm punitur in caſibus jure expreſſis.*

7 *Mendacium quid ſit, remiſſivè.*

Minor mendacium dicens reſtituitur, ibid.

8 *Mendacium ſemel dicens, in omnibus dixiſſe præſumitur.*

Mendaci non creditur, ibid.

9 *Fidejuſſor mendacium dicens negando ſe eſſe fidejuſſorem, privilegium excuſſionis amittit, licèt principalis præſens ſit.*

Collige ex hoc §. 1. quòd quando fidejuſsor negavit ſe eſse fidejuſsorem, tunc adverſus eum creditor agere poteſt, & illi non ſuffragatur excuſſionis beneficium, quamvis principalis debitor ſit præſens. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 20. Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 6. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 31. *n.* 39. Altim. *tom.* 5. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 755. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 14. *verſic. ſeptimò limita.* 1

Ille enim, qui in judicio negat illud, quod eſt cauſa ſuæ intentionis, beneficii, vel privilegii, perdit illud; *text. in l. ſi dubitet,* §. 1. *ff. de fidejuſſ.* 2

Notatur ad hoc, quòd mendax in dolo eſse præſumitur; *l. falſus,* §. 3. *ff. de furt. gloſ. in l. petitio,* §. *fin. ff. locat.* quando mendacium redundat in ſuum commodum. Farin. *lib.* 1. *conſ. crimin.* 18. *n.* 6. ita taliter, ut contra illum judicari debeat; Farin. *conſ.* 50. *n.* 37. quia ſe ſuſpectum facit; *cap. literas de præſ.* Cyriac. *contr.* 132. *n.* 13. 3

Et mendax in uno, in omnibus præſumitur mendax; *l. cum de indeb. ff. de probat.* ita ut Judex, etiam ſine aliis indiciis, contra mendacem ad torturam procedere poſſit. Bart. *in l. fin. n.* 3. *ff. de quæſt.* Bald. *in l. Præsbiteri, n* 2. *cod. de Epiſc. & Cleric.* 4

Mendacium non doloſum, nec reſultans in damnum, aut læſionem alterius, non parit delictum, nec eſt punibile, & quando mentiens non ſentit commodum ex eo; *l. & eleganter*, §. *fin. ff. de dol.* Bald. *in l. fin. ff. quod falſ. tut. autb.* Cyriac. 5

riac. *contr.* 132. *num.* 16. 17. *&* 18.

6 Et mendacium non punitur, niſi in caſibus à jure expreſſis. Dec. *in l. nemo ex his*, *n.* 7. *ff. de reg. jur.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 276. *n.* 8.

7 Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis cum voluntate fallendi. Cyriac. *contr.* 284. *n.* 98. *&* 99. debetque proferri à ſciente fallendi gratiâ, quæ tamen ſcientia non præſumitur, ſed potius ignorantia. Menoch. *de præſ. lib.* 6. *præſ.* 23. *n.* 38. *&* 51. ſi verò ille, qui dixit mendacium eſt minor, reſtituitur in integrum. Odus *de reſt. in integr. p.* 1. *cap.* 23. *art.* 2. *n.* 9.

8 Qui ſemel mendacium dixit, in omnibus mendax præſumitur. Maſcard. *de probat. verb. Mendacium concl.* 1043. *n.* 7. mendaciique pœna eſt, ut mendaci nec veritas credatur, regula enim eſt, quòd mendaci non creditur. Cyriac. *contr.* 428. *n.* 13. 14. *&* 15. & mendax in pœnam gravatur onere probandi id, quod alteri parti probare incubuiſſet. Cyriac. *contr.* 519. *n.* 21. Begnudel. *verb. Mendacium*, *n.* 8.

9 Unde ſi fidejuſsor dicat mendacium negando ſe fidejuſsorem, privilegium excuſſionis amittit, & prius illum cogere poteſt creditor, quàm debitorem principalem, licèt præſens ſit, ut probatur ex hoc §. 1. per cujus diſpoſitionem limittantur dicta *n.* 1. ad principium hujus tituli.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor renuntians excuſſionis beneficio poteſt conveniri ante principalis debitoris excuſſionem, amittiturque tale beneficium.*

2 *Beneficium excuſſionis dicitur renuntiatum, quando fidejuſſor ante litem conteſtatam exceptionem non oppoſuit.*

3 *Excuſſio fidejuſſori denegatur, ſi bona debitoris emptorem non inveniunt.*

4 *Unuſquiſque juri ſuo renuntiare poteſt, remiſſivè.*

5 *Poſt renuntiationem, amplius ad conſequendum recurſum non habet.*

6 *Minor læſus reſtituitur, & poteſt recurſum habere contra renuntiationem, remiſſivè.*

7 *Renuntiare non poteſt, quando fuit læſus, beneficio reſtitutionis, ſicut neque Eccleſia.*

8 *Viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ foro renuntiare non poſſunt.*
Neque talis renuntiatio valet, ibid.

9 *Renuntiatio fori poteſt revocari ante litis conteſtationem; quia ante illam quilibet pœnitere poteſt.*

10 *Secus quando quis promiſit ſolvere aliquo loco, remiſſivè.*

11 *Nemo renuntiare videtur juri, quod ſibi competere ignorabat.*

12 *Renuntiatio de jure, quod nec re, nec ſpe competit, non eſt valida.*

13 *Beneficio excuſſionis pacto renuntiari poteſt remiſſivè.*

14 *Clericus ſuum forum renuntiare non poteſt ſine licentia Epiſcopi, & ſi contrarium faciat, non valet, & cauſam perdet.*

15 *Neque acta coram judice ſeculari agitata valent, remiſſivè.*

1 QUando fidejuſſor expreſsè renuntiavit beneficio excuſſioſionis declarando, vel dicendo ſe velle prius exequi, quàm principalis debitor, tunc prius creditor illum cogere poteſt, amittiturque excuſſionis beneficium tali renuntiatione, ut deducitur ex hoc §. 2. *gloſ. verb. fidejuſſorem*, & *verb. decedat*, *auth. de fidejuſſ. in princip. collat.* 1. Cald. *de empt. cap.* 33. *n* 22. Auguſt.Barb. *ad text. in cap.* 2. *de fidejuſſ. n.* 3. Mor. *de execut. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 5. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 14. *verſic. primò.*

2 Hoc beneficium dicitur renuntiatum, quando fidejuſſor conventus à creditore exceptionem excuſſionis ante litem conteſtatam non oppoſuit. Cald. *de empt. d. cap.* 33. *n.* 34. Mor. *ſuprà n.* 13. Gom. *ſupra verſic. tertiò* Altim. *tom.* 5. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 799. *in fin.*

3 Item denegatur excuſſio fidejuſſori, ſi debitor excuſſus habet quidem bona, ſed quæ emptorem non inveniunt; ut cum multis tradit Begnudel. *tom.* 2. *verb. fidejuſſio*, §. 11. *n.* 97.

4 Nota hîc, quòd renuntiare poteſt quiſque juri ſuo ſine incommodo alterius, & ſic privilegio fori, ſeu cuicumque juri in favorem renuntiantis introducto; *l. ſi Judex*, *ff. de jud.* & *l. ſiquis in conſcribendo*, *cod. de pact. l. pactum inter*, ubi Bart. *ff. de pact.*

5 Poſtquam quis juri, & actionibus ſuis renuntiavit, amplius ad eas conſequendas recurſum non habet; *cap. in præſentia de renunt. l. quæritur*, §. *ſi venditor. ff. de ædilit. edit.*

6 Quando renuntians eſſet minor, aut talis, cui beneficium reſtitutionis competeret, tunc namque poterit recurſum habere, ad illas actiones, ſeu jus, cui renuntiavit, per integram reſtitutionem, quando fuit læſus; *cap. auditis*, ubi DD. *de in integr. reſtit.* Jaſ. *in l. poſtquam liti*, *cod. de pact. n.* 13.

7 Quia minor, aut Eccleſia non poteſt renuntiare beneficio ſuæ reſtitutionis, quando læſus fuit; *text. in l. ait prætor*, *ff. de minor. gloſ. verb. quia unicuique in l. ſi Judex*, *ff. eod.*

8 Viduæ, aut puppilli, vel miſerabiles perſonæ non poſſunt renuntiare foro; *l. unic. cod. quand. imper. inter pupill. & vid.* nec valeret renuntiatio, ſi cum viro renuntiaret foro, & poſtea decederet vir ipſe, & remaneret vidua, ut optime Cardoſ. *verb. privilegium*, *n.* 13.

9 Renuntiatio fori revocari poteſt ante litem conteſtatam, quando aliquis promiſit reſpondere coram judice, apud quem creditor illum convenire voluiſſet; quia ante litem conteſtatam pœnitere poteſt; *l. ſi convenerit*, *ff. de juriſd. omnium jud.*

10 Secus autem ſiquis aliquo loco ſolvere promiſerit, tunc enim pœnitere non poteſt in præjudicium creditoris, ſed potius ratione ſolutionis ſortitur forum loco ubi ſolvere promiſit; *cap. fin.* ubi DD. *de for. compet.* Bald. *in l. ſiquis in conſcribendo*, *cod. de Epiſcop. & Cleric.*

11 Notatur ad hoc, quòd renuntiatio de illo jure, quod renuntians ignorat, non valet; nemo enim videtur renuntiare juri, quod ſibi competere ignorabat; *l. nec is*, §. *hæres inſtitutus*, *ff. de acquir. hæred. l. mater decedens*, *ff. de inoffic. teſtam.*

12 Nec renuntiatio ſuper jure de futuro, quod nec re, nec ſpe competit, valet; quia nullus poteſt renuntiare illud, quod non dum habet; *l. ſi ita ſit*, §. *ſub conditione*, *ff. de legat.* 2.

Sed

13 Sed beneficio excuſſionis renuntiari poteſt per pactum conventum; quia licèt fidejuſſor conveniri non poſſit, niſi prius conveniatur principalis debitor, quando eſt præſens ex *auth. præſente*, ubi DD. *cod. de fidejuſſ.* poteſt tamen beneficium illius excuſſionis renuntiare. Bart. *in l. ſi ſervum*, §. *nunc videamus*, *n.* 1. *ff de verb. oblig.*

14 Nota ultimò, Clericum non poſſe abdicare forum, nec illi expreſsè renuntiare ſine licentia ſui Epiſcopi, & ſi fiat, talis renuntiatio non valet, imò quicumque Clericus, relicto ſuo judice Eccleſiaſtico, conſentiat conveniri coram judice laico, perdet cauſam; *cap. ſi diligenti*, ubi Abb. *n.* 18. & *cap. ſignificaſti*, ubi DD. *de for. compet.*

15 Nec acta valent coram judice ſeculari agitata; quia juriſdictio ſecularis judicis non eſt prorogabilis, quoad Clericum, etiam de conſenſu partium; DD. *in cap. ſi diligenti de for. compet. cap. At ſi Clerici de jud.*

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor ſe abligans, ut principalis debitor conveniri poteſt, relicto principali.*

2 *Poteſt petere terminum ad exequendum principalem ſuis expenſis, remiſſivè.*

3 *Fidejuſſio eſt ſtricti juris, & non extenditur.*

4 *Finito tempore, liberatur fidejuſſor.*

5 *Fidejuſſor aliquid accipere poteſt pro fidejuſſione.*

6 *Conveniri nequit antequam reus debeat. Creditor fidejuſſorem conveniens antequam reus debeat, pœnam plus tempore petitionis incurrit, ibid.*

7 *Conveniri debet in loco ſuæ habitationis, non coram judice principalis debitoris, remiſſivè.*

8 *Fidejuſſor ſolvens pro principali, habet actionem contra illum. Creditor actionem cedere tenetur fidejuſſori, ibid.*

9 *Fidejuſſor obligatus, ut principalis pro negotio ſuo promittit, nec dicitur fidejuſſor, ſed principalis.*

Dicitur in hoc textu, quòd quando fidejuſſor obligatur tamquam principalis debitor, tunc adverſus eum directè creditor agere poterit, omiſſo principali debitore. Guerr. *de Rat. reddend. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 12. Barb. *in l. ſi conſtante* 25. *in princip. n.* 116. *ff. ſolut. matr.* Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 59. *n.* 3. & 12. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 47. Mor. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 6. 1

Et non obſtante, quòd fidejuſſores obligati tanquam principales debitores conveniri poſſint, & exequi, non excuſſo principali debitore, attamen fidejuſſori condemnato petenti, ut bona principalis executioni ſubjiciantur ſuis expenſis, de æquitate conceditur terminus ad exequendum principalem debitorem ſuis expenſis. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 50. Barb. *in l. venditor. ff. de jud. n.* 196. tradit cum aliis Guerr. *ſuprà de rat. reddend. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 13. Auguſt. Barb. *in report. pract. concl. verb. fidejuſſor*, *col.* 2. *pag. mihi* 91. 2

Fidejuſſio eſt ſtricti juris, & obligatio fidejuſſoris ſtrictè interpretatur, & ideo non extenditur; 3

text.

text. in l. ſi pignori, *& l. fidejuſſores magiſtratuum*, *ff. de fidejuſſ. l. qui ultra*, *& l. Blanditus*, *cod. eod.* Menoch. *conſ.* 119. *n.* 6.

4 Nota, quòd fidejuſſor ad tempus, finito tempore, manet liberatus. Bart. *in l. Lucius*, *§. Paulus*, *n.* 1. *ff. de adminiſtr. tut.* Grat. *diſcept. for. cap.* 68. *n* 37. *cum ſeq.*

5 Utrùm fidejuſſor accipere aliquid poſſit pro facienda fidejuſſione? Reſpondetur quod ſic; *l. ſi remunerandi*, *§. fin. ff. mand. & l. hoc jure*, *§.* 1. *ff. de don.* Cancer. 2. *var. cap.* 5. *n.* 118.

6 Fidejuſſor, antequam reus debeat, conveniri non poteſt; *l. fidejuſſor. ff. de fidejuſſ.* aliàs ſi creditor conveniat fidejuſſorem antequam reus debeat, repelletur exceptione plus tempore petitionis, & pœnam plus tempore petitionis incurret; *§ plus autem. Inſtit. de act.*

7 Fidejuſſor eſt conveniendus in loco ſuæ habitationis, actor enim ſequitur forum rei, & non coram judice principalis debitoris; quia cum fidejuſſor obtineat locum rei, militat contra illum regula, quod actor ſequatur forum rei; *l.* 2. *cod. de juriſd. omn. jud.*

8 Si fidejuſſor pro principali ſolvat, habet actionem contra illum, non ſolùm ad pecuniam conſequendam, ſed etiam ad proſequendum pignora, & bona pro ipſo debito creditori obligata; *l.* 2. *cod. mand.* cogiturque creditor actionem cedere fidejuſſori ſolventi; ut omne tradit Valenzuel. *tom.* 1. *conſ.* 15. *n.* 35.

9 Nota, quòd fidejuſſor quando ſe obligat uti principalis, non promittit pro negotio ad alium pertinente, ſed pro ſuo, pro quo non dicitur fidejuſſor, ſed principalis, ut cum *Grat. diſcept. for.* 122. *n.* 12. tenet Fontanel. *tom.* 2. *deciſ.* 472. *n.* 10.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Plures fidejuſſores obligati tenentur in ſolidum, & à quocumque totum debitum exigi poteſt.*

2 *Secus de jure novo, remiſſivè.*

3 *Si omnes fidejuſſores ſint ſolvendo tempore litis conteſtatæ.*

4 *Aliter ſi aliquis non ſit ſolvendo, remiſſivè.*

5 *Plures fidejuſſores non expreſſantes partem, pro qua obligantur, unuſquiſque in ſolidum obligatur, ita ut creditor à quo velit debitum in ſolidum petere poſſit.*

6 *Expreſſa parte, pro qua quis obligatur, ipſam quiſque ſolvere tenetur, ſicut obigatus fuerit, non obſtante renuntiatione.*

7 *Tabellio renuntiationem ponere nequit; aliàs erit nullius effectus, & pro non facto habeatur.*

8 *An Ord. procedat in duobus reis debendi? remiſſivè.*

9 *Fidejuſſor obligatus pro principali non tenetur ad pœnam, nec ad decimam in cancellaria.*

10 *Unus reus debendi ſolvendo in ſolidum, an ſuas partes ab aliis petere poſſit? remiſſivè.*

11 *Reus debendi ex cauſa lucrativa non poteſt aliquid ab alio petere.*

12 *An fidejuſſor in cauſa, in qua fidejuſſit, poſſit eſſe teſtis pro debitore? remiſſivè.*

Po-

13 *Poteſt eſſe teſtis pro alio fidejuſſore, ſi non agat de ſuo damno vitando.*
14 *An poſſit eſſe judex in cauſa, in qua fidejuſſit? remiſſivè.*
15 *An poſſit eſſe tutor pupilli, pro cujus parte fidejuſſit? remiſſivè.*

1 DE jure communi, quando pro debitore ſe obligabant plures fidejuſſores tenebantur in ſolidum, creditorque à ſingulis, vel à quocumque totum debitum exigere poteſt; §. *ſi plures* 4. *Inſtit. de fidejuſſ.* Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 15. Carleval. *de jud. tit.* 1. *diſp.* 5. *n.* 8.

2 Sed de jure novo, hoc eſt per novam conſtitutionem Hadriani, prædictum jus correctum fuit, ſanxitque, quòd obligatio inter fidejuſſores æqualiter pro virilibus dividatur, id eſt, ut creditor non amplius ſolidum, ſed partem à ſingulis petat. Altim. *tom.* 5. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 742. Gabr. Per. *deciſ.* 17. *n.* 12. Cancer. 2. *var. cap.* 5. *n.* 163.

3 Quæ quidem nova conſtitutio Imperatoris Hadriani procedit, quando fidejuſſores omnes ſint ſolvendo tempore litis conteſtatæ; *l. fin. cod. de Conſtit. pecun. d.* §. *ſi plures Inſtit. de fidejuſſ.* Altim. *ſuprà* cum aliis Gom. *ſuprà.*

4 Secus autem quando aliquis eorum ſolvendo non ſit; quia tunc talis pars cæteris accreſcit, namque diviſione facta periculum ſpectat ad creditorem; *l. inter eos*, §. *cum inter*, *ff. de fidejuſſ.* Altim. *ſuprà n.* 743.

5 Sed per hanc legem in hoc §. 4. expreſsè decretum extat, quòd ſi duo, aut plures fidejuſſores extiterint, & non expreſſerint partem pro qua obligantur, eo caſu unuſquiſque in ſolidum obligatus manebit, ac proinde liberum eſt creditori, à quo velit debitum in ſolidum petere; §. *ſi plures* 4. *Inſtit. de fidejuſſ.* & ibi *gloſ.* Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 15. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 49. Barb. *in l. ſi Conſtante in princip. n.* 115. *ad finem*, *ff. ſolut. matr.*

Quando verò quiſque in fidejuſſione exprimit partem; pro qua velit obligari, ipſam quiſque ſolvere obligabitur eodem modo, quo obligatus fuerit, non obſtante jure communi contrarium ſuadente, & non obſtante etiam quacumque renuntiatione, ut ita ſtatuitur in hoc §. 4. 6

Et nullus Scriba, vel Tabellio talem renuntiationem ponat, & illam ponendo, manebit nullius effectus, ut probatur ex hoc §. 1. factum enim contra jus pro non facto habetur; *cap. quæ contra jus de reg. jur. l. Jubemus*, §. *prædia*, *cod. de Sacroſ. Eccleſ.* 7

Utrùm hæc *Ord.* procedat in duobus reis debendi, qui pro parte obligantur in ſolidum? Et licèt aliqui contrarium teneant, attamen Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 52. arbitratur in hoc Regno, non obſtante *auth. hoc ita*, *cod. de duobus reis* poſſe debitores in ſolidum obligari, quemadmodum fidejuſſores; quia ſunt duo rei fidejuſſores communiter æquiparati, ut etiam cum Cald. *ſuprà* Arouc. *tom.* 1. *in l. bis* 15. *ff. de legib. n.* 10. 8

Quamvis fidejuſſor poſſit exequi pro debito ſui principalis, non tenetur tamen ad pœnam, nec tenetur ad decimam in cancellaria; *text. in l. ult. ff. de fidejuſſ.* 9

An ſi unus ex reis debendi ſolvat in ſolidum poſſit ſuas partes ab aliis repetere? Reſpondetur, quòd ſi ſunt rei debendi ex cauſa onerosa, & utilitas pervenit ad omnes æqua- 10

æqualiter bene poterit repetere ab aliis; ſi verò pervenit ad eum, qui ſolvit, non poteſt aliquid repetere, & quando omnes utilitatem ſenſerunt, ſolvens poteſt ab aliis repetere pro partibus ſibi tangentibus; *text. in l. 1. cod. de duobus reis.*

11 Si verò ſunt rei debendi ex cauſa lucrativa, tunc non poteſt aliquid ab alio petere; *text. in l. Falſid. hoc obſervandam, ff. ad l. Falſid.* & hanc reſolutionem ponit Bart. *in l. reos 2. col. ff. de duob. reis*, & hoc idem tenet Bart. *in l. Modeſtinus, ff. de ſolut.*

12 Utrùm fidejuſſor in cauſa, in qua fidejuſſit, pro debitore principali poſſit eſſe teſtis? Negat communiſſima ſententia. Maſcard. *de probat. concl.* 784. *n.* 1. Farin. *de Teſtib. lib.* 2. *tit.* 6. *quæſt.* 60. *illat.* 13. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 29. *n.* 2. & cum multis aliis Begnudel. *tom.* 2. *verb. fidejuſſio*, §. 14. *n.* 117.

13 Poteſt tamen eſſe teſtis pro alio fidejuſſore pro conſequendo beneficio exactionis, & modò non agat de ſuo damno vitando. Caroc. *de excuſ. bonor. p.* 3. *quæſt.* 10. Maſcard. *ſuprà n.* 4. Begnud. *ſuprà.*

14 Utrùm fidejuſſor poſſit eſſe judex in cauſa, in qua fidejuſſit? Et licèt *Speculator in tit. de jud. de leg. §. ſuſpectus, n.* 16. dicat. quòd poſſit eſſe teſtis, quando reus eſt ſolvendo, ſecus quando non eſt ſolvendo, attamen negativam partem communiter, & indiſtinctè ſequuntur DD. apud Hering. *ſuprà n.* 9.

15 Debium eſt, an fidejuſſor poſſit eſſe tutor illius pupilli, pro cujus parte fidejuſſit, & cui adhuc ex fidejuſſione eſt obligatus? Reſponſio communis eſt negativa, præſertim ſi ex beneficio excuſſionis, diviſionis, & reliquis renuntiavit, niſi ſit tutor teſtamentarius, aut ex inquiſitione datus, aut debitum modicum ſit. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 15. *n.* 110. *& cap.* 29. *n.* 8. & ita tradit Begnudel. *ſuprà n.* 119.

Ad tit. 60.

De homine uxorato, qui fidejubet ſine conſenſu uxoris.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Maritus pro alio fidejubens ſine uxoris conſenſu partem bonorum ad uxorem pertinentem obligare nequit.*
2 *Adducitur quædam objectio in contrarium.*
3 *Traditur reſponſio ad objectionem, diſtinguendo duos caſus, & n.* 4. *remiſſivè.*
5 *Alia objectio traditur, remiſſivè.*
6 *Reſponſio traditur.*
7 *Pactum de alienando marito prohibetur, quia alienatio ſequitur.*
Et fidejuſſione mariti non ſequitur neceſſariò alienatio, ſed poſſibiliter, ibid.
Obligatio perſonalis non eſt prohibita, ibid.
8 *Maritus fidejubens reſtituitur capite uxoris minoris, ſi fidejuſſio fiat ſine ejus conſenſu.*
9 *Traditur ratio, remiſſivè.*
10 *Fidejuſſio eſt actus damnoſus, remiſſivè.*
11 *Notantur verba* ſem outorga de ſua mulher, *remiſſivè.*
12 *Mulier fidejubens cum marito habet exceptionem Velleiani.*
Eandem exceptionem habet, quando conſenſit marito fidejubenti pro alio, ibid.
13 *Licèt maneat obligata quando con-*

conſenſum præſtitit, habet exceptionem Velleiani adverſus proprium conſenſum, remiſſivè.

14 *Matrimonio contracto per dotem, & arrhas, maritus obligare nequit bona dotalia, neque de conſenſu uxoris, remiſſivè.*

15 *Executio non fit in bonis immobilibus ex parte uxoris, quando maritus fidejuſſit pro conducente redditus publicos.*

16 *Sed fit executio in omnibus bonis tam mobilibus, quàm immobilibus, quando maritus redditus Regales, vel privatos conduxit ſine conſenſu uxoris.*

17 *Ratio adducitur, remiſſivè.*

18 *Reſtringitur in contractu dotali, remiſſivè.*

1 Collige ex hoc textu, quòd maritus fidejubens pro alio partem bonorum ad uxorem pertinentem obligare nequit, abſque illius conſenſu. Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 6. quæſt. 9. n. 7.* Petr. Barb. *ad l. 1. p. 3. n. 56. ff. ſolut. matr.*

2 Sed obſtat: in hoc Regno Portugalliæ maritus non poteſt partem bonorum immobilium ad ſe pertinentium ſine conſenſu uxoris alienare. *Ord. hoc lib. 4. tit. 48.* ubi ego dixi: ergo neque fidejubens ſine uxoris conſenſu poterit partem ſuorum bonorum immobilium obligationi ſubjicere; ille enim, qui fidejubet, videtur in rei alienatione conſentire, ac proinde prohibitus alienare, fidejubere non poteſt pro eo, qui alienat; namque in effectu in alienationem prædictam conſentire videtur. Bald. *in l. exceptione n. 1. cod. de evict.*

3 Reſpondetur diſtinguendo duos caſus; quia aut ego prohibitus ſum rem aliquam alienare, & quando tertius eam rem alienaret, pro eo fidejuſſi, tuncque vendicat ſibi locum in contrarium adducta ratio; quia prohibitus alienare, non ſolùm alienare non poteſt, ſed curare tenetur, ne de illius conſenſu fiat actus, ex quo pervenire poſſit ad alienationem; *text. in l. ſi ita quis 135. §. ea lege, ff. de verb. oblig.*

Secundus caſus eſt, quando tertius facit contractum ſuper re omnino diverſa à prohibita alienari, in quibus terminis licèt ego fidejubeam pro eo, ceſſat prædicta ratio; quia prohibitus alienare non cenſetur prohibitus ſe perſonaliter obligare. Bald. *in l. fin. n. 7. cod. commun. de legat.* 4

Neque replicandum eſt, quòd maritus, qui prohibetur alienare ſine uxoris conſenſu, non poteſt fidejubendo ſe perſonaliter obligare; ex *reg l. oratio de ſponſal.*, ac proinde receptum eſt, quòd prohibitus alienare, ſe non poteſt obligare, vel de vendendo, vel alienando promittere. Bald. *in l. fin. poſt princip. cod. ad l. Falſid.* 5

Reſpondetur namque illam regulam *d. l. oratio* eſſe intelligendam, quando ex antecedenti neceſſariò ſequitur conſequens; aliudque eſt, ſi ſequi poſſit tantum contingenter, ſive poſſibiliter; *arg. l. non omne de ſtatu lib.* Bart. *in l. ambitioſa n. 22. de Decret. ab Ord. faciend.* 6

Unde pactum de alienando marito prohibitum cenſetur, ex eo quia neceſſariò ſequitur alienatio; *Ord. hoc lib. 4. tit. 48. in princip. & §. 1.*, ſed quando maritus fidejubet, non ſequitur neceſſariò, quòd fiet alienatio, ſed poſſibiliter tantum, ſi contingat principalem debitorem non eſſe ſolvendo; *auth. præſente cod. de fidejuſſ.*; ideoque obligatio perſonalis non cenſetur pro- 7

æqualiter bene poterit repetere ab aliis; ſi verò pervenit ad eum, qui ſolvit, non poteſt aliquid repetere, & quando omnes utilitatem ſenſerunt, ſolvens poteſt ab aliis repetere pro partibus ſibi tangentibus; *text. in l.* 1. *cod. de duobus reis.*

11 Si verò ſunt rei debendi ex cauſa lucrativa, tunc non poteſt aliquid ab alio petere; *text. in l. Falſid. boc obſervandum*, *ff. ad l. Falſid.* & hanc reſolutionem ponit Bart. *in l. reos* 2. *col. ff. de duob. reis*, & hoc idem tenet Bart. *in l. Modeſtinus*, *ff. de ſolut.*

12 Utrùm fidejuſſor in cauſa, in qua fidejuſſit, pro debitore principali poſſit eſſe teſtis? Negat communiſſima ſententia. Maſcard. *de probat. concl.* 784. *n.* 1. Farin. *de Teſtib. lib.* 2. *tit.* 6. *quæſt.* 60. *illat.* 13. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 29. *n.* 2. & cum multis aliis Begnudel. *tom.* 2. *verb. fidejuſſio*, §. 14. *n.* 117.

13 Poteſt tamen eſſe teſtis pro alio fidejuſſore pro conſequendo beneficio exactionis, & modò non agat de ſuo damno vitando. Caroc. *de excuſ. bonor. p.* 3. *quæſt.* 10. Maſcard. *ſuprà n.* 4. Begnud. *ſuprà.*

14 Utrùm fidejuſſor poſſit eſſe judex in cauſa, in qua fidejuſſit? Et licèt *Speculator in tit. de jud. de leg.* §. *ſuſpectus*, *n.* 16. dicat. quòd poſſit eſſe teſtis, quando reus eſt ſolvendo, ſecus quando non eſt ſolvendo, attamen negativam partem communiter, & indiſtinctè ſequuntur DD. apud Hering. *ſuprà n.* 9.

15 Dubium eſt, an fidejuſſor poſſit eſſe tutor illius pupilli, pro cujus parte fidejuſſit, & cui adhuc ex fidejuſſione eſt obligatus? Reſponſio communis eſt negativa, præſertim ſi ex beneficio excuſſionis, diviſionis, & reliquis renuntiavit, niſi ſit tutor teſtamentarius, aut ex inquiſitione datus, aut debitum modicum ſit. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 15. *n.* 110. *&* *cap.* 29. *n.* 8. & ita tradit Begnudel. *ſuprà n.* 119.

Ad tit. 60.

De homine uxorato, qui fidejubet ſine conſenſu uxoris.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Maritus pro alio fidejubens ſine uxoris conſenſu partem bonorum ad uxorem pertinentem obligare nequit.*

2 *Adducitur quædam objectio in contrarium.*

3 *Traditur reſponſio ad objectionem, diſtinguendo duos caſus, & n.* 4. *remiſſivè.*

5 *Alia objectio traditur, remiſſivè.*

6 *Reſponſio traditur.*

7 *Pactum de alienando marito prohibetur, quia alienatio ſequitur.*
Et fidejuſſione mariti non ſequitur neceſſariò alienatio, ſed poſſibiliter, ibid.
Obligatio perſonalis non eſt prohibita, ibid.

8 *Maritus fidejubens reſtituitur capite uxoris minoris, ſi fidejuſſio fiat ſine ejus conſenſu.*

9 *Traditur ratio, remiſſivè.*

10 *Fidejuſſio eſt actus damnoſus, remiſſivè.*

11 *Notantur verba* ſem outorga de ſua mulher, *remiſſivè.*

12 *Mulier fidejubens cum marito habet exceptionem Velleiani.*
Eandem exceptionem habet, quando conſenſit marito fidejubenti pro alio, ibid.

13 *Licèt maneat obligata quando con-*

conſenſum præſtitit, habet exceptionem Velleiani adverſus proprium conſenſum, remiſſivè.

14 *Matrimonio contracto per dotem, & arrhas, maritus obligare nequit bona dotalia, neque de conſenſu uxoris, remiſſivè.*

15 *Executio non fit in bonis immobilibus ex parte uxoris, quando maritus fidejuſſit pro conducente redditus publicos.*

16 *Sed fit executio in omnibus bonis tam mobilibus, quàm immobilibus, quando maritus redditus Regales, vel privatos conduxit ſine conſenſu uxoris.*

17 *Ratio adducitur, remiſſivè.*

18 *Reſtringitur in contractu dotali, remiſſivè.*

1 Collige ex hoc textu, quòd maritus fidejubens pro alio partem bonorum ad uxorem pertinentem obligare nequit, abſque illius conſenſu. Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 6. quæſt. 9. n. 7.* Petr. Barb. *ad l. 1. p. 3. n. 56. ff. ſolut. matr.*

2 Sed obſtat: in hoc Regno Portugalliæ maritus non poteſt partem bonorum immobilium ad ſe pertinentium ſine conſenſu uxoris alienare. *Ord. hoc lib. 4. tit. 48.* ubi ego dixi: ergo neque fidejubens ſine uxoris conſenſu poterit partem ſuorum bonorum immobilium obligationi ſubjicere; ille enim, qui fidejubet, videtur in rei alienatione conſentire, ac proinde prohibitus alienare, fidejubere non poteſt pro eo, qui alienat; namque in effectu in alienationem prædictam conſentire videtur. Bald. *in l. exceptione n. 1. cod. de evict.*

3 Reſpondetur diſtinguendo duos caſus; quia aut ego prohibitus ſum rem aliquam alienare, & quando tertius eam rem alienaret, pro eo fidejuſſi, tuncque vendicat ſibi locum in contrarium adducta ratio; quia prohibitus alienare, non ſolùm alienare non poteſt, ſed curare tenetur, ne de illius conſenſu fiat actus, ex quo pervenire poſſit ad alienationem; *text. in l. ſi ita quis 135. §. ea lege, ff. de verb. oblig.*

Secundus caſus eſt, quando tertius facit contractum ſuper re omnino diverſa à prohibita alienari, in quibus terminis licèt ego fidejubeam pro eo, ceſſat prædicta ratio; quia prohibitus alienare non cenſetur prohibitus ſe perſonaliter obligare. Bald. *in l. fin. n. 7. cod. commun. de legat.* 4

Neque replicandum eſt, quòd maritus, qui prohibetur alienare ſine uxoris conſenſu, non poteſt fidejubendo ſe perſonaliter obligare; ex *reg. l. oratio de ſponſal.*, ac proinde receptum eſt, quòd prohibitus alienare, ſe non poteſt obligare, vel de vendendo, vel alienando promittere. Bald. *in l. fin. poſt princip. cod. ad l. Falſid.* 5

Reſpondetur namque illam regulam *d. l. oratio* eſſe intelligendam, quando ex antecedenti neceſſariò ſequitur conſequens; aliudque eſt, ſi ſequi poſſit tantum contingenter, ſive poſſibiliter; *arg. l. non omne de ſtatu lib.* Bart. *in l. ambitioſa n. 22. de Decret. ab Ord. faciend.* 6

Unde pactum de alienando marito prohibitum cenſetur, ex eo quia neceſſariò ſequitur alienatio; *Ord. hoc lib. 4. tit. 48. in princip. & §. 1.*, ſed quando maritus fidejubet, non ſequitur neceſſariò, quòd fiet alienatio, ſed poſſibiliter tantum, ſi contingat principalem debitorem non eſſe ſolvendo; *auth. præſente cod. de fidejuſſ.*; ideoque obligatio perſonalis non cenſetur pro- 7

prohibita. Bald. *in l. fin. §. fin. n. 7. cod. commun. de legat.*

8 Adverte, quòd maritus fidejubens ſine uxoris conſenſu reſtitui poteſt ex capite uxoris minoris. Gam. *deciſ.* 162. *n.* 4. & cum eo Phœb. 1. *p. deciſ.* 61. *n.* 2. ubi judicatum tradit Barb. *in l.* 1. *tom.* 1. *p.* 3. *n* 62. *verſic. poſtremo*, *ff. ſolut. mat.*

9 Et ratio eſt, quia cum maritus perdat ſuam medietatem, uxor patitur damnum in fructibus illius medietatis, quos amiſit, dum vivit maritus, & illa læſio, licèt minima, conſideratur, & eſt ſufficiens ad reſtitutionem; *text in l. cum mandatu*, *verſic. ſed ſi & eventu*, *ff. minor.*

10 Quia fidejuſſio ex ſe cenſetur eſſe actus damnoſus; *l. ait Prætor*, §. *non ſolum*, & ibi *Gloſ. verb. doceat ſuprà de minor.*, & ideo fidejubens dicitur male uti ſubſtantia ſua, ut omne tradit cum aliis Barb. *in l.* 1. *p.* 3 *ff ſolut. matr. ſub n.* 58., ac proinde maritus fidejubens ſine conſenſu uxoris reſtituitur ex capite uxoris minoris.

11 Notanda ſunt verba illa in Ordinatione poſita *Sem outorga de ſua mulher*, ex quibus à contrario ſenſu colligitur, quòd ſi uxor præſtet conſenſum, quando maritus pro alio fidejuſſit, tunc etiam in parte uxoris fiet executio; quia ipſo jure remanet obligata. Barb. *ſuprà n.* 56. *& ſub n.* 59. *verſic. cæterum.*

12 Sed obſtat in contrarium, quòd mulier fidejubens ſimul cum marito pro alio habet exceptionem Velleiani, ut in ejus bonis non fiat executio fidejuſſionis ratione; *Gloſ. pen. in cap. ex reſcripto de jurejur.* Gam. *deciſ.* 131. *n.* 2., eandemque exceptionem habere debet, quando marito fidejubenti pro alio conſenſit; *text. in l. ſi ſciens*, *cod. ad Velleian. Gloſ. in l. ſi fundus*, §. 1. *verb. ſervabitur de pignor.*

Sed huic difficultati reſpondetur argumentum à contrario ſenſu ex Ordinatione ita eſſe accipiendum, quòd ſi ſine conſenſu uxoris maritus fidejubeat, pars uxoris ipſo jure remanebit illæſa; ſi verò conſentiat uxor marito fidejubenti, tunc etiam pars ejus ipſo jure obligata remanebit; ſed nihilominus ei adverſus proprium conſenſum conceditur Velleiani exceptio; *l. ſi ſine*, *& l. ſciens*, *cod. ad Velleian.* Gam. *ſuprà*, & cum illo ita intelligit Barb. *ſuprà n.* 60. 13

Dicitur etiam in noſtra *Ord.*, quòd ſi matrimonium contractum ſit per dotem, & arrhas, non poteſt maritus obligare uxoris bona dotalia, neque etiam de conſenſu uxoris; bona enim dotalia, etiam conſentiente uxore, obligari, vel alienari non poſſunt; *Inſtit. in princip. quib. alien. licet l. unic.* §. *& cum lex. cod. de rei uxor. act. auth. ſive à me*, *cod. ad Velleian.* Portug. *de donat. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 19. 14

Si verò maritus fidejubeat pro conducente redditus publicos, fiet executio in omnibus bonis mobilibus, licèt uxor non conſentiat; ſed in bonis immobilibus fiet tantùm executio in parte mariti, minimè verò in parte uxoris, ſi ſermo ſit de bonis immobilibus, ut probatur ex noſtra *Ord. verſic. E iſto.* Barb. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 61. *ff ſolut. matr.* 15

Sed quando maritus aliquos redditus, ſive Regales, ſive privatos conduxerit, licèt ſine conſenſu uxoris, & eo nomine bona obligavit in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus tam mariti, quàm uxoris, in ſolidum fiet executio, ut probatur ex noſtra *Ord. verſic. E iſſo meſmo.* Barb. *ſuprà n.* 62. 16

Ratio eſt, quia hujuſmodi contractus fuit celebratus per maritum, conſtante matrimonio, & habet ſe 17

ad

ad lucrum, & damnum, & uxor tenetur ad ſolutionem hujus debiti, tamquam ſocia omnium bonorum; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 46. §. *pen.*, & cum lucrum quæſitum ex tali contractu debeat eſſe commune, ita etiam damnum; *l. ſi igitur, ff. pro ſoc.* Barb. *ſuprà.*

18 Quod reſtringitur, quando in contractu dotali contrarium ſit conventum, ut dicit *Ord.* noſtra *in fin.*, ac proinde ſentit valere pactum tempore contracti matrimonii, quòd mulier non teneatur ſolvere debita mariti, adhuc contracta, conſtante matrimonio; *Gloſ. in cap.* 2. *verb. ſi non eſt de donat. inter vir.* Barb. *ſuprà* ubi multa.

Ad tit. 61.

De beneficio Senatus-Conſultus Velleiani introducto favore mulierum, quæ pro aliis fidejubent.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Mulieri fidejubenti prò alio competit exceptio Velleiani, ut non teneatur ſolvere.*
2 *Etiam in foro conſcientiæ, remiſſivè.*
3 *Poſt ſolutionem factam creditori prodeſt dicta exceptio, quia eſt perpetua.*
4 *Opponi poteſt poſt ſententiam ante ſolutionem realiter factam.*
5 *Competit viduis, nuptis, & virginibus.*
Non hæreticis, nec Reginis, ibid.
6 *Beneficium Velleiani mulieri competit non ſolùm quando obligatur pro extranéo, ſed etiam quando pro patre, filio, fratre, &c. & conjunctis perſonis.*
7 *Pro marito validè non obligatur, neque in cauſa civili, neque criminali.*
8 *Traditur ratio, remiſſivè.*
9 *Mulier ubicumque obligatur cum alio, vel pro alio, tota pecunia præſumitur verſa in alterius cummodum, & uti poteſt exceptione Velleiani.*
10 *Non juvatur exceptione Velleiani, ſi pecunia fuerit verſa in ipſius utilitatem.*
11 *Utilitas expreſsè probari debet, neque ſufficit confeſſio in inſtrumento facta.*
12 *Pecunia à mulieri accepta ſimul cum viro non præſumitur verſa in uxoris utilitatem.*

Collige ex hac Ordinatione, quòd mulier non poteſt efficaciter fidejubere, nec obligari pro alio propter fragilitatem ſui ſexus, & in caſu, quo fidejubeat pro alio, ſibi competit exceptio S. C. Velleiani, ut non teneatur ſolvere, ex *tit. ff. & cod. ad S. C. Velleian.* Aug. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. ad Velleian. n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 16. *& ibi* Aylon. *n.* 17. *& in l.* 61. *Taur. n.* 2. 1

Quod adeo verum eſt, ut procedat, & locum habeat etiam in foro conſcientiæ, ſcilicet, ut mulier poſſit cum bona conſcientia prædictam exceptionem opponere, ut non teneatur creditori ſolvere, ut cum aliis tenet Gom. *ſuprà d. n.* 16. *verſic. Et in tantum.* 2

Amplia primò, ut procedat, & habeat locum, etiamſi mulier jam ſolviſſet creditori, quia repetere poteſt per conditionem indebiti, eſt enim iſta exceptio perpetua, & favorabilis; *text. in l. qui exceptionem,* 3

nem, *ff. de cond.* *text. in l. quamvis*, *§. interdum*, *ff. ad Velleian.* Gom. *ſuprà n.* 16. *verſic. item etiam.*

4 Amplia ſecundò, cum eodem Gom. *ſuprà*, ut prædicta exceptio Velleiani opponi poſſit poſt ſententiam definitivam in ipſa executione antequam realiter fiat ſolutio; *text. in l. tametſi*, *ff. ad Maced.*

5 Amplia tertiò, ſive mulieres ſint viduæ, nuptæ, ſeu virgines, ut cum Ægid. *in repet. l ex hoc jur. ff. de juſt. & jur. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 18. tenet Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. ad Velleian. n.* 4. ubi quòd hæreticæ, & Reginæ Velleiani auxilium non petunt adverſus creditorem.

6 Amplia quartò, quòd cum hoc beneficium S. C. Velleiani ſit ampliſſimi ordinis, non ſolùm competit mulieri, quando obligatur pro quacumque perſona extranea, ſed etiam quando obligatur pro patre, filio, fratre, vel ſocero, ſeu aliis conjunctis perſonis; *text. in l. ſi paternam*, *cod. ad Velleian.* Barb. *in l.* 1. *p.* 5. *n.* 57. *in fin. ff. ſolut. matr.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 397. Aug. Barb. *in l. ſi qua mulier*, *n.* 14. *cod. ad Velleian.*

7 Neque etiam in civili, ſive in criminali cauſa mulier pro marito validè obligatur; *text. in l.* 1. *cod. ne uxor pro marito*, *l.* 2. *in princip. & §. ult. ff. ad S. C. Velleian.* Begnudel. *verb. fidejuſſio*, §. 3. *n.* 26.

8 Quia in jure quando mulier ſimul cum marito, vel pro marito obligatur, præſumitur totam ſummam ad maritum perveniſſe; *auth. ſi qua mulier*, *cod. ad Velleian.* Barb. *in l* 1. *p.* 5. *n.* 55. *ff. ſolut. matr.* Hering. *ſuprà n.* 402. Begnudel. *ſuprà.*

9 Eſt enim in jure certum, quòd ubicumque mulier obligatur cum alio, ſeu pro alio, nempe viro, filio, aut extraneo, quamvis tamquam principalis obligetur, ſemper præſumitur pecuniam fuiſſe verſam in alterius commodum, quare ſemper habet locum exceptio *S. C. Velleian.* ut tradit Merlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 3.

Quando verò conſtat pecuniam fuiſſe verſam in uxoris utilitatem, tunc non juvabitur exceptione *S. C. Velleian. text. in auth. ſi qua mulier*, *Cod. ad Velleian.* & ibi Auguſt. Barb. *n* 4. Hering. *d. cap.* 7. *n.* 407. 10

Quæ quidem utilitas uxoris probari debet expreſsè, quia non ſufficit, quòd fiat per confeſſionem ejuſdem mulieris factam in inſtrumento. Noguerol. *alleg.* 29. *n.* 222. Conciol. *alleg.* 30. *n.* 7. 11

Si verò mulier ſimul cum viro pecuniam accipiant, vel ab illis acceptam eſſe fateantur, nunquam præſumitur verſa in uxoris utilitatem, niſi aliunde probetur. Conciol. *d. alleg.* 30. *n.* 7. Gabr. Per. *deciſ.* 125. *n.* 3. Maced. *deciſ.* 24. *n.* 3. 12

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Mulier ſe obligans pro libertate beneficio Velleiani non gaudet.*

2 *Nec quando obligatur pro aliqua cauſa pia.*

3 *Neque quando pro redimendo, vel excarcerando marito à captivitate.*

Limitatur primò, *Ord.* noſtra *in princip.*, ſcilicet quando mulier tamquam fidejuſſor ſe obligaverit ad aliquod ſolvendum pro libertate alicujus captivi, beneficio S. C. Velleian. non gaudet, ut probatur ex hoc §. 1. *text. in l. veterum*, *cod. ad Velleian.* ubi Auguſt. Barb. 1

Barb. *n.* 2. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 437.

2 Quod libertatis favore ſancitum fuit, ut teſtantur omnes ſupra relati, & citati DD, quæ quidem diſpoſitio locum etiam habet in caſu, quo mulier obligatur pro aliqua cauſa pia. Sabell. *in* §. *Senatus Conſultum n.* 4. cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. veterum, cod ad S. C. Velleian. n.* 3.

3 Ampliatur etiam quando mulier obligatur redimendo à captivitate, vel excarcerando marito. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 45. *n.* 25.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Mulier fidejubens, vel intercedens pro dote, efficaciter obligatur, & non gaudet Velleiano.*

2 *Non obligatur pro dote, ſi ſit minor 25 annis.*

3 *Favore dotis valida eſt fidejuſſio, etiam pacto nudo celebrata.*

4 *An maritus uxorem à domo expellere poſſit pro dote promiſſa non ſoluta? remiſſivè.*

5 *Contrarium traditur, remiſſivè.*

1 LImitatur ſecundò, quando mulier fidejubet in contractu, quo aliquis obligatur ad ſolvendum dotem pro matrimonio celebrando, tunc efficaciter obligatur, & non gaudet beneficio Velleiani, ut probatur ex hoc §. 2. *text. in l. fin. cod. ad Velleian.* Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 17. *ff. ſolut. matr.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. fin. n.* 1. & 2. *cod. ad Velleian.* ubi loquitur de muliere ætate maiori.

Sed nota, quòd mulier promittendo dotem non obligatur efficaciter, quando minor eſt viginti quinque annis, ut cum Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 24. *ff. ſolut. matr.* tenet Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter, cod. ad Velleian. n.* 6. 2

Nota etiam, quòd favore dotis valida eſt fidejuſſio celebrata per pactum nudum, ut optimè tradit Barb. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 54. *ff. ſolut. matr.* cum multis aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 7. 3

Quæres: Utrùm maritus uxorem expellere poſſit à domo, & mutua cohabitatione, quando dos promiſſa non ſolvitur? Affirmativè tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9. Barb. *d. l.* 1. *p.* 3. *ff. ſolut. matr. n.* 55. ubi quod raro faciunt, niſi homines miſeri. 4

Sed contrarium refert Petr. Barb. ſuprà, imò quòd propter prædictam cauſam maritus non poſſit uxorem à domo expellere, & mutua cohabitatione, ubi concordat prædictas opiniones, & cum illo intellige, & tranſire poteris. 5

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Mulier veſtibus virilibus inducta ad decipiendum creditorem Velleiano non gaudet.*

2 *Deceptis non decipientibus jura ſubveniunt.*

Calliditas fœminarum non meruit auxilium, ibid.

3 *Mulier callidè verſata animo decipiendi pro aliquo intercedens non gaudet Velleiano.*

4 *Calliditas alicui prodeſſe non debet, & alteri nocere.*

Li-

1 LImitatur tertiò, quando mulier veſtibus virilibus induta creditorem decipit, tunc enim beneficio S. C. Velleian. non juvatur, ut diſponitur in hoc §. 3. *text. in l. ſi decipiendi, ff. ad Velleian. l. fœminis, cod eod.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. 1. n. 7. cod. ad S. C. Velleian.*

2 Deceptis enim, non verò decipientibus jura ſubveniunt; *text. in l. 2. §. ſed ſi ita demum, & §. verba, ff. ad S. C. Velleian.*, & infirmitas fœminarum, non verò calliditas auxilium meruit, ut probatur ex *d. l. ſuprà in fin.*

3 Ideoque ſi mulier fuerit callidè verſata, & decipiendi animo pro aliquo intercelſerit, exceptio ei S. C. Velleiani non datur; *text. in l. ſi decipiendi, ff. ad Velleian.*

4 Nota, quòd calliditas non debet alicui prodeſſe, & alteri nocere; *text. in l. ſed & ſi hæreditas, §. interdum, ff. ad exhibend. l. ſi duo in princip. ff. ſi quis, caut. l. 1. ff. de dol. l. verum, §. Tempus, ff. pro ſoc.*

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Mulier non gaudet Velleiano cum hæreditatem alicujus emiſſet, ſe obligavit ſolvere creditoribus defuncti.*

2 *Nec quando ſibi contrahit, conducit, & mutuam pecuniam accipit, vel ſuum famulum contrahere jubet.*

1 LImitatur quartò, in muliere emente hæreditatem defuncti, qui obligatus erat ſolvere aliqua debita; quia ſi mulier ſe obligaverit ſolvere creditoribus defuncti, juvari non poterit beneficio Velleiani, ut probatur ex hoc §. 4. *l. aliquando, & l. ſi mulier, ff. ad S. C. Velleian.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 7. n. 418.* Aug. Barb. *ad text. in l. generaliter, n. 10. cod. ad S. C. Velleian.*

Sicut etiam, ſi mulier ſibi ipſi contrahat, conducat, permutet, & mutuam pecuniam accipiat, vel famulum ſuum contrahere jubeat, & ſimilia, in iſtis caſibus non gaudet beneficio S. C. Velleiani, aliàs nullus cum mulieribus contrahere vellet, quia ſcire non poteſt quid ſint acturæ; *l. 4. l. ſi mulier, ff. ad Velleian.* 2

Ad §. V

SUMMARIUM.

1 *Mulier non gaudet Velleiano cùm pro aliquo fidejuſſor extitit, & hæres illius poſtea fuit.*

2 *Tenetur hæres ſolvere debita defuncti.*

Repræſentat defunctum activè, & paſſivè, ibid.

Omnes actiones activæ, & paſſivæ in hæredem tranſeunt, ibid.

LImitatur quintò: quando mulier pro aliquo fidejuſſor extitit, & hæres illius poſtea fuit in parte, vel in toto, tunc remanebit obligata, & conveniri poterit, non juvaturque beneficio S. C. Velleiani, ut probatur ex hoc §. 5. Auguſt. Barb. *ad text. in l. generaliter n. 10. cod. ad Velleian.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 7. n. 443.* 1

Quia hæres ſolvere tenetur defuncti debita; *l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur in fin. ff. ſolut. matr.*, 2

matr., repræſentat enim hæres defunctum activè, & paſſivè tempore mortis illius; *l. ſi filius*, *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.*, & ideo in illum tranſeunt omnes actiones tam activæ, quàm paſſivæ; *l. 2. cod. de hæred. act.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 717. *n.* 28. Conciol. *de Hærede art.* 1. *n.* 22.

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Mulier recipiens quantitatem, pro qua fidejubens ſe obligavit, Velleiano non gaudet.*
2 *Nec ſi certum pretium pro fidejuſſione alteri præſtanda recipiat.*
3 *Quomodo probetur receptio pretii, remiſſivè.*
4 *Mulier nullum damnum patitur, ſi recipiat pecuniam, pro qua fidejuſſit.*
5 *Quid ſi mulieri tradantur pignora, remiſſivè.*

1 LImitatur ſextò, quando mulier fidejubens quantitatem recipiat, pro qua fidejubendo ſe obligaverat, quia beneficio Velleiani non gaudet, ſed imò potius illam tenetur ſolvere; *text. in l. ſi mulier*, *ff. ad Velleian.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. antiquæ*, *n.* 1. *&* 2. *cod. ad Velleian.*

2 Sicut neque beneficio Velleiani gaudet, ſi certum pretium recipiat pro fidejuſſione alteri præſtanda, ut tenet Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3., ſed contrarium probatur infra in §. 10. *n.* 2.

3 Quæ quidem receptio pretii per teſtes probari debet, vel confeſſionem factam in inſtrumento, & quòd tantum pretium recipiatur, taleque quòd homo diſcretus pro illo premio ſe obligaſſet. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ* 21. *n.* 4., & cum illo Auguſt. Barb. *in d. l. antiquæ*, *n.* 4. *cod. ad Vellian.*, quem vide, *& n.* 5. 6. *&* 7.

Quia S. C. ſuccurrit mulieri ad evitandum periculum rei familiaris, nullumque periculum intervenit, quando mulieri ſolvitur pecunia, pro qua fidejuſſit; *l. ſi mulier*, *ff. ad S. C. Velleian.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 440. 4

Quid autem dicendum, ſi mulieri non ſolvatur quantitas, ſed pignora tradantur, an ſaltem hoc caſu poſſit hoc beneficio Velleiani gaudere? Affirmativè tenet Hering. *d. cap.* 7. *n.* 442. 5

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Mulieres, quæ Velleiano gaudent, ſi minores 25. annorum fuerint, beneficio reſtitutionis in integrum gaudent.*
2 *Limitationes ſupra procedunt, ſi mulier fuerit maior 25 annorum, remiſſivè.*
3 *Mulieri conventæ ex debito proprio exceptio Velleiani parùm prodeſt.*

DIcitur in hoc §. 7., quòd in caſibus, in quibus mulieres Velleiani beneficio gaudent, ſi fuerint minores 25. annorum, gaudebunt exceptione reſtitutionis in integrum conceſſa minoribus, ut probatur ex hoc §., quia in hoc caſu ſemper præſumitur læſio; *l. ait Prætor*, §. *non ſolùm*, *ff. de minor*, & tradit Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 19. 1

Unde ſupra relatæ limitationes procedunt, & locum habent, quando 2

do mulier, quæ pro alio expromiſit, ſeu fidejuſſit, eſt maior 25. annorum; quia ſi fuerit minor, juvabitur exceptione reſtitutionis in integrum, caſibus, quibus illi non proficeret beneficium S. C. Velleiani.

3 Nota, quòd mulieri conventæ ex debito proprio, ceſſante interceſſione, ſeu fidejuſſione, Velleiani exceptio, & allegatio parùm prodeſt; cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. fruſtra, n. 1. & 2. cod. ad Velleian.*

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Mulieri eo caſu, quo Velleiano non juvatur, beneficio jure conceſſo fidejuſſori gaudebit, excuſſionisque beneficium habebit.*
2 *Mulieres fidejubentes ſervantur indemnes, niſi ſuper interceſſione, inſtrumento publico in præſentia trium teſtium facto.*
3 *Non eſt neceſſarium teſtes ſubſcribere inſtrumento publico, ſed ſufficit fides Tabellionis illos adhibitos fuiſſe.*

1 Collige ex hoc §. 8., qnòd in caſibus, in quibus mulier beneficio Velleiani gaudere nequit, gaudere poterit beneficio à jure conceſſo fidejuſſoribus, quia pro alio intercedit, ſcilicet, ne pro ea obligatione conveniri poſſit, aut in ejus bonis fieri executio, donec principales debitores prius conventi, ac condemnati fuerint, & excuſſi, ut probatur ex hac lege. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 8.

2 Notatur ad hoc, quòd mulieres fidejubentes ſervantur indemnes, niſi ſuper interceſſione inſtrumentum publicum in præſentia trium teſtium ſubſcriptorum factum ſit. Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 2. *n.* 13. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 20. *n.* 6.

Sed juxta Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. reſol.* 2. *n.* 4. *verſic. Secunda*, hodie de communi conſuetudine neceſſarium non eſt, ut tres teſtes ſubſcribant in publico inſtrumento, ſed ſatis eſt, ſi Tabellio in eo inſtrumento fidem faciat adhibitos eos eſſe. 3

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Mulier gaudet Velleiano, licèt renuntiet in judicio, vel extra judicium.*
2 *Traditur ratio, remiſſivè.*
3 *Beneficium Velleiani tranſit ad hæredes mulieris.*
4 *Mulier ſuſcipiens tutelam Velleiano renuntiare debet.*
5 *Mulier fidejubens cum juramento Velleiano non juvatur.*
6 *Contrarium obſervatur in Regno Portugalliæ.*

Colligitur ex hoc §. 9., quòd mulier attento jure hujus Regni Portugalliæ gaudet Velleiani beneficio, etiamſi ei renuntiet expreſsè in judicio, vel extra judicium. Auguſt. Barb. *ad text. in l. jubemus, cod. ad Velleian. n.* 17. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 17. *verſic. Sed his non obſtantibus.* Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 20. *n.* 7. 1

Ratio eſt, quia eadem fragilitate, qua mulier inducitur ad fidejubendum, induceretur ad renuntiandum, ut probatur ex hoc §. 9., 2

&

& ideo ſibi ſubveniendum eſt; *arg. text. in l. doli*, §. *diverſum*, *ff. de novat. text. in l. fin.* §. *idem quæſivit*, *ff. de condit. indebit. text. in l. ſin. cod. de pact. pignor.*

Nota, quòd Velleiani beneficium ad hæredes mulieris tranſit; tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. hæredes*, *n.* 1. 2. *&* 3. *cod. ad Velleian.* cum aliis.

4 Sed licèt mulier regulariter non poſſit validè beneficio S. C. Velleiani renuntiare, attamen quando ſuſcipit tutelam filiorum, vel nepotum, poteſt, & debet tali beneficio renuntiare, ut probatur ex hac *Ord. verſic. Porém*, & hoc *lib.* 4. *tit.* 102. §. 3. *text. in auth. matri & aviæ*, *cod. quando mulier tutel. offic. fung. pot.*

5 Nota iterum, quòd mulier fidejubens pro aliquo cum juramento non juvatur beneficio S. C. Velleian., ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. jubemus*, *cod. ad Velleian. n.* 21. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 18. Cald. Per. *de empt. cap.* 30. *n.* 10.

6 Sed contrarium obſervare tenemur in hoc Regno Portugalliæ, in quo adeſt lex expreſsè prohibens juramentum cuicumque contractui, ac promiſſioni adhibitum. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 73. ubi dicam.

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Innovatio quæcumque obligationis ſubſequens Velleiani privilegium in hoc Regno non derogat.*

2 *Licèt mulier pretium, vel quamcumque rem pro fidejuſſione recipiat, Velleiano gaudet, remiſſivè.*

3 *Mulier Velleiano non gaudet, quando poſt fidejuſſionem, elapſo biennio, pignus dedit, aut obligationem innovavit.*

4 *Exceptio Velleiani fidejuſſori, & mandatori mulieris competit.*

Dicitur in hoc §. 10., quòd ſi mulier pro aliquo fidejuſſerit, & poſt biennium iterum conſentiat, ſive fidejuſſerit, ſibi non præjudicat in beneficio Velleiani, & in omni caſu tali beneficio gaudebit, non obſtante innovatione quacumque obligationis ſubſequenti, quæ non derogat Velleiani privilegium in hoc Regno. Petr. Barb. *in l.* 1. *p.* 5. *n.* 53. *verſic. ultimo*, *ff. ſolut. matr.* 1

Et mulier beneficio Velleiani omni tempore potiri poterit, quamvis pretium recipiat, vel aliam quamcumque rem pro fidejuſſione, vel obligatione alicujus, licèt aliud de jure communi ſtatutum ſit, ut probatur ex hac lege. 2

Sed de jure communi mulier Velleiani privilegio non gaudet, ſi poſtquam fidejuſſionem præſtitit, vel pro alio ſe obligavit, elapſo biennio, pignus dedit, aut obligationem innovavit., tunc enim maturo conſilio id videtur facere, non gaudetque beneficio. Morl. *in Empor. jur. p.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 8. *&* 13. 3

Nota, quòd exceptio Velleiani mulieri competens, etiam ſuo fidejuſſori competit, mandatori, vel ei, cui ipſe mandavit; *text. in l. mulierem* 14. *cod. ad S. C. Velleian.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. *& ſeq.* multa. 4

do mulier, quæ pro alio expromiſit, ſeu fidejuſſit, eſt maior 25. annorum; quia ſi fuerit minor, juvabitur exceptione reſtitutionis in integrum, caſibus, quibus illi non proficeret beneficium S. C. Velleiani.

3 Nota, quòd mulieri conventæ ex debito proprio, ceſſante interceſſione, ſeu fidejuſſione, Velleiani exceptio, & allegatio parùm prodeſt; cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. fruſtra, n. 1. & 2. cod. ad Velleian.*

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Mulieri eo caſu, quo Velleiano non juvatur, beneficio jure conceſſo fidejuſſori gaudebit, excuſſionisque beneficium habebit.*

2 *Mulieres fidejubentes ſervantur indemnes, niſi ſuper interceſſione, inſtrumento publico in præſentia trium teſtium facto.*

3 *Non eſt neceſſarium teſtes ſubſcribere inſtrumento publico, ſed ſufficit fides Tabellionis illos adhibitos fuiſſe.*

1 COllige ex hoc §. 8., quòd in caſibus, in quibus mulier beneficio Velleiani gaudere nequit, gaudere poterit beneficio à jure conceſſo fidejuſſoribus, quia pro alio intercedit, ſcilicet, ne pro ea obligatione conveniri poſſit, aut in ejus bonis fieri executio, donec principales debitores prius conventi, ac condemnati fuerint, & excuſſi, ut probatur ex hac lege. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 8.

2 Notatur ad hoc, quòd mulieres fidejubentes ſervantur indemnes, niſi ſuper interceſſione inſtrumentum publicum in præſentia trium teſtium ſubſcriptorum factum ſit. Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 2. *n.* 13. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 20. *n.* 6.

Sed juxta Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. reſol.* 2. *n.* 3
4. *verſic. Secunda*, hodie de communi conſuetudine neceſſarium non eſt, ut tres teſtes ſubſcribant in publico inſtrumento, ſed ſatis eſt, ſi Tabellio in eo inſtrumento fidem faciat adhibitos eos eſſe.

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Mulier gaudet Velleiano, licèt renuntiet in judicio, vel extra judicium.*

2 *Traditur ratio, remiſſivè.*

3 *Beneficium Velleiani tranſit ad hæredes mulieris.*

4 *Mulier ſuſcipiens tutelam Velleiano renuntiare debet.*

5 *Mulier fidejubens cum juramento Velleiano non juvatur.*

6 *Contrarium obſervatur in Regno Portugalliæ.*

COlligitur ex hoc §. 9., quòd 1
mulier attento jure hujus Regni Portugalliæ gaudet Velleiani beneficio, etiamſi ei renuntiet expreſsè in judicio, vel extra judicium. Auguſt. Barb. *ad text. in l. jubemus, cod. ad Velleian. n.* 17. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 17. *verſic. Sed his non obſtantibus.* Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 20. *n.* 7.

Ratio eſt, quia eadem fragili- 2
tate, qua mulier inducitur ad fidejubendum, induceretur ad renuntiandum, ut probatur ex hoc §. 9., &

& ideo ſibi ſubveniendum eſt; *arg. text. in l. doli*, §. *diverſum*, *ff. de novat. text. in l. fin.* §. *idem quæſivit*, *ff. de condit. indebit. text. in l. fin. cod. de pact. pignor.*

3 Nota, quòd Velleiani beneficium ad hæredes mulieris tranſit; tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. hæredes*, *n.* 1. 2. *&* 3. *cod. ad Velleian.* cum aliis.

4 Sed licèt mulier regulariter non poſſit validè beneficio S. C. Velleiani renuntiare, attamen quando ſuſcipit tutelam filiorum, vel nepotum, poteſt, & debet tali beneficio renuntiare, ut probatur ex hac *Ord. verſic. Porém*, & hoc *lib.* 4. *tit.* 102. §. 3. *text. in auth. matri & aviæ*, *cod. quando mulier tutel. offic. fung. pot.*

5 Nota iterum, quòd mulier fidejubens pro aliquo cum juramento non juvatur beneficio S. C. Velleian., ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. jubemus*, *cod. ad Velleian. n.* 21. Gom. 2. *var. cap.* 13. *n.* 18. Cald. Per. *de empt. cap.* 30. *n.* 10.

6 Sed contrarium obſervare tenemur in hoc Regno Portugalliæ, in quo adeſt lex expreſsè prohibens juramentum cuicumque contractui, ac promiſſioni adhibitum. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 73. ubi dicam.

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Innovatio quæcumqne obligationis ſubſequens Velleiani privilegium in hoc Regno non derogat.*

2 *Licèt mulier pretium, vel quamcumque rem pro fidejuſſione recipiat, Velleiano gaudet, remiſſivè.*

3 *Mulier Velleiano non gaudet, quando poſt fidejuſſionem, elapſo biennio, pignus dedit, aut obligationem innovavit.*

4 *Exceptio Velleiani fidejuſſori, & mandatori mulieris competit.*

Dicitur in hoc §. 10., quòd ſi mulier pro aliquo fidejuſſerit, & poſt biennium iterum conſentiat, ſive fidejuſſerit, ſibi non præjudicat in beneficio Velleiani, & in omni caſu tali beneficio gaudebit, non obſtante innovatione quacumque obligationis ſubſequenti, quæ non derogat Velleiani privilegium in hoc Regno. Petr. Barb. *in l.* 1. *p.* 5. *n.* 53. *verſic. ultimo*, *ff. ſolut. matr.* 1

2 Et mulier beneficio Velleiani omni tempore potiri poterit, quamvis pretium recipiat, vel aliam quamcumque rem pro fidejuſſione, vel obligatione alicujus, licèt aliud de jure communi ſtatutum ſit, ut probatur ex hac lege.

3 Sed de jure communi mulier Velleiani privilegio non gaudet, ſi poſtquam fidejuſſionem præſtitit, vel pro alio ſe obligavit, elapſo biennio, pignus dedit, aut obligationem innovavit, tunc enim maturo conſilio id videtur facere, non gaudetque beneficio. Morl. *in Empor. jur. p.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 8. *&* 13.

4 Nota, quòd exceptio Velleiani mulieri competens, etiam ſuo fidejuſſori competit, mandatori, vel ei, cui ipſe mandavit; *text. in l. mulierem* 14. *cod. ad S. C. Velleian.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. *& ſeq.* multa.

Ad tit. 62.

De donationibus inſinuandis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Donatio definitur, remiſſivè.*
2 *Donationis ſpecies plures.*
3 *Diviſio donationis inter vivos, remiſſivè.*
4 *Quæ dicatur donatio ſimplex, remiſſivè.*
5 *Donatio lato modo remuneratoria dicitur, ſed non eſt propriè donatio.*
6 *Quæ dicatur remuneratoria donatio, remiſſivè.*
7 *Donatio non ſolùm dicitur ob merita præterita, ſed ob merita futura.*
8 *An remuneratoria ſuſtineri poſſit ſine meritorum probatione. Et ſi non conſtet de probatione, ſufficiat confeſſio, vel ſimplex aſſertio donatoris?*
9 *Aſſertio donatoris, licèt juramento firmetur, non ſufficit.*
10 *Quando donatio fit inter perſonas, quæ liberè donare poſſunt, ſufficit confeſſio donatoris ad merita probanda.*
11 *Donatio in viris ſummam trecentorum aureorum excedens, & in fœminis centum, & quinquaginta inſinuari debet, aliàs in exceſſu non valet.*
12 *Amplia primò in pluribus donationibus uni perſonæ eodem tempore, quæ ſimul ſumptæ ſummam taxatam excedunt.*
13 *Quamvis diverſis perſonis ab una ſint factæ, non valent tamquam contra jus.*
14 *Diverſis temporibus factæ donationes plures dicuntur, licèt eidem perſonæ, & validæ ſunt; dummodo in fraudem legis non ſiant.*
15 *Amplia ſecundò in remiſſione debiti alieni cauſa donationis facta, quando debitum eſt liquidum.*
16 *Amplia tertiò in donatione inter conjunctas perſonas.*
17 *Amplia quartò in donatione laici Clerico facta, & è contra.*
18 *Valere incipit à tempore inſinuationis, non verò donationis.*
19 *Inſinuatio non fit poſt oppoſitum à parte.*
20 *Non fit poſt mortem donatoris.*
21 *Limita primò in donatione facta Eccleſiæ, vel ad pias cauſas, remiſſivè.*
22 *Limita ſecundò in donatione pro redemptione captivorum, remiſſivè.*
23 *Limita tertiò in donatione cauſa mortis, remiſſivè.*
24 *Limita quartò in donatione cum onere alendi donantem, remiſſivè.*
25 *Limita quintò in donatione cauſa dotis, & alimentorum.*
26 *Limita ſextò in donatione ſcholari ob cauſam ſtudii.*
27 *Limita ſeptimò in donatione Principum, remiſſivè.*
28 *Limita octavò in donatione contemplatione matrimonii, vel pro puella maritanda.*
29 *Limita nonò in donatione ob cauſam.*
30 *Intellige in eo, quod eſt intra cauſam, non extra.*
31 *Limita decimò in donatione remuneratoria.*
32 *Limita decimo primò in donatione reciproca, mutua, & viciſſitudinaria.*
33 *Limita decimo ſecundò in nominatione emphyteuſis.*

34 *Li-*

34 *Limita decimo tertiò in donatione, quæ, deductis expenſis, non excedit.*

35 *Donans ante inſinuationem poteſt donationem impugnare.*

36 *Princeps ſine inſinuatione donationem confirmare poteſt in præjudicium donantis.*

1 DOnatio ſecundum definitur ab Auguſt. Barb. *ad rubr. de Donat. n.* 5. eſt *conceſſio alicujus rei non prohibitæ, animo dominium irrevocabiliter transferendi, ex mera liberalitate facta*; quam definitionem amplectitur Portug. *de Donat. Reg. prælud.* 1. *n.* 40. ſpretis aliis, in quibus locis prædictam definitionem explicant.

2 Donationis ſpecies ſunt plures; communiter tamen per DD. amplectitur áliam eſſe inter vivos, aliam mortis cauſa; *Inſtit. de Donat. tit.* 7. *in princip.* Hermoſilh. *tom.* 1. *tit.* 4. *l.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 5.

3 Donatio inter vivos dividitur in ſimplicem, & ob cauſam, vel ſub modo, & conditionalem, ut tradit Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. *n.* 2. 3. & 4. explicat Cardoſ. *verb. Donatio n.* 3. Alia dicitur ſimplex, alia cauſa mortis, & alia inter virum, & uxorem, & alia propter nuptias, quæ omnes inter ſe differunt.

4 Donatio ſimplex dicitur, quæ ob ſolam liberalitatem, & ob nullam aliam cauſam à donatore fit ea mente, ut ſtatim accipientis fiat *l.* 1. *ubi Gloſ. verb. liberalitatem, ff. de Donat.* Cardoſ. *ſuprà n.* 4. Begnudel. *verb. Donatio, n.* 2.

5 Dicitur etiam donatio remuneratoria, lato modo; donatio enim remuneratoria donatio propriè non dicitur, quia cum ſit recompenſatio, & remuneratio mercedis, vel ſervitii accepti, non eſt propriè, potius quædam permutatio, vel titulus oneroſus; *l. Aquilius, ff. de Donat.* Portug. *ſuprà n.* 34. Cardoſ. *ſuprà n.* 5. cum multis.

Donatio remuneratoria dicitur accepti beneficii merces, & compenſatio. Bart. *in l. frater à fratre n.* 57. *ff. de Donat.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *n.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 38. *n.* 5. 6

Nota, quòd donatio non ſolùm dicitur remuneratoria, quæ fit ob merita præterita, ſed etiam, quæ fit ob merita futura. Bart. *in d. l. Aquilius, ff. de Donat.* Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 36. 7

Quæres: an donatio remuneratoria ſuſtineri poſſit ſine probatione meritorum, & ſi de meritis nullo modo conſtet, ſufficiat, ſimplex confeſſio, vel aſſertio donatoris affirmantis ſe ob merita donare? Reſpondetur primò, quando donatio fit inter perſonas prohibitas donare, ab omnibus receptum eſt non eſſe, ſtandum ſimplici aſſertioni donantis, niſi quando merita ab ipſo donatario concludenter probentur; *text. in l.* 1. §. *mutuam, ff. ſi quid. in fraudem patroni*, Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 48. Reinoſ. *obſerv.* 31. *n.* 12. Cardoſ. *verb. Donatio n.* 7. 8

Quod procedit, & locum habet, quamvis prædicta donatoris aſſertio ipſius juramento firmetur. Bart. *in l. cum quis decedens*, §. *Titia honeſtiſſima, ff. de leg.* 3. 9

Reſpondetur ſecundò, quòd ubi donatio fit inter perſonas, quæ liberè donare poſſunt, meritorum probatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit donatoris confeſſio. Reinoſ. *ſuprà n.* 13. Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 49. cum multis Cardoſ. *ſuprà n.* 6. quibus prælibatis, nunc tranſeamus ad expoſitionem noſtræ legis. 10

Deducitur ex hoc textu, quòd omnis donatio tam mobilium, quàm immobilium, quæ in viris ſummam trecentorum aureorum excederit, 11

vel ejus valorem, & centum, & quinquaginta in fœminis inſinuari, & approbari debeat per Regem, vel Senatores Palatinos, & ſiquis ultra ſummam illam donaverit, non valebit donatio in illo, quòd exceſſerit, ſed erit nullius momenti; *text. in l. ſancimus, cod. de donat.* Clar. *lib.* 4. §. *Donatio*, *quæſt.* 17. *n.* 2. Cardoſ. *verb. donatio, n.* 9. Portug. *prælud.* 2. *n.* 26.

12 Ampliatur primò, quando aliquis plures res donaverit uni perſonæ eodem tempore, quæ ſimul ſumptæ ſummam prædictam, & taxatam excedunt, licèt quælibet de per ſe non excederet. Gam. *deciſ.* 110. *n.* 34. *& deciſ.* 381. *n.* 5. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 7. Cardoſ. *verb. donatio*, *n.* 10.

13 Et licèt ſimul diverſis perſonis ab una ſint factæ, etiam non tenent, nec valent, tamquam ſint factæ contra jus, & contra legem, ut tradit idem Cardoſ. *ſuprà d. n.* 10. cum quo tranſire licet.

14 Si verò diverſis temporibus factæ ſint, quamvis eidem perſonæ, ita taliter, quòd in fraudem legis non videantur factæ, tunc valebunt, licèt excedant ſummam illam; tuncque dicuntur plures donationes, non verò una donatio, ut tradit idem Cardoſ. *ſuprà d. n.* 10. *verſic. ſi tamen.*

15 Ampliatur ſecundò in remiſſione debiti alieni cauſa donationis facta, quando debitum, quod remittitur, eſt liquidum, & purum. Cald. *de empt. cap.* 24. *n.* 2. Rebell. *de oblig. juſt. p.* 2. *lib.* 18. *quæſt.* 6. *n.* 8. Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 27.

16 Ampliatur tertiò, in donatione inter conjunctas perſonas celebrata. Cardoſ. *ſuprà ſub n.* 9. *verſic. Quamvis.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 127. *n.* 8. Gratian. *diſcept. for. cap.* 159. *n. fin.*

17 Ampliatur quartò, in donatione, quam laicus Clerico facit, vel quam Clericus confert in laicum. Felin. *ad text. in cap. Eccleſia*, *n.* 83.

Nota; quòd donatio incipit valere à tempore inſinuationis, non verò à tempore donationis. Cancer. 1. *var. cap.* 8. *n.* 20. Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 28. 18

Et hæc inſinuatio fieri non poteſt, poſtquam oppoſitum fuerit à parte de nullitate ob defectum inſinuationis. Cyriac. *contr.* 10. *n.* 76. & cum aliis Portug. *ſuprà n.* 29. 19

Sicut etiam inſinuatio fieri non poteſt poſt mortem donatoris. Cyriac. *ſuprà n.* 75. & cum multis Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 30. 20

Limitatur primò *Ord.* noſtra in donatione facta Eccleſiæ, vel ad pias cauſas, quæ inſinuatione non eget, cujuſcumque ſit valoris; tradit cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. illud quod de Sacroſ. Eccleſ. n.* 3. *& in tract. de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 22. 21

Limitatur ſecundò in donatione pro redemptione captivorum facta in quacumque quantitate; quia ſine inſinuatione, & etiam ſine ſcriptura valet; ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà d. l. illud quod de Sacroſ. Eccleſ. n.* 4. 22

Limitatur tertiò in donatione cauſa mortis, quæ non requirit inſinuationem, cujuſcumque ſummæ ſit, ſed requirit quinque teſtes, niſi ſit facta inter filios; tunc enim ſufficiunt duo teſtes; quia donatio cauſa mortis accedit ultimæ voluntati; tradit cum multis Cardoſ. *verb. donatio*, *n.* 11. 23

Limitatur quartò in donatione facta cum onere alendi donantem, quæ inſinuatione non indiget. Gratian. *diſcept. for. cap.* 386. *in princip.* 24

Limitatur quintò in donatione cauſa dotis facta, vel alimentorum, quæ abſque inſinuatione valet. Cabed. 25

bed. 1. *p. deciſ.* 135. *n.* 6. Gam. *deciſ.* 120. Cardoſ. *verb. donatio, n.* 12.

26 Limitatur ſextò in donatione facta ſcholari ob cauſam ſtudii, quæ non indiget inſinuatione. Cald. *conſ.* 19. *n.* 9. Petr. Barb. *in l.* 1. *p.* 7. *n.* 40. & 41. *verſic. Sed his non obſtantibus.*

27 Limitatur ſeptimò in donationibus Principum, in quibus non requiritur inſinuatio. Cald. *conſ.* 28. *n.* 21. Auguſt. Barb. *in l. illud quod n.* 12. *cod. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi cum Menoch. *conſ.* 1. *n.* 375. intelligit de quocumque Principe Imperii locum in ſuo dominio obtinente.

28 Limitatur octavò in donatione facta contemplatione matrimonii, & in donatione pro puella maritanda, ut tradit Barb. *ad hanc Ord. n.* 8. cum aliis.

29 Limitatur nonò in quacumque donatione facta ob cauſam, quæ non requirit inſinuationem. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 16. Gam. *deciſ.* 302. *n.* 7. & 8. Cald. *conſ.* 19. *n.* 10.

30 Sed licèt concluſio ſit, quòd in donationibus ob cauſam non requiratur inſinuatio, hoc intelligi oportet in eo, quod eſt intra cauſam, ſecus in eo, quòd extra cauſam eſt. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *Gloſ.* 28. *n.* 8., ſed melius idem Fontanel. *d. clauſ.* 4. *Gloſ.* 19. *p.* 1. *n.* 34.

31 Limitatur decimò in donatione remuneratoria, quæ etiam inſinuatione non eget. Gam. *deciſ.* 213. Cald. *conſ.* 19. *n.* 11. Portug. *de Donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. *n.* 44., quod intellige intra valorem meritorum; ſecus in exceſſu, quæ inſinuari debet, ut tenet ipſe Portug. *ſuprà* & *n.* 46.

32 Limitatur decimo primò in donatione reciproca, mutua, ſeu viciſſitudinaria, in qua non riquiritur inſinuatio. Clar. §. *Donatio, quæſt.* 16. *n.* 5.

Limitatur decimo ſecundò in nominatione ad emphyteuſim facta, quæ non requirit inſinuationem ad petendam renovationem emphyteuſis. Cald. *conſ.* 19. *n.* 12. 33

Limitatur decimo tertiò in donatione, quæ quamvis quantitatem à lege taxatam excedat, deductis tamen expenſis, non excedit. Gratian. *for. cap.* 343. *n.* 5. Cevalh. *quæſt.* 222. *n.* 8. 34

Nota, quòd donans abſque inſinuatione ultra ſummam à lege taxatam poteſt donationem à ſe factam impugnare, & revocare, & alteri donare. Cald. *d. conſ.* 19. *n.* 37. 35

Nota etiam, quòd Princeps confirmare poteſt donationem ſine inſinuatione factam, etiam in præjudicium donantis. Cabed. 2. *p. deciſ.* 77. *n.* 2. Cevalh. *quæſt.* 222. *n.* 11. 36

Ad §. I. & ult.

SUMMARIUM.

1 *Forma inſinuationis hîc traditur, remiſſivè.*

2 *De confirmatione donationis factæ per virum, remiſſivè.*

FOrma inſinuationis hîc traditur à legiſlatore, ſcilicet, quòd donator compareat coram Judice, voluntatemque ſuam manifeſtè dicendo ſe talem donationem feciſſe ſine arte, dolo, metu, vel carcere, &c., & eſſe contentum, quòd redigatur in ſcriptis coram Tabellione, & confirmetur, vel approbetur per Regem, & in tali inquirantur vicini, qui de tali donatione ſciant; & viſo inſtrumento per Regem, vel Senatores Palatinos, ſi 1

per

per illud conſtiterit donationem factam fuiſſe à donatore, uti fas eſt, illi conceditur cartha confirmationis, & aliter non, ut probatur ex hoc §., & ad hoc vide Gom. 2. *var. cap.* 4. *ſub n.* 6.

2 De confirmatione donationis, loquendo de viris, agitur in Regimine *Senat. Palatii* §. 110., quod limitatur in fœminis ex *eodem Regimine* §. 12. Peg. *tom.* 2. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. *ad* §. 1. *gloſ.* 6. *n.* 2.

Ad tit. 63.

De Donationibus, & libertate, quæ revocari poſſunt cauſa ingratitudinis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Donatio pura, & ſimpliciter ſine conditione celebrata donatoris conſenſu, & donatarii acceptatione, vel Tabellionis, ſtatim manet firma, nec amplius revocari poteſt.*

2 *Donans revocare nequit poſt ſtipulationem Tabellionis nomine abſentis.*

3 *Per ſtipulationem Notarii acquiritur jus abſenti, & ignoranti.*

4 *An donatio præſenti, & tacenti facta valeat, ut per præſentiam, & taciturnitatem acceptare videatur? remiſſivè.*

5 *Quando ex inſtrumento donationis non apparet, an donatarius ſit præſens, vel abſens, an præſumatur præſens, vel abſens?*

6 *Donatio per donatorem revocari poteſt ex cauſa ingratitudinis.*

7 *Quæ ſit ingratitudo? remiſſivè.*

8 *Donatio inoſſicioſa, & in fraudem legitimæ facta revocari poteſt.*

9 *Donatio revocatur per ſupervenientiam filiorum donatoris.*

10 *Donatio revocatur per apparentiam filiorum, qui reputabantur mortui.*

11 *Poſſeſſor maioratus ingratus adverſus inſtitutorem privatur ipſo maioratu.*

12 *Clericus ſcribens, vel judicem inſtruens contra ſuam Eccleſiam, beneficio Eccleſiaſtico privatur.*
Aliter ſi ingratus fuerit Prælato, ibid.

13 *Vaſſallus ingratus amittit feudum.*

14 *Nominatio emphyteuſis propter ingratitudinem revocatur, ſi talis ſit, quæ revocationem patiatur.*

15 *Pactum de non revocando non impedit revocationem donationis ex ingratitudine.*

16 *Donatio revocatur propter ingratitudinem, licèt adſit juramentum non revocandi.*

17 *Maioratus factus per viam donationis cauſa ingratitudinis revocatur.*

18 *Limitatur primò in donatione remuneratoria, quæ non revocatur ex ingratitudine.*

19 *Intellige quoad valorem meritorum, aliud quoad exceſſum.*

20 *Limitatur ſecundò in donatione cauſa matrimonii, remiſſivè.*

21 *Limitatur tertiò in donatione facta Eccleſiæ, quæ ingratitudine Prælati non revocatur.*

22 *Limitatur quartò, quandò res donata ante culpam commiſſam in alium translata fuerit.*

23 *Do-*

23 *Donatio de re litigioſa eſt nulla.*

24 *Limita in donatione facta contemplatione matrimonii, in qua non obſtat vitium litigioſi.*

25 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum inter vivos non valet.*

Eſt contra bonos mores, & impedit facultatem teſtandi, ibid.

26 *Secus quando quis donat Eccleſiæ, vel monaſterio omnia bona ſua conditione alimentandi toto tempore vitæ ſuæ.*

27 *Donatio omnium bonorum, reſervato uſufructu, eſt valida, neque eget inſinuatione.*

28 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, non reſervato uſufructu, eſt valida.*

In illa non comprehenduntur jura, & actiones, ibid.

29 *Donatarius omnium bonorum, reſervato uſufructu certæ ſummæ, non ſuccedit in illa, ſed hæredes, ſi donator non diſponat.*

Secus quando reſervavit facultatem teſtandi de certa ſumma capienda, & bonis donatis, ibid.

30 *Donatio in fraudem creditorum non valet.*

31 *Donatio, quam facit Prælatus inconſultis Canonicis, & in damnum Eccleſiæ, non valet, remiſſivè.*

32 *Donatio de re Eccleſiæ eſt invalida.*

Valet cauſa remunerationis, ibid.

33 *Donatio de re aliena ſine conſenſu domini non valet.*

34 *Quomodo revocetur donatio cauſa mortis? remiſſivè.*

35 *Donatio tacitè revocatur, quando prius decedit donatarius, quam donator.*

36 *An, revocata prædicta donatione, dominium ipſo jure revertatur in donatorem? remiſſivè.*

Dicit textus, quòd donatio pura, & ſimpliciter facta ſine ulla conditione, aut cauſa præterita, præſente, ſeu futura, ubi primum celebratur donatoris conſenſu, & donatarii acceptatione, vel Notario, ſeu Tabellionis nomine abſentis, ſeu cujusvis perſonæ, quæ ſecundum alterius ſuo nomine acceptare poteſt, vel alteri ſtipulari, illicò firma, & perfecta manet, ita ut amplius revocari nequeat; *text. in l. perfecta donatio. cod. de donat. quæ ſub modo.* Phœb. 2. *p. deciſ.* 105. *n.* 26. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 11 Cov. *lib.* 1. *var. cap* 14. 1

Secundum hanc legem ſufficit acceptatio, ſive ſtipulatio Tabellionis nomine abſentis, tunc enim amplius donans donationem revocare non poteſt, ut tradit cum multis Cancer. 1. *var. cap.* 8. *n.* 44. 2

Per illam enim ſtipulationem Notarii acquiritur jus abſenti, & ignoranti, & hanc eſſe generalem conſuetudinem per totum mundum; aſſerit Cancer. *ſuprà.* 3

Utrùm autem donatio facta præſenti, & tacenti valeat, ita ut per præſentiam, & taciturnitatem acceptare illam, & agnoſcere videatur? Reſpondetur, quòd ſic, quia per prædictam præſentiam, & taciturnitatem conſenſiſſe videtur in re ſibi utili, ut cum aliis tenet Cancer. *ſuprà n.* 45. 4

Quando verò non apparet ex inſtrumento donationis, an donatarius ſit præſens, vel abſens, utrùm præſumatur præſens, vel abſens? Reſpondetur, quòd præſumitur abſens, ut cum aliis tenet Cancer. *ſuprà n.* 46. 5

Sed

6 Sed licèt juxta ſupradicta *à n.* 1. donatio non poſſit revocari; attamen quando donatarius ingratus efficitur, revocari poteſt donatio ex cauſa ingratitudinis per donatorem. *Ord. noſtra hic verſic. Porém, tex. in l. fin. cod. de revocand. donat.* Portug *prælud.* 2. *n.* 16. Peg. *tom.* 2. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. *cap.* 25. *n.* 187. Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.* 1. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 1.

7 Eſtque ingratitudo ventus urens exſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ad text. in cap. propter, lib.* 3. *decretal. tit.* 24. *de donat. n.* 4. ubi quòd excæcat oculos benefacientis. Vitium hàc nullum maius eſt, & deteſtabilius. Begnudel. *tom.* 2. *verb. ingratitudo n.* 1.

8 Amplia primò, quando donatio eſt inofficioſa, ſeu in fraudem legitimæ filiorum à patre facta, tum enim revocari poteſt. Hermoſilh. *in l.* 8. *gloſ.* 12. *tit.* 4. *p.* 5. Portug. *prælud.* 2. *n.* 15. Guerr. *de Diviſ. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 22. tenet cum multis Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 676.

9 Amplia ſecundò, quando aliquis filios non habens donavit alteri omnia bona ſua, vel maiorem partem eorum, & poſtea ſibi naſcuntur filii, quia ſtatim, ipſoque jure revocatur donatio; *text. in l. ſi unquam, cod. de revocand. donat.* cum multis Guerr. *de Invent. lib.* 4. *cap.* 8 *n.* 123. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 65. *in princip.* Hermoſilh. *l.* 8. *tit.* 4 *p.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 2. Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 23.

10 Subampliatur hæc ſecunda ampliatio, ut etiam habeat locum caſu, quo donator filios habebat, quos tamen mortuos eſſe putabat ex aliquo rumore incerto, quia ſi apparuerint, reſcindetur donatio, ut cum multis probat Portug. *ſuprà n.* 23.

Amplia tertiò, in poſſeſſore maioratus, qui adverſus inſtitutorem cauſam ingratitudinis commiſit. Molin *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 8. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 17. *n.* 40. & cum iſtis Auguſt. Barb. *in cap. propter de donat. n.* 5. 11

Amplia quartò, in Clerico ſcribente, vel judicem inſtruente contra ſuam Eccleſiam, quia privari poteſt tamquam ingratus beneficio Eccleſiaſtico; ſecus tamen ſi ingratus exiſtat Prælato, qui ei contulit. Cald. *de poteſt. elig. d. cap.* 17. *n.* 50. cum multis Auguſt. Barb. *in d. cap. propter, lib.* 3. *Decret. de donat. tit.* 24. *n.* 6. 12

Amplia quintò in vaſſallo ingrato, qui perdit feudum, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12. Barb. *ad hanc Ord. n.* 7. 13

Amplia ſextò in nominatione emphyteutica, dummodo talis ſit, quæ revocationem patiatur. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 17. *n.* 45. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13. 14

Amplia ſeptimò etiamſi in donatione interveniat pactum non revocandi propter ingratitudinem. Gom. 1. *var. cap.* 12. *n.* 83. *in fin. &* 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 69. Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.* 7. *n.* 1. *tit.* 4. *p.* 5. Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. *n.* 18. 15

Amplia octavò etiamſi adſit juramentum non revocandi, quod intellige ſecundum ea, quæ tradunt Hermoſilh. *in d. l.* 10. *gloſ.* 7. *n.* 2. Portug. *ſuprà d. prælud.* 2. *n.* 17. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 538. *verſic. Quamvis.* 16

Amplia nonò in maioratu facto per viam donationis, quia prætextu ingratudinis revocari poteſt. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 31. Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 1. *n.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. 17

Limita primò in donatione remuneratoria, aut ex cauſa onerosa fa- 18

facta; tunc enim propter ingratitudinem revocari nequit. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 45. Portug. *lib.* 1. *d. prælud.* 2. *n.* 42. cum multis August. Barb. *in d. cap. propter de Donat. n.* 17. Hermoſilh. *in l.* 10. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 8.

19 Quod intellige, juxta valorem meritorum, ſecus quoad exceſſum. Cancer. *p.* 3. *cap.* 15. *n.* 75. Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 1. *n.* 8. *&* 16. Portug. *d. prælud. n.* 43.

20 Limita ſecundò in donatione ex cauſa matrimonii, quæ etiam propter ingratitudinem non revocatur, conſtante matrimonio. Portug. *d. prælud.* 2. *n.* 98. Gam. *deciſ.* 163. Auguſt. Barb *de poteſt. Epiſcop alleg.* 20. *n.* 19. *p.* 2. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 552. Hermoſilh. *in d. l.* 10. *tit.* 4. *gloſ.* 1. *p.* 5. *n.* 9.

21 Limita tertiò in donatione facta Eccleſiæ, quæ non revocatur propter ingratitudinem Prælati. Jul. Clar. §. *Donatio, quæſt* 21. *n.* 5. Auguſt. Barb. *in d. cap. propter de Donat. n* 15.

22 Limita quartò, ſi donator ante commiſſam culpam rem donatam in alium transtulerit. Cyriac. *contr.* 139. *n.* 4. Sabell. §. *Donatio, n.* 33. *verſic. Quòd poſſit.*

23 Nota, quòd donatio de re litigioſa eſt nulla. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 10. §. 7. Portug. *de Donat. p.* 3. *cap.* 38. *n.* 29. Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 1. *de confirm. util. vel inutil. n.* 9.

24 Quod limitatur in donatione facta matrimonii contemplatione; ad hunc enim effectum non obſtat vitium litigioſi. Maced. *deciſ.* 61. *n.* 28. Auguſt Barb. *ſuprà n.* 22. Cancer. 2. *var. cap.* 12. *n.* 51. Portug. *d. cap.* 38. *n.* 71.

25 Nota iterum, quòd donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta inter vivos non valet. Clar. §. *Donatio, quæſt.* 19. Port. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 28., eſt enim talis donatio contra bonos mores, uti impediens liberam teſtandi facultatem; *l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.* Cardoſ. *ſuprà n.* 13. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 28.

Quòd non habet locum, quando illa donat Eccleſiæ; quia poteſt quis omnia bona ſua donare Eccleſiæ, ſeu monaſterio, illa conditione, ut ab eo alatur toto tempore vitæ ſuæ; ut tradit Cardoſ. *ſuprà n.* 13. *in fin.* 26

Sicut etiam donatio omnium bonorum cum reſervatione uſufructuum valida eſt, neque tunc requiritur inſinuatio. Cardoſ. *ſuprà n.* 14. cum Gam. *deciſ.* 166 *n.* 3. 27

Sed quòd donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorum abſque reſervatione uſusfructus valida ſit, tradit Cancer. 1. *var. cap.* 8. *n.* 84. ubi judicatum refert, eo quòd in tali donatione non comprehenderentur jura, & actiones, ubi dicit, quòd hæc eſt vera opinio, quidquid aliqui contradicant, quod cum multis probat. 28

Adverte hìc, quòd donatarius omnium bonorum cum reſervatione certæ ſummæ, de qua donator teſtari poſſit, quando idem donator non teſtatur, non ſuccedit in illa ſumma, ſed hæredes; ſecus quando donator ſibi reſervavit facultatem teſtandi ſuper certa ſumma capienda ex bonis donatis; tunc enim, ſi non teſtatur, eſt donatarii. Pajatel. *exped.* 46. *n.* 3. Theſ. *deciſ.* 97. *n.* 3. 29

Adverte iterum, quòd donatio in fraudem creditorum non valet; *l.* 1. *& l. ait Prætor*, §. *ſi cum mulier*, *& l. omnes*, §. *Lucius*, & fere *per tot. ff. quæ in fraudem cred.*, quia omnis donatio per fraudem facta eſt revocanda, ut omne tradit Cardoſ. *verb. Donatio*, *n.* 37. 30

31 Nota, quòd Prælatus de rebus Epiſcopatus in detrimentum Eccleſiæ graves donationes facere non poteſt, præcipuè, inconſultis Canonicis, ſucceſſorque poteſt revocare tales donationes, ſive à Clericis, ſive à laicis, non enim tenent, quia eſt procurator Eccleſiæ, non autem dominus, unde debet conditionem Eccleſiæ meliorare, non verò deteriorare illam, ut cum multis Auguſt. Barb. *lib.* 3. *Decretal. ad cap. fraternitatem*, *n.* 1. *de Donat.*

32 Donatio de re Eccleſiæ facta non valet, ut tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 2., valet tamen donatio rei Eccleſiaſticæ ob cauſam remunerationis, ut tradit Auguſt. Barb. *in cap. per tuas de Donat. tit.* 24. *n.*2.

33 Nota, quòd donare non poteſt aliquis rem alienam ſine conſenſu domini rei; *text. in l. traditio*, *ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus juris*, *ff. de reg. jur.*, datum enim ab illo, qui donare non poteſt, pro non dato habetur; *text. in cap. quod autem de jur. patronat.*

34 Quæres qualiter revocetur donatio cauſa mortis? Reſpondetur, quòd primò revocatur per pœnitentiam, & expreſſam voluntatem donatoris; quia cùm non ſit valida, neque per fecta, niſi poſt mortem ejus, meritò ante poteſt liberè revocari; *text. in l. Marcellus*, §. *Paulus de Donat. cauſ. mort. text. in l. mortis*, *eod. tit.*

35 Secundò revocatur tacitè, ſi prius decedat donatarius, quam ipſe donator; *text. in l.* 1. *ff. de Donat. cauſ. mort. text. in l. ſi mort. cauſ. res donata*, *cod. de Donat. text in l. non omnis*, *ff. ſi cert. pet.*

36 Quæres iterum, an revocata donatione prædicta expreſsè, vel tacitè, vertatur ipſo jure dominium in donatorem? Reſpondetur, quòd ſic, & competit ei reivendicatio, & ſimiliter conditio ob cauſam, vel ſine cauſa; *text. in l. ſi mortis cauſ. res donata*, cum *leg. ſeq. ff. de Donat. cauſ. mort.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Donatio revocatur propter injuriam gravem, vel atrocem factam donanti.*

2 *Quæ dicatur gravis, vel atrox injuria? remiſſivè.*

3 *An convitium verum excuſet donatarium, remiſſivè.*

4 *An ſit cauſa ſufficiens ad revocandam donationem, filia ſtuprum in domo patris committens? remiſſivè.*

5 *Quid in deflorante, vel adulterante filiam neptem, pronepotem, vel ſororem donatoris? remiſſivè.*

Prima cauſa revocandi donationem perfectam eſt, ſi donatarius gravem, vel atrocem injuriam donatori intulerit, ſive in præſentia, ſive in abſentia, ut probatur ex hoc §. 1. Cov. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 11. *n.* 8. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Secunda.* Hermoſilh. *tom.* 1. *l.* 10. *tit.* 4. *gloſ.* 2. *n.* 1. 1

Quæ dicatur gravis, vel atrox injuria, judicis arbitrio relinquitur; perſonarum qualitate, & circunſtantiis conſideratis, ut cum multis tradit Far. *ad Cov. lib.* 1. *cap.* 11. *ad n.* 8. Hermoſilh. *ſuprà*, & vide Gom. 3. *var. cap.* 6. *n.* 1. 2. & 4. 2

Quid autem dicendum ſit, ſi verum ſit convitium, id eſt injuria ſit vera, an excuſet donatarium, qui illud objicit donatori? Hermoſilh. *ſuprà n.* 2. cum Rip. tenet verita- 3

ritatem convitii donatarium non excuſare ab injuria.

4 Quid etiam ſi filia ſtuprum in domo patris committat, an ſit cauſa ſufficiens ad revocandam donationem? Hermoſilh. *gloſ.* 2. *l.* 10. *p.* 5. *n.* 22. probat cum Fontanel. per eum relatum legitimam cauſam non eſſe, ſi ſemel, aut bis copiam ſui corporis fecerit, niſi luxurioſè vivat.

5 Quid de illo, qui filiam neptem, vel pronepotem defloravit, & de eo, qui ſororem donatoris defloravit, vel adulteravit, vide Hermoſilh. *ſuprà n.* 23. ubi dicit eſſe cauſam revocationis, ſi in domo donatoris eam cognoverit.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Donatio revocatur, ſi donatarius donantem percuſſerit palo, lapide, aut ferro, &c.*

2 *Licèt donatarius non faceret, ſed mandavit alteri facere.*

Idem ſi in uxorem, vel filium donatoris manus violentas intulerit, ibid.

3 *Limita ſi donatarius ſe defenderet, vel caſualiter donatorem percuteret.*

1 SEcunda cauſa revocandi donationem à legislatore tradita in hoc §. 2. eſt, ſi donatarius donantem palo, lapide, aut ferro percuſſerit, vel in eum injecerit manus iracundiæ animo injuriandi, & deshoneſtandi. Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 2. *n.* 9. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Prima.*

2 Quod ampliatur etiam ſi ipſe non fecerit, ſed mandavit alteri, ut faceret; idem Hermoſilh. *ſuprà n.* 10. quod locum habet, ſi in uxorem vel filium donatoris manus violentas intulerit, ut tradit ipſe Hermoſilh. *n.* 11.

Sed limitatur, ſi donatarius ſe defendendo, vel aliàs caſualiter donatorem percuſſerit, ut cum aliis Hermoſilh. *ſuprà n.* 12. 3

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Donatio revocatur, ſi donatarius notabile damnum in bonis donantis intulerit.*

2 *Procedit licèt animus effectum non habuiſſet.*

Effectus in delictis punitur, etiam non ſequuto effectu, ibid.

3 *Arbitrio judicis relinquendum quale ſit grave damnum.*

TErtia cauſa revocandi donationem à legislatore aſſignata in hoc §. 3. eſt, ſi donatarius grave, ſive notabile damnum in bonis donantis intulerit. Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 2. *n.* 13. Gom. *ſuprà d. n.* 14. *verſic. Tertia.* 1

Quod procedit etiam, quamvis animus, ſive propoſitus donatarii effectum non habuiſſet; quia in hoc caſu ſua mala tentatio habetur pro conſummata, ut probatur ex hoc §., & effectus in delictis punitur, licèt non ſequatur effectus, ut cum multis Cardoſ. *verb. Delictum, n.* 56. 2

Nota, arbitrio judicis relinqui, quòd grave damnum dicatur, ut cum multis tradit Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 2. *n.* 14. 3

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Donatio revocatur, ſi donatarius inſidias vitæ donatoris machinaverit.*
2 *Item ſi accuſetur à donatario de delicto, remiſſivè.*
3 *Secus quando eſſet adſtrictus accuſare, vel proſequeretur ſuam, vel ſuorum injuriam.*
4 *Item quando injuſtè contra donatorem judicavit.*
5 *Item ſi contra donatorem advocaverit.*
6 *Idem ſi fuerit procurator.*

1 QUarta cauſa revocandi donationem à legislatore hic tradita in hoc §. 4. eſt, ſcilicet ſi donatarius inſidias vitæ donatoris machinavit, ſive præparavit. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Quarta.* Hermoſilh. *d. l.* 10. *gloſ.* 2. *n.* 16. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 580.

2 Nota donationem revocari, ſi donatarius donatorem accuſet de delicto, quo probato, pœna mortis, amiſſio membri, infamia, vel amiſſio maioris partis bonorum, veniret imponenda. Hermoſilh. *ſuprà* cum aliis *n.* 4.

3 Sed quando donatarius adſtringitur accuſare, ut in crimine læſæ mageſtatis, vel ſuam, aut ſuorum injuriam proſequatur, aliter eſt dicendum; ut cum Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *n.* 8. *& in cap. Rainutius*, *n.* 11. *de teſtam.* tradit Hermoſilh. *ſuprà*, quia tunc donatio non revocatur.

4 Ampliatur primò noſtra lex, ſi donatarius per dolum, vel imperitiam injuſtè contra donatorem judicaverit, quando gravem jacturam ſuæ ſubſtantiæ paſſus ſit; tunc enim revocatur donatio, ut tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 5.

Ampliatur ſecundò, ſi contra donatorem in cauſa capitali, vel aliàs magna ſponte donatarius advocaverit, ut cum aliis Hermoſilh. *ſuprà n.* 7. 5

Ampliatur tertiò, ſi delator, vel procurator ſit contra donatorem. Cov. *d. cap.* 11. *n.* 8. *verſic. Sic etenim*, & cum multis Hermoſil. *d. l.* 10. *ad gloſ.* 3. *n.* 8. 6

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Donatio revocatur, ſi donatarius conditionem in donatione poſitam non impleverit.*
2 *Deficiente conditione, donatio perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet facta.*
3 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*
Conditiones, & pacta debent adimpleri integraliter, ibid.

QUinta cauſa à legislatore tradita revocandi donationem eſt, quando donatarius promiſit donatori pro facienda donatione modum vel conditionem in donatione poſitam adimplere, & non impleverit. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Quinta*, & ibi Aylon. 1

Quia ſi conditionis implementum deficiat; inutilis erit donatio, ac proinde habenda, ac ſi nunquam fuiſſet facta. Portug. *prælud.* 2. §. 2. *n.* 11., & ob non implementum poterit revocari donatio. 2

Quilibet enim rei ſuæ eſt moderator, & arbiter *l. in re mandata*, 3

ta, *cod. mandat.* cum ſimilibus, & ideo nihil mirum, quòd in traditione rei ſuæ quaslibet conditiones, & pacta adjicere poſſit, quæ quidem conditiones, & pacta adimpleri debent in forma ſpecifica, & integraliter. Cardoſ. *verb. conditio*, *n.* 3.

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Si mater filio donaverit, & poſt donationem tranſeat ad ſecundas nuptias, revocare non poteſt, niſi tribus cauſis, remiſſivè.*

2 *An idem ſit in patre? remiſſivè.*

1 QUod mater filio donavit, & poſt factam donationem tranſeat ad ſecundas nuptias ex ingratitudine non revocatur, niſi ex tribus cauſis. Prima eſt, quando filius vitæ ejus inſidiatur; ſecunda, ſi manus impias in eam inferat; tertia, quando moliatur jacturam, vel damnum omnium bonorum matris; ut probatur ex *hac lege*, hîc *text. in l. quod mater*, *cod. de revocand. donat.* Hermoſilh. *tom.* 1. *in L.* 10. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 6. *n.* 17.

2 An idem ſit in patre ſecundò nubente, conſule Hermoſilh. *proximè n.* 18. quem vide.

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Libertas ob ingratitudinem revocatur, remiſſivè.*

2 *Filii ejus poſt revocationem concepti manebunt ſervi, non verò antea nati.*

3 *Filius à patre emancipatus patrem verbo, vel facto injuria afficiens rurſus ad patriam poteſtatem redigi poteſt.*

4 *Legitimatio filii à patre revocari poteſt propter ingratitudinem, remiſſivè.*

5 *Libertus Clericus ob ingratitudinem commiſſam in patronum, in ſervitutem revocari non poteſt.*

6 *Donatio cauſa dotis ob ingratitudinem non revocatur.*

DIcitur in hoc §. 7., quòd ſi quis patronus ſuo liberto libertatem contulerit, & poſtquam ipſe libertus manumiſſus fuerit, adverſus patronum ſuum ingratus extiterit, id eſt committendo aliquam offenſam, vel levem injuriam, dominus, ſive patronus illum revocare poterit in ſervitutem, qua antea erat; *text. in l.* 2. *cod. de libert. & eorum liber.* Cardoſ. *verb. ſervitus*, *n.* 54. Auguſt. Barb. *in cap. propter de Donat. tit.* 24. *n.* 11. 1

Et non ſolùm ipſe libertus ſervus manebit, ſed etiam ejus filii poſt revocationem concepti, & nati ſervi erunt, ſed non antea, ut probatur ex prædicto *text. in l.* 2. *cod. de libert.*, *& eorum liber. & ibi gloſ.* 2

Amplia primò in filio à patre emancipato, quando patrem verbo, vel facto injuria affecerit, quia rurſus in patriam poteſtatem à revocante emancipationem redigi poteſt. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 17. *n.* 47. Auguſt. Barb. *in d. cap. propter de Donat. tit.* 24. *n.* 8. 3

Amplia ſecundò in filio legitimato, cujus legitimatio facta per Principis reſcriptum, propter ipſius ingratitudinem in patrem commiſſam ab ipſo patre revocari poteſt, 4

teſt, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9.

5 Limita primò in liberto Clerico, qui nullo modo revocari poteſt in ſervitutem propter ingratitudinem commiſſam in patronum; tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 14.

6 Limita ſecundò in donatione facta cauſa dotis, quæ non revocatur propter ingratitudinem, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 16.

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Libertus dives non redimens patronum à captivitate, vel denegans alimenta patrono egenti, in ſervitutem redigitur.*

2 *Etiam propter alimenta denegata filio patroni poteſt libertus reduci in ſervitutem.*

3 *Libertus non ſolùm patrono, ſed etiam liberi eorum obſequium præſtare debet.*

4 *Libertus ingratus patroni hæredibus revocari poteſt in ſervitutem, remiſſivè.*

5 *Patronus libertum pauperem alere tenetur, aliàs jura patronatus amittit.*

6 *Judex poteſt præcipere liberto, ut ſerviat patrono in paupertate laboranti, & non valenti ſe juvare, aliàs facere illum vendi, & pretium patrono dare.*

7 *Quid veniat nomine alimentorum, remiſſivè.*

8 *Inſpecta qualitate illius, cui debentur, & facultate illius, à quo debentur, præſtari debent.*

Finiuntur vita illius, qui eſt alimentandum, ibid.

PRobatur ex hoc §. 8., quòd ſi libertus dives fuerit, & non redemerit patronum in captivitate poſitum, vel alimenta denegaverit patrono egenti, poterit ipſe patronus revocare libertatem liberti uti ingrati, & illum in ſervitutem redigere; *text. in l. alimenta, ff. de liber. agnoſcend.* Arouc. *in l.* 26. *ff. de ſtat. hom. n.* 16. 1

Non ſolùm ob alimenta denegata patrono egenti libertus in ſervitutem reducitur, ſed etiam ſi egentibus patroni filiis eàdem duritie, & negatione ingratus fuerit, ut tradit Arouc. *ſuprà*; quia liberti non ſolùm coguntur patronos alere, ſed etiam eorum filios, & parentes, ut expreſsè probat *text. in l. ſi quis à liberis*, §. *ſolent judices, ff. de liber. agnoſc.* 2

Libertus namque non ſolùm patrono obſequium præſtare debet, verum etiam liberis eorum, ut probatur ex §. *ſolent judices, in l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc.*, ideo liberis patroni libertus alimenta negare non debet. 3

Libertus eandem reverentiam, & obſequium filiis, & hæredibus patroni præſtare debet, ſicut patrono, quibus ſi fuerit ingratus, revocari poteſt in ſervitutem; *text. in l. liberti*, & ibi *Gloſ. cod. de libert., & eorum liber.* 4

Et ſicut libertus tenetur alere patronum pauperem, & eorum filios, & ſi non faciat, reducitur ad ſervitutem; ita etiam patronus libertum pauperem tenetur alere, aliàs ſi non faciat, jura patronatus amittit; *text. in l. alimenta*, & ibi *Gloſ. ff. de liber. agnoſc.* 5

Adverte, quòd ſi patronus erat in paupertate, vel ita infirmus, quòd non poterat ſe juvare, & libertus ſuus videns illum ita laborantem, non curavit, tunc certè 6

ju-

judex debet liberto præcipere, ut ſerviat patrono, & ſi non obediat, debet eum judex facere vendi, & pretium domino dare, ideſt patrono; idemque eſt, ſi contumeliam faciat libertus patrono, vel quando eum verberavit; *Gloſ. in d. l. alimenta, ff. de liber. agnoſc.*

7 Nota, quòd alimentorum nomine veniunt illa, ſine quibus corpus humanum ſuſtentari non poteſt. Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt.* 1. uti cibus, potus, habitatio, veſtes, & calceamenta, lectus, medicus, & medicina, ſi alimentandus infirmari contingat. Cardoſ. *verb. alimenta, n.* 1. Begnudel. *tom.* 1. *verb. alimenta*, §. 4. *n.* 46.

8 Nota iterum alimenta præſtari, inſpecta qualitate illius, cui alimenta debentur, & inſpecta facultate illius, à quo debentur, quæ omnia per arbitrium boni viri ſunt ponderanda, & finiuntur cum vita illius, qui eſt alimentandus; *l. cum hi, §. modus, & §. ſed & perſonarum, ff. de tranſact.* & cum multis juribus Cardoſ. *verb. alimenta n.* 17.

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Jus revocandi donationem ex ingratitudine non tranſit ad hæredes donantis.*

2 *Traditur ratio, remiſſivè.*

3 *Injuria donanti illata, ut remiſſa illius morte extinguitur. Nec ad hæredes, neque contra hæredes tranſit, ibid.*

4 *Secus ſi donator, dum vixit, fuit de ingratitudine conquæſtus.*

5 *Conquæſtio judicialis, non extrajudicialis eſſe debet.*

Sed contrarium eſt verius, ibid.

6 *Idem ex pacto appoſito, vel revocaretur ipſo jure.*

7 *Item ſi donator cauſam ingratitudinis ignoraſſet, & ſi ſciverit, non habuit tempus competens ad agendum, remiſſivè.*

8 *Item in donatione revocabili, commiſſa ingratitudine, ipſo jure revocatur.*

9 *Item in legato, remiſſivè.*

10 *Niſi donatio haberetur loco hæredis, remiſſivè.*

11 *Item quando donatio non eſt tradita, ſed promiſſa.*

12 *Item in donationibus caſtrorum, & oppidorum, in quibus jus revocandi donationem tranſit ad hæredes.*

13 *Actio injuriarum tendens ad vindictam contra hæredem non competit, neque hæredi ante litem conteſtatam.*

14 *An revocatio donationis cauſa ingratitudinis ipſo jure fiat, vel actio detur contra donatarium? remiſſivè.*

15 *Donatio inter ſponſos an præſumatur largitas ſponſaliorum? remiſſivè.*

16 *An donatarius fructus ante reſtitutionem perceptos reſtituere teneatur? remiſſivè.*

17 *An quando eſt vera cauſa ingratitudinis, ſufficiat tacita revocationis revocatio, alteri rem donando, vel alienando? remiſſivè.*

Contrarium traditur verius? ibid.

18 *Quis teneatur ingratitudinem probare?*

19 *Princeps aſſerendo aliquem ſibi ingratum, alia probatione non eſt opus.*

20 *Quid in donatione, quam donator revocare vult, quòd conventa non adimpleverit, remiſſivè.*

21 *In-*

21 *Ingratitudo plenè probari debet, & non defertur juramentum ſuppletorium.*

22 *Probaretur juramento donatoris, ſi ita inter partes conventum eſſet.*

1 Collige ex hoc §. 9., quòd ſi donator donationem factam donatario, & patronus libertatem conceſſam liberto in vita ſua non revocavit ex ingratitudine, neque in vita ſua in judicio litem movit ad revocandam donationem, vel libertatem, mortuo donatore, ejus hæredes non poſſunt talem donationem revocare propter ingratitudinem; ad hæredes enim donatoris non tranſit jus revocandi donationem ex ingratitudine; *text. in l. fin. cod. de revoc. don.* Cald. *de extinct. cap.* 18. *n.* 13. *& quæſt for. lib.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 50. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. propter de Donat. tit.* 24. *n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Item adde*, cum multis Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.* 8. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 1. Barb. *in l.* 2. *in princip. n.* 134. *ff. ſolut. matr.* Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap* 11. *n.* 44.

2 Ratio eſt, quia revocatio donationis propter ingratitudinem eſt quædam facultas, & actio, & obligatio deſcendens ex delicto ad vindictam, quæ non tranſit ad hæredes activè, nec paſſivè; *text. in l. unic. cod. ex delict. defunct.* Gom. *ſuprà.*

3 Et ideo donantis ſucceſſor non poteſt donationem revocare, quia injuria donanti illata, illius morte quaſi remiſſivè per taciturnitatem extinguitur, & non irrogata habetur; *l. ſi eum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis caution.*, quare neque ad hæredes, nec contra hæredes tranſit, ut tradit Cald. *de extinct. cap.* 18. *n.* 13.

4 Limita primò, quando donator dum vixit conquæſtus fuiſſet de ingratitudine, vel ſe præparaſſet ad revocationem, vel dum ad moventum litem mortuus eſt; quia tunc jus revocandi tranſit ad donatoris hæredem. Hermoſilh. *in d. l.* 10. *gloſ.* 8. *n.* 2.

5 Et prædicta conqueſtio, de qua ſupra, judicialis eſſe debet, & non ſufficiet extrajudicialis; *text. in l. fin. cod. de revocand. donat.* cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 3. ubi refert opinionem contrariam ex Fontanel. *clauſ.* 4. *gloſ.* 28. *n.* 36. ſcilicet quòd ſufficiat conqueſtus extrajudicialis, quando ultra conqueſtum donator declaravit, quòd volebat donationem revocare, & hoc eſt verius; circa quod vide eundem Fontanel.

6 Limita ſecundò, quando ex pacto in donatione appoſito, vel donatio revocaretur ipſo jure: vide Hermoſilh. *ſuprà n.* 4.

7 Limita tertiò, quando donator cauſam ingratitudinis ignoraverit, vel ſi ſciverit, non habuit tempus competens ad agendum, tunc enim ab hæredibus objici poteſt, ad eoſque tranſit hoc jus tam activè, quàm paſſivè; cum multis tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 6. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 14. *verſic. Quod tamen limita.*

8 Limita quartò in revocabili donatione, quæ ſtatim commiſſa ingratitudine per donatarium ipſo jure revocatur; tradit cum multis aliis Hermoſilh. *ſuprà n.* 7.

9 Amplia hoc idem eſſe in legato, quod per ingratitudinem ipſo jure revocatur, ſive ſciatur, ſive ignoretur à teſtatore, & quamvis inimicitiæ ex cauſa, facto, vel culpa teſtatoris, & non legatarii cauſatæ ſint; tenet cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 8. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 38.

10 Subampliatur hæc ampliatio, niſi donatio haberetur loco hæredis, quia tunc ex inimicitia, ſeu alia

alia cauſa ingratitudinis ſuperveniente, hæredis inſtitutio non revocatur; *l. ex parte, cod. de adm. leg. gloſ. verb. nuda, in l. 3. ff. eod.* Rip. *in l. fin. cod. de revocand. donat. n.* 154. ſi enim cauſa talis ſit, ex qua hæres indignus efficiatur, quamvis inſtitutio hæredis non revocetur, tamquam ab indigno ab eo hæreditas aufertur. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 24.

11 Limita quintò, ſi donatio non ſit tradita, ſed promiſſa, tunc enim exceptione poteſt donator contra donatarii hæredes ſe tueri. Barb. *in l.* 2. *in princip. n.* 135. *ff. ſolut. matr.* Cald. *de extinct. lib.* 4. *cap.* 18. *n. fin.*

12 Limita ſextò, in donationibus caſtrorum, & oppidorum, quas Reges jure maioratus faciunt, quia jus revocandi donationem propter crimen leſæ mageſtatis tranſit ad hæredes, & contra hæredes. Molin. *de primogen. lib.*4. *cap* 11. *n.* 46. *&* 47.

13 Nota, quòd actio injuriarum, quæ tendit ad vindictam non competit contra hæredem, nec hæredi ante litem conteſtatam; *l.* 1. §. *hæredem, ff. de privat. delict. l. injuriarum actio, ff. de injur.* Gom. *in l.* 80. *Taur. n.*68. Barb. *in l.*2. *in princip. n.* 123. *&* 124. ubi multa tradit.

14 Quæres primò: utrùm hæc revocatio donationis ex cauſa ingratitudinis fiat ipſo jure, vel donatori actio detur contra donatarium? Vide *Gloſ. verb. actionem, in l. his ſolis, cod. de revoc. donat.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 28. *n.* 15. ubi donationem non revocari ipſo jure, nec donatori competere reivendicationem, ſed tantum actionem perſonalem.

15 Nota, quòd donatio inter ſponſos præſumitur eſſe largitas ſponſaliorum, & matrimonio non ſequuto, donatum redditur donatori, niſi per ipſum donatorem ſteterit, quòd matrimonium non ſequatur; *text. in l. cum veterum, Cod. de Donat. ante nupt.*

Quæres ſecundò: utrùm donatarius teneatur fructus ante revocationem perceptos reſtituere? Reſpondetur, quòd ante litis conteſtationem ad fructus reſtitutionem non tenetur, quia donatio valida fuit à principio, & perfecta, & bona fide donatarius percepit fructus uſque ad litis conteſtationem ſuper revocatione donationis ob ingratitudinem; *l. generaliter, §. proinde, ff. de fideicom. liber.* Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 21. *verſic. ſecundò infero.* Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 7. & cum his, & aliis Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.*8. *n.*20 *tit.*4. 16

Quæres tertiò ſi vera, & ſufficiens eſt ingratitudinis cauſa, an ſufficiat, tacita donationis revocatio, donando rem alteri, vel eam alienando? Et quòd tacita revocatio ſufficiat probari videtur; ex *text. in l. ſi maritus, cod. de Donat. inter virum, l. cum hic ſtatus, §. qui quaſdam, &* § *ſi maritus, ff. eod. tit.* Hermoſil. *ſuprà n.* 21. 17

Sed contraria ſententia eſt verior, quam eruditè defendit Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 5. *n.* 193. quem vide.

Quæres quartò; quis teneatur probare ingratitudinem? Reſpondetur hoc onus probandi ad donatorem, qui donationem revocare vult, ſpectare ex regula generali; *l. verus, ff. de probat. l. quoties, §. qui dolo, ff. eod.* 18

Limita primò in Principe ſupremo, quo aſſerente aliquem fuiſſe ſibi ingratum, non eſt opus alia probatione. Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.* 8. *n.* 24. *tit.* 4. 19

Limita ſecundò in donatione, quam donator revocare vult ex eo, quòd donatarius conventa non adimpleverit; *Gloſ. in l.* 2. *cod. de* 20

jur. emphyt. ubi quòd emphyteuta tenetur probare ſe ſolviſſe debitum canonem, aliàs cadit à jure ſuo. Hermoſilh. *ſuprà n.* 25.

21 Ingratitudo autem plenè teſtibus probari debet, & ſuppletorium, cum de ejus probatione agitur, non defertur juramentum; ut cum multis tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 26.

22 Quando verò inter partes conventum eſſet, quòd ingratitudo juramento donatoris probaretur, valebit hujuſmodi pactum; ut cum Alex. *conſ.* 130. *vol.* 1. Seraph. *de priv. juram. n.* 87.

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Pactum non revocandi donationem ex ingratitudine non impedit donationis revocationem. Aliàs induceretur donatarius ad delinquendum.*
2 *Neque valet tale pactum.*
3 *Eſt contra bonos mores invitans ad delinquendum.*
4 *Ad delinquendum occaſio dari non debet.*

1 ET licèt donator expreſsè promiſerit donationem non revocare propter ingratitudinem, adhuc donator, interveniente cauſa ingratitudis, poterit donationem revocare, quia per tale pactum, & clauſulam induceretur donatarius ad delinquendum, ut deducitur ex hoc §. 10. *text. in l. illud, ff. de pact. dotal.* Gom. 2. *var. cap.* 4. *ſub n.* 14. Gutierr. *de jur. confirm. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 3.

2 Unde pactum, quòd donatio revocari non poſſit ob ingratitudinem, non valet, ut probant jura ſupra, & ad intentum Speculat. *de Donat. verſ. Quid ſi autem.* Bart. *&* Bald. *in l. ult. cod. de revocand. donat.*

Eſt enim tale pactum non revocandi donationem ex ingratitudine contra bonos mores, & invitans ad delinquendum. Dian. *p.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 57. & probatur ex *text. in cap. non eſt obligatorium de reg. jur. & ex* Bart. *in l. ult. cod. de revoc. donat.* 3

Ad delinquendum non eſt danda occaſio, ut probant jura ſuprà. Gutierr. *ſuprà*; ideo non valet pactum, quòd donatio non poſſit revocari propter ingratitudinem. 4

Ad tit. 64.

De Donatione bonorum mobilium facta per maritum ſine conſenſu uxoris.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Mulier non tenetur ad dimidiam dotis, vel donationis mobilium donatam, vel dotatam à marito ſine ejus conſenſu, & exparte mariti erit detrahenda, ſoluto matrimonio.*
2 *Licèt maritus bona mobilia alienare poſſit ſine conſenſu uxoris, non poteſt præjudicium inferre uxori, remiſſivè.*
3 *In partem mariti imputabitur, alienando mobilia ſine conſenſu uxoris in malos uſus.*
4 *Uxor non ſtatim habet actionem ad petendam ſuam medietatem, niſi ſeparato matrimonio. Maritus eſt dominus, & poteſt in vita ejus acquiſita alienare, ibid.*

5 *Qua-*

5 *Quale remedium habeat uxor pro recuperandis bonis donatis, vel alienatis in ejus fraudem, remiſſivè.*

6 *Maritus donationes remuneratorias, & eleemoſinas facere poteſt ſine conſenſu uxoris, niſi immenſæ fuerint.*

7 *Mulier non poteſt eleemoſinas facere, inſcio marito.*

8 *Neque ex bonis induſtria uxoris acquiſitis.*

Non intelligitur de parvis eleemoſinis datis ad portam mendicantibus, ibid.

9 *Quæ dicatur eleemoſina; remiſſivè.*

1 STatuitur in hac lege, quòd ſi maritus donaverit, vel dotaverit bona mobilia, vel pecuniam in vita ſua ſine conſenſu uxoris, mulier ad dimidiam hujus dotis, vel donationis non tenetur, detrahendaque erit ſoluto matrimonio ex parte mariti, aut ſuorum hæredum; *text. in l. mater, ff de jur. dot.* Phœb. 1. *p. deciſ.* 98. *n.* 11. & 12.

2 Unde licèt maritus de jure Regio, & diſponitur in hac lege, alienare poſſit bona mobilia ſine conſenſu uxoris; Valaſc. *de part. cap.* 24. *n.* 14. & 17. non tamen uxori præjudicium inferre poteſt; facultas enim conceſſa marito mobilia alienandi ſolùm valere concludit alienationem ſine uxoris conſenſu; minimè verò, quòd talis alienatio facta ex cauſa injuſta, & in malos uſus uxori præjudicet, cum lex nolit, quòd uxor ex dolo, ſeu malitia mariti damnum patiatur; ut tradit Valaſc. *ſuprà n.* 17.

3 Si verò de facto maritus in præjudicium uxoris alienaverit bona mobilia ſine conſenſu uxoris ex injuſta cauſa, & in malos uſus in partem mariti, imputabitur duntaxat, ut optimè Valaſc. *de part. cap.* 24. *n.* 18. quem vide.

Sed licèt ſecundum diſpoſitionem 4
hujus legis maritus poſſit bona mobilia alienare etiam in præjudicium uxoris, non ſtatim uxor habet actionem ad petendam ſuam medietatem, ſed ſolùm ipſi reſervatur jus in tempus ſeparati matrimonii, ſic clarè diſponens, quòd maritus durante ejus vita dominus eſt, poteſtque acquiſita alienare; *l. pro oneribus, cod. de jur. dot.* Phœb. *deciſ.* 115 *n.* 10.

Circa prædicta, ſe offert diffi 5
cultas, ſi maritus vendidit, donavit, vel alienavit aliqua bona in uxoris fraudem, & non habeat, neque conſequatur prædictam medietatem, qualiter conſulatur ipſe uxori, & quod remedium habeat pro recuperatione? Reſpondetur, quòd ſi alienatio facta fuit in pecunia, pondere, numero, vel menſura, vel aliis rebus mobilibus, quæ non extant, maritus, vel ejus hæres ſolvere debet de proprio patrimonio, & bonis ſuis, vel imputari in partem, quæ pertinet marito.

Quando verò facta excuſſione in bonis mariti invenietur non ſolvendo, tunc poterit mulier contra poſſeſſorem agere ſecundum materiam revocatoriam alienationis illorum, quæ fit in creditorum fraudem; ſi verò alienatio in ſpecie fuit facta, quæ extat, poterit mulier contra poſſeſſorem agere, nulla facta excuſſione, ut omne tradit Gom. *in l.* 50. *Taur. n.* 74.

Sed prædicta locum non habe- 6
bunt in donationibus remuneratoriis, vel eleemoſinis, quas maritus facere poteſt abſque conſenſu uxoris, niſi quando fuerint immenſæ, vel magnæ donationes, vel eleemoſinæ, quia tunc mulieri jus reſervatur ad recuperandum dam-

num; ut probatur ex noſtro *textu* hîc.

7 Nota, quòd quamvis maritus per hanc legem eleemoſinas facere poſſit, hæc tamen facultas mulieri prohibetur. Reinoſ. *obſerv.* 28. *n* 6. Ægid. *in l. ex hoc jur. cap.* 7. *n.* 30.

8 Quod ampliatur etiam ex bonis uxoris induſtria acquiſitis, ſed hunc juris rigorem temperandum eſt juxta eundem Ægid. *d. n.* 30., ut nempe non intelligatur de eleemoſinis parvis præſtitis ad portam mendicantibus; ut cum multis tradit Addit. *ad Reinoſ. d. obſerv.* 28. *n.* 6.

9 Nota ultimò, quòd eleemoſina eſt beneficentia miſeris propter Deum exhibita. S.Thom. 22. *quæſt.* 33. *& in* 4. *Sent. diſt.* 15. *quæſt.* 2. *apoſt. ad* Ant. de Butr. *conſ.* 28. *verb. eleemoſinam*, tradit Begnudel. *tom.* 1. *verb. eleemoſina, n.* 1. *& ſeqq.* ubi multa invenies.

Ad tit. 65.

De Donatione inter virum, & uxorem.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Donatio inter virum, & uxorem, celebrato matrimonio, licèt copula non conſummatum, revocari poteſt quando donator voluerit.*

2 *Cenſetur tacitè revocata, ſequuto divortio inter conjuges, ſecus ſponte, vel mutuo conſenſu.*

3 *Revocatur, ſi interveniat grave odium.*

4 *Item ſi donator eandem rem donatam alteri vendat, permutet, leget, vel donet.*

5 *Item quando res donata datur in ſolutum pro dote filiæ.*

6 *Item nativitate filiorum donatio revocatur.*

7 *Ampliatur primò, quamvis juramento ſit firmata.*

8 *Ampliatur ſecundò, quamvis ſit facta Eccleſiæ, cauſæ piæ, vel pio loco; remiſſivè.*

9 *Ampliatur tertiò, quamvis privilegium revocandi renuntietur.*

Quod beneficium renuntiari non poteſt, ibid.

10 *Ampliatur quartò, licèt ſit facta favore dotis, remiſſivè.*

11 *Donatio favore dotis ſolùm revocatur quoad legitimas filiorum, remiſſivè.*

12 *Ampliatur quintò, quamvis ſit donatio de emphyteuſi.*

13 *Ampliatur ſextò nativitate filii naturalis poſtea legitimati per ſubſequens matrimonium.*

14 *Limita in filiis legitimatis per reſcriptum Principis, remiſſivè.*

15 *An legitimatio filii naturalis revocetur prole legitima, remiſſivè.*

16 *Legitimatio filii, clauſulis conſuetis, filiis legitimis ab eodem patre natis ex legitimo matrimonio non præjudicat.*

17 *Quomodo procedat ampliatio noſtra, remiſſivè.*

18 *Ampliatur ſeptimò, licèt liberi ſupervenientes illicò decedant, remiſſivè.*

Quamvis res ſit penes donatarium, & donator ab illo non vendicavit, ibid.

19 *Donatio revocatur nativitate filiorum, ſive ſit facta ante matrimonium, ſive jam eo conſtante, remiſſivè.*

20 *Non valet donatio inter virum, & uxorem.*

21 *Am-*

21 *Ampliatur primò inter ſponſos de præſenti.*

22 *Ampliatur ſecundò non ſolùm in matrimonio vero, ſed etiam in putativo, remiſſivè.*

23 *Ampliatur tertiò quamvis donatio juramento firmetur.*

24 *Limitatur primò in donatione Imperatoris, Regis, vel Imperatricis, aut Reginæ.*

25 *Limitatur ſecundò in donatione remuneratoria, vel quando mutuo ſibi donat, & quando vir ſenex, & ignobilis nobili uxori donat.*

26 *Limitatur tertiò in donatione cauſa adipiſcendæ dignitatis.*

27 *Limitatur quartò in donatione pecuniæ ad refaciendas domos dotales incendio conſumptas.*

28 *Limitatur quintò, quando maritus uxori donat quid annuum, remiſſivè.*

29 *Limitatur ſextò, quando maritus uxori donat rem alienam de conſenſu domini.*

30 *Limitatur ſeptimò favore Religionis, quia valet donatio inter virum, & uxorem.*

31 *Limitatur octavò in donatione facta ea mente, ut convertatur in dotem filiæ.*

32 *Limitatur nonò in donatione cauſa mortis, vel quando confertur in tempus finiti matrimonii.*

33 *Limitatur decimò, ſi maritus conſtante matrimonio, omnem dotem promiſſam uxori remittat.*

Secus in remiſſione alterius debiti, ibid.

34 *Limitatur undecimò in donatione cauſa manumiſſionis.*

35 *Limitatur duodecimò in donatione deportationis cauſa, vel exilii.*

36 *Limitatur decimo tertiò in nominatione emphyteuſis uxori facta, vel è contra, quæ firma manet.*

37 *Limitatur decimo quartò in donatione veſtium quotidianarum uxori facta, remiſſivè.*

38 *Limitatur decimo quintò, ſi maritus uſuras dotis remittat.*

39 *Limitatur decimo ſextò, quando conjux non fit donatione pauperior, quanvis alter fiat ditior.*

40 *Limitatur decimo ſeptimò quando donatarius non fit ditior, licèt donans reddatur pauperior.*

Donationem uxori factam per maritum, vel per uxorem marito poſt celebratum matrimonium, licèt non dum copula ſit conſumatum, poteſt donator revocare, quando voluerit, ut probatur ex hoc text. *in princip.* 1

Donationes iſtæ uſque ad mortem ſunt revocabiles, & licèt donator expreſsè non revocaverit, cenſebitur ipſa donatio tacitè revocata, ſi divortium ſequatur inter conjùges. Portug. *de Donat. prælud.* 2. §. 4. *n.* 7. Auguſt. Barb. *in cap. fin. de Donat. inter vir. & uxor.*, ubi niſi ſponte, & mutuo conſenſu ſit ſeparatum. 2

Item revocatur donatio, ſi inter virum, & uxorem interveniat grave odium. Sabell. §. *Donatio*, *n.* 11. 3

Item ſi donans vendat, permutet, leget, vel donet alteri eandem rem donatam. Auguſt. Barb. *ſuprà d. n.* 23. Portug. *ſuprà d.* §. 4. *prælud.* 2. *n.* 6. Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 54. 4

Item ſi donator rem donatam in ſolutum pro dote filiæ dederit. Portug. *d.* §. 4. *n.* 7. Guerr. *de Diviſ. cap.* 14. *n.* 55. 5

Item donatio facta ab illo, qui filios non habebat, poſtea revocatur 6

tur nativitate illorum, ut probatur ex *Ord.* hîc *text. in l. ſi unquam, cod. de revoc. donat.* Hermoſilh. *in l.* 8. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 2. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 123. Conciol. *alleg.* 74. *n.* 10. *&* 11. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 596.

7 Amplia primò etiam ſi donatio juramento ſit firmata, juramentum enim hoc intelligendum ſecundum naturam contractus, *rebus ſic ſtantibus, minimè mutatis*, ſcilicet ſi donatori proles non naſcatur. Hermoſilh. *in l.* 8. *gloſ.* 10. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 4. Guerr. *de invent. d. cap.* 8. *n.* 124. Gom. 2. *var. cap* 4. *n.* 11. Altim. *tom.* 5. *d. quæſt.* 32 *n.* 628.

8 Amplia ſecundò etiamſi donatio facta ſit Eccleſiæ, cauſæ piæ, ſeu pio loco, quod intellige ad legitimas tantummodo, firma tamen manente quoad alia. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 11. *verſic. Et idem eſt.* Gam. *deciſ.* 240. *n* 3. Far. *ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 19 *n.* 41. Cancer. 1. *var. cap.* 8. *n.* 125. Guerr. *ſuprà n.* 125. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 606.

9 Amplia tertiò, licèt renuntiet privilegium revocandi donationem per ſupervenientiam liberorum, ſeu beneficium juris inductum per *l. ſi unquam, cod de revoc. donat.* quia pater non poteſt renuntiare beneficium prædict. legis in præjudicium filiorum. Altim. *d. tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 603. *verſic. Sed contrarium.* Hermoſilh. *l.* 8. *gloſ.* 2. *n.* 10. *tit.* 4.

10 Amplia quartò quamvis donatio facta favore dotis, quod intellige reſpectu donatoris extranei. Gabr. Per. *deciſ.* 28. *n.* 3. Valaſc. *conſ.* 31 *n.* 2.

11 Quando verò donatio favore dotis eſt facta à patre, ſolummodo revocatur, quoad legitimas filiorum, remanente tertia penes filium, vel filiam dotatam. Far. *ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 19. *n.* 40.

Amplia quintò etiamſi donatio facta ſit de emphyteuſis nominatione. Valaſc. *conſ.* 61. *n.* 9. Cald. *de poteſt. elig. cap.* 4. *n.* 5. *&* 6. Portug. *prælud.* 2. *n.* 27. *in fin.* Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 127. 12

Amplia ſextò, quamvis filius ſit naturalis, & poſtea legitimetur per ſubſequens matrimonium, per iſtam enim legitimationem reſcinditur donatio antea facta. Portug. *prælud.* 2. *n.* 24. Guerr. *ſuprà n.* 130. Far. *ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 19 *n.* 20. Hermoſilh. *l.* 8. *gloſ.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 13. 13

Quod limitatur in filiis legitimatis per reſcriptum Principis, quia iſti non faciunt revocare donationem. Peg. *tom.* 2. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. *cap.* 23. *ex n.* 173. Portug. *prælud.* 2. *n.* 25. Far. *ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 19. *n.* 22. Hermoſilh. *d. l.* 8. *gloſ.* 7. *n.* 16. 14

Utrùm legitimatio filii naturalis revocetur per ſupervenientiam prolis legitimæ: vide Arouc. *in l.* 27. *ff. de adopt. n.* 4. Peg. *tom.* 2. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 24. *ex n.* 177. ubi dicit idem Peg. quòd ſecundum jus commune legitimatio filii illegitimi à patre impetrata, qui legitimos non habuerit, non revocatur nativitate filiorum legitimorum; quod probat ex *d. n.* 177. *uſque ad* 183. 15

Sed ſecundum ſtylum noſtri Regni Luſitani, legitimatio filii legitimati cum clauſulis conſuetis hæredibus legitimis non præjudicat, ſcilicèt liberis poſtea ab eodem patre natis ex legitimo matrimonio, ut optime probat Peg. ipſe *ex n.* 184. 16

Sed nota, quòd noſtra ampliatio procedit reſpectu filiorum naturalium parentis nobilis, quia ſi fuerit plebeus, revocatur illicò donatio per ſupervenientiam filii naturalis, quia iſte cum legitimis 17

æqua-

æqualiter ſuccedit parenti ignobili. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 135. Portug. *prælud.* 2. *n.* 25.

18 Amplia ſeptimò etiamſi liberi ſupervenientes ſtatim decedant. Hermoſilh. *l.* 8. *gloſ.* 11. *n.* 8. Altim. *tom.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 599., ſed ſecundum eundem Hermoſilh. *ſuprà n.* 9. quando res ſunt penes donatarium, & eas donator non vendicavit ab illo, non revocatur donatio, quo non obſtante, noſtra ampliatio firma eſt, in cujus confirmationem addo Hermoſilh. *l.* 8. *gloſ.* 9. *n.* 22.

19 Et adeo verum eſt, quòd donatio facta à conjuge conjugi tempore, quo filios non habebat, revocetur per ſupervenientiam filiorum, ut procedat, & locum habeat, ſive donatio facta ſit ante matrimonium, ſive eo jam conſtante, quia in utroque caſu revocatur, bonaque omnia donata poſt mortem donantis dividuntur æqualiter inter conjugem ſuperſtitem, & hæredes defuncti, ac ſi nulla eſſet facta donatio, ut probatur ex noſtra *Ord.* Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 80.

20 Prædicta donatio inter virum, & uxorem non eſt valida, ſed improbatur à jure, ut probant Portug. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 4. *à n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 23. cum multis Guerr *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 2. Auguſt. Barb. *in cap. Donatio*, *n.* 69. Rationem, & fundamentum iſtius concluſionis aſſignat Guerr. *ſuprà n.* 3. *&* 5. Portug. *ſuprà n.* 2.

21 Amplia primò hanc concluſionem, ut non ſolùm procedat, & locum habeat inter virum, & uxorem, ſed etiam inter ſponſos de præſenti. Bald. *in l cum in te*, *cod de Donat. ante nupt.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. & cum aliis Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 6.

22 Amplia ſecundò, ut locum habeat non ſolùm in matrimonio vero, ſed etiam in putativo, veluti ſi fiat donatio inter eos, qui reputabantur conjuges, qui in veritate conjuges eſſe non poterant, non valet talis donatio; aliter ſequeretur, quòd melioris conditionis eſſent, qui delinquunt, quàm qui non delinquunt; *text. in l.* 3. §. *videamus*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* & cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 14.

Amplia tertiò, ut procedat, & 23
locum habeat, etiamſi donatio inter conjuges facta juramento ſit firmata; quia non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum; *text. in cap. non eſt de reg. jur. in* 6. Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 19. *&* 20.

Limita primò, ſi Imperator, 24
aut Rex donet uxori, vel Imperatrix, aut Regina viro, tunc enim valet donatio; *l. Donationes* 26. *cod. de Donat. inter virum*, *& uxorem*, ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. 2. *&* 3. Cardoſ. *verb. Donatio*, *n.* 74.

Limita ſecundò, quando dona- 25
tio eſt remuneratoria alicujus debiti, vel ſi vir, & uxor mutuo ſibi donent, vel vir ſenex, & ignobilis uxori nobili donet; *l. quod autem*, §. *ſi vir*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* & cum multis Guerr. *ſuprà n.* 27. Auguſt. Barb. *in cap. Donatio fin. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 5.

Limitatur tertiò, quando mari- 26
to donat uxor cauſa adipiſcendæ dignitatis, quia tunc valet donatio; *l. quod adipiſcendæ*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* tradit cum multis Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 28. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6.

Limita quartò, quando maritus 27
uxori donat pecuniam ad refaciendas domos dotales incendio conſumptas, in quo caſu valida eſt donatio in tantum, in quantum ædificii extructio poſtulat; *text. in l.*

quod

quod ſi vir, *ff. inter vir. & uxor.* tradit cum multis Guerr. *ſuprà n.* 29. Auguſt. Barb. *n.* 7.

28 Limita quintò, quando maritus uxori donat quid annuum, vel menſtrum ad eam cum ſuis ſuſtentandam ad vires dotis. Petr. Barb. *in l. quæ dotis*, *ff. ſolut. matr. n.*66. *&* 67. cum multis Guerr. *ſup. n.* 30. Auguſt. Barb. *in l. ſicut*, *n.* 1. *cod. de Donat.* Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8.

29 Limita ſextò, quando maritus donat uxori, vel è contra rem alienam de conſenſu domini; quia valet donatio. Petr. Barb. *ſuprà n.* 22. cum multis Guerr. *n.* 37. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9.

30 Limita ſeptimò favore Religionis valere donationem inter virum, & uxorem, quando fit nempe ad Dei oblationem, vel ut locus fit ſacer, vel religioſus; *text. in l. ſi ſponſus*, §. *conceſſa*, *&* §. *proinde*, *cum ſeqq. ff. ſolut. matr.* Guerr. *ſuprà n.* 36. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11.

31 Limita octavò, quando marito donat uxor ea mente, ut donatio in dotem filiæ convertatur, tunc enim valet donatio; *text. in l. ſive uxor marito*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* cum multis Guerr. *ſuprà n.* 38. Auguſt. Barb. *n.* 10.

32 Limita nonò, quando donatio facta eſt cauſa mortis, vel quando confertur in tempus finiti matrimonii, quia valet donatio inter virum, & uxorem; *text. in l. ſed interim*, *&* §. *ſed quod*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Guerr. *ſuprà n.* 42. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13.

33 Limita decimò, quando maritus, conſtante matrimonio, omnem dotem promiſſam, vel partem ejus uxori remittit, non valebit tamen alterius debiti remiſſio. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12. Guerr. *ſuprà* cum multis *n.* 40. ubi *n.* 41. dicit, quòd maritus poteſt dotem promiſſam in favorem uxoris quocumque tempore remittere; *text. in l. ſi conſtante*, *cod. de Donat. ante nupt.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 10.

Limita undecimò, quando fit donatio cauſa manumiſſionis, quæ facta valet inter virum, & uxorem; *text. in l. maritus*, *cod. de Donat. inter vir. & uxor.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. *& in cap. Donatio fin. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 14. Guerr. *ſuprà n.* 34. 34

Limita duodecimò, quando donatio eſt facta vel cauſa exilii; *l. inter virum*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.*, vel cauſa deportationis; *l. ſed ſi mors*, *ff. eod.* quia in utroque caſu valet donatio inter virum, & uxorem, ut probant d. jura. Guerr. *ſuprà n.* 43. Auguſt. Barb. *in d. cap. Donatio*, *fin. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 16. 35

Limita decimò tertiò, quando maritus habens emphyteuſim uxorem in ea nominat, vel è contra uxor maritum; quia hæc nominatio plenam firmitatem habet. Auguſt. Barb. *proximè n.* 15. Guerr. *ſuprà n.* 39. 36

Limita decimo quartò, quando maritus uxori donat veſtes quotidianas, & jocalia, hæc enim ad proprium uſum præſumuntur donata, valetque ea donatio, conſtante matrimonio, & illo ſoluto per maritum, & ejus hæredes non repetuntur. Auguſt. Barb. *in l. ſicut ceſſat*, *cod. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 2. Barb. *in l. quæ dotis*, *ff. ſolut. matr. n.* 65. cum multis Guerr. *ſuprà n.* 31. 37

Limita decimo quintò, quando vir uſuras dotis non ſolutas, de quarum ſolutione conventum erat, remiſerit; *text. in l. vir uſuras*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Auguſt. Barb. *ad text. in cap. Donatio fin. n.* 20. Guerr. *ſuprà n.* 44. 38

Li-

39 Limita decimo ſextò, quando conjux donans non ſit donatione pauperior, licèt alter fiat ditior. Auguſt. Barb. *proximè n.* 18. Guerr. *ſuprà n.* 45.

40 Limita decimo ſeptimò, quando ex donatione conjux donatarius non ſit ditior, quamvis donans reddatur pauperior. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 19. Guerr. *ſuprà n.* 45. cum aliis.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Si maritus uxori donaverit, vel uxor marito, celebrato matrimonio, & mortuus ab inteſtato ſine hæredibus legitimis deſcendentibus, aut aſcendentibus, donatio morte donantis confirmatur, ſi non revocaverit, & in eadem voluntate perſeveravit.*

2 *Intelligitur in illa ſumma, in qua valeret donatio ſine inſinuatione, ſecus in exceſſu.*

3 *Quæ requirantur, ut donatio inter virum, & uxorem morte confirmetur, remiſſivè.*
Donatio revocata tacitè, vel expreſsè morte non confirmatur, ibid.

4 *Donatio inter virum, & uxorem eſt revocabilis uſque ad mortem.*

5 *Secundum requiſitum, ut donatio inter virum, & uxorem morte confirmetur, remiſſivè.*

6 *Ut donatio morte confirmetur, ſufficit traditio ficta.*
Ex traditione à marito facta transfertur poſſeſſio in uxorem, ibid.

7 *Tertium requiſitum, remiſſivè.*

8 *Donatio morte confirmatur, ſi donator fiat ſervus pœnæ, vel inteſtabilis, &c.*

9 *Quando donator, & donatarius ſimul moriuntur, confirmata manet donatio, & donator præſumitur perſeverare in eadem voluntate.*

10 *Bonis donantis publicatis, donatio morte civili non confirmatur, ſed tranſeunt in fiſcum.*

11 *Donatio facta ante delictum valet, nec revocatur confiſcatione ſubſequenti.*

12 *In crimine hæreſis confiſcatio fit ipſo jure, & poſt mortem de confiſcatione tractari poteſt.*

13 *Quis appelletur hæreticus, remiſſivè.*

14 *Quando conjux ab inteſtato decedit, relictis deſcendentibus, vel aſcendentibus, poterunt donationem revocare uſque ad quantitatem legitimæ, remiſſivè.*

15 *Quando conjux decedit ſine revocatione, ſed cum teſtamento de tertia diſponens, primò hæredibus legitimis ſolvuntur legitimæ, remiſſivè.*

16 *In tali caſu tertia dividitur inter legatarium, & donatarium, pro rataque minuenda.*

18 *Ita in legatis fit diminutio pro rata, ſi bona non ſufficiunt ad integram ſolutionem.*

QUando maritus uxori donat, vel uxor marito poſt celebratum matrimonium, donansque mortuus fuerit ab inteſtato ſine hæredibus legitimis deſcendentibus, vel aſcendentibus, morte donantis confirmatur ipſa donatio, quando ipſe antea non revocavit, & in eadem voluntate perſeveravit, ut probatur ex hoc §. 1. *l. cum hic ſtatus in princip. & §. 1. l. Papinianus, ff. de Donat. inter vir. & uxor.* 1

uxor, cum multis Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 51. Portug. *præ-lud.* 2. §. 4. *n.* 3. Gom. 2. *var. cap.* 4. *n.* 23. *verſic. advertendum.* Cardoſ. *verb. Donatio*, *n.* 69. Conciol. *alleg.* 18. *n.* 13.

2 Sed hoc intellige, ut donatio inter virum, & uxorem morte donantis confirmetur in ſumma, in qua donatio valere poteſt, ſi non inſinuetur; non verò in exceſſu, ut advertit *text. in hoc* §. 1. *in verſic. Em quanto naõ paſſar a quantia.* Portug. *ſuprà n.* 13. in illo enim, quo excederit, morte non confirmatur, niſi fuerit inſinuata.

3 Ad hoc ut donatio inter virum, & uxorem facta, morte confirmetur, plura requiruntur. Et primò, requiritur, quòd donans in eadem voluntate donandi perſeveret uſque ad mortem, ut dixi ſuprà *n.* 1. quia ſi expreſsè, vel tacitè donationem revocaverit, non confirmabitur morte. Portug. *prælud.* 2. §. 4. *n.* 4. Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 53. Auguſt. Barb. *in cap. Donatio*, *ult. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 22.

4 Quia donationes inter virum, & uxorem ſunt revocabiles, quouſque morte donatoris firmentur; tradit cum multis Portug. *ſuprà n.* 5. Guerr. *ſuprà d. n.* 53.

5 Secundò requiritur, quòd rei donatæ fiat traditio donatario à donante, ut donatio inter conjuges ipſorum morte confirmetur, ita ut non ſufficiat, quòd donatarius antea fuiſſet in poſſeſſione, ut cum multis Portug. *ſuprà n.* 8. Guerr: *n.* 57. Hermoſilh. *in l.* 2. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 1. & 2. *n.* 6.

6 Sufficit ad hoc traditio ficta, vel conſtitutio, aut precarii clauſula. Guerr. *ſuprà n.* 59. Portug. *ſuprà n.* 9. Conciol. *alleg.* 18. *n.* 14. ex qua traditione facta uxori à marito donante, poſſeſſio in uxorem tranſit; tradit ipſe Portug. *ſuprà n.* 10.

Tertiò requiritur, quòd conjux donator præmoriatur ante donatarium; ſi enim donatarius prius moriatur, evaneſcit donatio. Guerr. *ſuprà n.* 70. Portug. *etiam ſuprà n.* 11. Auguſt. Barb. *in cap. fin. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 24. 7

Amplia etiam ſi donator civiliter moriatur, uti ſi fiat ſervus pœnæ, & inteſtabilis deportatus, vel in metallum damnatus, aut Religionem ingrediatur. Portug. *ſuprà n.* 15. Guerr. *ſuprà n.* 72. 73. & 77. 8

Quando verò ambo ſimul moriuntur, veluti in eodem naufragio, ruina, vel domùs incendio, aut alio ſimili eventu, & non conſtet apertè, quis prior animam eflaverit, tunc confirmata manet donatio; quia præſumitur donatorem perſeveraſſe in eadem voluntate; *l. cum hic ſtatus*, §. *ſi ambo*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Portug. *d. prælud.* 2. §. 4. *n.* 11. Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 71. 9

Nota, quòd quando bona donantis publicantur, donatio morte civili non confirmatur, & bona tranſeunt in fiſcum; *l. res uxoris*, *cod. de Donat. inter vir. & uxorem*, *l. ſi aliquis*, *ff. de Donat. cauſ. mort.* Hermoſilh. *in l.* 2. *gloſ.* 2. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 7. 10

Si verò talis donatio inter conjuges eſſet facta ante delictum, tunc valet, nec per ſubſequentem confiſcationem revocari poteſt; *l. ſi quis poſthac*, *cod. de bon. proſcr. l. ſed ſi mors*, *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Hermoſilh. *l.* 2. *gloſ.* 1. & 2. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 8. 11

Nota iterum, quòd in crimine hæreſis confiſcatio bonorum fit ipſo jure; *text. in cap. urgentis de hæretic.* & tradit cum multis Hermoſilh. 12

moſilh. *l.* 2. *gloſ.* 2. *tit.* 4. *n.* 14. ubi quòd poſt mortem poſſe tractari de confiſcatione, & quòd bona ipſo jure confiſcantur à die commiſſi delicti, ubi multa.

13 Nota ulterius, quòd hæreticus appellatur ille, qui non credit Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verum hominem; *cap. cum Chriſtus de hæretic.* & tradit Cardoſ. *verb. Hæreticus*, *n.* 7.

14 Dicitur etiam in textu, quòd quando conjux, qui conjugi donationem fecit, & ab inteſtato mortuus eſt, relictis deſcendentibus, ſeu aſcendentibus, quo caſu poterunt iſti donationem revocare uſque ad illam quantitatem ſuarum legitimarum, & conjux ſuperſtes tantummodo donationis habebit, quantum deductis legitimis ſuperſit, ut ex hoc §. 1. probatur *verſic. E ficando.* Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 83.

15 Deducitur ultimò ex noſtro textu in hoc §. 1. *verſic. E ſe o que*, quòd quando conjux, qui conjugi donavit, mortuus eſt ſine revocatione donationis, & cum teſtamento, quo de omni tertia ſua diſtributionem fecit, remanentibus legitimis hæredibus, in hoc caſu primò hæredibus legitimis ſolvendæ ſunt legitimæ, non ſolùm reſpectu bonorum, quæ defunctus in vita donavit, ſed etiam reſpectu eorum, quæ tempore mortis habebat; poſteaque habenda eſt ratio de donatione, quæ reputanda eſt ut tertia; & ut legatum; in vita enim non valuit donatio, & in morte fuit confirmata, ut probatur ex noſtro textu. Guerr. *ſuprà n.* 84.

16 Unde tertia defuncti in tali caſu eſt dividenda inter legatarios, & donatarium, veluti ſi donatio fuiſſet in teſtamento relicta, & pro rata eſt minuenda, ut tradit ipſe Guerr. *ſuprà de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *d. n.* 84. *in fin.*

Sicut etiam quando bona non 17 ſufficiunt ad integram legatorum ſolutionem ob defectum facultatum legatorum, fit diminutio pro rata; *text. in l. is qui ſola, ff. de legat.* 1. *text. in l. in quantitate*, §. *fin. ff. ad falſidiam*, *l. quærebatur*, *ff. eod.* Auguſt. Barb. *in Report. jur. verb. legatum*, *pag. mihi* 127. *col.* 1. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 316. 319. *& ſeqq.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Quando hæreditas non eſt ſufficiens ad integrandum legitimam hæredum ſine donatione, tam ex hac, quàm ex tertia defalcatur æqualiter, donec legitimæ impleantur, remiſſivè.*

2 *Et partes æquales auferuntur, quantumque ſufficiat ad ſupplementum legitimæ, & donationis reſiduum ad donatarium pertinet, tertiæque ad legatarios.*

3 *Filii agere poſſunt ad ſupplementum legitimæ, nepotes, parentes, & filii adoptivi.*

4 *Matri in bonis filii debetur ſupplementum legitimæ.*

5 *Matri binubæ legitima non debetur ex bonis filii, ſi proveniant ex ſubſtantia paterna, & ſint filii primi matrimonii, filiuſque teſtamento decedat.*

Secus ſi aliunde proveniant; & filius ab inteſtato decedat, ibid.

6 *Filius legitimam matri prohibere nequit, quando ſecundò non nupſit.*

7 *Legitimæ ſupplementum eodem*

 jure

jure cenſeri debet, quo legitima.

8 *De manu hæredis capi debet, neque pro ſupplemento datur retentio.*

9 *Ad hæredes etiam extraneos tranſmittitur legitimæ ſupplementum.*

10 *Probari debet ab allegante, nec preſumitur, niſi probetur.*

11 *Legitima dicitur quota bonorum, non quota hæreditatis.*

12 *Non debetur, niſi ſatisfactis prius creditoribus, deductoque ære alieno.*

13 *Si æs alienum abſorbeat totam hæreditatem, non debetur legitima.*

14 *A parente probiberi nequit, gravari, neque conditione onerari.*

Neque legitima deſcendentium, vel aſcendentium gravari poteſt, ibid.

1 DIcit textus in hoc §. 2., qui eſt declaratio præcedentis, quòd quando hæreditas defuncti non eſt ita ſufficiens, per quam hæredes legitimam ſuam habere poſſint abſque donatione; tunc tam ex donatione, quàm ex tertia erit defalcandum æqualiter, quouſque legitimæ impleantur, reſiduumque donationis donatario pertinebit, & reſiduum tertiæ legatariis, ita taliter, quòd defalcatio in donatione facta tantum ad donatarium pertineat, defalcatio autem tertiæ tantum ad legatarios, & ideo donatarius ſemper habebit in ſolidum donationis reſiduum, legatarii verò reſiduum tertiæ, ut diſponitur in hoc §. 2. Guerr. *de Diviſ. lib. 7. cap. 14. n. 85.*

2 Unde quando hæreditas defuncti non ſufficit, ut per eam hæredes ſuam legitimam habere poſſint ſine donatione, tunc ex iſta, & tertia defuncti æquales partes auferendæ ſunt, & quantum ſufficiat ad legitimæ ſupplementum, ita ut reſiduum donationis ad donatarium pertineat, ad legatarios tertiæ reſiduum.

Filius enim agere competit ad ſupplementum legitimæ; tradit Auguſt. Barb. *ad text. in l. omni modo, n. 6. & 7. cod. de inoffic. teſtam.* ubi ampliat ad nepotes, parentes, & filios adoptivos. 3

Amplia etiam in matre, cui ſupplementum legitimæ debetur in bonis filii prædefuncti; §. *primum itaque auth. de hæred. & falſid.* Peregr. *de fideicom. art. 49. n. 49.* 4

Quod limita in matre binuba, cui non debetur legitima in bonis filii prædefuncti provenientibus ex ſubſtantia paterna, quando ſuperſunt filii primi matrimonii, & filius cum teſtamento deceſſit, debetur tamen in aliis bonis aliunde, quam ex ſubſtantia paterna acquiſitis, prout debetur ſucceſſio, ſi ab inteſtato deceſſiſſet, jus enim legitimam petendi metimur à ſucceſſione ab inteſtato. Fachin. *contr. jur. lib. 3. cap. 63. verſic. Quibus non obſtantibus.* Marth. *de ſucceſſ. leg. p. 2. quæſt. 4. art. 1. n. 18.* & cum his Begnudel. *tom. 4. verb. ſupplementum, n. 1.* 5

Quia filius legitimam matri prohibere non poteſt, quæ ſecundò non nupſit. Gom. 1. *var. cap. 11. ſub n. 24.* Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampl. 16. n. 3. cod. de inoffic. teſtam.* Begnudel. *ſuprà n. 1. in fin.* 6

Supplementum legitimæ tamquam pars, & acceſſorium ejuſdem legitimæ eodem jure cenſeri debet, quo ipſa legitima. Menoch. *caſ. 163. n. 30.* Cancer. 1. *var. cap 3 n. 4.* Guid. Pap. *quæſt. 487.* Et quòd filius, cui in vita patris non fuit aſſignata integra legitima, debeat con- 7

conſequi ſupplementum juxta valorem bonorum non tempore aſſignationis, ſed ſubſequenti. Cyriac. *contr.* 391. *n.* 26. ut omne tradit cum aliis Begnudel. *ſuprà n.* 3.

8 Legitimæ ſupplementum capi debet de manu hæredis, ideoque pro illo non datur retentio; tradit cum multis Begnudel. *tom.* 4. *verb. ſupplementum*, *n.* 5.

9 Hoc legitimæ ſupplementum, dum à lege ipſo jure debetur, ad quoſcumque hæredes etiam extraneos tranſmittitur; quamvis non agnitum. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 10. Begnudel. *ſuprà n.* 6. ubi; quòd neque præſcribitur minori ſpatio triginta annorum. Bald. *in l. ſi quis filium*, *n.* 6. *cod. de inoffic. teſtam.*

10 Et quòd ſupplementum legitimæ fuiſſet, datum probari debet ab allegante, quia cum ſupplementum ſit, quid facti non præſumitur, niſi probetur, ut omne cum multis tradit Begnudel. *ſuprà n.* 7.

11 Nota, quòd legitima dicitur quota bonorum, non verò quota hæreditatis. Guerr. *de invent. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 70. Begnudel. *tom.* 2. *verb. legitima*, §. 1. *n.* 2.

12 Nota etiam, quòd filiis legitima non debetur, niſi ſatisfactis prius creditoribus, & deducto ære alieno; *l. Papian.* §. *quarta*, *ff. de inoffic. teſtam.* Guerr. *proximè n.* 60.

13 Et quando æs alienum totam abſorbeat hæreditatem, nulla filio debetur legitima. Bald. *in l. fin.* §. *computatione*, *cod. de jur. deliber.* & cum aliis Guerr. *ubi ſuprà d. n.* 60.

14 Nota iterum legitimam non prohiberi, nec gravari poſſe à patre, neque conditione onerari; *l. quoniam*, *cod. de inoffic. teſtam.* Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 1. Gabr. *de legit. concl.* 1. *n.* 1. quod locum habet non ſolùm in legitima deſcendentium, ſed etiam aſcendentium, quæ gravari non poteſt. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 295. Gom. 1. *var. cap.* 11. *n.* 24. Begnudel. *tom.* 2. *verb. legitima*, §. 9. *n.* 60. cum multis aliis.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Si illicò donatio inter virum, & uxorem in vita valida ſit, neque conjux fiat donatione pauperior, neque donatarius ditior, & hæredes ex hæreditate integram legitimam habere non poſſunt ſine tertia, & donatione, prius de tertia deducatur quod legitimis deficit, & ſi non ſufficiat, tunc de donatione, remiſſivè.*

2 *Quando donatio inter virum, & uxorem in vita valuit ſupplementum legitimæ ex donatione non fit, niſi quando ex tota hæreditate, & tertia haberi non poſſit.*

3 *Traditur ratio, cur ſupplementum legitimæ ſit deducendum ex tertia, & hæreditate prius, & non ex donatione, remiſſivè.*

4 *Donatio inofficioſa imputatur in tertia defuncti.*

5 *Supplementum legitimæ uſque ad triginta annos peti poteſt.*

6 *Quamvis filius approbando teſtamentum excludatur à querela, non excluditur à ſupplemento legitimæ.*
Cenſetur in tota legitima inſtitutus, uti in toto ſcriptus, ibid.

7 *Legitima debet eſſe in bonis patris, vel matris.*

8 *Quæ*

8 *Quæ actio competat pro legitima? remiſſivè.*

1 QUando ſtatim in vita donatio valida eſt inter virum, & uxorem, veluti quando conjux, qui donat, non fit donatione pauperior, vel quando ex donatione donatarius non fit ditior, vel in aliis caſibus, de quibus in limitationibus, quas ſuprà tradidimus in princip. *hujus tituli ex n.* 24 *uſque ad n.* 40. tunc ſi hæredes integram legitimam habere non poſſint ex hæreditate defuncti ſine tertia, & donatione, omne, quod deeſt legitimis, eſt prius deducendum de tertia, & in caſu, quo hæc non ſufficiat, tunc de donatione deducatur, quod defecerit, ita taliter, quòd ad donationem non deveniatur, niſi excuſſa tota tertia, ut probatur ex hoc §. 3. Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 86. Portug. *prælud.* 2. §. 4. *n.* 17.

2 Unde in caſibus, in quibus donatio inter virum, & uxorem in vita donantis valuit, ſi legitimæ hæredum lædantur, illarum ſupplementum ex ipſa donatione fieri non debet, niſi quando ex tota hæreditate, & tertia donantis ſupplementum legitimæ haberi non poſſit, ut probatur ex noſtro textu in hoc §. 3. & DD. *ſuprà.*

3 Quæres, qua ratione ſupplementum legitimæ in caſu, de quo in hoc textu, prius deducendum ſit ex tertia, & hæreditate defuncti, quando ſufficiunt, & non ex donatione, quando in caſu, de quo in §. 1. in fine habenda eſt ratio de donatione, quæ reputanda eſt, ut legatum ad ſupplementum legitimæ? Reſpondetur, quòd in caſu, de quo in *d.* §. 1. *in fin.*, ideo habetur ratio ad ſupplementum legitimæ, quia donatio in vita numquam valuit, & per mortem confirmatur, ut diſponitur in verbis finalibus ipſius §. 1. ibi: *Porque na vida nunca valeo, e por morte foy confirmada.*

At verò in caſu, de quo in hoc §. 3., ideo non habetur ratio de donatione, nec ex iſta ſupplementum legitimæ fieri debet, niſi exhauſta tota hæreditate, & tertia donantis; quia donatio in vita donantis valuit, ut probatur ex hoc §. 3., & hæc differentia, ſive ratio conſtituenda eſt etiam in caſu, de quo in §. 2. hujus tituli.

Nota, quòd in tertia defuncti imputanda eſt donatio inofficioſa, ut cum Valaſc. *conſ.* 189. *n.* 31. Ægid. *in l. ex hoc jur. ff. de juſt. & jur. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 48. tenet Guerr. *de Diviſ. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 8. 4

Nota, quòd ſupplementum legitimæ peti poteſt uſque ad triginta annos. Cancer. 1. *var. cap.* 3. *n.* 16. Grat. *for. cap.* 247. *n.* 71. 5

Nota, quòd licèt filius per approbationem, vel acceptationem teſtamenti excludatur à querela, non tamen excluditur à ſupplemento legitimæ, ſuppletio enim fit ipſo jure; *l. omni modo, cod. de inoffic. teſtam.*, cenſeturque filius in tota ſua legitima inſtitutus, ac ſi verè, & efficaciter fuiſſet in toto inſtitutus. Bart. *conſ.* 77. Graſſ. *in* §. *legitima*, §. 10. *n.* 63. 6

Nota, quòd legitima, quæ debetur filiis, debet eſſe in eiſdem bonis patris, vel matris defunctæ. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 163. Valaſc. *de part. cap.* 18. *& cap.* 22. *n.* 21. 7

Quæres, quæ actio competat pro legitima? tradit Souſ. de Maced. *deciſ.* 10. *n.* 2., quem conſule. Multa de legitima hîc afferre poteram, quæ, Deo favente, in alio loco tibi tradam. 8

Ad

Ad tit. 66.

De Donatione facta ab homine uxorato ſuæ concubinæ.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Mulier abſque viri authoritate, vel ejus mandato rem donatam per maritum ſuæ concubinæ ſibi revocare poteſt.*
Sive ſit in illius poteſtate, ſive ſeparata, ibid.

2 *Et rem revocatam à concubina ſibi propriam faciet, & de illa diſponere poterit, in reque ſic revocata nullam partem maritus habebit.*

3 *Mulier rem venditam, pignoratam, vel furatam à concubina revocare poteſt ſine pretii reſtitutione.*

4 *Diſpoſitio noſtræ legis locum habet, licèt res donata à marito eſſet propria illius in ſolidum, neque pertineat ad communicationem.*

5 *Talem venditionem, vel pignorationem lex præſumit ſimulatè in fraudem mulieris.*
Præſumptio juris, & de jure præſumptionem contrariam non admittit, ibid.

6 *Donatio facta à viro uxorato concubinæ non valet.*

7 *Ampliatur primò in milite, qui concubinæ, vel meretrici donare non poteſt, & datum ab illo repeti, vel ejus hærede poteſt.*

8 *Ampliatur ſecundò in militibus arma profitentibus, & paratis ad bellum.*

9 *Ampliatur tertiò in milite inſignito Cruce Domini noſtri Jeſus Chriſti.*
Et in aliis militibus aliorum Ordinum, remiſſivè, ibid.

10 *Ampliatur quartò in donatione à Clerico facta ſuæ concubinæ.*

11 *Donatio facta a Clerico ſuæ concubinæ non valet, repeti poteſt per fiſcum, non per hæredes.*

12 *Ampliatur quintò in Doctore, Licentiato, & Advocatò, quibus probibetur donare concubinæ.*

13 *Ampliatur ſextò, ut non valeat donatio facta per concubinam ſuo concubinario.*

14 *Limitatur primò in donatione facta concubinæ ab homine ſoluto, quæ valet.*

15 *Limitatur ſecundò in donatione remuneratoria facta à milite concubinæ, quæ valet uſque ad quantitatem meritorum.*

16 *Servitia à concubinis probari debent, neque ſufficit concubinarii confeſſio.*

17 *Limitatur tertiò in Clerico, & Doctore donante concubinæ alterius.*

18 *Limitatur quartò ſi tempore donationis ceſſabat concubinarius per triennium.*

19 *Limitatur quintò quando ſit donatio, vel legatum cauſa dotis, ut concubina nubat, & à vita turpi deſiſtat.*

20 *Limitatur ſextò, ſi Principes donent ſuis concubinis; quia donatio valet.*

21 *Limitatur ſeptimò in privatis, qui ſpecialiter non probibentur donare concubinæ, legare, & hæredem inſtituere.*

22 *Mulier in poteſtate viri donatum concubinæ omni tempore re-*

revocare poteſt, ſed ſeparata per mortem, vel alia via uſque ad quatuor annos à die ſeparationis revocare debet.

23 *Actio revocandi ad filios, aſcendentes, vel deſcendentes tranſit, qui à die, quo mulier deceſſit uſque ad quatuor annos revocare debent.*

24 *Diſpoſitio legis procedit in donatis per virum mulieri, cum qua maritus habuit rem veneream, licèt concubina non ſit.*

25 *Actio competens uxori eſt in rem, vel ad rem, & datur adverſus rei poſſeſſorem.*

26 *Loco mobilium quæ, remiſſivè.*

1 STatuit textus hîc, quòd ſi vir uxoratus aliquam rem mobilem, vel immobilem ſuæ concubinæ donaverit, prædictam rem donatam ejus mulier ſibi revocare poterit, & ad iſtam revocationem in judicio ſtare valebit ſine viri authoritate, vel ejus mandato, & hoc ſive mulier tempore revocationis ſit in viri poteſtate, vel ab illo ſeparata; ut probatur ex hoc textu. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 24. Arouc. *in l.* 9. *tit.* 5. *de ſtat. homin. n.* 49. *verſic. Fallit tamen.*

2 Et rem illam, quam mulier ſic revocaverit à concubina, ſibi propriam in ſolidum efficiet; & maritus in illa non habebit partem, poteritque ipſa mulier de re revocata diſponere, quomodo voluerit, ſic & eodem modo, ac ſi uxorata non eſſet, ut deducitur ex noſtro textu. Portug. *ſuprà d. n.* 24.

3 Quod amplia, ut non ſolùm procedat reſpectu rei donatæ ſuæ concubinæ, ſed etiam reſpectu rei venditæ, & pignoratæ, vel alio quocumque modo translatæ, vel etiam quando concubina aufugit cum re furata, in quibus caſibus mulier rem à concubina revocare poteſt abſque eo quòd teneatur pretium reſtituere, ut probatur ex noſtro textu. Portug. *ſuprà n.* 25.

4 Amplia etiam, ut procedat diſpoſitio noſtræ legis Regiæ, etiamſi res donata à marito concubinario ejus eſſet propria in ſolidum, quòd ad communicationem bonorum non pertineret. Ægid. *de privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 14. & cum eo Portug. *prælud.* 2. § 7. *n.* 26.

5 Quia præſumit lex venditionem, vel pignorationem ſimulatè factam fuiſſe ad fraudandam mulierem, quæ quidem præſumptio cum ſit juris, & de jure probationem in contrarium non admittit; tradit Ægid *ſuprà n.* 13. & cum illo Portug. *ſuprà n.* 25.

6 Non eſt ergo valida donatio facta à viro uxorato ſuæ concubinæ, ſed eſt invalida, neque valebit. Gam. *deciſ.* 226. *n.* 4. Cordoſ. *verb. Donatio*, *n.* 17.

7 Amplia primò, ut prædicta reſolutio procedat in milite, qui concubinæ, vel meretrici, cum qua rem habuit, donare non poteſt, & adeo nulla eſt donatio, ut datum à milite concubinæ poſſit ab eo repeti, vel ejus hærede; *l.* 2. *cod. de Donat. inter vir. & uxor.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. Cardoſ. *verb. Donatio*, *n.* 21.

8 Amplia ſecundò, ut procedat, & locum habeat in militibus noſtri temporis, qui arma profitentur, & ſunt parati, & ſalariati ad bellum ineundum. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. & 5. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 6. cum aliis.

9 Amplia tertiò, ut procedat in milite inſignito Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ægid. *de jur. & privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 24. *verſic. Idem etiam.* Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6., quod procedit etiam in militibus aliorum Ordinum milita-

rium

rium candidatis, & ſic in Commendatariis S. Joannis Hieroſolymitani, vel S. Jacobi. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 7. Portug. *ſuprà n.* 7.

10 Amplia quartò, ut procedat in donatione facta à Clerico ſuæ concubinæ arguendo à milite armatæ militiæ ad militem militiæ cœleſtis. Gom. *in l.* 50. *Taur. n* 68. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8. Ægid. *in repet. l.* 1. *cod. de Sacroſ. Eccleſ p.* 2. §. 1. *n.* 21. Portug *ſuprà n.* 8.

11 Quæ quidem donatio facta à Clerico ſuæ concubinæ non ſolùm non valet ſed repeti poteſt per fiſcum, non verò per hæredes, ut tradit Cardoſ. *ſuprà n.* 16. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 10.

12 Amplia quintò, ut procedat, & locum habeat etiam prohibitio donandi concubinæ in Doctore, Licentiato, & Advocato, qui in favorabilibus militi æquiparantur. Gom. *in d. l.* 50. *n.*68. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11. *&* 12.

13 Amplia ſextò, ut ſicut concubina capere non poteſt à concubinario, ſic nec etiam vir concubinarius ab ea capiet, donatioque facta per concubinam ſuo concubinario non valet. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13. Hermoſilh. *in l.* 1. *gloſ.* 6. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 7. Portug. *d. præ-lud.* 2. §. 7. *n.* 10.

14 Limita primò in donatione facta concubinæ ab homine ſoluto, quæ valida eſt; *l. donationes in concubinam*, *ff. de Donat.* & cum aliis Cardoſ. *verb. Donatio*, *n.* 17.

15 Limita ſecundò, ut non procedat in donatione remuneratoria facta à milite ſuæ concubinæ, quæ eſt valida uſque ad concurrentem quantitatem, & æſtimationem meritorum, ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 15. Portug *ſuprà n.* 11.

16 Et ſervitia facta à concubinis probari debent, nec ſtandum eſt confeſſioni concubinarii, ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 15. *verſic. Unde.*

Limita tertiò in milite Clerico, 17 vel Doctore donante concubinæ alterius; ceſſat enim prohibitionis cauſa, ut tenet cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 16.

Limita quartò, quando tempore 18 donationis ceſſabat concubinatus, ſaltem per triennium. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 17.

Limita quintò in donatione, ſeu 19 legato facto cauſa dotis, ut concubina nubat, & à turpi vita deſiſtat, ut cum aliis Hermoſilh. *in l.* 1. *gloſ.* 6. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 12.

Limita ſextò, quando Principes 20 donant ſuis concubinis, quia ſunt ſupra legem, & donatio ab illis facta valet. Hermoſilh. *ſuprà n.* 13.

Limita ſeptimò in privatis ſpe- 21 cialiter non prohibitis, qui concubinæ donare, legare, & hæredem inſtituere poſſunt; *l. Donationis*, *ff. de Donat. l. qui concubinam*, *&* *l. item legare*, §. *parvi*, *ff. de legat.* 3. cum multis tradit Hermoſilh. *ſuprà n.* 14.

Dicitur etiam in textu, quòd 22 uxor omni tempore, quo fuerit in poteſtate viri revocare poteſt donatum per concubinarium ſuæ concubinæ, quando verò fuerit ſeparata ab illo morte, vel alia via, revocare poterit à die ſeparationis uſque ad quatuor annos completos, ut probatur ex textu in verſic. *A qual demanda.*

Actio revocandi donationem fa- 23 ctam per uxoratum ſuæ concubinæ tranſit ad filios, vel alios deſcendentes, vel aſcendentes uxoris, ſi ipſa in vita mariti mortua fuerit, poteruntque revocare rem uſque ad quatuor annos inceptos à die, quo mater deceſſit; probat textus hîc verſic. *E morrendo.*

Nota, quòd diſpoſitio noſtræ 24

Ordinationis, quæ reivendicationem uxori tribuit ad res donatas concubinæ à marito, procedit etiam in donatis ab eo mulieri, quæ non erat concubina, ſed cum ea maritus rem veneream habuit, ut patet ex verbis in princip. ibi: *Ou a qualquer outra mulher com quem tenha carnal aſſeiçaõ.* Ægid. *de privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 19. *&* 20.

25 Nota, quòd actio competens uxori ad reivendicandam rem donatam à marito ſuæ concubinæ eſt in rem, vel ad rem, ac proinde datur adverſus quemcumque rei poſſeſſorem. Ægid. *de privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 15. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 26. *&* 27.

26 Nota, quòd loco mobilium veniunt, quæ moventur de loco ad locum; *l. rei appellatio, ff. de verb. ſignif.* Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 138. Sicut etiam pecunia appellatione mobilium continetur ex *text. in auth. de Nupt.* §. *ſi vero univerſa, collat.* 4.

Ad tit. 67.

De Contractibus uſurariis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Uſura quid ſit, traditur, remiſſivè.*
2 *Omni jure reprobatum invenitur crimen uſuræ.*
3 *Probibetur de jure Divino.*
4 *Et de jure naturali, remiſſivè.*
5 *Locupletari nemo debet cum aliena jactura.*
6 *Uſura probibetur de jure Canonico.*
7 *An de jure Civili probibeatur uſura, remiſſivè.*
8 *Contrahentes accipere non poſſunt aliquid ultra ſortem principalem, quia eſt contractus uſurarius, & reprobatus.*
9 *Ad probibendas uſuras, quid in hac* Ord. *ſtabilitum ſit, remiſſivè.*
10 *De lucro præſtare promittente, remiſſivè.*
11 *Uſurarius ultra pœnas in hac lege, & alias, punitur pœna extraordinaria judicis arbitrio.*
12 *Judæi puniuntur propter crimen uſuræ, remiſſivè.*
13 *Quomodo probetur contractus uſurarius, remiſſivè.*
14 *Quales debeant eſſe conjecturæ, & præſumptiones ad probandam uſuram, remiſſivè.*
15 *Traditur ſecundus modus probandi uſuram, remiſſivè.*
16 *Traditur quomodo tertiò probetur uſura, remiſſivè.*
17 *An teſtes deponentes uſuras alicui perſolviſſe probent illum eſſe uſurarium? remiſſivè.*
18 *Habet locum in civilibus, & criminalibus.*
19 *Quid dicendum de teſtibus deponentibus uſuras ſolviſſe, quando deponunt ad favorem tertii, remiſſivè.*
20 *Teſtes renuntiantes eorum intereſſe probant uſuram.*
21 *Secus quando renuntiatio facta eſſet tantum verbalis, remiſſivè.*
22 *Renuntiatio intereſſe apud acta fieri debet, ante depoſitionem, vel illius tempore cum juramento.*
23 *Dicti teſtes, etiam ſtante renuntiatione, non ſunt omni exceptione maiores.*
24 *Quis dicatur manifeſtus uſura-*

rarius, remiſſivè.
25 Quibus uſurarius teneatur facere reſtitutionem uſurarum, remiſſivè.
26 Hæredes uſurarii tam Clerici, quàm laici, & etiam Judæi uſuras reſtituere tenentur.
27 Fructus uſuræ reſtituendi ſunt, & illud, quod intereſt mutuatario.
28 An uſurarius dominium rei per uſuram acquiſitæ acquirat, remiſſivè.
29 Quamvis uſurarius dominium rei uſurariæ acquirat commiſtione non diſcernenda, acquirit obligatione reddendi domino in æquivalenti.
30 Manifeſtus uſurarius Clericus ultra reſtitutionem ſuſpenditur ab officio arbitrio Epiſcopi.
31 Si perſeveraverit in contumacia ab omni beneficio Eccleſiaſtico ſuſpenditur.
32 Manifeſtus uſurarius ad Euchariſtiæ perceptionem non admittitur, donec publicè ſatiſfaciat.
33 Decedens in hoc peccato, ſepultura Eccleſiaſtica privatur, nec ſepelietur in cæmiterio, neque Clerici ſepulturæ intervenire debent.
34 Neque admittitur ad oblationem, quam Clericus reſpicere debet.
35 Recipiens ad communionem altaris, vel Eccleſiaſticam ſepulturam manifeſtum uſurarium, quam pœnam incurrat.
36 Licèt uſurarius reſtitutionem faciat, pœnam non evitat in foro externo.
37 An teſtamentum manifeſti uſurarii valeat? remiſſivè.
38 Idem in codicillis.
39 Si manifeſtus uſurarius teſtamentum fecerit, præſtita Canonis cautione, & poſtea ſecretè, vel occultè uſuræ crimen commiſerit, nullum eſt teſtamentum.
40 Licèt non valeat teſtamentum uſurarii ſine reſtitutione, aut idonea cautione, reconvaleſcit, ſi ante mortem reſtitutionem fecerit, aut idoneè cavit.
41 Non pendet in valore à tempore, quo conditur, ſed à tempore mortis, qua confirmatur.
42 Nullum eſt teſtamentum, non præſtita cautione Canonica; nec legata ad pias cauſas in illo relicta debentur, quando deceſſerint impœnitentes.
43 Æquius erit legata pia favore pietatis valere, quando teſtator pœnitens, & ſignis contritionis mortuus fuerit.
44 Limitatur primò contra mulieres non habere locum pœnas contra uſurarios.
45 Quod non procedit in ſagaci, remiſſivè.
46 Limitatur ſecundò in ruſtico, remiſſivè.
47 Limitatio non habet locum in ruſtico ſagaci, remiſſivè.
48 Limitatur tertiò, quando uſura in loco publicè, & palam frequentatur.
49 Conſuetudo à pœnis uſurarium excuſat, & criminaliter puniri nequit.
50 Limitatur quartò, quando uſura eſt minima, remiſſivè.
51 In hoc crimine proceditur ſimpliciter ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſi cauſa intentatur in foro Eccleſiaſtico, ſecus in foro ſeculari contra laicum.
52 An ſit contractus uſurarius, ſi aliquis à mutuatario, vel debitore aliquid ultra ſortem recipiat, aut creditor ſuſcipiat in ſe periculum? remiſſivè.

53 *An ſit uſurarius contractus, quando quis ſciens valorem monetæ brevi augendum mutuat pacto, ut reſtituatur ſecundum valorem tempore reſtitutionis? remiſſivè.*

54 *An ſit uſurarius emens creditum minori pretio, quamvis non adſit damnum emergens, aut lucrum ceſſans, vel periculum? remiſſivè.*

55 *Contractus, in quo promittitur intereſſe* a razaõ de juro, *non eſt uſurarius.*

56 *In hoc Regno Luſitano judicatur pro validitate contractus, quo fine anni creditor pro pecunia mutuata accipit ſex & quatuor pro centenario.*

57 *Intereſſe* a razaõ de juro de cinco, ou ſeis e hum quarto por cento *in fine anni permittitur propter utilitatem commercii, & neceſſitatis.*

58 *Prædicta* Ord. in princip. limitant.

59 *Non debetur intereſſe* a razaõ de juro, *ſi de eo pactum, & ſtipulato non fiat.*

60 *Oſtenditur ratio.*

61 *Contractus ultra ſex & quartum pro centenario eſt uſurarius, & contra jus.*

62 *Interpoſita uſurarum ſtipulatione, adjecto tempore, etiam poſt tempus durat, & prorogatur obligatio, donec pars principalis perſolvatur.*

63 *Intereſſe ejuſdem intereſſe, vel uſura uſurarum, & acceſſio acceſſionis prohibetur de jure Divino, & Civili.*

64 *Si uſuræ uſurarum ſtipulentur, non datur, ſed denegatur. remiſſivè.*

1 Uſura *eſt quidquid ſorti accedit ex pacto, vel ſpe præcedenti.* Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *n.* 1. vel ſic *Uſura eſt quidquid ſorti principali accedit*; tradit Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 1. ubi aliam definitionem tradit, vel ſecundum Leotard. *tract. de uſur. quæſt.* 1. *n.* 2. *acceſſio ſortis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis*, & hanc definitionem amplectitur Gonzal. *tom.* 5. *Decretal. tit.* 19. *de uſur. cap.* 3. *ſub n.* 7. *in fin.*

Hoc deteſtabile crimen omni 2
jure reprobatum reperitur. Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 2. *n.* 2. *de uſur.* Hermoſilh. *in l.* 10. *tit.* 1. *gloſ.* 4. *n.* 2. Larr. *deciſ. Granatenſ.* 84. *n.* 5. & cum multis tradit Math. *de re crimin. deciſ.* 40. *n.* 7.

De jure Divino prohibita repe- 3
ritur uſura, ut patet ex pluribus ſacrorum Scriptorum teſtimoniis in lib. *Exod. cap.* 22. *verſic.* 25. *in Pſalm.* 14. *verſic.* 5. *in Pſalm.* 54. *verſic.* 12. *in cap.* 18. *Ezechiel. verſic.* 8. *in lib. veteris Teſtamenti. Luc. cap.* 6. *verſic. Benefacite, & mutuum date nihil ſperantes.*

Prohibetur etiam de jure natu- 4
rali ex Ariſtot. *lib.* 1. *Politic. cap.* 7. primò, quia ratio naturalis ſuadet, quòd improbum reputetur ex nummo ſterili ſui natura nummum gigni; *text. in l. uſuras, ff. de verb. ſignif.* & tradit optimè Math. *de re crimin. ſup. n.* 12. Gonzal. *ſuprà ſub n.* 9.

Secundò, quia jus non patitur 5
aliquem locupletari cum aliena jactura; *text. in l. jure naturæ, ff. de reg. jur. text. in l. nam hoc naturæ, ff. de condit. indebit.* tradit Gonzal. *ſuprà n.* 9. Math. *de re crimin.* etiam ſuprà *n.* 13.

De jure Canonico prohibetur 6
uſura; *text. in cap. quid dicam, quæſt.* 4. *cap.* 1. *cap. quia in omnibus, cap. ſuper*, cum pluribus ſeqq. *de uſur. Clement. unic. eod. tit.* Auguſt. Barb. *ad text. in cap.* 2. *de uſur. ſub n.* 2.

Et

7 Et licèt de jure Civili fuiſſet controverſum utrùm uſura ſit prohibita, vel non, attamen ſecundum DD., quos refert Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 2. etiam de jure Civili per jus *auth.* uſura eſt prohibita.

8 His itaque ſuppoſitis, ex hac *Ord.* probatur, quòd ultra ſortem principalem non poſſunt contrahentes aliquid accipere pro uſura, eſt enim nullus talis contractus uſurarius ipſo jure, & reprobatus, ut patet ex dictis, neque convalidari poteſt. Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 11.

9 Ad coercendum, ſive prohibendum hoc uſuræ vitium ſtabilitur in hac *Ord.*, quòd pecuniam in uſuram datam uſurarii; ſive fœneratores amittant, & exceſſum ad Coronam Regni, in Africæque exilium per biennium condemnentur, & prædictam pœnam habebunt, quando ſemel in hoc crimen inciderint; & ſi iterum inciderint prædictis pœnis tam civilibus, quàm criminalibus duplicatis puniuntur; & ſi tertiò in idem inciderint, puniuntur in duplum prædictis pœnis, ut patet ex hoc textu, verſic. *E o que o contrario.* Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *ſub n.* 2. *verſic. Scribit tamen.*

10 Qui lucrum præſtare promiſerit, tantum perdat, quantum principale, quod accepit, nec in ultra condemnabitur; & ſi à debitore jam aliquid ſolutum fuerit, ipſum in ſortem principalem imputabitur, & omne ad Coronam Regni, quam pœnam habebit toties, quoties comprehenſus fuerit, & probatum inveniatur, ut patet ex noſtro textu verſic. *E que.*

11 Uſurarius ultra prædictas pœnas hîc ſtatutas, & alias, quas patitur ob crimen uſuræ, puniri debet pœna extraordinaria judicis arbitrio. Clar. *in pract.* §. *uſura*, *verſic. Sed quæro*, *n.* 10. & ibi Bajard. *n.* 27. Menoch. *de arbitr. caſ.* 398. *n.* 41. Farin. *conſ.* 15. *n.* 8. ubi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione.

Amplia etiam, quòd habeat locum quoad Judæos, qui puniri poſſunt criminaliter propter uſuram per eos commiſſam abſque licentia illius, qui hoc jus permittere poteſt. Clar. §. *uſura*, *n.* 7. Conciol. *verb. uſura*, *reſol.* 1. *n.* 3. Begnudel. *tom.* 4. *verb. uſura*, §. 2. *n.* 6. 12

Quæres quomodo probetur contractum eſſe uſurarium? Dico primò, quòd probatur per famam, & alias conjecturas, vel præſumptiones, quia uſurarii ſemper occultè, & fraudulenter ſuos gerunt contractus, & aliquando palleatos, & in hoc remanet difficilis probatio, quæ fieri poteſt per famam ortam ex veriſſimilibus conjecturis, & aliis urgentibus præſumptionibus. Valaſc. *conſ.* 56. *n.* 1. *verſic. Quæſitum*, & *n.* 2. & cum multis Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 19. 13

Sed prædictæ conjecturæ, & 14 præſumptiones debent eſſe præſumptiones juris, & non hominis liquidæ, & probatæ in ſuo genere ſaltem per duos teſtes, una tamen non ſufficit, ſed plures requiruntur; *text. in cap. cum in Diœceſi*, ubi *DD. de uſur.* Menoch. *conſ.* 343. Farin. *conſ.* 40.

Dico ſecundò, quòd ex pacto 15 retro vendendi probatur, modicitate pretii, & ſolito fœnerandi. Item ex pacto ſolo retro vendendi cum modicitate pretii, quæ debet eſſe in gradu ſuperlativo, ut cum Fachin. *lib.* 2. *contr. cap.* 12. & Maſcard. *de probat. concl.* 447. & aliis, Begnudel. *verb. uſura*, §. 6. *n.* 27.

Dico tertiò, quòd probatur per 16 teſtes ſingulares, & per illos, qui mutuam pecuniam ſub uſuris receperunt, ita ut cum his teſtibus ſingularibus aliqua conjectura, ſeu urgens præſumptio concurrat, quæ om-

omnia concludant, ut cum multis Cardoſ. *verb. uſura, ſub n.* 19.

17 Sed teſtes deponentes uſuras alicui perſolviſſe non probant illum eſſe uſurarium, propter intereſſe, quod habet in cauſa, videnturque deponere in cauſa propria ob reſtitutionem uſurarum, quæ inde provenit, & ideo non cenſentur eſſe integræ fidei. Conciol. *verb. uſura, reſol.* 3. *n.* 1. Begnudel. cum multis *verb. uſura*, §. 6. *n.* 34.

18 Quod amplia, ut non ſolùm locum habeat in civilibus, ſed etiam in criminalibus, ut tradit cum multis Conciol. *ſuprà n.* 2. quem vide.

19 Quod locum non habet, quando teſtes deponentes uſuras ſolviſſe deponerent ad favorem tertii, & ita in cauſa per tertium contra uſurarium mota, tunc enim illos probare voluit cum multis Conciol. *ſuprà n.* 3. ſed *n.* 4. contrarium refert cum aliis.

20 Nec etiam locum habet, quando d. teſtes declarant, quòd ex eorum dictis nullum intendunt commodum reportare, ſed eorum intereſſe omnino renuntiant, tunc namque illos probare affirmat cum aliis Conciol. *ſuprà n.* 5.

21 Quod quidem locum non habet, quando ex dictis teſtium dignoſcitur eoſdem reſtitutionem uſurarum facto juſtitiæ ſperare, & renuntiationem intereſſe per illos factam tantum verbalem eſſe, ut declarat cum multis Conciol. *ſuprà n.* 6.

22 Declara etiam, quòd renuntiatio intereſſe, de qua ſupra, ut attendatur, ſit facienda apud acta, vel ante depoſitionem, vel ſaltem tempore depoſitionis, & cum juramento, ut declaratur ab eodem Conciol. *ſuprà n.* 7.

23 Declara ultimò dictam limitationem, quòd prædicti teſtes, ſtante etiam prædicta renuntiatione, non dicantur teſtes omni exceptione maiores, ut tradit Conciol. *ſuprà n.* 8. cum multis.

Nota, quòd manifeſtus uſurarius dicitur ille, qui per ſententiam 24
eſt convictus, aut per confeſſionem factam in jure, aut per evidentiam rei, ut cum aliis tradit Cardoſ. *verb. uſura, n.* 18.

Nota, quòd uſurarius tenetur 25
ad reſtitutionem uſurarum faciendam, à quibus fuerunt extortæ, & ſi illi non extant, reſtitutio fieri debet illorum hæredibus tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & iſtis non extantibus, fieri debet pauperibus, vel Eccleſiis, aut piis locis tradit Begnudel. *verb. uſura*, §. 4. *n.* 14.

Et non tantum uſurarii tenen- 26
tur ad reſtituendas uſuras, ſed etiam hæredes illorum tam Clerici, quàm laici, & etiam Judæi propter regulam generalem, quòd non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 3.

Non ſolùm uſuræ ſunt reſtitu- 27
endæ, ſed etiam fructus, omneque illud, quod intereſt mutuatario, ſi ſibi uſuras non fuiſſe ablatas ratione damni eidem emergentis, aut lucri ceſſantis. Leotard. *de uſur. quæſt.* 96. *n.* 19.

Quæres, an uſurarius acquirat 28
dominium rei per uſuram acquiſitæ? Reſpondetur, quòd non, niſi cum ſuis ita commiſcuerit, ut diſcerni nequeant; §. *ſi duorum, Inſtit. de rer. diviſ. l. ſi alieni, ff. de ſolut.*

Quo quidem caſu, licèt acqui- 29
ſierit dominium rei uſurariæ propter commiſtionem non diſcernendam; attamen illud acquiſivit cum obligatione illam reddendi domino in æquivalenti, & reſarciendi omnia damna. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 3. & cum aliis Begnudel. *verb. uſura*, §. 4.

§. 4. *n.* 19. *verſic. Quo tamen caſu.*

30 Nota, quòd uſurarius manifeſtus, ſi eſt Clericus ultra reſtitutionem, ad quam eſt cogendus, ſuſpenditur ab officio ad arbitrium Epiſcopi. *Cap. quoniam non ſolum de uſur. cap. ad noſtram de contrab. empt. cap. ad noſtram de jur. jur.*

31 Si verò perſeveret in contumacia, non ſolùm ab officio, ſed etiam ab omni beneficio Eccleſiaſtico ſuſpenditur; *text. in cap. præterea de uſur.*, & ſi adhuc in fænore perſiſterit, de gradu ſuo dejectus alienus habebitur à Clero; *cap. ſiquis oblitus, cap. quam multi, quæſt.* 4. *cap.* 1. *de uſur.*

32 Uſurarius manifeſtus non admittitur ad Euchariſtiæ perceptionem, donec publicè ſatisfecerit; ut cum multis Auguſt. Barb. *in cap. quia in omnibus*, *n.* 3. *de uſur.*

33 Et decedens in hoc peccato, Eccleſiaſtica ſepultura carere debet, nec eſt ſepeliendus in cæmeterio Eccleſiaſtico, nec Clerici ſepulturæ intervenire debent; tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.*4.

34 Nec admittitur ad oblationem faciendam, & illam Clericus reſpuere debet, ut cum aliis multis tenet Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 5.

35 Nota, quòd recipiens ad communionem altaris, vel Eccleſiaſticam ſepulturam manifeſtos uſurarios, de quorum pœnitentia non conſtat, ab executione ſui officii ſuſpenditur, donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6.

36 Nota, quòd uſurarius quamvis reſtitutionem fecerit, pœnam non evitat, quia jam deliquit, quod procedit in foro externo, non verò in interno. Begnudel. *verb. uſura*, §. 5. *n.* 22.

37 Quæres, utrùm teſtamentum manifeſti uſurarii ſit validum? Reſpondetur, quòd non, & eſt ipſo jure nullum, niſi prius reſtituat uſuras, aut præſtet cautionem idoneam de reſtituendo; *cap. quamquam de uſur. lib.* 6. Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 17. Begnudel. *verb. uſura*, §. 5. *n.* 23. Cov. 3. *var. cap.* 3. *n.* 9.

Hoc idem procedit in codicillis, quia & hi facti ab uſurario manifeſto nulli ſunt, ſicut & teſtamentum; tradit Cov. *ſuprà d. n.* 9. *verſic. Quinto* 38

Licèt manifeſtus uſurarius teſtamentum fecerit, præſtita prædicta canonis cautione, ſi poſt teſtamentum etiam ſecretè, & occultè uſurarum crimen commiſerit, nullum erit teſtamentum, cum conſtet fictam fuiſſe ejus pœnitentiam. Cov. *ſuprà verſic. Decimo.* 39

Nota, quòd quamvis teſtamentum uſurarii, quando non reſtituit, aut idoneè non cavit de reſtituendo non valeat, attamen ſi poſt prædictum teſtamentum ante mortem reſtitutionem fecit, aut idoneè cavit, teſtamentum reconvaleſcit, & eſt validum; cum multis Begnudel. *verb. uſura*, §. 5. *n.* 24. Cov. *ſuprà* 3. *var. ſub n.* 9. *verſic. Duodecimo.* 40

Teſtamentum enim non pendet in ſuo valore à tempore, quo conditur, ſed à tempore mortis, quia morte confirmatur; *cap. ad Hebræos*, *cap. cum Marthæ*, §. *cæterum de celebr. Miſſ.* 41

Nota teſtamenta manifeſtorum uſurariorum ita nulla, & irrita eſſe, non præſtita canonica cautione, quòd nec legata ad pias cauſas in eis relicta debeantur, nec valent, ſi deceſſerint impœnitentes, quia teſtamentum eſt invalidum ipſo jure. Begnudel. *verb. uſura*, §. 5. *n.* 23. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *ſub n.* 9. *verſic. Decimo tertio.* 42

Æquius tamen erit, quoad legata 43

gata pia hæc teſtamenta favore pietatis valida cenſeri, dummodo teſtator pœnitens ſcelerum, & cum contritionis ſignis deceſſerit, ut tradit Cov. *ſuprà in fine.*

44 Limita jam primò pœnas contra uſurarios non habere locum contra mulierem, quæ ob ſexum, & juris ignorantiam excuſatur à pœna uſurarum. Farin. *de pœn temper. quæſt.* 98. *n.* 4. Conciol. *crimin. verb. uſura*, *reſol.* 1. *n.* 4. Leotard. *de uſur. quæſt.* 100. *n.* 61. Begnudel. *verb. uſura*, §. 6. *n.* 31.

45 Sed hoc non procedit, nec locum habet in muliere ſagaci, & in aperta, & manifeſta uſura, ſed tantùm in præſumpta; tradit Conciol. *ſuprà*, & Begnudel. *etiam ſuprà.*

46 Limita ſecundò, ut non habeat locum in ruſtico, cui ob pœnam uſurarum venit ignoſcendum cum ab eo credatur abeſſe dolum. Menoch. *de arbitr. caſ.* 149. *n.* 47. Farin. *de pœn. temper. d. quæſt.* 98. *n.* 27. Conciol. *ſuprà n.* 5. & Begnudel. *loc. cit.*

47 Quæ quidem limitatio non procedit in ruſtico ſagaci, & quoad uſurarum reſtitutionem; quia ſi ruſticus fuerit ſagax, non excuſatur à præſumpta fraude uſurarum, & licèt non fuerit ſagax, quamvis excuſetur à pœna, non tamen excuſabitur à reſtitutione uſurarum; ut cum multis Farin. *ſuprà n* 28.

48 Limita tertiò, quòd non habeant locum prædictæ pœnæ, quando uſuræ in aliquo loco publicè, & palam frequentantur; tunc enim quamvis conſuetudo, etiamſi eſſet totius orbis, contractum uſurarium validum facere non poſſet. Conciol. *alleg.* 1. *for. n.* 57. *& verb. uſura*, *reſol.* 1. *n.* 6. Begnudel. *verb. uſura*, §. 6. *n.* 32.

49 Excuſat tamen conſuetudo uſurarium a pœnis, & ut criminaliter puniri non poſſit. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 97. Leotard. *de uſur. quæſt.* 99. *n.* 4. Farinac. *de pœn. temper. quæſt.* 95. *n.* 5. Cyriac. *contr.* 169. *n.* 30.

50 Limita quartò, quando uſura exacta eſt modica, ſeu minima; modicitas enim rei excludit dolum, ſine quo nemo dicitur delinquere; tradit cum multis Conciol. *verb. uſura*, *reſol.* 2. *n.* 11. Begnudel. *ſuprà n.* 33.

51 Nota, quòd in hoc crimine uſuræ procedi debet ſimpliciter, ac de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii. *Clemen.* 2. *de judic.*, quando cauſa intentatur in foro Eccleſiaſtico, aliter quando repetuntur in foro ſeculari contra laicum; tunc enim intentari poteſt judicium ordinarium, ut tradit Begnudel. *verb. uſura*, §. 7. *n.* 36.

52 Quæres, utrùm ſit uſurarius contractus ille, in quo aliquis à mutuatario, ſeu debitore aliquid recipit ultra ſortem, eo quòd ſuſceperit mutuans, aut creditor in ſe periculum? Reſpondetur eſſe uſurarium. Leotard. *de uſur. quæſt.* 27. *per tot.*, & cum multis Begnudel. *verb. uſura*, §. 8. *n.* 38.

53 Quæres etiam, an ſit uſurarius contractus, cum quis ſciens valorem monetæ brevi augendum mutuat alii pecuniam cum pacto, quòd illam reſtituat ſecundum valorem, quem habebit tempore reſtitutionis? Reſpondetur non eſſe uſurarium, ſecundum Begnudel. *verb. uſura*, §. 8. *n.* 39. cum aliis.

54 Quæres iterum, utrùm ſit uſurarius, qui emit creditum, vel chirographum minori pretio, licèt non adſit damnum emergens, aut lucrum ceſſans, aut periculum? Reſpondetur negativè; pecunia enim præſens magis æſtimatur, quàm futura, & minus æſtimatur actio

ad

ad rem, quam res ipſa: *text. in l. minus*, *ff. de reg. jur.*

55 Neque eſt uſurarius contractus, ſi promittatur intereſſe vulgò *a razaõ de juro* etiam inter perſonas, quæ mercaturam non exercent. Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 29. *verſic. Sed non erit uſurarius.* Per. *deciſ.* 84. *n.* 3. ubi tradunt judicatum.

56 Unde in hoc Regno Luſitano judicatur pro validitate contractus, in quo fine anni creditor pro pecunia mutuata quantitatem certam accipiat, ſcilicet uſque ad ſex, & quatuor pro centenario ratione probabilis intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis. Auguſt. Barb. *in auth. ad hæc n.* 7. *de uſur.* Peg. *for. cap.* 3. *n.* 700. Maced. *deciſ.* 30. *n.* 1. Cancer. 3. *var. cap.* 7. *n.* 7. cum aliis Arouc. *alleg.* 9. *n.* 18. Add. *ad Reinoſ. obſerv* 9. *ad n.* 14.

57. Permiſſa fuit prædicta ſtipulatio, ſive hoc intereſſe *a razaõ de juro de cinco, ou ſeis e hum quarto por cento* in fine anni pro pecunia mutuata propter utilitatem commercii, & neceſſitates, quæ, elapſis temporibus, occurrerunt. Vanguerv. *p.* 4. *cap.* 19. *n.* 38. Arouc. *alleg.* 9. *n.* 10.

58 Per hæc limitatur *Ord.* noſtra *in princip.* non obſtante ſententia negativa, quam refert Maced. *d. deciſ.* 30. *ex n.* 2. poſtquam *n.* 1. affirmavit contractus, qui apud nos vocantur *a razaõ de juro* pro pecunia mutuata, valere.

59 Non debetur hoc pecuniæ intereſſe *a razaõ de juro*, niſi quando de ea pactum ſit, & ſtipulationis nexu obligatio adſtringatur ex *text. in l.* 3. *cod. de uſur.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3. Arouc. *alleg.* 9. *n.* 12.

60 Quia cum ferè accedat ſtipulatio contractui in ſorte principali, qui cùm ſit ſtricti juris, non niſi ex ſtipulatione poſſunt promiſſæ uſuræ poſtulari; *arg. text. in l. ſi quid adſtringendæ*, *ff. de verb. oblig.*

Nota, quòd ſi celebretur contractus, in quo promittatur aliquid ultra quantitatem ſex & quarti pro centenario uſurarius erit, & contra jus, ut tradit Vanguerv. *d. p.* 4. *cap.* 19. *n.* 40. ſed vide infrà *in* §. 7. *hujus tit. ex n.* 3. ubi videbis quantitatem taxatam, quæ hodie pro intereſſe *a razaõ de juro* præſtari debeat pro pecunia mutuata. 61

Nota, quòd uſurarum ſtipulatio, adjecto, & limitato tempore unius anni ſufficit, ut iſta taxatio, & ejus obligatio duret, quouſque ſors principalis perſolvatur per tacitam cum ſua qualitate prorogationem; tradit Arouc. *ſuprà n.* 21. 62

Nota, quòd in illo caſu, quo licitè poſſit intereſſe recipi, numquam eſt licitum aliud intereſſe ejuſdem intereſſe, vel uſura ipſius uſuræ, nec acceſſio acceſſionis, hoc enim prohibitum invenitur tam jure Canonico, quàm Civili; *l. placuit*, *ff. de uſur. l. ſi non ſortem*, *ff. de condit. indeb.* Phœb. *deciſ.* 201. *n.* 1. ubi multa. 63

Nec etiam in ſtipulationem, ſive in pactum deduci poſſunt uſuræ uſurarum, & ſi deducantur, ſive fuerint pactæ, non datur actio, ſed imò potius denegatur; *l. Præſes*, *ff. de re jud. l. improbum*, *cod. ex quib. cauſ. infam. l. ut nullo modo*, *cod. de uſur.*, quia adverſantur etiam juri Divino, & Canonico, ut tradunt DD. *in cap. in omnibus de uſur.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *n.* 34. 64

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Gener fructus pignoris pro dote promiſſa lucrari poteſt, nec in ſortem principalem computare tenetur.*
2 *Ideo maritus lucratur pignoris fructus, quia non ſufficiunt ad onera matrimonii ſupportanda.*
3 *Oſtenditur alia ratio, cur maritus fructus pignoris percipere poſſit, nec eos in dotem imputare teneatur, remiſſivè.*
4 *Ampliatur primò, etiam interpoſito pacto, quod interim certum præſtetur donec dos ſolvatur, remiſſivè.*
5 *Frater viro ſuæ ſororis certam quantitatem dotis ſolvere promittens, pacto deficiente in ſolutione, tempore expreſſo, ad fructus tenetur, matrimonio conſtante.*
6 *Ampliatur ſecundò, quando ab extraneo promittitur dos, remiſſivè.*
7 *Ampliatur tertiò, in Abbatiſſa, quæ certam quantitatem pecuniæ recipère poteſt, donec Conventui dos promiſſa pro novitia ſolvatur.*
8 *Ampliatur quartò, quamvis maritus per decennium tacuerit intereſſe dotis non petens.*
9 *Quamvis maritus dotem receperit ſine proteſto, remiſſivè.*
10 *Ampliatur quintò, ſive dos conſiſtat in pecunia, ſive in fundo, &c.*
11 *Limitatur, remiſſivè.*
12 *Ampliatur ſextò, licèt à principio quantitas dotis non aſſignetur, ſed arbitrio tertii declaranda.*
13 *Ampliatur ſeptimò, licèt dos promittatur uxori, & non marito.*
14 *Uſuræ dotis præſcribuntur ſpatio triginta annorum.*
15 *Limitatur primò, quando matrimonium ſolvitur morte; quia fructus dotis non ſolutæ amplius ſolvi non poſſunt pro intereſſe matrimonii.*
16 *Limitatur ſecundò, quando matrimonium diſſolvitur morte mariti.*
17 *Limitatur tertiò, quando per divortium diſſolvitur matrimonium.*
18 *Limitatur quartò, licèt ſuperſint filii marito, mortua uxore, vel è contra.*
19 *Oſtenditur contrarium diſſolutum, remiſſivè.*
20 *Limitatur quintò, quando maritus onera matrimonii non ſuſtinet, ſed ſocer, aut extraneus.*
21 *Limitatur ſextò, quando maritus dilationem ſolvendæ dotis dediſſet, remiſſivè.*
22 *Fallit pacto, quòd currant uſuræ dilatione pendente, &c. remiſſivè.*
23 *Limitatur ſeptimò in pacto excedente intereſſe certum à lege, ſtatuto, aut conſuetudine taxatum, remiſſivè.*
24 *Uxori non competit actio ad dotis fructus, ſed viro.*
Fallit, ſtante ſtipulatione notarii pro omnibus, ibid.
25 *Soluto matrimonio, aliquid ultra ſortem accipitur non computatum in ſortem, erit uſurarium.*

Probatur ex hoc §. 1., quòd quando ſocer genero tradit in pignus poſſeſſionem, vel fundum pro 1

pro dotis ſecuritate, gener lucratur fructus pignoris, nec illos in ſortem principalem cumputare tenetur, quod procedit tam de jure Canonico, quàm Civili; *text. in l. inſulam*, §. *uſuras*, *ff. ſolut. matr. text. in cap. ſalubriter de uſur.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. & Gonzal. *n.* 3. Cabed. *deciſ.* 123. *n.* 2. Cald. *conſ.* 14. *ſub n.* 15. Gom. *in l.* 50. *Taur. n.* 30.

2 Ratio autem, cur maritus in hoc caſu lucratur pignoris fructus, nec illos in ſortem principalem computat, eſt, quia frequenter dotis fructus non ſufficiunt ad onera matrimonii ſupportanda, ut tradunt Cabed. & Auguſt. Barb. *ſuprà.*

3 Gonzal. *ad d. text. in cap. ſolubriter de uſur. n.* 3. aſſerit maritum in præſenti, ideo fructus pignoris percipere poſſe, nec teneri eos in dotem imputare, quia non illos recipit ratione mutui, nec dilatæ ſolutionis dotis, ſed ex illa cauſa, nempe quia uxorem alit, & ſuſtinet onera matrimonii, quæ ſocer ſuſtinere debebat, ideo non tenetur fructus pignoris in dotem computare, ut ipſe tradit Gonzal. ſi ſcire velis alias interpretationes, conſule Cabed. *ſuprà ex n.* 3.

4 Amplia primò concluſionem ſuprà poſitam etiam in caſu, quo pactum fuerit, quòd interim quid certum detur donec dos ſolvatur pro oneribus matrimonii ſuſtinendis; quia ſi marito conceditur, ut ei liceat rei pignoratæ fructus lucrari donec dos ſolvatur, ut ſuprà dixi, eadem ratione licebit in hoc caſu, cum nulla appareat differentiæ ratio inter utrumque, imò eadem pro ſupportandis oneribus matrimonii, quæ ratio in uno, & alio caſu militat. Neguſ. *de pignor. p.* 5. *membr.* 5. *n.* 16. & tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3.

5 Quare ſi frater promiſerit viro ſuæ ſororis ſolvere certum dotem tempore certo, pacto quòd ſi in ſolutione defecerit tempore expreſſo teneretur ſolvere fructus, dubium non eſt teneri ad fructus, conſtante matrimonio, ex prædicto pacto, quod procedit, & locum habet, quando dos in pecunia promittitur, ut tenet cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n* 3. *verſic. Unde.*

Amplia ſecundò prædicta procedere non ſolùm, quando dos promittitur à ſocero generi, ſed etiam quando promittitur ab alio quocumque extraneo. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. 6

Amplia tertiò cum Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6. in matrimonio ſpirituali contracto à Moniali per Religionis profeſſionem, quia Abbatiſſa certam pecuniæ quantitatem recipere poteſt, donec Conventui dos promiſſa pro novitia profitenti ſolvatur. 7

Amplia quartò, licèt maritus per decennium tacuerit intereſſe dotis non petendo, adhuc enim illud petere poteſt; quia non cenſetur remiſſio. Valaſc. *conſ.* 8. *n.* 9. Petr. Barb. *in l. quæ dotis* 34. *n.* 46. *verſic. Hæc tamen*, *ff. ſolut. matr.* 8

Et hoc procedit, quamvis maritus dotem ipſam receperit, nulla adhibita proteſtatione de petendis uſuris, quando uſuræ debentur jure actionis; quia promiſſæ fuerunt. Valaſc. & Auguſt. Barb. *ſuprà.* 9

Amplia quinto, ſive dos conſiſtat in pecunia, ſive in fundo, ſive in mobilibus jocalibus, & aliis mulieribus ornamentis; *l fin.* §. *præterea*, *cod. de jur. dot.* Hermoſilh. *in l.* 10. *tit.* 1. *p.* 5. *gloſ.* 4. *n.* 153. 10

Quod limita, quando bona mobilia non dantur æſtimata, tunc enim non debentur à die moræ, ſed à die litis conteſtationis. Hermoſilh. *ſuprà n.* 154. 11

12 Amplia ſextò concluſionem, etiamſi à principio contractus matrimonii quantitas dotis non aſſignetur, ſed arbitrio tertii declaranda committatur. Hermoſilh. *ſuprà n.* 155. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8.

13 Amplia ſeptimò, etiamſi dos promiſſa ſit uxori, & non marito, ſi marito nomen promittentis in dotem dederit. Hermoſilh. *ſuprà n.* 156.

14 Sed prædictæ uſuræ dotis non ſolutæ peti non poſſunt poſt triginta annos, quod eſt legitimum tempus ad præſcribendum, ut tradit Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ* 2. *p.*6. *n.* 17.

15 Limita concluſionem hujus textus ſupra poſitam primò, non procedere ſoluto matrimonio morte cujuslibet conjugis, ut probatur ex noſtro textu verſic. *Porque*; quia titulus dotis extinctus eſt, & fructus amplius non poſſunt ſolvi pro intereſſe matrimonii, & ceſſant onera ipſius. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. ſalubriter de uſur. n.* 8. Hermoſilh. *in l.* 10. *gloſ.* 4. *tit.* 1. *p.* 5. *n.* 163. Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 47. *n.* 25.

16 Limita ſecundò, quamvis per mortem mariti diſſolvatur matrimonium, ut tradit cum multis Hermoſilh. *ſuprà n.* 164.

17 Limita tertiò, etſi per divortium diſſolvatur matrimonium, ut cum DD. cit. ab Hermoſilh. *ſuprà n.* 165.

18 Limita quartò, quamvis ſuperſint filii marito, mortua uxore, vel è contra; quia ceſſat ratio textus ſcilicet alimentatio uxoris, in quo principaliter conſiſtunt onera matrimonii ſupportanda. Hermoſilh. *ſupra n.* 166. Auguſt. Barb. *ſuprà d. n.* 8. *verſic. Declara.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 47. *n.* 26.

19 Sed contrarium hujus limitationis refert Hermoſilh. ſcilicet ſtantibus filiis uſuras deberi ſed reſpondetur ſecundum illum *n.* 168., quòd onus matrimonii conſideratur ſolùm in alenda uxore ſecundum dotis quantitatem; & quamvis filii ſint reliquiæ matrimonii, & ex dodote matris ſint alendi, hoc intelligitur, conſtante matrimonio; illo enim ſoluto, debet pater illos de ſuo alimentare, ut cum multis juribus, & Doct. tradit ipſe Hermoſilh. *ſupra d. n.* 168.

Limita quintò, quando non maritus ſuſtinet onera matrimonii, ſed ſocer, aut extraneus ea ſuſtinet; tunc enim maritus non poteſt conſequi dotis uſuras; qui uxorem non alit; cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 10. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6 *gloſ.* 2. *p.* 1. *n.* 4. 20

Limita ſextò, quando poſt pactum de recipiendo aliquid pro intereſſe maritus dilationem ſolvendæ dotis dediſſet; quia data dilatione in conſequentiam voluiſſe videtur, ut intereſſe conquieſceret. Auguſt. Barb. *ſuprà in d. cap. ſalubriter. de uſur. n.* 11. cum aliis Hermoſilh. *ſuprà n.* 205. 21

Quod fallit, quando adeſt pactum, quòd currant uſuræ, dilatione pendente, vel quando dilatio datur, donec in annuis redditibus dos inſumeretur. Hermoſilh. *ſuprà n.* 206. *&* 207. *& ſeqq.* 22

Limita ſeptimò, in pacto excedente intereſſe certum à lege, vel ſtatuto, aut conſuetudine taxatum, quia eſſet nullum, & uſurarium, quamvis maritus, ſublato pacto, agere poſſet via ordinaria ad illud, quod plus intereſt ratione danni emergentis, aut lucri ceſſantis, ſi pecunias ad manum habuiſſet, mercaturque fieret. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12. 23

Nota, quòd uxori non competit actio ad dotis fructus promiſſæ, ſed viro; tradit Conciol. *ad ſtatut.* 24

Eu-

Eugub. rub. 47. *n.* 28. ubi quòd fallit, ſtante ſtipulatione notarii pro omnibus, quorum intereſt, ut tradit Conciol. *ipſe n.* 29.

25 Si verò ſoluto matrimonio, aliquid ultra ſortem principalem accipiatur, quod non computetur in ſortem, erit uſurarium, ut probatur ex noſtro textu, verſic. *E em outra maneira todo o ganho, que ſe da hi levaſſe ſem deſconto ſeria uſura.*

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Quando emptor, & venditor convenerint, ut reſtituto pretio emptori intra certum tempus, venditio reſcindatur, & res vendita venditori tradatur, emptor facit fructus ſuos à tempore traditionis, donec pretium ſibi reſtituatur.*

2 *Sed emptio debet eſſe juſto pretio, aliàs cum modicitate pretii, eſſet contractus uſurarius, neque valeret.*

3 *Parvitas pretii per hominem ſolitum fœnerari facit contractum uſurarium.*

4 *Quomodo æſtimetur parvitas, ſive modicitas pretii.*

5 *Fructus pendentes ad redimentem ſpectant.*

6 *Fructuum diviſio pro rata eſt facienda.*
Si venditio juſto pretio fierit, ibid.

7 *Quomodo, & quando diviſio pro rata ſit facienda.*

8 *Emptor fructus perceptos poſt moram reſtituet, remiſſivè.*

9 *Accreſcentia fundo per alluvionem ad emptorem pertinent.*

10 *Periculum ſpectat ad dominum, ad quem tranſit dominium, perfecto contractu.*

11 *Periculum rei venditæ ad emptorem pertinet, qui pretium venditori ſolvere tenetur.*

12 *Venditor rem liberam tradere tenetur, & emptorem defendere ſuis expenſis.*

13 *Utrùm venditor ratione rei non liberæ traditæ agere poſſit ad pretium? remiſſivè.*

Probatur ex hoc §. 2., quòd ſi venditor, & emptor in contractu emptionis, & venditionis convenerint, quòd reſtituto pretio emptori per venditorem intra certum tempus, vel quando voluerit, reſciſa venditio fuiſſet, & res vendita reſtituatur venditori, emptor fructus ſuos facit à tempore poſſeſſionis, vel traditionis ſibi factæ virtute venditionis, uſque ei pretium, quod dedit, reſtituatur, ut etiam probatur ex alia *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 4. *in princip.* Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 2. *cod. de pact. inter empt. & vend. n.* 1. & 60. 1

Sed ad hoc requiritur, quòd emptio cum pacto illo fiat juſto pretio; quia ſi res vendita fuiſſet in illo pacto cum modicitate pretii, remaneret contractus uſurarius, & non valeret, ut probatur ex hoc §. 2. *verſic. E iſto*: ſimilis eſt *Ord. in hoc lib.* 4. *tit.* 4. §. 1. Cardoſ. *verb. emptio*, *n.* 53. ac proinde fructus ſuos non faceret emptor. 2

Et ita illud pactum, & parvitas pretii per hominem ſolitum fœnerari facit contractum uſurarium; *cap. ad noſtram*, ubi DD. *de empt. & vend. gloſ. in cap. conqueſtus de uſur. Ord. hoc lib. d. tit.* 4. §. 2. & ibi Silv. Videndus Auguſt. Barb. *in d. cap. conqueſtus de uſur. n.* 10. 3

4 Parvitas, ſive modicitas pretii æſtimatur in quartæ partis diminutione juſti pretii; ut tradit *Ord. hoc lib. d. tit.* 4. §. 1., ad quem refertur *Ord.* hîc, & tradit Silv. *ad d. Ord. n.* 3. & utrùm pactum de retro minuat valorem rei? Vide Cald. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n.* 83. & multos, quos refert Auguſt. Barb. *ad text. in cap. conqueſtus de uſur. n.* 11.

5 Nota, quòd fructus pendentes ſpectant ad eum, qui redemit; tradit cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi fundum* 2. *cod de pact. inter empt. & vendit. n.* 61.

6 Sed quòd diviſio fructuum pro rata ſit facienda; tradit cum multis idem Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 62. quod intelligitur, quando retro venditio facta fuit eodem pretio, quo res fuit empta; ſecus verò ſi tantum convenitur, ut emptor retrovendere teneatur; quia intelligitur *pro juſto pretio*, ut tradit idem *Auguſt. Barb. ſuprà n.* 63.

7 Unde ſi terra fructus producit ſingulo anno, ut vinea, ſi redimatur die Septembris, ante omnia deducuntur ſumptus, & de reſiduo fiunt duodecim partes, & reliquæ partes emptori, & ſic de cæteris; ut tradit idem Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 64. quem vide.

8 Nota, quòd fructus poſt moram perceptos tenetur emptor reſtituere; cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà ad d. text. in l.* 2. *cod. de pact. inter empt. & vendit. n.* 65. ubi rationem præſtat, quia per oblationem pretii purificatur hoc pactum, intellige quando offerens ulterius interpellet emptorem, ut impleat ex parte ſua; quia tunc fructus ad offerentem pertinent; cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà d. n.* 65.

9 Nota, quòd accreſcentia fundo per alluvionem ad emptorem revendentem pertinent. Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 6. & cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 66.

Nota, quòd periculum ſemper 10 ſpectat ad dominum illius, ad quem dominium tranſit, perfecto contractu, & aliter non; *l. neceſſariò*, ubi DD. *ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. pignus, cod. de pign. act.*

Nota, quòd periculum rei ven- 11 ditæ, & illius interitus ad emptorem pertinet, & tenetur pretium venditori ſolvere. Antunes *in rub. de empt. n.* 62. *& ſeqq.* plures limitationes tradit, videndaque *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 8. & ibi Silv.

Nota, quòd venditor tenetur 12 rem liberam tradere, & emptorem defendere ab omni moleſtia ſuis expenſis; *l. ſuo victu, ff. de oper. libert. l. ſtipulationes, ff. de verb. ſignif.*

Quæres, an venditor ratione 13 rei non liberæ traditæ agere poſſit ad pretium rei? Negat Merlin. *deciſ.* 574. *n.* 4. quia repellitur exceptione non implementi, & rei liberæ non traditæ; *l. emptione*, §. *vacua*, & §. *fin. ff. de act. empt.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 411. *n.* 10.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Venditor in mora tradendi rem venditam, perfecto contractu, & pretio ſoluto, emptori fructus tenetur reſtituere; quia ad emptorem pertinent.*

2 *Procedit in fructibus pendentibus, & immaturis tempore venditionis, qui cenſentur pars fundi, niſi aliud pactum fuerit.*

3 *Si venditio fiat, collectis, & ſe-*

ſeparatis fructibus à ſolo, non dicuntur pars fundi, & ad venditorem ſpectant.

4 *Fructus pertinent ad eum, qui dominium habet.*

5 *Sunt illius, qui eſt dominus fundi, licèt alius ſemen poſuerit.*

6 *Intelliguntur, deductis expenſis.*

7 *Fructus pendentes tempore venditionis augent valorem rei.*

8 *Emptor in mora ſolvendi pretium, re tradita, uſuras pretii non ſoluti ſolvere tenetur.*

9 *Quamvis venditor promiſſa ex parte ſua non adimpleverit, remiſſivè.*

10 *Nulla incurſa mora contrahentium, neque emptor fructus, neque venditor uſuras pretii exigere poteſt, remiſſivè.*

11 *Venditor ratione æqualitatis petere poterit uſuras adverſus emptorem agentem ad fructus.*

12 *Emptor venditori uſuras ratione fructuum perceptorum præſtare tenetur, remiſſivè.*

13 *Etiam in caſu, quo ex dilatione ſolutionis nullum damnum venditori ſequatur, nec ullum lucrum amittat, remiſſivè.*

14 *Fructus recompenſativi non debentur ab emptore, cui res evicta fuit, nec dolo deſiit poſſidere.*

15 *Nec quando nullos fructus ex re empta percipere potuit.*

16 *Emptor in poſſeſſione, & habens facultatem fructus percipiendi, tenetur ad fructus compenſativos, quos percipere poterit, licèt non perceperit.*

17 *Emptor tenetur ad uſuras pro portione pretii non ſoluti, remiſſivè.*

Pro ea parte, qua pretium ſolvit, fructus ſuos facit, ibid.

18 *Utrùm data dilatione emptori ad ſolvendum pretium, validum ſit pactum inter emptorem, & venditorem, quòd aliquid annuum ſolvatur, donec pretium fuerit ſolutum? remiſſivè.*

19 *Limita, ſi venditor habuit fidem de pretio, & terminum dedit emptori ad ſolvendum, & non fuit actum de intereſſe, remiſſivè.*

20 *Prædicta habent locum in rerum immobilium venditione, & quando res mobiles fructiferæ venduntur.*

PRobatur ex hoc textu in hoc §. 3., quòd venditor, qui eſt in mora rem venditam tradendi, perfecto contractu, & poſt pretium ſolutum, tenetur emptori reſtituere fructus, qui poſt venditionem perfectam ad emptorem pertinent; *text. in l. fructus in princip. cod. de act. empt.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. & 2. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 7. & ibi Far. *n.* 54. 1

Quod locum habet, & procedit in fructibus pendentibus, & immaturis, tempore venditionis; quia dicuntur pars fundi, & intelliguntur venditi cum ipſo fundo, niſi aliud conventum fuerit inter contrahentes; *l. fructus pendentes, ff. de rei vendic.* Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 3. Cardoſ. *verb. fructus, n.* 11. 2

Quando verò venditio fieret, collectis, & ſeparatis jam fructibus à ſolo, tunc namque non dicuntur pars fundi, ideoque non veniunt in venditione, ſed ſine dubio ad venditorem ſpectant; *l. ſi ſti-* 3

ſtipulatus, *ff. de uſur.* cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 4. Gom. 2. *var. cap.* 2. *n.* 11.

4 Nota, quòd fructus ſpectant ad eum, qui dominium habet; *text. in l. Herennius*, *ff. de evict. l. ſi dominium*, *cod. de pignor. l.* 2. *&* 3. *Cod. de pignor. act.*

5 Nota, quòd fructus ſunt illius, qui eſt dominus fundi, etiamſi aliquis ſemen poſuerit; *l. qui ſit in princip. ff. de uſur.*

6 Nota, quòd fructus intelliguntur, deductis expenſis; *l. fructus*, *ff. ſolut. matr.* & cum multis Auguſt. Barb. *Report. pract. concl. verb. fructus*, *pag. mihi* 97. *col.* 2. Cardoſ. *verb. fructus*, *n.* 7.

7 Nota, quòd fructus pendentes tempore venditionis augent valorem rei; *l. in lege Falſidia*, *ff. ad l. Falſid.* Valaſc. *de part. cap.* 28. *n.* 3. & cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſuprà.*

8 Probatur etiam ex noſtro textu *in hoc §.* 3. verſic. *E bem aſſim*, quòd emptor, qui eſt in mora ſolvendi pretium poſt rem traditam, uſuras pretii non ſoluti ſolvere tenetur; *text. in l. curabit*, *cod. de act. empt.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. cum multis Giurb. *deciſ.* 100. *n.* 15.

9 Amplia procedere, etiamſi venditor promiſſa ex parte ſua non adimpleverit; quia per non implementum venditoris non minuitur uſus rei venditæ, cujus uſus contemplatione iſti fructus debentur recompenſativi, ne emptor locupletur cum aliena jactura; ut tenet Auguſt. Barb *ſuprà n.* 3.

10 Quando nullus ex contrahentibus incurrit moram, veluti ſi venditor rem, & emptor pretium retinuerit, nec hic fructus, nec ille pretii uſuras poterit exigere; quia utrinque oppoſita exceptione, actio retroque excluderetur; tradit cum aliis Far. *ad Cov. lib.* 3. *cap.* 4. *ad n.* 7. *n* 55.

11 Unde in tali caſu venditor ratione æqualitatis petere poterit excipiendo uſuras adverſus emptorem agentem ad fructus; ut tradit Auguſt. Barb. *ſuprà proximè n.* 7.

12 In ſpecie noſtræ legis uſuræ ab emptore venditori præſtandæ debent eſſe recompenſativæ lucri, quod emptor ex fructibus percipit nec veniunt immediatè, nec ex traditione fundi facta per venditorem debentur, ſed potius quia emptor pretium retinens, etiam fructus rei traditæ percepit, quare non eſt æquum emptorem fruere, & pretio, ideo præſtare tenetur uſuras pro ratione fructuum perceptorum; ita cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 8.

13 Etiam in caſu, quo ex dilatione ſolutionis nullum damnum venditori ſit ſequutum, nec ullum lucrum amiſit; quia in continenti pretium non fuit ſolutum, emptor ad uſuras pretii non ſoluti reſpectu fructuum, quos ex re vendita percepit; tenetur Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 2. *verſic. Primo*, tenet Auguſt. Barb. *ſuprà in d. l. curabit*, *n.* 13. *cod. de act. empt.*

14 Sed non debentur fructus recompenſativi juxta æquitatem ab emptore, cui res vendita evicta fuit, & ſic illam non poſſidet, nec dolo poſſidere deſiit. Rot. Roman. *deciſ.* 564. apud Farin. *p.* 1. *recent. n.* 1. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 14.

15 Nec emptor tenetur ad fructus recompenſativos, ſi nullos fructus ex re empta percipere potuit. Cov. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 3. & ibi Far. *n.* 21. Auguſt. Barb. *ad text. in l. curabit*, *cod. de act. empt. n.* 16. 17. *&* 18.

16 Emptor verò, qui eſt in poſſeſſione, & habuit facultatem fructus percipiendi, quamvis non percepe-

ceperit, tenetur ad fructus compenſativos, quos percipere poterat; quia juris interpretatione perinde eſt, ac ſi eos percepiſſet. Petr. Barb. *in l. de Diviſ. ſub n.* 54. *ff. ſolut. matr.* Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 19.

17 Sicut etiam emptor, qui non integrum pretium, ſed partem venditori ſolverit, tenetur ad uſuras pro portione illa pretii non ſoluti. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 20. Cald. *de empt. cap.* 23. *n.* 26. quia pro ea parte, pro qua pretium ſolvit, facit fructus ſuos; ut cum multis tradit Cald. *proximè.*

18 Quæres, an data dilatione emptori ad ſolvendum pretium, validum ſit pactum inter emptorem, & venditorem, quòd aliquid annuum ſolvatur, donec pretium fuerit ſolutum? Et valere hujuſmodi pactum, quando res tradita erat de ſui natura fructifera, & intereſſe fructuum quantitatem non excedit, affirmant Petr. Barb. *in l. de Diviſ. n.* 71. *ff. ſolut. matr. & n.* 72. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *n.* 59. *de pact.* Hermoſilh. *l.* 28. *gloſ.* 2. *tit.* 5. *p.* 5. *n.* 45. *&* 46.

19 Quod limitatur, quando venditor habuit fidem de pretio, & terminum dedit emptori ad ſolvendum, & à principio non fuit actum de intereſſe; quia tunc licèt res eſſet fructifera de ſui natura, attamen venditor, dilatione pendente, non poterit intereſſe pretii non ſoluti petere. Valaſc. *conſ.* 8. *n.* 8. Petr. Barb. *in l. de Diviſ. n.* 68. *&* 70. *ff. ſolut. matr.* Hermoſilh. *l.* 28. *gloſ.* 2. *tit.* 5. *p.* 5. *n.* 48. Auguſt. Barb. *ad text. in l. curabit, cod. de act. empt. ſub n.* 21. *verſic. Quod ulterius reſtringitur.* Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 5.

20 Prædicta non ſolùm locum habent in rerum immobilium venditione, ſed etiam quando res mobiles fructiferæ venduntur. Scacc. *de commerc.* § 1. *quæſt.* 7. *ampl.* 8. *n.* 173. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 23.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus accipiens emphyteuſim in pignus, fructus perceptos in ſortem imputare non tenetur.*

2 *Limita in alio, qui non ſit dominus emphyteuſis, quia fructus in ſortem computantur; aliàs contractus eſſet uſurarius.*

3 *Dominus directus non percepit fructus ex re aliena, ſed ex re ſua; & ideo non computat in ſortem.*

4 *Quando emphyteuſis traditur illi in pignus, qui non ſit dominus, fructus percepti computantur in ſortem; quia non ex propria, ſed aliena re capit.*

5 *Pactum, quòd fructus non computentur in ſortem, non eſt validum.*

PRobatur ex hoc §. 4., quòd ſi dominus directus alicujus emphyteuſis eam accipiat ab emphyteuta in pignus, non tenetur fructus perceptos imputare in ſortem; quia dum emphyteuſis reperitur penes dominum, excuſatur emphyteuta à ſolutione penſionis, dominusque percipit fructus ex re ſua. Neguſ. *de pignor. membr.* 5. *p.* 5. *n.* 14. Cald. *de extinct. emphyt. cap.* 4. *n.* 53. Per. *de man. Reg. tom.* 2. *cap.* 69. *n.* 13. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 38. *n.* 29. Gonzal. *in cap.* 1. *de feud. n.* 3. 1

Sed hoc limitatur in alio, qui 2

non ſit dominus emphyteuſis; quia ſi emphyteuſim in pignus accipiat, fructus percepti ex pignore ſunt in ſortem computandi. Gonzal. *ad text. in cap. cum contra 6. de pignor. n.* 4. aliàs contractus erit uſurarius, & contrahentes in pœnas uſarariorum incident contentas in hoc tit. ut probatur ex hoc §. 4.

3 Unde ideo dominus directus fructus perceptos ex re emphyteutica computare non tenetur in ſortem principalem, quando emphyteuta ipſam emphyteuſim in pignus domino tradit; quia non ex re aliena percepit, ſed ex re ſua; tradunt Per. Neguſ. & Valaſc. *ſuprà.*

4 At verò, quando emphyteuta emphyteuſim alii dedit in pignus, qui non eſt dominus emphyteuſis, fructus percepti cumputantur in ſortem; quia non ex re propria, ſed ex aliena capit, & ideo tenetur computare fructus in ſortem principalem, ne contractus reddatur uſurarius.

5 Non valet enim pactum, quòd fructus non computentur in ſortem. Menoch. *caſ.* 110. *n.* 8. Surd. *de aliment. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 2.

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Lucrum, ſive intereſſe pecuniæ in omni caſu cambii eſt licitum, remiſſivè.*

2 *Cauſa juſtificativa cambii, quæ ſit, traditur, remiſſivè.*

3 *Cambia ut dicantur juſta, & realia, & ut talia debeantur, remiſſivè.*

4 *Literæ cambii, quando dicantur acceptatæ, remiſſivè.*

5 *Acceptatio literarum cambii tripliciter fit, remiſſivè.*

6 *Literis cambii non acceptatis, nec ſolutis, proteſtantur, & recurſus contra ſcribentem datur.*

7 *Scribens pecuniam reſtituere tenetur intereſſe cambii, & recambii.*

8 *Stylus mercantilis pro lege obſervatur inter mercatores.*

9 *Quando quis juxta ſtylum mercatorum ad ſolvenda cambia non obligatur, remiſſivè.*

10 *Conſuetudo inter mercatores notiſſima oſtenditur.*

11 *Non licèt creditori, acceptatis literis, redire ad debitorem, non faciendo diligentiam, niſi non acceptet, vel acceptatas non ſolvit.*

12 *Proteſtatio quomodo ſit facienda, quando literæ acceptari recuſantur, remiſſivè.*

13 *Utrùm competat prædictus recurſus, ſi reſpondens acceptavit, ſed ſolutionem non fecit? remiſſivè.*

14 *Traditur ſententia verior, remiſſivè.*

15 *Per acceptationem liberatur principalis non ſimpliciter, ſed conditione, ſi ſolverit, aliàs vetus actio inſtauratur.*
Nec creditor litem movere tenetur contra literas acceptantem, ſed contra ſcribentem, ibid.

16 *Idem, ſi reſpondens poſt acceptationem decoxerit, datur recurſus contra ſcribentem.*

17 *Limitatur, ſi creditor ſub fide acceptantis præſtitit quietationem de recepto ſcribenti.*

18 *Item quando creditor, acceptatis literis, aliquam dilationem fecit, vel fuit negligens in exigendo, remiſſivè.*

19 *Dilatio, vel negligentia modica non*

non imputatur illi, qui dilationem fecit.

20 *Si non decoxerit, ſemper datur recurſus contra ſcribentem, licèt diſtuliſſet per multum tempus; cambia verò non habebit.*

21 *Quando creditor, parte debiti recepta, acquieverit confidens, quòd reſiduum ſolvatur, ſuperveniat decoctio, periculum eſt creditoris, non ſcribentis*

22 *Literis cambii amiſſis, & à tertio inventis, qui ſe fingit creditorem, ſolutionem accepit, utrùm creditor amittat actionem contra ſcribentem? remiſſivè.*

23 *Literas cambii quilibet ſolvere poteſt pro honore ſcribentis, & acquirire contra eum utilem actionem negotiorum geſtorum, remiſſivè.*

24 *Literas cambii ſcribens, & acceptatis, amplius mandatum revocare non poteſt.*

25 *Literis cambii acceptatis, illarum ſolutio ab acceptante recuſari nequit, quamvis debitor decoxerit.*

26 *Etiamſi literæ remanſerint penes eum, cui ſunt ſolvendæ.*

27 *Procedit, quamvis, qui literas ſcripſit, decoxerit, poſt acceptatas, vel ante ſcriptas.*

28 *Reſtringitur, quando literæ acceptatæ continent ceſſionem, ſeu delegationem, remiſſivè.*

29 *Cambium eſt licitum inter illos, qui mercatores non ſunt.*

30 *Ampliatur in mulieribus, quæ ſuas pecunias campſori dare poſſunt ad negotiandum in cambiis.*

31 *Cambium ſiccum eſt illicitum, probibitum, & reprobatum, remiſſivè.*

32 *Literæ cambii expediri poſſunt v. g.* ſobre Pedro a pagar a ſi meſmo, *& traditur alius modus, remiſſivè.*

33 *Mercatoris liber pro ſcribente non probat, niſi adminiculatus, remiſſivè.*

34 *Licèt adminicula concurrant, pro ſcribente non crederetur, niſi in modicis.*

35 *Neque in præjudicium tertii probat.*

36 *Merces alienæ in mare projici poſſunt ad ſalvandas proprias.*

37 *Literæ cambii ex Inſulis venientes intra quod tempus ſolvendæ ſint?*

38 *Oſtenditur ratio, remiſſivè.*

39 *Diſpoſitio legis 25 Auguſti 1672 extenditur ad Conquiſtas cum declaratione, remiſſivè.*

40 *Quomodo literam cambii acceptans remanet obligatus ad ſolvendum, remiſſivè.*

41 *Ex literis proteſtatis Braſilis, &c. portatur recambium, remiſſivè.*

42 *Quid in literis portatis ex terris Regni ad alias per perſonas recipientes omnem partem ponderis? remiſſivè.*

43 *Qua æſtimatione ſit præſtanda moneta, remiſſivè.*

44 *Et quid quando poſt acceptationem literarum cambii augmentatur monetæ valor, remiſſivè.*

45 *De mutatione extrinſeca, vel intrinſeca monetæ.*

46 *Solutio fieri poteſt de moneta nova currenti, remiſſivè.*

47 *Quid quando certa ſpecies monetæ eſt in obligatione.*

48 *Quæ requirantur, ut ſit proba moneta, remiſſivè.*

49 *Monetam formare, cudere, approbare, & reprobare eſt de Regalibus.*

50 *Monetam falſam fabricans, qua pœna puniatur?*

51 *Domus, ſeu fundus, in quo fabricatur falſa moneta, fiſco applicatur.*

52 *Pecunia mercatoris pluris valet, quàm pecunia non mercatoris.*

1 PRobatur ex hoc §. 5. licitum eſſe lucrum, ſive intereſſe pecuniæ, vel quantitatis in omni caſu cambii de uno Regno, vel loco ad alium; ſicut etiam licitum eſt verum cambium, quando illicò datur in uno loco maior quantitas, ut minor in alio loco accipiatur, quod ita de jure permittitur propter expenſas, quas mercatores recipientes maiorem quantitatem faciunt in ſuſtentatione ſuorum cambiorum in locis, vel civitatibus, ubi ſunt, ut probatur ex hoc §. 5.

2 Cauſa juſtificativa cambiorum eſt neceſſitas, quam mercatores habere poſſunt, & ſolent devehendi pecunias ad loca nundinarum, ubi commercia exerceant, merces emendo. Salon. *diſp. de camb. p.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 2. *contr.* 1. Leotard. *quæſt.* 24. *n.* 36. *&* 37. Math. *de re crimin. contr.* 40. *n.* 131.

3 Ut cambia dicantur juſta, & realia, & ut talia debeantur, conſtare debet de literarum tranſmiſſione, & illarum aceptatione, & effectuatione; tradit cum aliis Auguſt. Barb. *in cap. naviganti de uſur. n.* 6.

4 Et dicuntur literæ cambii acceptatæ, quando à mercatoribus abſque contraditione receptæ fuerunt, ut tradit cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 7.

5 Quæ quidem acceptatio tripliciter fieri ſolet. Primò, quando is, ad quem literæ diriguntur, ad calcem ſcribit, *aceitada*, vel per aliquam extrinſecam ſcripturam hoc atteſtetur. Scacc. *de camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 333. Fontanel. *p.* 1. *deciſ.* 124. *n.* 11. Secundò, quando acceptatio fit coram teſtibus verbaliter. Scacc. *ſuprà n.* 334. Fontanel. *ſuprà d. n.* 11. Tertiò fit tacitè retinendo, recipiendoque literam abſque proteſtatione; *text. in l. ſi filiusfam. ff. ad Maced.* Scacc. *ſuprà n.* 335. *&* 336. Gam. *deciſ.* 336. *n.* 3.

Quando literæ cambii non acceptantur, neque ſolvuntur, proteſtantur, & datur recurſus contra ſcribentem. Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 52. *cap.* 14. *n.* 1. 6

Tuncque ſcribens non ſolùm pecuniam acceptam reſtituere tenetur, ſed intereſſe cambii, & etiam agi poterit ordinariè ad damnum emergens, ſi fortè detur. Per. *deciſ.* 126. *n.* 5. *&* 6. Peg. *ſuprà n.* 2. *& for. cap.* 14. *n.* 121. 7

Et ſic ſervat ſtylus mercantilis, qui pro lege obſervari debet inter mercatores, ſeu negotia tractantes. Valenzuel. *conſ.* 78. *n.* 2. 3. *&* 4. & tradit cum multis Peg. *for. cap.* 14. *n.* 122. 8

Sicut etiam juxta ſtylum mercatorum ſine controverſia admiſſum eſt neminem obligari cambia ſolvere, niſi quando in literis cambii, & pecuniæ ſub illis receptæ declaratur, quòd ſumitur ad tale negotium cum tali perſona, & ad illius commodum, & augmentum, & ſi propter aliquem reſpectum, & juſtam cauſam non poſſit declarari perſona, ad cujus utilitatem ſumitur, neceſſariò declarari debet in Epiſtola vulgò *Carta de aviſo*, ut ad perſonæ notitiam, quæ cambium ſolvere debet, deveniat; aliter non debetur, nec liquidari poteſt; ut tradit Peg. *ſuprà ad Ord. lib.* 1. *tit.* 52. *cap.* 14 *n.* 3. 9

Eſt etiam conſuetudo inter mercatores notiſſima, quòd nullo modo per literas vulgò *de aviſo*, pecunia ſolvitur, ſed per literas cambii, 10

bil, quæ directè ad hoc tendunt, ut is, ad quem diriguntur, pecuniam præſentatori perſolvat; quia epiſtola ſcripta ad narrationem præcedentis facti non inducit obligationem; ut omne tradit Gam. *deciſ.* 336. *n.* 4.

11 Nota, quòd non licet creditori, poſtquam literæ acceptatæ ſunt, redire ad debitorem, non faciendo diligentiam cum eo, ad quem diriguntur, ſed tantùm quando non acceptat, vel acceptatas non ſolvit in termino. Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 80. ubi quòd diligentia debet eſſe judicialis uſque ad executionem.

12 Proteſtatio, de qua ſuprà *n.* 5. cum notario coram recuſante acceptare literas cambii fieri debet de damnis, & intereſſe, & hac proteſtatione in ſcriptis habita, regreditur contra ſcribentem; aliàs abſque hujuſmodi proteſtatione literæ redduntur inanes, cùm non conſtet ſive reſpondentis, ſeu mandatarii culpà illas non fuiſſe ſolutas; tradit cum multis Mor. *n.* 79. ubi quòd intra Regnum cambia non ſunt in uſu.

13 Utrùm prædictus recurſus competat, quando reſpondens acceptavit literas, ſed ſolutionem non fecit? Aliqui putant per illam acceptationem fieri delegationem, novationemque, & ſcribentem manere liberatum. Parlador. *lib.* 3. *quotid. different. different.* 50. *&* 51. *n.* 3. Afflict. *deciſ.* 353. & alii.

14 Sed contraria ſententia videtur verior, quam ſequuntur Fontanel. *deciſ.* 124. *n.* 3. *& deciſ.* 125. *n.* 1. Gratian. *for. cap.* 64 *n.* 4. Per. *deciſ.* 27. *n.* 3. qui omnes tenent ſcribentem, ſeu debitorem ſola ſolutione liberari.

15 Per illam namque acceptationem fit tantum conſtitutum, quo acceptans ſe ſoluturum pollicetur, & liberat principalem non ſimpliciter, ſed illa conditione, ſi ſolverit, aliter vetus actio inſtauratur; *l. item verba*, §. *vetus*, *ff. conſtit. pecun.* Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 81. ubi tradit nec creditorem teneri litem movere contra literas acceptantem; quia ſibi patet recurſus contra ſcribentem. Per. *deciſ.* 126. *n.* 5.

Item ſi reſpondens poſt acceptationem literarum decoxerit, non impeditur recurſus contra ſcribentem; quia novatio, ſeu delegatio inducta non intelligitur. Fontanel. *deciſ.* 124. *n.* 8. & cum Per. *deciſ.* 126. Mor. *ſuprà n.* 82. 16

Quod fallit, quando creditor ſub fide acceptantis quietationem de recepto ſcribenti dedit, tunc namque verè facta eſt novatio. Per. *deciſ.* 27. *n.* 3. *& deciſ.* 127. *n.* 7. & cum iſtis, & Afflict. *deciſ.* 353. Mor. *ſuprà n.* 83. 17

Fallit etiam, quando creditor cambii, acceptatis literis ab illo, cui directæ ſunt, illi fecit aliquam dilationem, vel negligens fuit in illis exigendis; iſto enim caſu, durante illa dilatione, ſeu negligentia, ille mandatarius decoxerit, damnum erit illius, qui dilationem fecit, & ſcribens literas erit liberatus. Scacc. *de camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 325. 18

Si verò dilatio, vel negligentia in exigendo fuiſſet modica, præcipuè in literis paratæ ſolutionis, vulgò *à viſta*, tunc damnum non imputabitur illi, qui dilationem fecit. Per. *deciſ.* 126. *n.* 3. 19

Quando reſpondens non decoxerit, tunc ſemper poteſt creditor recurrere contra ſcribentem, quamvis diſtuliſſet per multum tempus, ſed cambia non habebit. Scacc. *ſuprà d. n.* 325. *verſic. Secus.* 20

Item fallit, quando creditor, parte debiti recepta à mercatore li- 21

teræ

teræ acceptatore, acquievit confidens, quòd reſiduum ſolvatur; quia ſi decoctio ſuperveniat, creditoris periculum erit, non ſcribentis; quia eſt facta delegatio. Per. *deciſ.* 126. *n.* 7. & cum illo Mor. *ſuprà n.* 87.

22 Literis cambii amiſſis, & à tertio inventis, qui fingendo ſe eſſe creditorem ſolutionem accipiat à *reſpondente*, an creditor amittat *actionem* contra ſcribentem? Reſpondetur creditorem non amittere actionem contra ſcribentem, ſed adhuc poſſe agere; quia quantitatis, ſeu generis non liberatur, niſi vera ſolutione. Scacc. *de camb. ſuprà d* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 340. Mor. *ſuprà n.* 91. ubi cum eod. Scacc. *n.* 343. limitat quando literæ non dicunt, ſolvet Petro, ſed portitori præſentium; & illi, qui tale ſignum portabit.

23 Nota, quòd literas cambii unuſquiſque ſolvere poteſt pro honore ſcribentis, & acquirit adverſus eum utilem negotiorum geſtorum actionem, quamvis ſit is, cui literæ dirigebantur, & mandatum recuſavit; quia poteſt tamquam tertius ſolvere; *l. ſolvendo*, *ff. de negot. geſt.* optimè Scacc. *de camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *ex n.* 356.

24 Nota, quòd literas cambii ſcribens, eis acceptatis, non poteſt amplius mandatum in eis contentum revocare, ut tradit Phœb. 2. *p. deciſ.* 207. *n.* 7.

25 Nota, quòd acceptatis literis cambii, non poteſt acceptans illarum ſolutionem recuſare, licèt debitor decoxerit; tradit Scacc. *de camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 327.

26 Quod procedit, ſive literæ cambii remanſerint apud eum, cui ſunt directæ, & præſentatæ, ſive ſint retentæ per præſentantem; quia acceptatis literis, ſolutionem recuſare non poteſt, dummodò clarè appareat de acceptatione per ſcripturam, vel per teſtes. Scacc. *ſuprà n.* 328.

Extende, ut procedat, licèt is, 27 qui literas ſcripſit, decoxerit illicò poſt accceptatas literas, vel jam fuiſſet decoctus ante ſcriptas literas. Scacc. *ſuprà n.* 329. *&* 330. Mor. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 72.

Reſtringe, ut non procedat, 28 quando prædictæ literæ cambii, quæ acceptantur, continent ceſſionem, ſeu delegationem, ſcilicet, quia ſcribens literas erat debitor illius, ad cujus favorem eas remittit, & is, ad quem diriguntur, erat remittentis, vel ſcribentis debitor; iſto enim caſu non cogitur acceptans adimplere, nec ſolvere. Scacc. *ſuprà n.* 331. & Mor. *ſuprà n.* 73.

Nota, quòd cambium eſt lici- 29 tum etiam inter illos, qui non ſunt mercatores, ut optimè tradit Scacc. *de camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 11. *n.* 1. *& ſeqq.*

Quod amplia in mulieribus, quæ 30 licèt mercatores non ſint, & non negotientur; attamen poſſunt ſuas pecunias dare alicui campſori, qui illas negotietur in cambiis pro ipſis mulieribus, ut tenet Scacc. *ſuprà d. ampliat.* 11. *n.* 9.

Nota, quòd cambium ſiccum 31 eſt illicitum, prohibitum, & reprobatum, ut quando qui recipit pecuniam, ſcit, aut ſaltem præſumit literas cambii verè non mitti extra Regnum ad locum deſtinatum, cum ibi debitor pecuniam non habeat ad ſolvendum literas, quæ mittuntur ad nundinas. Mend. à C. 1 *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 28. *verſic. Erit autem*, & continetur prohibitio in *Conſtit. Pii V.*

Nota, quòd literæ cambii poſ- 32 ſunt expediri v. g. *Sobre Pedro a pagar a ſi meſmo*, ut cum multis juribus tradit Phœb. *deciſ.* 210. *n.* 11. & ſi mercatores dicant, quando

do expediunt literas *a pagar a uſo* intelligitur intra duos menſes à die expeditionis; ut tradit Phœb. *ſuprà*. Mor. *lib.* 1. *cap.* 4 §. 3. *n.* 93. ubi multa.

33 Nota, quòd mercatoris liber regulariter pro ſcribente non probat, niſi adminiculatus, veluti ſi ſcriptor ſit valde legalis, & pro tali reputatus, atque ex circunſtantiis præſumatur, verum eſſe, quòd fuit ſcriptum; *Gloſ. in l. quædam*, §. *numularios*, *ff. de edend.* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 84.

34 Et quamvis hujuſmodi adminicula concurrerent, libro mercatoris pro ipſo ſcribente non crederetur, niſi in modicis tantum ſummis, non verò in magnis, licèt generalis extaret conſuetudo, mercatoris libris ſtandum eſſe. Tiraquel. *de jud. in exiguis*, *n.* 4. Gait. *loc. cit. n.* 123.

35 Multò minus probat in præjudicium tertii, qui fidei mercatoris illius ſe non commiſit. Cyriac. *contr.* 546. *n.* 31. *&* 107. Menoch. *de arbitr. caſ.* 91. *n.* 25. Eſcob. *de Ratiocin. cap.* 11. *n.* 27. Fachin. *lib.* 11. *contr. jur. cap.* 34.

36 Nota, quòd merces alienæ in mare projici poſſunt, ut ſalventur propriæ; quia ordinata charitas incipere debet à ſe ipſo, ut cum multis tradit Begnudel. *Bibliothec. jur. tom.* 3. *verb. Mercator*, *n.* 16. Scacc. *de camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *p.* 1. *n.* 73.

37 Nota etiam hìc, omnes literas cambii ex Inſulis venientes ſolvendas, & integrè ſatisfaciendas eſſe intra tempus, quo veniunt ad ſolvendum; & tranſactis 15 diebus, proteſtari non poſſunt, manente periculo, hoc eſt *o riſco*, contra illos, qui cambii literas recipere, ſive recuperare reliquerunt, ita ut illorum omiſſio tertio præjudicare non poſſit, ut ſtatuitur in extravag. 25 Auguſti 1672, quæ venit in *Collect.* 1. *leg. extravag. in hoc tit. n.* 1.

Quia juſtum non eſt pro authoritate propria, & particulari intereſſe demorari ſolutionem rei alienæ, manendo defraudatus in recuſſibus, & dilationibus exorbitantibus, qui pecuniam ſuam dedit, & pro illo literas accepit ſub fiducia, & veritate, quæ in mercatura ſemper obſervari debet, ut traditur in *d. extravag.* 38

Diſpoſitio prædictæ legis 25 Auguſti 1672 extenditur etiam ad Conquiſtas vulgò *do Braſil*, & ad omnes hujus Regni Luſitani, ut ſancitum fuit in alia lege *extravag.* 15 *Junii* 1714, ſed cum declaratione, quòd in ultimo die 15., de quibus in illa lege, auferantur proteſtationes, non factis ſolutionibus, ut declaratur in *l.* 15 *Junii* 1714. 39

Nota tandem, quòd omnis, qui literam cambii, vel aliam quamlibet mercantilem acceptaverit, remanet obligatus ad illius ſolutionem, licèt tempore, quo acceptavit, vel poſt acceptationem, mortuus, vel decoctus eſſet campſor vulgò *paſſador*, ſic & eadem forma, qua obſervatur in foris Aquilonis, ut ſtatuitur in *l.* 28 *Novembris* 1746, quæ venit in *d. Collect. ad hunc tit. n.* 3. 40

In literis proteſtatis Braſilis, Inſularum, vel aliarum partium ultramarinarum ad hoc Regnum, vel hujus Regni ad illas, vel ſint aſſecuratæ, *ou de riſco*, portatur cambium ſolitum in ſuis portibus abſque neceſſitate navigium nominandi, in quo currat periculum, hoc eſt *o riſco deſte avanço*, qui certus eſſe debet, & independens *de riſco*, ut diſponitur in *d. l.* 28 *Novembris* 1746. 41

In literis verò, quæ portantur ex 42

ex *unis* terris Regni ad alias per *perſonas*, quæ illicò receperunt omnem, vel partem ſui ponderis, vel negotii, obſtringantur iſtæ, quando literæ veniunt proteſtatæ, ad ſolvendum illi, qui pecuniam dedit, ultra ſuum capitale, & expenſas proteſtationis, quinque pro centenario de omni pecunia ex crumena ſua deprompta ad ſimilitudinem vulgò *de juro*, & hoc per *ſimplex* recambium, manente ſalvo creditori quolibet jure, quod habere prætendat ad magis, ut ſtatuitur in *d. l.*, quæ in caſibus ſimilibus occurrentibus obſervari jubetur.

43 Adverte, quòd moneta eſt præſtanda ad æſtimationem præſentem, & currentem tempore ſolutionis, licèt extrinſecè mutata fuerit, ita ut creditor illa debeat eſſe contentus, veluti ſi v. g. dedit aureos, aureos recipere debet, licèt eorum valor fuerit imminutus extrinſicè, vel auctus, niſi debitor fuerit in mora. Fachin. *lib* 2. *cap.* 9. Boer. *deciſ.* 327. Gail. *lib.* 2. *pract. obſerv. cap.* 73. & cum iſtis, & aliis Begnudel. *tom.* 3. *verb. Moneta*, *n.* 2.

44 Sed quando poſt acceptationem literarum cambii, non completo tempore ſolutionis, vel completo, & non ſolutis, vel jam acceptatæ eſſent, & poſt principium ſolutionis, augmentatur valor monetæ, ſolutio integrè eſt facienda juxta valorem, quem habebat pecunia tempore, quo literæ acceptatæ fuerunt, ut declaratur in *extravag.* 21 *Auguſti* 1688, de qua in *Collect.* 1. *ad hunc* §. *n.* 2.

45 Eſt autem monetæ mutatio, ſive augmentatio extrinſeca, cum tantùm fuit mutata æſtimatio, non verò materia. Intrinſeca quando fuit mutata materia, ut tradit Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 9. cum quo Begnudel. *verb. Moneta*, *n.* 3.

Solutio alicujus rei fieri poteſt 46
de moneta nova currenti, ſed tamen ad rationem bonitatis intrinſecæ antiquæ, quando moneta antiqua amplius non reperiatur, & ideo, ſi nova aucta ſit, augmentum non cedit commodo ſolventis, augmentum namque inde non provenit, quòd auri bonitas intrinſeca, & pretium in tanto valore creſcat, ſed quia monetæ minutæ cuduntur deterioris ligæ. Menoch. *conſ* 49. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 388. *n.* 10. *&* *ſeq.* Grat. *conſ.* 12. *n.* 51. & cum multis aliis Begnudel. *ſuprà n.* 6. & videndus Fachin. *ſuprà loc. cit.*

Quando verò certa ſpecies mo- 47
netæ eſt in obligatione, uti aurei in auro, eſt ſolvenda in eodem numero, & ſecundum bonitatem antiquam intrinſecam. Gratian. *diſc. for. cap.* 417. *ex n.* 17. Cyriac. *ſuprà n.* 13. *&* 14. Menoch. *conſ.* 138. 258. *&* 952. cum quibus, & aliis Begnudel. *ſuprà n* 7.

Moneta, ut ſit proba, tria re 48
quiſita habere debet, videlicet ponderis quantitatem, & publicam formam, & eſſe ex probata materia, aliàs enim dicitur falſa moneta; *text. in l.* 1. ubi DD. *ff. de contrah. empt.* & tradit cum multis Cardoſ. *verb. Moneta*, *n.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. quantò de jur. jur. n.* 5.

Monetas formare, illaſque cu- 49
dere, approbare, & reprobare eſt de Regalibus *Ord. lib.* 2. *tit.* 26. §. 3. *Ord. lib.* 5. *tit.* 12. *in princip.* Auguſt. Barb. *ad text. in cap. quantò* 18. *de jur. jur. ſub n.* 2. *verſic. Patris*, cum Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 25 & aliis, idem Auguſt. Barb. *in Report. pract. concl. verb. Moneta*, *pag. mihi* 152. *col.* 1.

Monetam falſam fabricans pu- 50
nitur

nitur pœna ignis, & bona illius fiſco applicantur; *Ord. lib. 5. tit. 12. in princip.* Auguſt. Barb *in d. cap. quantò de jur. jur. n. 10.* Cardoſ. *verb. Moneta, n. 3. l. 2. cod. de falſ. monet.*

51 Domusque, ſeu fundus, in quo falſa moneta fabricata fuit, licèt aliena ſit, fiſco applicatur, quamvis dominus ignoret, ſi ſit in loco propinquo; *text. in l. 1. cod. de falſ. monet. Ord. lib. 5. tit. 12. in princip. & §* 1. Multa hîc dicere poteram circa materiam falſæ monetæ, quæ cum pertineant ad titulum competentem, pro nunc cum iſtis ſum contentus.

52 Adverte differentiam inter creditorem mercatorem, qui negotiatur pecunias, ut is recipere poſſit intereſſe lucri, & creditorem non mercatorem, itaut pluris valeat mercatoris pecunia, quàm pecunia non mercatoris, ex quo non eſt parata ad negotiandum; ut tradit Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 8. ſub n. 225.*

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Contractus, quo quis minorem quantitatem præſtat, ad recipiendum maiorem, licèt periculum in ſe ſuſcipiat, eſt uſurarius.*

2 *Diſpoſitio textus declaratur, remiſſivè.*

3 *Recipere aliquid à debitore ultra principale non eſt boneſtum, ſed reprobatum, quanvis in ſe periculum ſuſcipiat.*

4 *Minus eſt, quod tardius ſolvitur, & plus, quod ſtatim recipitur. Plus eſt ſtatim dare, & minus poſt tempus dare, ibid.*

Contractus, in quo quis priùs minorem quantitatem præſtat, ut poſtea maiorem recipiat, quanvis omne periculum in ſe ſuſcipiat, eſt uſurarius, & ſi aliquis illum fecerit, uſurarii pœnas incurrit, ut probatur ex hoc *text. in hoc §. 6.* 1

Unde quando datur ſimpliciter pecunia itura per loca periculoſa, vel alias, & mutuans eam ſimpliciter ſuſcipit ipſius pecuniæ periculum, & pactus eſt ſibi dari aliquid ultra ſortem, non exprimendo an recipiat pro aſſecuratione, & ſuſceptione periculi, vel ratione mutui, præſumit lex, quòd pro mutuo, & aſſecuratio, ſeu periculi ſuſceptio fuit ad paliandam uſuram, & ſic ad tollendam iſtam paliationem uſuræ, ſub calore aſſecurationis lata eſt contiſtutio, ſive diſpoſitio hujus textus; facit *text. in cap. naviganti de uſur.* & ibi Auguſt. Barb. *ſub n. 2.* Valaſc. *conſ. 18, n. 4.* 2

Dicitur ergo uſurarius contractus, in quo quis aliquid ultra ſortem principalem recipit à debitore, licèt in ſe periculum ſuſcipiat; quia non lucrum honeſtum, ſed reprobatum à jure. Auguſt. Barb. *ſuprà n. 1.* Gonzal. *ad text. in cap. naviganti de uſur. n. 3.* 3

Nota, quòd minus eſt, quod tardius ſolvitur, & per contrarium, plus eſt, quod ſtatim recipitur; *l ſi is cui in fine, ff. de verb. ſignif. l. minus, ff. eod. l. ſolidum, ff. ſolut.* Et plus eſt ſtatim aliquid dare, & minus eſt poſt tempus dare; *§. plus, Inſtit. de fidejuſſ. & in §. plus autem, Inſtit. de act. cap. 1. in fin. de plus petit.* 4

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Præſtans pecuniam cambio maiori pretio, quàm foro valuit tempore cambii, ipſam amittit, & ſuſcipiens intra decem dies judici notitiabit, aliàs tantam pecuniam amittit, quantam recepit.*

2 *Pœnam in hac lege ſtatutam corretor cambii habebit*

3 *In Regno Luſitano prohibetur pecunia* a juro, ou a riſco *pro intereſſe excedente quinque pro centenario.*

4 *Etiam prohibetur abuſus dandi, & accipiendi pecuniam intereſſe unius pro centenario quolibet menſe inter mercatores.*

5 *Pœnæ, quibus puniuntur Tabelliones celebrantes ſcripturas pro maiori intereſſe quinque pro centenario, oſtenduntur.*

6 *Traditur pœna contra perſonas dantes pecuniam contra diſpoſitionem legis, remiſſivè.*

7 *De omnibus tranſgredientibus prohibitionem prædictam denuntiari poteſt publicò, vel ſecretò, remiſſivè.*

8 *Medietas pœnarum civilium ad denuntiatores publicos, vel particulares pertinebit, altera ad impenſas Relationis, remiſſivè*

9 *Pecunia vulgò* a juro, ou a riſco *mutuari non poteſt pro minori tempore unius anni, neque reſultabit actio ante annum*

10 *Non valet ſolutio etiam poſt annum, niſi in eodem foro, ubi celebratur mutuum.*

11 *Omiſſa forma legis, corruit actus.*

12 *Licèt omittatur in minimo.*

13 *Actus contra legis, vel ſtatuti prohibitionem non valet, licèt expreſsè non annullet.*

14 *Contractus vulgò* de ſeguro para dentro do Reino, ou fóra delle *fieri non poteſt.*

15 *Omnes procuratores, & commiſſarii intervenientes in fraudibus prædictas pœnas incurrent.*

16 *Utrùm prohibitio, & prædictæ pœnæ locum habeant in contractibus antea celebratis? remiſſivè.*

17 *Lex decidens caſum dubium, & opinativum comprehendit præterita, & caſus ante publicationem.*

18 *Lex non comprehendit præterita jam deciſa, remiſſivè.*

19 *Contractus celebrati ante legem* 17 *Januarii* 1757 *erant prohibiti, & prohibiti cenſentur ante illam.*

Contra jus factum pro non facto habetur, ibid.

20 *Quæ non permittuntur à jure, prohibita intelliguntur.*

21 *Contractus ante publicationem extravagantis redduntur nulli, remiſſivè.*

22 *Conſuetudo in contrarium non obſtat, remiſſivè.*

Conſuetudo legem vincere non poteſt.

23 *Contractus, quo aliquis pecuniam accipit* a juro, ou riſco *pro intereſſe excedente quinque pro centenario eſt uſurarius, nullus, & reprobatus.*

24 *Ex contractu uſurario non transfertur dominium; & alienans rem vendicare poteſt.*

25 *Contra factum proprium poteſt quis*

quis venire, ſi prohibeatur à lege.

1 POſtquam legislator ſuprà in §. 5. ubi dixi, declaravit cambia eſſe permiſſa, in hoc §. 7. ſtatuit, quòd nullus pecuniam cambio præſtet maiori pretio, quàm foro valuerit tempore cambii, aliàs pecuniam amittet, & ſuſcipiens pecuniam obligabitur notitiare judici loci, ubi caſus contingerit uſque ad decem dies; & ſi hoc non fecerit, amittet tantam pecuniam, quantam ſuſcepit, ut deducitur, & probatur ex hoc §. 7.

2 Et corretor, qui tale cambium fecerit, ſolvet pœnam ſtatutam in hac lege, ideſt *cem cruzados por cada vez*, & medietas harum pœnarum ad accuſatorem pertinebit, & altera ad Captivos, ut diſponitur in fine hujus §. 7.

3 Hodie in hoc Regno Luſitano, & ejus dominio prohibetur dari pecuniam vulgò *a juro, ou a riſco* pro intereſſe, quod excedat quinque pro centenario quoſibet anno, ut probatur ex *l.* 17 *Januarii* 1757, & hoc intereſſe quinque pro centenario eſt taxatio prædictæ legis in pecunia *a juro, ou a riſco* quolibet anno, quam taxationem contrahentes excedere non poſſunt, aliàs pœnas contentas in d. lege incurrent.

4 Non ſolùm in prædicta lege prohibetur intereſſe excedens quinque pro centenario, ſed etiam abuſus inter aliquos mercatores dandi, & accipiendi pecuniam mutuam cum intereſſe unius pro centenario quolibet menſe, ut ſtatuitur in illa lege.

5 Quod quidem prohibetur non ſolùm pœnis ſtatutis in hoc tit. contra uſurarios; ſed etiam Tabelliones, qui ſcripturas fecerint, in quibus ſtipuletur maius intereſſe ultra quinque pro centenario, ſua officia amittent, ſi fuerint proprietarii, vel ejus valorem, ſi fuerint ſerventuarii, & in exilium pro ſex annis ad Regnum Angolæ, ut in *d. l.* diſponitur in princip.

In prædicto exilio incurrent 6 etiam cumulativè perſonæ, quæ dederint pecuniam contra diſpoſitionem *d. l.* vel ſit per ſcripturam publicam, vel chirographum particularem, vel adhuc per verbalem conventionem, quod omne prohibetur in *d. l. in princip. verſic. No meſmo degredo.*

Et de omnibus ſuprà dictis Ta- 7 bellionibus, & perſonis tranſgredientibus hanc prohibitionem, denuntiari poterit publicò, vel ſecretò in hac Curia apud conſervatorem generalem vulgò *da Junta do Commercio*, vel apud alium Judicem criminalem hujus Regni, gravamine, vel appellatione ad Judices vulgò *dos feitos da fazenda*, ut probatur ex *d. l.* 17 *Januarii* 1757 *in princip. verſic. E de todos os ſobreditos.*

Denuntiatoribus publicis, vel 8 particularibus pertinebit medietas pœnarum civilium, alteraque medietas aplicabitur impenſis Relationis, ubi cauſa deciſæ fuerint in ultima inſtantia, ut ſtatuitur in *d. l. in fin. princip. verſic. Aos denunciantes*, quæ diſpoſitio fuit optima.

Statuitur etiam in *d. l.* ne illa 9 defraudetur ſub malitioſis prætextibus, quòd nullus, qui mutuaverit pecuniam vulgò *a juro, ou a riſco*, vel quolibet alio intereſſe, ad commercium maritimum mutuare illam poſſit pro minori tempore unius anni numerati ſucceſſivè à die obligationis, ex qua non reſultabit actio ad petendam eandem pecuniam mutuatam ante completum annum, ut probatur ex *d. l.*

verſic. *E para que eſta ley.*

10 Nec etiam ante prædictum annum aliqua ſolutio fieri poterit, quæ valida ſit, quamvis ſit facta poſt annum finitum mutui, niſi in eodem foro, ubi mutuum fuit celebratum, ut ex *d. l.* probatur in verſic. *Della naõ poderá reſultar acçaõ.*

11 Et ſi aliàs ſolutio facta ſit, non erit valida, quia prædicta *l.* dat formam ſolutionis, qua omiſſa corruit actus; *l cum hi*, §. *ſi Prætor*, *ff. de tranſact. l. traditionibus*, *cod. de pact. reg. quæ contra de reg. jur. in* 6.

12 Quod intellige, etiamſi omittatur forma legis in minimo; quia in minimo forma legis omiſſa, corruit actus. Tiraq. *de retract. convent.* §. 4. *gloſ.* 6. *n.* 31.

13 Nota, quòd actus contra legis, vel ſtatuti prohibitionem factus eſt nullus, etiam quòd eadem lex poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet; *l. non dubium in princip. cod. de legib.*

14 Nota etiam ex *d. l.* 17 *Januarii* 1757, quòd nec inter perſonas, quæ dederint, & acceperint pecuniam vulgò *a juro* ad commercium maritimum, contractus fieri poterit vulgò *de ſeguro para dentro do Reino*, *ou fóra delle*, & omne ſub pœnis ſupra ordinatis, ut probatur ex illa lege.

15 In prædictis pœnis incurrent non ſolùm partes contrahentes, ſed etiam cumulativè in ſolidum omnes, & quilibet procuratores, & commiſſarii recipientes, vel quocumque alio modo intervenientes in relatis fraudibus, ut diſponitur in illa lege 17 *Januarii* 1757; fraus enim, & dolus nemini debet patrocinari, adeo ut fraudem propriam alleganti non proſit. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 182. *à n.* 48. *&* 60. cum multis aliis Begnudel. *verb. fraus*, *n.* 4.

Quæres: utrùm prohibitio, & pœnæ prædictæ legis 17 *Januarii* 1757 habeant locum in contractibus ante illam celebratis? Videtur, quòd non, quia lex quando promulgatur, prohibet futura, non autem præcedentia, hoc eſt non extenditur ad præterita, ſed trahitur ad futura, niſi de illis expreſſam mentionem faciat; *l. legis*, *cod. de legib. text. in cap. cognoſcentes*, *text. in cap. ſi eo tempore*, ubi DD. *de elect. in* 6. Auguſt. Barb. *axiom.* 136. *n.* 22. Cardoſ. *verb. cenſus*, *n.* 23. *& verb lex*, *n.* 13. Begnudel. *verb. lex*, §. *ult. n.* 85. Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 115. 16

Quod limitatur, quando lex decidit caſum dubium, in quo erat opinionum contrarietas; tunc enim comprehendit negotia præterita, & caſus præcedentes, & pendentes ante publicationem. Reinoſ. *obſerv.* 24. *n.* 3. *&* 4. Portug. *ſuprà n.* 116. 17

Neque prædicta lex comprehendit præterita jam deciſa, nempe per ſententiam, rem judicatam, tranſactionem, quietationem, ſolutionem, præſcriptionem, & ſimilia, licèt in eadem lege expreſsè, & nominatim fieret mentio de præteritis; *l. cauſas*, *cod de tranſact.* cum multis Auguſt. Barb. *axiom.* 136. *n.* 23. Portug. *ſuprà n.* 118. *& ſeqq.* 18

Sed cum contractus, de quibus in prædicta lege 17 *Januarii* 1757 ante illam jam eſſent prohibiti per alias leges, & extravagantes, ut ſupponitur in illa, redduntur nulli etiam celebrati ante illam; quia factum contra jus pro non facto habetur; *l. jubemus*, §. *prædia*, *cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Cardoſ. *verb. factum*, *n.* 2. 19

Prohibita enim intelliguntur omnia, 20

nia, quæ à jure non ſunt permiſſa, vel conceſſa; *text. in l. Gallus*, §. *ille caſus*, *ff. de liber. & poſthum. text. in cap. Paſtoralis de appellat.* Petr. Barb. *in l. cum Prætor*, §. 1. *n.* 95. *ff. de jud.*

21 Cum ergo contractus, de quibus in extravaganti prædicta ante illam jam non eſſent à jure permiſſi, ſed imò potius reprobati, ideo redduntur nulli, & ſine effectu, licèt celebrati ante publicationem d. extravagantis.

22 Neque contra prædicta obſtat conſuetudo in contrarium ante prædictam extravagantem, nempe dandi, & accipiendi pecuniam vulgò *a juro*, *ou a riſco* pro intereſſe excedente quinque pro centenario quolibet anno, vel dandi, & accipiendi pecuniam inter mercatores pro intereſſe unius pro centenario quolibet menſe; quia conſuetudo legem vincere non poteſt, nec adverſus eam præferentiam habere; *l.* 2. *cod. quæ ſit long. conſuet.* cum multis Peg. *for. cap.* 1. *n.* 20. & *ad Ord. lib.* 1. §. 37 *gloſ.* 142. *n.* 12. Phœb. *deciſ.* 64. *n.* 2. & cum multis Guerr. *de invent. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 15.

Ante promulgationem prædictæ extravagantis 17 *Januarii* 1757 erant leges, ut illa ſuponit prohibentes illud ipſum, quod prædicta lex prohibet, & ideo conſuetudo in contrarium valere non poteſt, ut eſt ſuprà dictum.

23 Ex prædictis ſequitur contractum, in quo quis præſtat, vel accipit pecuniam vulgò *a juro*, *ou a riſco* pro intereſſe excedente quinque pro centenario quolibet anno, eſſe uſurarium, nullum, & reprobatum, ut probatur ex *d. extravaganti*, *text. in cap.* 1. & *per tot. de uſur.*

24 Et nunquam per illum contractum uſurarium transfertur dominium, quia lex reſiſtit, & venditor, vel alienans per contractum uſurarium rem vendicare poteſt; *text. in cap.* 1. *de uſur.* & *l. initio*, *cod. de pact. inter empt.* & *vend. l. in rem*, *ff. de reivind.* Cardoſ. *verb. uſura*, *n.* 11.

In hocque caſu poteſt quis contra proprium factum venire, utpote à lege prohibitum; *text. in l.* 1. *cod. de liberal. cauſ.* & *l. quemadmodum*, *cod. de agric.* & *cenſ. lib.* 11. & *l. murileguli*, *cod. de murileg. eod. lib.* 25

Ad §. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Mercator, vel alius merces vendere non poteſt, habita fide de pretio, per ſe, vel per alium, illis, qui notoriè non negotiantur, nec uti contractibus in hac lege, remiſſivè.*

2 *Vendere merces, credita pecunia, ut iterum redimat minori pretio per ſe, vel alium, eſt improbum, & execrabile.*

3 *Mercator merces vendens notoriè non negotiantibus, actionem amittit ad petendum pretium.*

4 *Sine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere poteſt.*

5 *Emptor, & ejus fidejuſſor non obligantur ratione talium contractuum.*

Ex facto contra legem nulla oritur obligatio, ibid.

6 *Contractus reprobatus à lege non operatur effectum.*

7 *Solutum virtute contractus reprobati repetitur conditione indebiti.*

8 *Non ſolùm reſpectu principa-*

palium, ſed etiam fidejuſſorum.

9 *Si contractus principalis non ſit validus, obligationes, & acceſſiones annullantur.*

10 *Traduntur pœnæ, quibus vendentes merces contra probibitionem legis puniuntur, remiſſivè.*

11 *Lex quamvis dura ſervatur, & illius caſus attenditur.*

12 *Quare delicta puniantur, remiſſivè.*

13 *Ceſſat probibitio in mercibus, de quibus quis neceſſitatem habet in domo ſua, remiſſivè.*

14 *Pœnam non meretur, qui facit permittente lege.*

15 *Quomodo probentur contractus in bac lege probibiti, remiſſivè.*

16 *Mercatores non poſſunt recipere pecuniam contentam in chirograpbo, vel ſcriptura, ſi Tabellio non affirmet vidiſſe numerari, & recipi, niſi probando per teſtes dignos videntes recipere, remiſſivè.*

17 *Probatio per ſcripturam non eſt efficax, ſed per teſtes fide dignos.*

Lex non eſt fraudanda, neque fraudibus aperienda eſt via, ibid.

18 *Quando Tabellio non affirmat vidiſſe numerare, & recipere pecuniam, non valet probatio per ſcripturam.*

Contra jus factum pro non facto babetur, ibid.

19 *An confeſſio à debitore facta in cbirograpbo ſe recipere pecuniam in factura chirograpbi ſufficiat, ut mercator pecuniam babere poſſit confeſſatam in cbirograpbo? remiſſivè.*

Quia mercatores ad celandas uſuras merces vendunt, habita fide de pretio pro tempore limitato, indigentibus, qui mercatores non ſunt, ſed ut in illis lucrentur, & ſtatim ipſis illas tradunt, & vendunt multò minori pretio, quàm emunt ad ſupplendas ſuas neceſſitates, vel illas aliis vendunt viliori pretio, quàm emerunt, ad habendam pecuniam, propter quæ non ſolùm in pretio, quo merces emunt, habita fide de pretio damnum recipiunt, ſed etiam in venditione illarum, & ultra prædicta obligati manent ad ſolvendum primum pretium, pro quo merces venditæ ſunt, & non potentes ſolvere temporibus limitatis in ſuis contractibus, novas obligationes faciunt, confitendo debitum cum intereſſe, & faciendo de intereſſe debitum principale, ita taliter, quòd de anno in annum imbeciliuntur prædictis debitis, & intereſſe illorum, & ne hoc contingat, ſtatuitur in hoc §. 8. quòd nullus mercator, nec alia perſona merces vendat habita fide de pretio per ſe, vel alium, perſonis, quæ notoriè non negotiantur, nec utatur prædictis contractibus. Gutierr. *canonic. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 71. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 3. *n.* 6. *ad fin.* Arouc. *in l.* 29. *ff. de leg. n.* 7. 1

Hoc genus negotiationis à legiſlatore prohibetur, quia eſt uſurarium, & ideo vendere merces credita pecunia, ut eas iterum venditor minori pretio redimat ab emptore per ſe, vel per alium, improbum, ac execrabile negotiationis genus eſt. Far. *ad Cov. lib.* 2. *cap.* 2. *ad n.* 6. *n.* 63. 2

Ille verò mercator, qui merces vendiderit perſonis, quæ notoriè in illis non negotiantur, & contrarium fecerit contra diſpoſitio- 3

tionem hujus legis, actionem, eo ipſo, amittet quam habere poterat ad petendum pretium talium mercium emptori, vel ejus fidejuſſori, ut probatur ex hac *l. in hoc* §. 8.

4 Et ideo in tali caſu non eſt admittendus mercator ad petendum pretium mercium, quia actionem non habet, & ſine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere poteſt; *l. ſi pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negot. geſt.* & tradit cum multis Barb. *axiom. jur. lit. A. n.* 79.

5 Neque emptor, & ejus fidejuſſor obligantur ad ſolvendum aliquid ratione talium contractuum, ut probatur ex hac lege in hoc §. 8. quia ex facto contra legem, vel in ejus fraudem, non oritur obligatio; ut cum multis tradit Valenzuel. *tom.* 2. *conſ* 187. *n.* 157.

6 Neque contractus reprobatus à lege operatur aliquem juris effectum; *l. non dubium*, *cod. de legib. l. pacta quæ contra*, *cod. de pact.*

7 Et ſi aliquid virtute contractus reprobati, & nulli ſolutum fuerit, competit repetitio per conditionem indebiti. Cov. *in cap. quamvis pactum*, *p.* 2. §. 4. *n.* 5. & 6. & cum aliis Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 181. *art.* 2. *n.* 26.

8 Quod procedit non ſolùm reſpectu principalium in obligatione, ſed etiam reſpectu fidejuſſorum; *l. cum lex*, *ubi gloſ. ff. de fidejuſſ. l. contra legem*, *ff. de leg.*

9 Quando enim contractus principalis non eſt validus, obligationes, & acceſſiones ejus annullantur; *l. fin. ff. de conſtit. pecun. l. cum principalis*, *ff. de reg. jur.*

10 Ultra prædicta progreditur noſtra lex dicens, quòd ſiquis vendiderit tales merces, per quemcumque modum ſupra dictum, punietur in exilium duorum annorum in Africam, & quinquaginta argenta ſolvet, medietas pertinebit ad Captivos, & altera ad accuſatorem, ut decernitur in hac lege in hoc §. 8. verſic. *E além diſſo.*

Quæ quidem lex, quamvis dura 11 videatur, ſemper ſervanda eſt, & caſus illius attendendus; *l. proſpexit*, *ff qui & à quib.*

Nota, quòd delicta puniuntur, 12 ut delinquentes pœnæ metu arceantur, & à ſuis criminibus emendentur, & metu aliorum pertimeſcant alii alia facinora committere; *l. capitulum*, §. *famoſus*, *l. ſi pœna*, *ff. de pœn. l. ſi operis*, *cod. de pœn. cap. cum dilectus de calumniator.*

Limitatur noſtra *Ord.* in mer- 13 cibus, de quibus quilibet neceſſitatem habuerit in domo ſua, quod patebit perſonarum qualitate, & mercium quantitate, & tempore, quo venditæ illis fuerint; in hoc enim caſu ceſſat prohibitio, de qua ſupra, ut probatur ex hoc § 8. verſic. *E iſto.*

Ergo abſque pœna poteſt quis 14 emere merces ad miniſterium ſuæ domus, quia pœnam non meretur, qui lege permittente facit; *l. Gracbus*, *cod. ad l. Jul. de adulter. l. illud*, *ff. quod quiſque jur.*

Ex venditione prædictarum mer- 15 cium perſonis notoriè non ſolitis in illis negotiari, ultra illas, quæ non fuerint neceſſariæ ad ſuas impenſas, probantur contractus prohibiti in hac lege, ut patet verſic. *E para prova.*

Dicitur etiam in textu, quòd 16 ſi ad fraudandam hanc legem, vel probationem, quæ habetur pro ſufficienti, fiant chirographi, vel ſcripturæ debitorum, in quibus facientes confiteantur recipere quantitates illorum in pecunia, non exprеſſantes merces, ſi Tabellio non affirmaverit vidiſſe numerare, & re-

cipere pecuniam in factura ſcripturæ coram illius teſtibus, non poterunt mercatores virtute talium chirographorum, vel ſcripturarum pecuniam recipere, niſi probando per teſtes fide dignos videntes recipere pecuniam contentam prædictis chirographis, vel ſcripturis; ut probatur ex hoc §. 8. verſic. *E ſendo.*

17 Non eſt ergo in hoc caſu probatio efficax, quæ fit per ſcripturam publicam, ſed quæ fit per teſtes fide dignos affirmantes ſe vidiſſe recipere pecuniam contentam in ſcriptura, & hoc ita diſponitur à legiſlatore, ne fraudetur lex, & ne fraudibus aperiatur via; *l. infundo, ff. de reivendic.*

18 Unde quando Tabellio non affirmat ſe vidiſſe numerare, & recipere pecuniam coram teſtibus, non valet probatio per ſcripturam, quia factum contra jus pro non facto habetur; *cap. quæ contra jus de reg. jur. in 6.*

19 Quid dicendum, quando debitor confitetur in chirographo ſe recepiſſe pecuniam in factura talis chirograhi, an hæc confeſſio ſufficiens ſit, ut mercator habere poterit pecuniam confeſſatam in tali chirographo? Reſpondetur, quòd non, quia reus conventus ex tali confeſſione opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ erit abſolvendus, quando actor numerationem non probat. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi ex cautione, cod. de non num. pecun. n. 1.*

Ad §. IX.

SUMMARIUM.

1 *Uſurarum crimen eſt mixti fori, & datur præventio, remiſſivè.*

2 *Judex Eccleſiaſticus, aut laicus Judæos compellere poteſt ad reſtituendas uſuras perceptas à Chriſtianis.*

3 *Judæi peccantes contra jus naturale pœnis debitis affici debent, remiſſivè.*

4 *Puniri poſſunt ab Eccleſiaſtico, aut laico, prout quiſque pervenerit, neque S. Pontifex illis permittere poteſt exercitium uſurarum.*

5 *Quando dubitatur, an ſit uſurarius contractus, pertinet cognitio ad Eccleſiaſticum.*
In hoc caſu Ord. *jubet obſervari jus Canonicum.*

6 *Crimen uſuræ eſt Eccleſiaſticum ad juris cognitionem, & ſolus Eccleſiaſticus procedere poteſt.*
Quoad pœnas, & annullandum contractum eſt mixti fori, ibid.

Deducitur ex hoc textu judicibus laicis competere cognoſcere adverſus uſurarios; eſt enim uſurarum delictum mixti fori, & uterque Judex tam Eccleſiaſticus, quàm laicus ſuper eo procedere poteſt, ita ut inter eos præventioni ſit locus, ſive quæſtio ſit facti, ſive juris; *Ord. lib. 2. tit. 9. in princip.* Cardoſ. *verb. uſura, n. 20.* Begnudel. *verb. uſura, §. 7. n. 37.* Conciol. *verb. uſura, reſol. 2. n. 1. & verb. delictum, reſol. 2. n. 12* Math. *de re crimin, contr. 40. n. 39. & 40.* Gabr. Per. *de Man. Reg. cap. 53. n. 37.* Peg. *ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. n. 796.* 1

Et Judices Eccleſiaſtici, aut laici Judæos compellere debent ad reſtituendas uſuras, quas perceperunt à Chriſtianis; *text. in cap. quanto de uſur.* Fachin. *contr. jur. lib. 2. cap. 48.* Reccid. *de jur. perſon. lib. 2. cap. 19.* 2

Li-

3 Licèt enim de iis, qui foris ſunt, non ſit curandum de illorum animabus, tamen Judæi peccantes contra jus naturale, emungendo Chriſtianos uſque ad ſanguinem pœnis debitis affici debent. Eymer. 2. *p. direct. Inquiſit. quæſt.* 46. Caren. *de offic. Inquiſit. p.* 2. *tit.* 14. § 2. plures apud Gonzal. *lib.* 5. *decretal. tit.* 19. *cap.* 12. *n.* 2.

4 Cum ſitque delictum uſurarum mixti fori, Judæi puniri poſſunt ab Eccleſiaſticis, aut laicis, prout prævenerint; neque S. Pontifex poteſt concedere Judæis, aut permittere, ut licitum, exercitium uſurarum; *cap.* 4. *de uſur.* ubi Gonzal. *n.* 4.

5 Quandò dubitatur, utrùm ſit uſurarius contractus, ultra caſus ſupra dictos, tunc cognitio pertinebit ad judicem Eccleſiaſticum; quia ad illum ſolum declarare pertinet, an quid ſit peccatum; *cap. novit. de judic. cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi*, in hocque caſu ſtatuit noſtra *Ord.* obſervari jus Canonicum, & diſpoſitiones Sanctæ Eccleſiæ.

6 Eſt ergo uſuræ crimen Eccleſiaſticum quoad juris cognitionem, in quo ſolus Judex Eccleſiaſticus procedere poteſt; *Gloſ. in cap. cum ſit generale de for. compet.* Clar. §. *uſura*, *n.* 8. quoad pœnas tamen infligendas, & annullandum contractum eſt mixti fori; ita Clar. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 9. *contr. jur. cap.* 30. Antonel. *de Regim. Eccleſiaſtic. lib* 6. *cap.* 17.

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Si quis faciens contractum uſurarium notitiaverit Regi, vel juſtitiæ ante accuſationem, vel gratia alicui conceſſa, pœnas contentas in hoc tit. evitabit.*

2 *Ad hoc probari debet contractus uſurarius in termino aſſignato.*

3 *Aliàs confeſſio ſibi præjudicabit, remiſſivè.*

4 *Supplicans veniam delicti illud fateri commiſiſſe non cenſetur.*

5 *Supplicatio veniæ non eſt ſufficiens probatio delicti.*

6 *Confeſſio de delicto non ſufficit ad condemnandum, non conſtituto de corpore delicti.*

7 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
Non eſt in facultate alicujus ſua confeſſione facere delictum ubi non eſt, ibid.

8 *Si ultra confeſſionem conſtat de homine occiſo, aliter reſolvendum eſt.*

9 *Contra illum, qui non probat contractum uſurarium actio injuriæ intentari poteſt.*
Arguens delictum, quod non probat, injuriam facit.

UT illi, qui contractus uſurarios fecerint, puniri, & facilè probari poſſint, ſtatuitur in hoc textu, quòd ſiquis ſupradictorum, qui talem contractum fecit, illum Regi, vel juſtitiæ notitiaverit, antequam quilibet accuſatus fuerit, vel antequam per Regem alicui perſonæ gratia facta ſit, illi parcuntur pœnæ contentæ in hoc tit. neque aliquam pœnam incurrit, ut probatur ex hoc §. 10. 1

Sed, ut prædicta locum habeant, probari debet contractus uſurarius in termino, quo per Regem, vel juſtitiam aſſignatum fuerit, ut probatur ex hoc textu verſic. *Com tanto.* 2

Si verò illum non probaverit, confeſſio de ipſo facta, dicendo, 3

quòd prædictum contractum uſurarium cum alio commiſerat, illi præjudicabit; ut probatur ex noſtro textu, verſic. *E poſto que.*

4 Nota, quòd ſupplicans, & veniam, ſeu gratiam petens Principi pro delicto, non cenſetur fateri delictum commiſiſſe. *Boſſ. in pract. tit. de remed. ex ſola Clem.* princip. ſub *n.* 20. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 8. *ſub n.* 37. & cum his, & aliis Conciol. *crimin. verb. confeſſio, reſol.* 9. *n.* 1.

5 Supplicatio enim veniæ, & gratiæ non eſt ſufficiens probatio delicti, cum illa cenſeatur petita ad placandam Principis iram, & potius ad cautelam. Farin. *lib.* 2. *conſ.* 120. *n.* 5. & cum aliis Conciol. *ſuprà.*

6 Nota etiam, quòd confeſſio à reo facta de delicto à ſe commiſſo non ſufficit ad illum condemnandum, ſi non conſtet de corpore delicti, precipuè facti permanentis. Farin *de inquiſit. quæſt.* 2 *n.* 7. *& ſeq.* Caren. *de offic. S. Inquiſit. p.* 3. *tit.* 1. *in fin. & tit.* 8. *n.* 57. Giurb. *conſ.* 37. *n.* 21.

7 Quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum; *l. liber homo, ff. ad l. Aquil.* Farinac. *ſuprà d n.* 7. *in fin.* nec eſt in facultate alicujus cum ſua confeſſione facere delictum ubi non eſt; idem. Farin. *ſuprà.* Giurb. *conſ.* 16. *n.* 13.

8 Quando verò ultra confeſſionem de delicto commiſſo conſtat de homine occiſo, tunc aliter reſolvendum eſt, ut tradit ipſe Farin. *d. conſ.* 37. *n* 7.

9 Ultimò probatur ex noſtro textu, quòd ſi non probetur contractus uſurarius, pars contraria intentare poteſt actionem injuriæ contra non probantem eſſe uſurarium; quia injuriam facit arguens delictum, quod non probat. Bart. Bald. & alii in *l.* 2. *in princip. ff. de liber. & poſthum.*

Ad tit. 68.

Quòd non fiant contractus de pane, vino, oleo, & aliis alimentis, niſi in pecunia.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Contractus de pane, vino, oleo, &c. pro re, quam contrahens, cum quo celebratur, non habuerit in redditibus, eſt prohibitus.*

2 *Secus quando tempore contractus res, quæ pro ſuſtentatione datur, tradatur.*

3 *Re non tradita ſtatim, neque contrahent illam habent in redditibus, contractus eſt nullius effectus.*

4 *Recipiens alimentum, ut pro illo aliam rem tradat, deobligatus manet ad ſolvendum, neque tradens pro illo litigare poterit, remiſſivè.*

PRohibentur in hac *Ord.* contractus de pane, vino, oleo, & aliis ſimilibus pro alia re, quam perſona, cum qua celebratur contractus, non habuerit in ſuis redditibus, propter inconvenientia, quæ ex hoc ſequuntur. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 20. *n.* 6. 1

Quod limitatur, quando tempore contractus, res tradatur, quæ pro ſuſtentatione datur; tunc enim valet contractus, ut deducitur ex noſtra lege, ceſſatque ratio legis, ac proinde ejus diſpoſitio, ſive prohibitio; *l. in omni*, ubi Bart. *ff. de adopt. l. quod dictum, ff. de pact.* 2

Si verò res non tradatur ſtatim, 3
vel

vel contrahens illam non habuerit in ſuis redditibus, contractus erit nullus, & nullius effectus, ut probatur ex noſtra lege. Valaſc. *ſuprà.*

4 Et recipiens ſuſtentationem, hoc eſt alimentum, ut pro illo tradat aliam rem, quæ pecunia non fuerit, cum illo manebit, & deobligatus ſolvere, nec tradere rem aliquam, nec ejus valorem, nec ullo tempore tradens ſuſtentationem pro illa litigare poterit, nec pro ejus valore; quod ita ſtatuitur in hac lege, quamvis partes illam renunțient, quia legi prohibitoriæ non poteſt renuntiari. Barb. *in l. cum Prætor*, §. 1. *ff. de judic. n.* 98. & cum aliis Guerr. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 76.

Ad tit. 69.

Quòd non fiant locationes pecudum, vel alvearum.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Locationes boum, pecudum, &c. pro certa penſione quotannis, ſive vivant, ſive moriantur, nullæ ſunt, & probibitæ.*

2 *Dans boves, pecudes, &c. contra prohibitionem in boc tit. amittit, ſi vixerint tempore litigii, remiſſivè.*

3 *Mors animalium, quæ gregatim paſcuntur, probatur per conjecturas.*

4 *Si gregatim non paſcuntur, concludenter probanda erit.*

5 *Si intra triduum moriatur poſt emptionem, venditori moritur, remiſſivè.*

6 *Paſtor non excuſatur, probando mortem ovium, & adducendo pelles, niſi probando ſuâ culpâ non contigiſſe.*

7 *Mors animalium ad dominum, non ad adminiſtratorem ſpectat.*

8 *A' conductore probari debet ſine culpa ſequuta, ſi fuerit actor.*

Locationes boum, pecudum, & alvearum pro certa penſione quotannis, ſive vivant, ſive moriantur prædicto tempore, nullæ ſunt, & nullum producunt effectum, ut probatur ex hac lege; *l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re jud.* & ita etiam alii contractus, de quibus in hoc tit. prohibentur tamquam illiciti. 1

Et quis boves, pecudes, alveas, vel capras pro quolibet caſu expreſſo in hoc tit. dederit, amittet, ſi adhuc vixerint tempore, quo litigium pro illis motum fuerit, medietas ad accuſatorem pertinebit, aliaque ad Cameram Regis, ut probatur ex hoc tit. verſic. *E quem.* 2

Nota, quòd mors animalium, quæ gregatim paſcuntur, ſunt oves, capræ, &c. in quibus de facili mortalitas intrat, per conjecturas probari poteſt. Conciol. *alleg.* 1. *n.* 37. Begnudel. *tom.* 1. *verb. Animal, n.* 10. 3

Si verò animalia non ſint de illis, quæ gregatim paſcuntur, ut ſunt equi, boves, &c. tunc illorum mors concludenter probari debet; ut tradit cum aliis Begnudel. *ſuprà.* 4

Nota, quòd ſi animal poſt emptionem infra triduum moriatur, venditori moritur, quia præſumitur mortem habuiſſe originem à morbo præcedente contractum. Cabal. *conſ.* 179. *lib.* 1. *per tot.* & cum aliis Begnudel. *ſupra n.* 5. 5

6 Nota iterum, quòd paſtor, vel caprarius non excuſatur, licèt probet mortem ovium, caprarum, vel animalium, & adducat pelles, niſi probet mortem non ſuâ culpâ contigiſſe. Gom. 2. *var. cap.* 3. *ſub n.* 22. *ſub verſic. Advertendum.*

7 Nota, quòd animalium mors tanquam caſus fortuitus ſpectat ad dominum, non autem ad adminiſtratorem; *l. contractus*, *ff. de reg. jur.*

8 Nota ulterius, animalium mors, quòd fuerit ſequuta ſine culpa conductoris, probari debet ab ipſo conductore, quando in judicio eſt actor. Rot. *deciſ.* 359. *p.* 16. *rec.*

Si alia deſideras, vide per DD. ſuprà, & circa materiam hujus titul. Conciol. *alleg.* 1. *ex n* 42. Calder. 2. *p. deciſ.* 54. *ex n.* 28.

Ad tit. 70.

De pœnis conventionalibus, judicialibus, & intereſſibus, in quibus caſibus debeantur.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Pœna conventionalis intereſſe principale excedere non debet.*

2 *Idem quando quis obligatur ad opus faciendum in tempore certo.*

3 *Sine differentia inter pœnam poſitam, & promiſſam multiplicatione dierum, vel menſium, & ſtatim poſitam.*

4 *Apponere in contractu, quòd aliquid ſolvatur poſt ſententiam loco expenſarum, licèt excedat expenſas, eſt licitum.*

5 *Pœna appoſita in contractu nullo non valet.*

6 *Sive ſit nullus juris reſiſtentia, ſive defectu conſenſus, vel ſolemnitatis.*

Promiſſio principalis invalida, etiam pœna acceſſoria ei adjecta eſt invalida, ibid.

7 *Pœna conventionalis non tranſit ad hæredes, lite non conteſtata.*

8 *Cenſetur remiſſa, quando creditor debitum principale in judicio ſine proteſtatione recipit.*

9 *Licèt pluries controventa ſemel tantùm debetur.*

10 *Paupertas, vel ſimile impedimentum ſuperveniens in totum liberat à pœna.*

11 *Juſtus error à pœna excuſat.*

12 *Item oblivio à pœna excuſat, & rei promiſſæ interitus ſine mora contingens.*

13 *Debitor à pœna tradendi excuſatur, ſi fiat arreſtum in re, vel pecunia promiſſa.*

14 *Carceratio debitoris à pœna excuſat.*

15 *Compenſare volens cum debito ſimili pœnam non incurrit.*

Mora non datur ubi competit exceptio, ibid.

16 *Pœna incurritur ob propriam culpam, non alienam.*

17 *Pœna non incurritur, niſi cum præceptum pœnale fuit licitum, & juſtum; ſecus ſi præcipiatur aliquid injuſtum ſub pœna.*

18 *Pœna appoſita uni ex contrahentibus ad alterum non extenditur.*

19 *Pœna conventionalis præſcribitur ſpatio 30 annorum.*

20 *Hodie pœna conventionalis non ſolet exigi.*

21 *Prædicta locum habent in pœnis impoſitis per judices.*

Pœ-

1 PŒnæ conventionales poſitæ in contractibus excedere non debent quantitatem, ſeu intereſſe principale, ut probatur ex hoc *text.* Mor. *de execut. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 2. Auguſt. Barb. *vot.* 126. *n.* 263. cum multis Juribus Cardoſ. *verb. Pœna*, *n.* 14. Gonzal. *ad text. in cap. ſuam*, *n.* 2. *de pœn.* Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 36. *n.* 10.

2 Quod non ſolùm locum habet, quando debitor obligatus fuerit dare, vel tradere bona immobilia, vel mobilia, ſed etiam quando obligabitur ad aliquod opus faciendum tempore certo; quia ſi non fuerit tempore obligato, opus, quod faciendum erat, æſtimabitur, & quanta fuerit æſtimatio, tanta erit pœna, & non ultra; ut probatur ex hoc *text. in hoc principio*, *verſic. E iſto*, *&* *DD. ſuprà.*

3 Neque facienda eſt differentia inter pœnam poſitam, & promiſſam multiplicatione dierum, vel menſium, & pœnam ſtatim poſitam, quia in utroque caſu debetur uſque ad principale, & non ultra; ut probatur ex hoc *text. verſic. E em iſto.* Cald. *de empt. cap.* 29. *n.* 5.

4 Nota primò, quòd licitum eſt apponere in contractu, quòd poſt ſententiam aliquid ſolvatur loco expenſarum, quamvis excedat expenſas. Barb. *in caſtig. ad hanc Ord. n.* 238.

5 Nota ſecundò, quòd pœna appoſita in contractu nullo, & qui jure non tenet, vel per ſententiam judicis fuit revocatus, non eſt ſolvenda, ubi enim principale non valet, nec etiam acceſſorium; *l. ſi ſervus*, ubi DD. *ff. ſi quis caut.* Mor. *de execut lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 4. Cardoſ. *verb. pœna*, *n.* 15. Begnudel. *verb. pœna*, §. 3. *n.* 4.

6 Quod locum habet, ſive contractus ſit nullus ratione juris reſiſtentis, ſive ex defectu conſenſus, vel ſolemnitatis ſecundum DD. ſuprà; quia ſi promittatur factum legibus interdictum, vel reprobatum, aut impoſſibile, cum talis promiſſio principalis valida non ſit, nec etiam pœna acceſſoria ei adjecta obligabit; tradit Mor. *ſuprà* ubi multa.

Nota tertiò, quòd pœna conventionalis appoſita in contractibus non tranſit ad hæredes, niſi lis cum defuncto conteſtata ſit; *Gloſ. in* §. *pœnales*, *Inſtit. de act. l. unic. cod. ex delict. defunct.* Reinoſ. *obſerv.* 40. *n.* 11. 7

Nota quartò, quòd pœna cenſetur remiſſa, ſi creditor poſt moram in judicio debitum tantum principale abſque proteſtatione recepit; quia per hoc pœnam remittere cenſetur; tradit cum multis Juribus Mor. *ſuprà n.* 6. 8

Nota quintò, quòd pœna quamvis pluries contraventum ſit, ſemel tantum debetur; *l. ſi duo*, §. *ſemel*, *ff. de arbitr.* & ibi Bart. *&* *commun. & in l.* 2. *cod. de jur. emphyt.* 9

Nota ſextò, quòd quando debitor in totum contractum non implevit paupertate, aut ſimili ſuperveniente impedimento oppreſſus, tunc namque in totum à pœna liberabitur; *arg. l.* 1. §. *ſi cum duobus*, *ff. collat. bon. l. ſi vehendæ*, §. 1. *idem juris*, *ff. ad l. Rhod. de jact.* Mor. *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 13. 10

Item juſtus error à pœna excuſat; *gloſ. verb. & ignoret*, *l. cum filiusfam.* §. *in hac*, *ff. verb. oblig.* Mor. *ſuprà n.* 14. 11

Sicut etiam oblivio à pœna excuſat, & rei promiſſæ interitus ante moram contingens; *l. ſi homo mortuus*, *ff. verb. oblig.* 12

Item quando juſſu judicis propter tertii inſtantiam arreſtum vul- 13

gò

gò *embargo* fiat in re, ſeu pecunia promiſſa, debitor à pœna non tradendi excuſatur; *text. in l. fin. ff. leg. commiſſ.* Tiraq. *ad l. connubiales, quæſt. 7. n.* 41. & cum aliis Mor. *ſuprà n.* 16.

14 Item propter incarcerationem debitor à pœna excuſatur; *text. in cap. ſignificante de pign.* Tiraq. *de retr. convent.* §. 1. *gloſ.* 2. *n.* 60. Mor. *proximè verſic. Item.*

15 Item quando debitor creditori non ſolvit in termino, quia volebat cum ſimili debito compenſare, pœnam non incurrit; *Gloſ. magna ad fin. l. ſi conſtat, cod. compenſ.* Ratio eſt, quia pœna non debetur, niſi poſt moram, & mora non datur, ubi competit exceptio; *l. lecta in fin. ff. reb. cred.*

16 Nec item prædicta pœna incurritur, niſi propter propriam culpam, non propter alienam; *l. pater familias teſtamento, ff hæred. inſtit. l. ſi uxorem, § ſi hæres, ff. legat.* 3.

7 Neque etiam pœna ubique exigi poteſt, niſi quando præceptum pœnale fuit licitum, & juſtum; ſecus autem ſi præcipiatur ſub pœna aliquid injuſtum, illicitum, & inhoneſtum legibus vetitum, turpe, impoſſibille de jure, vel de facto; quia his caſibus poteſt præcepto, & pœna neglecta, hæres, vel legatarius rem conſequi; *l. unic. cod. his quæ pœn.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *à n.* 31. Mor. *ſuprà n.* 21.

8 Nota ſeptimò, quòd pœna appoſita uni ex contractibus ad alterum non extenditur; ut cum multis Mor. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 10.

9 Prædicta pœna conventionalis poſt triginta annos non exigitur, quia prædicto tempore actio, & judicium evaneſcit, & præſcribitur pœna; *l. omnes, cod. de præſcript.* 30. *ann.*

Nota octavo, quòd hodie pœna conventionalis non ſolet exigi, ſecundum Ægid. *in l. ex hoc jure, p.* 2. *clauſ.* 9. *cap.* 13. *n.* 2. *& ſeq.* 20

Quæ dicta ſunt, procedunt etiam in pœnis judicialibus impoſitis per judicis partibus, vel fidejuſſoribus, ut probatur ex noſtro textu verſic. *E iſto que dito he.* 21

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Pœna conventionalis non habet locum in mutuo, nec alio contractu, de quo hîc, ſive conjunctim, ſive per multiplicationem dierum adjiciatur.*

2 *Sed peti poteſt detrimentum acceptum, & intereſſe amiſſum propter ſolutionem non factam limitato tempore.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis exigi poteſt.*

4 *Agens ad intereſſe probare debet ſe ſolitum negotiari, aliàs non obtinebit.*

5 *Aſſignatur ratio, remiſſivè.*

6 *Intereſſe lucri peti non poteſt, quando nihil lucraturum fuiſſet.*

7 *Agens ad intereſſe etiam debet probare ſe ſolitum negotiari illo tempore moræ.*

Negotiatio ex præterito non præſumitur in præſenti, ibid.

8 *Solitus olim negotiari, hodie non præſumitur.*

9 *Ex unico, vel duplici actu non dicitur quis ſolitus negotiari.*

10 *Intereſſe in facto conſiſtit, remiſſivè.*

11 *Victoria in probatione conſiſtit.*

12 *Agenti ad intereſſe damni quæ capitulanda, & probanda ſint, remiſſivè.*

13 *Ju-*

13 *Jurari poteſt in litem pro intereſſe liquidando ob difficilem illius probationem.*

14 *Ad hoc duo concurrere debent, induſtria creditoris, & illius intereſſe certum.*

15 *Lucrum nemo conſequi debet alterius jactura.*

Damnum paſſus agere poteſt contra illum, qui lucrum percepit, ibid.

Ex dolo nemo lucrum facere debet, ibid.

16 *Lucrum non percipit recipiens ſibi debitum.*

17 *Lucri amiſſio dicitur damnum non ſolùm jam acquiſitum, ſed etiam ſpes illud acquirendi.*

18 *Damnum dupliciter conſideratur, remiſſivè.*

19 *Lucrum ceſſans eſt magis vicinum damno emergenti, quàm lucro ceſſanti.*

20 *Dicta in tit. 67. manent in ſuo vigore.*

1 PRobatur ex hac lege pœnam conventionalem adjectam, aut promiſſam in aliquo conttactu mutui, aut quolibet alio, in quo debitor ſe obliget ad dandum, vel ſolvendum aliquam pæcuniæ quantitatem, aurum, argentum, triticum, hordeum, oleum, mel, aut alia, quæ numero, pondere, vel menſura conſiſtunt, quamvis debitor die pacto ſortem principalem non ſolvat, nequaquam exigi poſſe, extorquerive; præſumuntur enim hujuſmodi pœnæ in fraudem uſurarum promiſſæ, aut extortæ, & ideo tuta conſcientia expoſci, ac exigi nequaquam poſſunt, ſive pœna conjunctim, ſive per dierum multiplicationem adjiciatur. Cald. *de empt. cap.* 29. *n.* 22. Barb. *in l.* 2. *in princip. p.* 1. *n.* 42. *ff. ſolut. matr.*

2 Solùm ergo poſſunt ii, quibus hujuſmodi pœnæ promiſſæ ſunt, poſtulare, & exigere jacturam, ſeu detrimentum, quod acceperunt, aut intereſſe, quod amiſere; quia ſibi prædictarum quantitatum, limitatis temporibus facta ſolutio non fuerit, ut probatur ex noſtra lege. Cald. *ſup.* & cum multis *n.* 44.

3 Ex qua quidem ordinatione palam deducitur poſſe exigi tàm damni emergentis, quàm lucri ceſſantis intereſſe; quia qui non acquirit, ſatis dicitur perdere. Cald. *de empt. cap.* 29. *n.* 45.

4 Sed agens ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis allegare, & probare debet ſe eſſe, & fuiſſe ſolitum negotiari, atque lucrari, aliter non obtinebit; ut cum multis tradit Maſcard. *de probat. concl.* 934. *n* 1.

5 Ratio eſt, quia cum agens petat tale intereſſe tanquam ſolitus negotiari, deducere, & probare debet illam qualitatem; ut docet Maſcard. *ſuprà n.* 2.

6 Quod ideo fit, quia intereſſe lucri peti non poteſt, nec ejus habetur ratio, ubi qui illud habere vult, nihil lucraturus fuiſſet; tradit cum Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 2. & aliis Maſcard. *ſuprà n.* 3.

7 Intellige, ut non ſolùm probandum ſit agentem ad intereſſe fuiſſe ſolitum negotiari, ſed etiam probari debeat eſſe ſolitum negotiari illo tempore, quo debitor fuit in mora, quæ quidem qualitas adeſſe debet tempore verbi; *text. in l. in delictis*, §. *ſi extraneus*, *ff. de noxal.* & cum negotiatio facilè mutetur, quia non continuò homines negotiantur, ex præterito non præſumitur in præſenti.

8 Præterea ſolitus olim negotiari, non præſumitur hodie negotiari; *text. in l. ex perſona*, *text. in l. ſive poſſidetis*, *cod. de probat.*

9 Intellige etiam, quòd nec etiam ſatis

ſatis eſſet probare ſe tempore ſo*lutionis* incepiſſe mercari, vel ſe*mel*, biſve fuiſſe negotiatum; cum ex unico, vel duplici, & iterato actu non dicatur ſolitus negotiari; ut cum aliis Maſcard. *ſuprà n.* 6.

10 Intellige iterum, quòd non ſatis ſit agenti ad obtinendum illud intereſſe damni, aut lucri dicere, vel allegare, ſed damnum fuiſſe paſſum, vel quòd negotiando tan*tum* eſſet lucratus, ſed totum iſtud intereſſe plenè probari, & liquidari debet, præſertim cum intereſſe in facto conſiſtat; *l. quatenus, ff. de reg. jur.* Menoch. *de arbitr. jud. cau. caſ.* 119 *n.* 5. *lib.* 2. *cent.* 2.

11 Et hoc eo maximè; quia tota vis, & victoria in probando conſiſtit; *l.* 1. ubi Bald. & alii *cod. de edend.* nec dicere ſufficit ita eſſe, niſi probetur *l.* 1. cum *gloſ.* 1. *ff. ſi quadrup. paup. fec. dicatur* DD. *in l. ſi prius ſuper gloſ. ægrotet, ff. de nov. oper. nunt.*

12 Quoad damnum capitulare, & probare debebit creditor, ex quo tempore pecunia ſibi non fuit ſoluta, nempe quo ædes, quas ruinoſas reſtituere paraverat, fuerint collapſæ, vel quòd annonam, quam in æſtate per totum annum emere propoſuerat, coactus fuerit poſtea carius emere, vel aliud ſimile damnum perpeti; ut tradit Maſcard. *d. concl.* 934. *n.* 8.

13 Temperabis ſupra dicta, quòd propter difficilem intereſſe probationem creditor pro liquidatione intereſſe poſſit in litem jurare contra debitorem moroſum; ut cum multis Maſcard. *proximè n* 9.

14 Temperabis etiam eo caſu, quando per creditorem probatum fuiſſet ſe ſolitum negotiari, & quòd ſuæ qualitatis homines tantum lucrari eſſent, & quòd ipſe veriſimiliter tantum fuiſſet lucratus, ſi tempore convento pecuniam à debitore habuiſſet, & ſic duo concurrant, induſtria nempe creditoris, & illius intereſſe certum; tradit cum multis Maſcard. *ſuprà n.* 10.

15 Nota quòd lucrum nemo conſequi debet cum alterius jactura; *l. jure naturæ, ff. de reg. jur.* & contra illum, qui lucrum, aut commodum percepit ex damno illato, qui paſſus eſt damnum, agere poteſt. Cyriac. *contr.* 703. *n.* 10. *&* 698. *n.* 94 & ex dolo ſuo nemo lucrum facere debet; *l. nec ex dolo, ff. de dolo malo.*

16 Lucrum non percipit, qui recipit quod ſibi debetur; *l. item ſi filiusfam* §. *proinde, verſic. non tamen aliàs, l. ſed Julianus, ff. ad Maced.* tradit Begnudel. *verb. lucrum, n.* 22.

17 Nota, quòd lucri amiſſio dicitur damnum non tantum quando eſt jam acquiſitum, ſed etiam, quando proxima eſt ſpes illud acquirendi, & lucrum ceſſans damnum dici poteſt. Surd. *conſ.* 383. *n.* 23. Begnudel. *verb. lucrum, n.* 23.

18 Damnum enim dupliciter accipi, & conſiderari poteſt, primò pro eo, quod alicui aufertur, ſecundo pro eo, quòd quis impeditur ne acquirat. Cyriac. *contr.* 452. *n.* 61. *&* 62.

19 Et lucrum ceſſans in juſtis negotiationibus eſt magis vicinum damno emergenti, quàm lucro ceſſanti. Gratian. *diſc. for. cap.* 387. *n.* 8. Cyriac. *contr.* 526. *n.* 32.

20 Dicitur ultimò in noſtra lege, quòd per ſupra dicta non ideo revocantur dicta in titulo contractuum uſurariorum in hoc *lib.* 4. *tit.* 67. quæ manent in ſuo vigore, ut probatur ex noſtra lege.

Ad

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Pœna appoſita in locationibus, aut conductionibus exigi poteſt, ſi ſortem principalem non excedat, remiſſivè.*

2 *Penſio ab initio taxata pro centum aureis, alia quinquaginta per modum pœnæ adjici poſſunt, ſi ab initio fuit æſtimata, abſque uſuræ labe.*

3 *Traditur objectio in contrarium, & illicò ſoluta.*

4 *Pœna adjecta in augmentum penſionis non eſt uſuraria. Si non excedat juſtum valorem fructuum rei locatæ, ibid.*

5 *Lex noſtra non procedit in locatoribus conſuetis uſuras extorquere, pecuniamque fœnerari.*

6 *Utrùm conducentes à veris dominis, poſteaque in alios transferentes, & pœnas in lege apponentes, illas exigere poſſint; remiſſivè.*

1 IN contractibus locationis, aut conductionis celebratis, ab illis, qui pecuniâ ſuâ negotiari, aut pecunia fœnerari non ſolent, ſi locent redditus ſuos, vel bona aliis, pœnamque adjecerint, niſi certo tempore pretium ſolvatur, ſive conjunctim, ſive per dierum multiplicationem, pœna juſtè, dummodo ſortem principalem non prætergrediatur, exigi poteſt; ut probatur ex hoc textu in hoc §. 2. Cald. *de empt. cap.* 30. *n.* 1.

2 Unde ſecundum diſpoſitionem hujus legis, ſicut à principio potuit penſio taxari pro centum aureis ſolvendis, ita poſſunt alia quinquaginta per modum pœnæ adjici, quando ab initio fuit æſtimata pro quinquaginta, & augeri hoc modo non prohibetur penſio citra ullam uſurariæ exactionis labem. Cald. *ſuprà.*

Obſtat tamen, idem ſtatuendum videtur in venditione, qua etiam pretium potuit à principio augeri incentum, & tamen, ſi fuit taxatum in quinquaginta non poteſt per viam pœnæ illa ſumma augeri; quia pœna, & intereſſe modum fructuum rei venditæ excedere non poteſt; *l. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* 3

Reſpondetur namque, in locationibus non poſſe nos uſuras à fructibus metiri; quia ipſi metfructus, non rei proprietas in locatione veniunt, ac proinde de augenda penſione pro modo fructuum poteſt eſſe quæſtio, hocque modo noſtra lex Regia à calumnia uſurariæ exactionis vindicatur; ut tradit Cald. *ſuprà d. n.* 1. *in fin.*

Non eſt ergo prædicta pœna adjecta in augmentum mercedis, & penſionis uſuraria. Bald. *in cap.* 1. *qualiter dominus proprietate privetur, n.* 9. dummodo pœna juſtum, & legitimum valorem fructuum rei locatæ non excedat. Jaſ. *in l.* 2. *cod. de jur. emphyt. n.* 174. 4

Sed noſtra lex Regia non procedit in locatoribus, qui conſuerunt uſuras extorquere, & pecuniam fœnerari; tunc enim in fraudem uſurarum potius videtur illa pœna adjecta, quæ ut penſio augeatur, ut patet ex verbis noſtræ legis: *Peſſoas que naõ coſtumaõ tratar com ſeu dinheiro, nem o dar a ganho.* Cald. *de empt. d cap.* 30. *n.* 2. *ad finem.* 5

Quid dicendum de illis, qui conducunt à veris dominis, poſteaque in alios transferunt, & pœnas in hac lege contentas apponunt, an 6

an illas exigere poſſint? Reſpondetur non poſſe illas exigere; quia pronomen *ſuas rendas*, hoc eſt res *proprias* denotat dominium; *text. in l. quintus*, §. *argento*, ubi Bart. *n.* 3. *ff. de auro*, *&* *argento legato*, reſtringiturque ad ipſos dominos locantes res proprias. Cald. *ſuprà d. n.* 2. *in fin.*

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Pœna appoſita in contractu turpi exigi non poteſt, remiſſivè.*

2 *Pacta de ſuccedendo ſub certa pœna reprobantur, & non validantur.*

3 *Donatio inter vivos omnium bonorum præſentium, & futurorum ſine reſervatione reprobatur, nec juramento confirmatur.*

4 *Traditur ratio, ob quam reprobatur donatio omnium bonorum.*

5 *Donatio omnium bonorum eſt dillapidatio, & actus prodigalitatis.*

6 *Donatio omnium bonorum non valet, etiam reſervato aliquo, ſi ſit nimis exiguum.*

7 *Nec reſervato uſufructu, ſi ſit tam tenuis, ut non ſufficiat ad vitam ſuſtentandam.*

8 *Licet juramento firmetur.*

9 *Donatio hæreditatis eſt nomen univerſale, & tantùm valet, quantùm donatio omnium bonorum, & non valet.*

10 *Limitatur primò quando donator aliquid ad teſtandum reſervavit, ſi non ſit valdè modicum.*

11 *Limitatur ſecundò in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium, licèt preſentium, & futurorum.*

12 *Jura, & actiones non comprehenduntur ſub verbis mobilium, & immobilium.*

13 *Conceſſum in uno in aliis prohibitum cenſetur.*

14 *Conceſſio ejus, quod eſt plus, non includit conceſſionem ejus, quod eſt minus, ſi vigeat alia diverſa ratio.*

15 *Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium præſentium, & futurorum eſt valida, niſi ſimul expreſsè agatur de juribus, & actionibus.*

16 *Quomodo ſupra dicta vera ſunt, remiſſivè.*

17 *Limitatur tertiò in donatione omnium, & quorumcumque bonorum, remiſſivè.*

18 *Limitatur quartò quando donator reſervavit uſufructus ſufficientes ad vitam, & teſtandum.*

19 *Limitatur quintò in donatione Eccleſiæ, vel pio loco facta.*

20 *Ratio d. limitationis oſtenditur.*

21 *Jus Civile impedire non poteſt pietatis officia, neque conſilia Evangelica.*

22 *Donatio Eccleſiæ, vel pio loco facta eſt valida, etiam calore iracundiæ facta.*

23 *Quomodo reſervatio eſſe debeat proportionata, ut donatio valeat.*

24 *An donator quantitatem ad teſtandum reſervatam alicui in vita tradat, invalidetur prima, & principalis donatio?*

25 *Pactum de hæreditate, quòd ſit hæres ſub certa pœna à jure reprobatur, nec juramento confirmatur; nec pœna exigi poteſt.*

26 *Pactum de fuctura ſucceſſione eſt*

eſt contra bonos mores, nec juramento confirmatur.

27 *Pactum de invicem ſuccedendo in univerſum jus non valet. Aufert liberam facultatem teſtandi, ibid.*

28 *Pactum ſuccedendi in legatis particularibus eſt validum.*

29 *Pactum, quo diſponitur de hæreditate viventis, non valet, niſi ille conſenſerit, & non revocaverit uſque ad mortem.*

30 *Pactum de hæreditate alicujus mortui ſuccedendi ita, aut ita tenet.*

31 *Pactum, ut quis pro delicto non teneatur non valet, remiſſivè.*

1 PRobatur primò ex hac lege pœnam adjectam in contractu turpi, aut aliquo alio, qui ſecundum naturalem rationem adimpleri non poteſt, exigi non poſſe; quando enim contractus non valet, nec pœna in ipſo appoſita valet, ſi contractus ſit contra jus. Cardoſ. *verb. contractus, n.* 22. ubi quòd ſi contractus ſit præter jus, bene tenet pœnæ appoſitio.

2 Probatur ſecundò ex noſtra lege, quòd pacta de futura ſucceſſione ſub certa pœna circa totam, vel circa partem hæreditatis, ſunt turpia, & à jure reprobata, quæ nec juramento confirmari poſſunt, & ideo non validantur. Phœb. 2. *p. deciſ.* 102. *n.* 18. & 19. *l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.*

3 Probatur tertiò ex noſtra lege donationem factam inter vivos ſub certa pœna omnium bonorum mobilium, & immobilium, jurium, & actionum, præſentium, & futurorum, ſine reſervatione, illicitam, & jure reprobatam eſſe, nec juramento confirmari. Reinoſ. *obſerv.* 41. *n.* 1. Cald. *de empt. cap.* 30. *n.* 6. Peg. *tom.* 4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 50. *gloſ.* 1. *cap.* 4. *n.* 204. Cardoſ. *verb. donatio, n.* 13. Portug. *de Donat. prælud.* 2. §. 7. *n.* 28. & 29.

Ratio eſt, quia hujuſmodi donatio impedit, & tollit facultatem teſtandi, & libertatem de rebus propriis diſponendi, quæ quidem liberis hominibus naturaliter competit, quod repugnat maximè bonis moribus, & quidquid agitur contra bonos mores, nullius momenti eſt; *l. ex ea, & l. ſi ob turpem, ff. de condict. ob turpem cauſ. l. pacta quæ contra, cod. de pact. & l. generaliter, ff. de verb. oblig.* 4

Item quia donatio omnium bonorum dilapidatio eſt, non autem diligens adminiſtratio, ſed imò potius eſt actus prodigalitatis. Rip. *in l. is cui, n.* 13. *ff. de curat. furioſ.* & cum eo Reinoſ. *ſuprà, n.* 3. 5

Amplia primò noſtram concluſionem ſuprà *n.* 3. etiamſi donator aliquid ſibi reſervaverit, dummodo illud reſervatum adeo exiguum ſit, ut neceſſitatibus, & alimentis donatoris non ſufficiat, in qua ſpecie non valebit donatio. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *n.* 3. *verſic. Tertiò.* Fachin. *lib.* 6. *contr cap.* 90. *verſic. Ego puto*; & cum his Reinoſ. *obſerv.* 41. *n.* 4. 6

Amplia ſecundò, licèt donator uſumfructum reſervet, quando ille fuerit tam tenuis, ut non ſit ſufficiens ad vitam, & etiam ad teſtandum. Auguſt. Barb. *vot.* 25. *n.* 4. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 69. Reinoſ. *ſup. n.* 5. 7

Amplia tertiò, etiamſi donatio juramento firmetur, quia non valet. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *n.* 1. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 11. Reinoſ. *ſuprà n.* 7. 8

Amplia quartò in donatione hæreditatis; quia cum hæreditas ſit nomen univerſale, & nomen juris, *l. item veniunt, §. de pet. hæred.* 9

tantum nomen illud univerſale importat, quantum donatio omnium bonorum, ac proinde corruit. Reinoſ. *ſuprà n.* 8.

10 Limita primò concluſionem ſuprà poſitam, ſi donator reſervaverit certam quantitatem ad teſtandum. Reinoſ. *d. obſerv.* 41. *n.* 24. Auguſt. Barb. *d. vot.* 25. *n.* 5. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 63. dummodo reſervatio non ſit valdè modica, ut declarant DD. ſuprà; Guerr. *de Diviſ. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 12.

11 Limita ſecundò in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium; quia licèt adjiciantur verba *præſentium*, *& futurorum*, non ideo infirmatur ipſa donatio, nec invalida judicatur, ſed imò jure ſubſiſtet Bart. *in l. ſtipulatio hoc modo*, *ff. de verb. oblig. n.* 5. Guid. Pap. *deciſ.* 291. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 84.

12 Ratio eſt, quia ſub illis verbis *omnium bonorum mobilium*, *& immobilium* non comprehenduntur jura, & actiones, quæ tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt, & diverſam à bonis mobilibus, & immobilibus; *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicat. l. quam Tuberonis*, §. *ult. ff. de pecul. l. Bene à Zenone*, *cod. de quadrien. præſcript.* Reinoſ. *d. obſerv.* 41. *n.* 10.

13 Et cum de illis juribus, & actionibus donator teſtari, & diſponere poſſit, conſequens eſt prædictam donationem validam eſſe, licèt enim generaliter fiat de omnibus bonis præſentibus, & futuris, reſtringitur tamen ad mobilia, & immobilia tantum, quod ſufficit, ut ipſa tantum bona, quæ donator expreſſit, donata cenſeantur; actiones verò, & jura donatori reſerventur; quia conceſſum in uno, in aliis prohibitum, & denegatum cenſetur; *l. maritus*, *cod. de procurat. l. quod Labeo*, *ff. de compenſ. l. cum Prætor*, *ff. de judic.*

Porrò conceſſio ejus, quod eſt plus, non includit conceſſionem ejus, quod eſt minus; quando viget alia diverſa ratio. Dec. *in l. non debet in fin. ff. de reg. jur.* Surd. *deciſ.* 268. *n.* 24. 14

Ex his omnibus deducitur, quòd valida ſit donatio omnium bonorum mobilium, & immobium, quamvis adjiciatur *præſentium*, *& futurorum*, quæ nullo caſu infirmari poteſt, niſi quando inſimul, & expreſsè agatur de juribus, & actionibus, ut etiam probatur ex noſtra lege Regia in hoc §. 3. *verſic. Ou lhe fizeſſe doaçaõ.* 15

Supra dicta vera ſunt, ſi donator tempore donationis aliqua jura, & actiones habuerit, quæ tamen non ſint adeo exigui valoris, ut teſtamenti factionem impediant; quia ut vulgò dicitur *parum pro nihilo reputatur*, adeoque exigui valoris, & ſubſtantiæ eſſe poſſunt, quòd vere nihil ipſi donatori remaneat, ex quo diſponere, & teſtari poſtea poſſit; in qua ſpecie nulla erit donatio, juribus autem, & actionibus exiſtentibus valebit. Gutierr. *p.* 1. *cap.* 11. *n.* 18. *de juram. confirm.* Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 72. Reinoſ. *ſuprà n.* 12. *verſic. Sed eſt obſervandum.* 16

Limitatur tertiò in donatione facta ſub verborum forma *omnium*, *& quorumcumque bonorum*, quemadmodum quandò quis donat tantum bona ſua præſentia, valida eſt donatio; quia non videtur ſibi adimere teſtandi facultatem, & in integrum illi ſit de aliis bonis teſtari, quæ in futurum acquirere poteſt; *text. in l. ſiquis argentum*, §. *ſed & ſiquis*, *cod. de Donat.* Molin. *de primogen lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 12. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *n.* 4. & cum his, & aliis Reinoſ. *obſerv.* 41. *n.* 15. 17

Li-

18 Limita quartò, ſi donator reſervavit uſusfructus, qui ſint ſufficientes ad vitam, & ad teſtandum. Portug. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 67. Reinoſ. *obſerv.* 41. *n.* 32. *&* 33.

19 Limita quintò in donatione Eccleſiæ, vel pio loco facta, quæ valida eſt, licèt ſit omnium bonorum præſentium, & futurorum; *Auth. ingreſſi cod. de Sacroſ. Eccleſ.* cum multis Reinoſ. *ſuprà n.* 35. Auguſt. Barb. *in Report. verb. Donatio, n.* 23. cum aliis Cald. *for. conſ.* 28. *n.* 5. Gam. *deciſ.* 185. *n.* 2.

20 Ratio prædictæ limitationis eſt, quia quid donatur Eccleſiæ, Deo conſecrari dicitur, & ad Divinos uſus deputari; *text. in cap. Mancipiis, & ſeq. de rer. permut.* omniaque Dei ſunt; *cap. tua de Decim.* Reinoſ. *ſuprà n.* 37.

21 Item jus Civile impedire non poteſt pietatis officia, & conſilia Evangelica; & ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit; *l. ſunt perſonæ, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*

22 Et adeo vera, & favorabilis reputatur ejuſmodi donatio Eccleſiæ, vel pio loco facta, ut valida ſit, & ſuſtineatur, licèt probetur calore iracundiæ factam fuiſſe; *text. in cap. ſunt qui opes, quæſt.* 4. *gloſ. in cap. Dudum, verſic. Calore de converſ. conjugat.*

23 Nota, & adverte, quòd reſervatio ad teſtandum debet eſſe proportionata, ut donans hæredem inveniat, ſimiliterque fructuum reſervatio debet eſſe æquivalens ad donantis alimenta, ipſius qualitate attenta, & rerum donatarum æſtimatione, quæ omnia judicis arbitrio relinquuntur; tradit cum multis Addit. ad Reinoſ. *obſerv.* 41. *ad n.* 4. 5. *&* 6.

24 Quæritur, an ſi donator quantitatem ad teſtandum reſervatam alicui in vita tradat, vel donet, quia tempore mortis nihil habet ad teſtandum, invalidetur prima, & principalis donatio? Reſpondetur, primam donationem ſuſtineri, ſecundam de quantitate reſervata invalidari, tanquam liberam teſtandi facultatem adimentem. Salgad. *in labyrint. cred.* 2. *p. cap.* 4. *n.* 66. *&* 67. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4 *gloſ.* 23. *n.* 18.

Probatur ultimò ex noſtra lege 25 pactum de hæreditate viventis, per quod ille, qui non debuerat eſſe ſuum hæredem, ſit hæres ſub certa pœna, illicitum, & jure reprobatum eſſe, nec juramento confirmari poſſe, ac per conſequens pœna in illo appoſita non valebit, nec exigi poteſt, ut patet ex noſtra lege, verſic. *Ou foſſe feito*, & verſic. *E por conſeguinte.* Cald. *de empt. cap.* 30. *n.* 3.

Quia pactum affirmativum de 26 futura ſucceſſione, quod contra bonos mores eſt, juramento confirmari non poteſt, ut notatur; *in l. pactum quod dotali, cod. de pact.*

Nota non valere pactum inter 27 privatos de invicem ſuccedendo in univerſum jus, quia hæreditas pacto dari non poteſt; *l. pactionem, cod. de pact.* & tale pactum aufert liberam teſtandi facultatem, & inducit votum captandæ mortis. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 308. Menoch. *conſ.* 92. *n.* 12. *& conſ.* 591. *n.* 5. Begnudel. *verb. Pacta*, §. 1. *n.* 10.

Et licèt non valeat pactum ſuc- 28 cedendi in tota hæreditate, valet tamen pactum ſuccedendi in legatis particularibus. Theſ. *deciſ.* 225. *per tot.* Begnudel. *ſuprà verſic. Et quamvis.*

Nota, quòd licèt pactum de 29 futura ſucceſſione non valeat, ſed imò potius ſit reprobatum à lege; *l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.* ſi tamen ille, de cujus hæreditate agitur, conſentiat in pacto illo

illo de ſuccedendo, vel non ſuccedendo, & ante mortem non revovit facta in pactione, in qua conſentit, bene tenet pactum; *l. fin.* ubi DD. *cod. de pact. & l. hæreditas, cod. de pact. convent.*

30 Sicut etiam pactum de hæreditate alicujus mortui, ut aliquis ita, aut ita ſuccedat, bene tenet, quoniam non dicitur pactum de hæreditate viventis; ut probat *text.* à contrario *in d. l. fin. cod. de pact.*

31 Sed pactum, ne aliquis pro delicto teneatur, non valet, nec eſt alicujus momenti; quia hominis invitaret ad delinquendum, aperiretque tale pactum viam iniquitati, & ad delicta perpetranda, quod fas non eſt, ac proinde tale, pactum valere non poteſt; *l. ſi unus*, §. *illud*, ubi *gloſ. verb. ne dolus*, & DD. *ff. de pact. l. nec ex prætorio*, *ff. de reg. jur. l. illud. convenire*, *ff. de pact. dotal.*

Ad §. IV. & ult.

SUMMARIUM.

1 *Pœna appoſita in contractu, qui juramento confirmari poteſt, exigi poteſt, quando non adimpletur.*

2 *Pactum de hæreditate viventis reprobatur.*
Pactum de non ſuccedendo confirmari poteſt de jure Canonico, & pœna in illo exigi poteſt, ibid.

3 *Pactum de renuntiatione ſucceſſionis paternæ factum à filio, vel filia cum juramento valet.*

4 *Pactum de non ſuccedendo non eſt contra bonos mores; quibuſdam verò civilibus rationibus prohibitum.*

PRobatur ex hoc textu, quòd ſi adſint contractus, qui licèt ſint contra jus, poſſunt tamen juramento confirmari, pœna in illis promiſſa, vel appoſita exigi poteſt, & incurritur per promittentes, quando illos non adimpleverint. Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *ſub n.* 79. *verſic. Sed quidquid*, *ff. ſolut. matr.* Valaſc. *conſ.* 99. *n.* 10. 1

Licèt enim pactum de hæreditate viventis jure non valeat; *l. ult. cod. de pact.* attamen jure Canonico pactum de non ſuccedendo confirmari poteſt; quia non eſt tam reprobatum, ut alia, de quibus ſupra, & ideo pœna in illo appoſita exigi poteſt, quando non adimpletur; ut probatur ex noſtro textu: videndus Cald. *de empt. cap.* 30. *n.* 3. 32. *in fin. &* 33. *&* 40. 2

Nota, quòd quando filius, vel filia renuntiant futuræ ſucceſſioni paternæ, cum juramentò, tale pactum indubitanter valet; *text. in cap. quamvis pactum de pact. in* 6. Valaſc. *de partit. cap.* 16. *n.* 3. 3

Quod quidem pactum de non ſuccedendo non eſt contra bonos mores, ſed quibuſdam civilibus rationibus prohibetur; ut tradit cum multis Valaſc. *ſuprà n.* 6. & ideo pœna in illo appoſita exigi poteſt, ut dictum eſt. 4

Ad tit. 71.

De contractibus ſimulatis.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quomodo primò fiat ſimulatio oſtenditur.*

2 *Se-*

2 *Secundò, remiſſivè.*
3 *Tertiò, remiſſivè.*
4 *Quæ ſit ſimulationis definitio oſtenditur.*
5 *Alia definitio, remiſſivè.*
6 *Quando aliquid à lege permittitur, quod ſimulatur, eſt validum, ſi ſermo ſit de prima, & ſecunda ſimulationis ſpecie.*
Secus reſpectu tertiæ, in qua actus eſt nullius valoris.
7 *Nullus qualiſcumque ſtatus, vel conditionis contractum ſimulatum facere poteſt.*
8 *Aliàs manebit nullus, nullius vigoris, & ſine aliqua authoritate.*
9 *Quid amittant contrahentes in contractu ſimulato, remiſſivè, & n. 10.*
11 *Quid quando ſimulatio non ſit in alicujus præjudicium, ſed in fraudem legis, vel Ordinationis, remiſſivè.*
12 *Poſſeſſio non transfertur ex contractu ſimulato, nec dominium, neque jus.*
13 *Contractus ſimulatus appellatione contractus non venit, remiſſivè.*
14 *Traditur ratio, remiſſivè.*
15 *In contractu ſimulato non datur conſenſus.*
16 *Simulatio in fraudem legis, fiſci, vel alicujus tertii reprobatur; quæ non nocet permittitur.*
17 *Traditur quomodo contractus ſimulatus ſit nullus ipſo jure, & quando opus ſit ad illum reſcindendum actionibus revocatoriis, remiſſivè.*
18 *De ſimulatione civiliter, & criminaliter agi poteſt.*
19 *Exceptio ſimulationis eſt perpetua.*
20 *Quid quando agitur coram Judice ſeculari, vel Eccleſiaſtico, remiſſivè.*
21 *In contractu ſimulato omnia pacta, & clauſulæ in eo contentæ eadem labe inficiuntur.*
22 *Pœna in contractu ſimulato in fraudem uſurarum exigi nequit.*
23 *Exceptio ſimulationis opponi poteſt, ſtante ſtatuto prohibente, adverſus inſtrumentum aliquam exceptionem opponere.*

Sciendum eſt, quòd ſimulatio tripliciter fieri, vel tripliciter conſiderari poteſt: primò quando jure agitur inter partes, ut unus actus celebretur, & alius ſimuletur, de cujus ſpecie eſt; *text. empti fides, cod. de contrah. empt. & toto tit. plus valere, cod. eod.* Nogueirol. *alleg.* 10. *n.* 65. Altim. *tom.* 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *rubr.* 1. *n.* 1. 1

Secundò, quando contractus verè celebratur, ſed brevi duraturus; quia fortè debet emptor citò rem vendere; *l.* 4. §. *ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ.* Altim. *ſuprà n.* 2. Nogueirol. *alleg.* 10. *n.* 66. 2

Tertiò, quando contractus quidem extrinſicè celebratur, ex mente verò, & revera agitur inter partes, ut nihil fiat, & de hac ſimulatione loquitur; *text. in l. nuda, ff. de contrah. empt. l. imaginaria, ff. de reg. jur. l. emptor. ff. de aqua pluv. arcend.* Altim. *ſuprà n.* 3. Nogueirol. *ſuprà n.* 67. 3

Definitur, quòd ſit contractus apparens, non exiſtens, & velut umbra, & corpus ſine anima. Nogueirol. *ſuprà n.* 74. Giurb. *deciſ.* 22. *n.* 17. Altim. *ſuprà n.* 9. 4

Vel eſt fictio alicujus facti, ſed re vera non eſt, & talis actus perinde habetur, ac ſi factus non eſſet; ut cum multis tradit Altim. *ſub n.* 5. *verſic. Vel eſt.* 5

Quoad primam, & ſecundam ſimulationis ſpeciem, quando id, quod agitur eſt à lege permiſſum, 6
etiam

etiam illud, quod ſimulatur, eſt validum; quoad tertiam habetur, ac ſi actus factus non eſſet, & nullius valoris eſt; *l. imaginaria, ff. de reg. jur.* & tradit Begnudel. *tom.* 4. *verb. ſimulatio, n.* 1.

7 Et cum ex contractibus ſimulationis ſequantur plures fraudes in præjudicium creditorum, aliarum perſonarum, & jurium Regalium, pro fraudandis legibus, aut Ordinationibus, ut prædicta evitentur, ſtatuitur in hac lege, quòd nullus qualiſcumque ſtatus, ac conditionis ſit, contractum ſimulatum faciat, conventionem, permutationem, emphyteuticationes, mutationes, depoſitos, donationes, promiſſiones, ſtipulationes, obligationes, nec ceſſionem, aut translationem illarum, confeſſiones factas in judicio, vel extra judicium, nec alios contractus qualiſcumque naturæ, aut conditionis ſint, ſub rebus mobilibus, vel immobilibus, perpetuò, aut ad certum tempus, qui ſimulati ſint, in quibus dicant, vel declarent, aut confiteantur ſimulatè aliquam rem, quæ inter partes verè in talibus contractibus non ſit pacta, quod omne in hac lege prohibetur; ut jura, & DD. ſupra.

8 Quòd ſi aliquis contrarium in hac lege fecerit, contractus, confeſſiones, ſcripturæ, & actus confeſſionum in judicio, vel extra judicium facti manent nulli, & nullius vigoris, & ſine aliqua authoritate, ipſo facto, ut probatur ex hac lege verſic. *E fazendo*; *l. nuda, ff. de contrah. empt.* Mend. à C. 1. *p. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. ubi quod nec juramento confirmatur.

9 Et ultra nullitatem, qua laborant contractus ſimulationis ſupra dicti, rem amittunt contrahentes, vel æſtimationem rerum, quantitatis, aut pecuniæ bonorum mobilium, & immobilium declaratarum ſimulatè in contractibus ſupra dictis, ut probatur ex hac lege verſic. *E além diſto.*

10 Prædictæ quantitatis, vel æſtimationis tertia pars ad accuſantem pertinebit, & alia tertia pars ad Cameram Regis, alteraque ad illum, in cujus præjudicium ſimulatio facta fuerit, ut etiam probatur ex noſtra lege Regia.

11 Quando verò ſimulatio non fit in alicujus præjudicium, ſed ſolùm in legis fraudem, vel Ordinationis, medietas prædictæ quantitatis, & æſtimationis ad accuſatorem pertinebit, & alia ad Cameram Regis, ultra exilium quinque annorum vulgò *para o Braſil* cum præcone in audientia, quando fuerit plebeus, & quando fuerit nobilis exulitur tempore ſex annorum ad Africam, ut probatur ex noſtra lege verſic. *E ſe naõ for*, & verſic. *E ſerá.*

12 Ex contractu ſimulato, tanquam nullo ipſo jure, nullum transfertur jus, dominium, nec poſſeſſio; *l. emptor, ubi gloſ.* & Bart. *ff. de aqua pluv. arcend.* Giurb. *deciſ.* 22. *n.* 10. Noguerol. *alleg.* 10. *n.* 73. cum multis Far. *ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 7. *n.* 78. Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *n.* 27.

13 Sicque contractus ſimulatus non eſt contractus, nec inſtrumentum ſimulatum eſt inſtrumentum, nec venit appellatione contractùs, & inſtrumenti. Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *n.* 7. Altim. *tom.* 3. *quæſt.* 1. *rub.* 1. *ſect.* 3. *n.* 9.

14 Ratio eſt, quia potius attenditur, quod in veritate agitur, quam quod ſimulatè concipitur; ut in *rubr. & nigr. cod. plus val. quod agitur* notant omnes DD. *in cap. ad noſtram de empt. & vend.*

15 Item, quia in contractu ſimulato deeſt conſenſus, ſine quo contractus non valet; ut tradit Farin. *ſuprà n.* 8.

Si-

16 Simulationes in contractibus reprobantur, & illos annullant, ſi fiant in fraudem legis; vel fiſci, vel alicujus tertii, reliquæ verò non nocentes permiſſæ ſunt. Valaſc. *conſ.* 154. *n.* 11.

17 Sed nota, quòd contractus ſimulatus ſit nullus ipſo jure, quando eſt ſimulatus, ſed non factus in fraudem alicujus tertiæ perſonæ, prout eſt, quando partes fingunt facere contractum, ſed verè nihil agere intendunt, in quo caſu, contractus eſt nullus ipſo jure; *l. emptor*, *ff. de aqua pluv. arcend.* Farin. *ſuprà n.* 10.

Proptereaque non eſt opus ad illum reſcindendum actionibus revocatoriis, ſecus verò quando verè, & non ſimulatè contractus fit, ſed in fraudem fiſci, creditoris, vel alterius; tunc enim talis contractus valet mero jure, & ad illum reſcindendum ſunt neceſſariæ revocatoriæ actiones. Farin. *ſuprà n.* 10. Altim. *ſuprà ſub n.* 13.

18 De ſimulatione agi, & excipi poteſt non ſolùm civiliter, ſed etiam criminaliter, ut optimè Farin. *ſuprà n.* 12.

19 Quæ quidem exceptio ſimulationis perpetua eſt; *Gloſ. in l. ſi ſub ſpecie, cod. de poſtul.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 29. Altim. *ſuprà n.* 14. Farin. *etiam ſuprà n.* 15.

20 Sed ſecundum Tuſch. *pract. concl. in verb ſimulatio, concl.* 267. *n.* 1. *& ſeqq.* diſtinguitur inter judicem ſecularem, & Eccleſiaſticum. Nam coram judice ſeculari per viam actionis præſcribitur ſpatio 30. annorum, per viam autem exceptionis durat exceptio etiam poſt 30. annos. Coram judice verò Eccleſiaſtico, quando ſimulatio continet fraudem uſurarum, vel falſam cauſam, aut dolum perpetuò agi poteſt. Farin. *ſuprà n.* 16. & Altim. *ſuprà n.* 14.

Nota, quòd quando contractus 21
eſt ſimulatus, omnia pacta, & clauſulæ in eo contentæ eodem vitio laborant, & eadem labe inficiuntur. Rot. *deciſ.* 240. *n.* 11. Palm. *alleg.* 75. *n.* 20. Urceol. *de tranſact quæſt.* 100. *n.* 19. Gob. *conſult.* 88. *n.* 88. Farin. *de falſit. quæſt.* 162. *n.* 32.

Pœna adjecta in contractu ſimu- 22
lato in fraudem uſurarum exigi non poteſt. Tuſch. *concl.* 262. *n.* 14. Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *n.* 34.

Exceptio ſimulationis opponi 23
poteſt, quamvis à ſtatuto ſit prohibitum v. g. adverſus inſtrumentum opponere aliquam exceptionem. Farin. *ſuprà n.* 35. Altim. *etiam ſuprà n.* 23.

Ad §. I. & unic.

SUMMARIUM.

1 *Facta ſimulatione, illam Regi, vel judici notitiata ante accuſationem, vel gratiam alicui factam, pœnæ indulgentur, probata ſimulatione intermino aſſignato.*

2 *Non probata ſimulatione intermino, confeſſio de ſe ipſo non præjudicat.*

3 *Pars diffamata injuriam intentare poteſt, & erit judicanda inſpecta qualitate perſonarum.*

Injuriam facit arguens delictum, & non probans, ibid.

4 *Simulatio in dubio non præſumitur, ſed ab allegante probanda, remiſſivè.*

5 *Simulatio eſt difficilis probationis, ideo conjecturis probatur.*

6 *Si ſit allegata per tertium, ſe-*

cus ſi per contrahentes, remiſſivè.
7 *Ab opponente opponenda eſt, & exprimenda ſpecies ſimulationis, neque ſufficit, ſi probetur in genere, ſed in ſpecie.*
8 *Simulatio facta in fraudem uſurarum probatur conjecturis.*
9 *Quamvis conjecturæ non ſint plenè, & perfectè probatæ.*
10 *Simulatio probatur duabus conjecturis imperfectis.*
11 *Conjecturæ ſufficientes ad probandam ſimulationem judicis arbitrio relinquuntur.*
12 *Stantibus pluribus conjecturis parti defertur juramentum in ſupplementum probationis.*
13 *Simulatio probatur per publicam vocem, & famam.*
14 *Simulatio probatur per confeſſionem partis.*
15 *Licèt ſit extra judicialis, etiam abſente parte.*
16 *Simulatio probatur per teſtes.*
17 *Simulatio teſtibus ſingularibus non probatur.*
18 *Simulatio teſtibus non probatur, niſi exprimendo rationem eorum dicti.*
19 *Neque probatur teſtibus, niſi deponant de tempore tractatus ſimulationis.*
20 *Debent eſſe idonei, & excellentes, præſertim adverſus inſtrumentum.*
21 *Teſtes probantes ſimulationem, vel illius conjecturas debent eſſe duo, & unus non ſufficit*
22 *Sicuti conjecturis probatur, ita contrariis conjecturis improbatur, & excluſiva tollit incluſivam præſumptionem.*
23 *Juramentum ſimpliciter in inſtrumento præſtitum, ſcilicet de illo non contraveniendo non tollit exceptionem, quando de illa apparet verè, vel præſumptivè.*
24 *Contractus ſimulatus, nec jure Civili, nec jure Canonico, juramento firmatur.*
25 *Exceptio ſimulationis contractus celebrati à defuncto, ab hærede jurantis allegari poteſt, non præſtita abſolutione.*
26 *Præſtito juramento, non eſt neceſſaria abſolutio, ut jurans poſſit ſimulationem allegare.*
27 *An renuntiari poſſit exceptioni ſimulationis.*
28 *Non cenſetur renuntiata ſimulatio per ſolutionem.*
29 *Non cenſetur approbatus contractus per contrahentes, aliquid facientes in executionem talis contractus.*
30 *De facili non eſt præſumenda ſimulatio, fraus, neque dolus, & numquam præſumenda, niſi probetur expreſſè.*
31 *Simulatione probata reſtituitur res cum fructibus.*
32 *Clara ſimulatio retardat inſtrumenti executionem.*
33 *Prima conjectura probandi ſimulationem traditur, & oſtenditur.*
34 *Secunda ſimulationem probandi conjectura oſtenditur, remiſſivè.*
35 *Ampliatur hæc ſecunda ampliatio, remiſſivè.*
36 *Limitatur primò ſecunda ampliatio, remiſſivè.*
37 *Limitatur ſecundò, remiſſivè.*
38 *Limitatur tertiò, remiſſivè.*
39 *Limitatur quartò, remiſſivè.*
40 *Tertia conjectura oſtenditur.*
41 *Prædicta ſola conjectura non ſufficit, remiſſivè.*
42 *Quarta conjectura traditur.*
43 *Quinta conjectura, remiſſivè.*
44 *Præſumptio ſimulationis excluditur ex qualitate perſonæ bonæ famæ, nobilis, &c.*
45 *Sexta conjectura, remiſſivè.*
46 *Sed non ſufficit per ſe ſola ad de-*

detegendum contractum ſimulatum.
47 *Septima conjectura, remiſſivè.*
48 *Octava conjectura oſtenditur, remiſſivè.*
49 *Nona conjectura traditur, remiſſivè.*
50 *Quæ ſola non ſufficit.*
51 *Decima conjectura, remiſſivè.*
52 *Undecima conjectura, ſive præſumptio, remiſſivè.*
53 *Declaratur, remiſſivè.*
54 *Duodecima præſumptio, remiſſivè.*
55 *Contrarium traditur, remiſſivè.*
56 *Ratio oſtenditur, remiſſivè.*
57 *Decima tertia præſumptio, remiſſivè.*
58 *Decima quarta præſumptio, remiſſivè*
59 *Excluditur omnis ſimulationis præſumptio, ſi contractus fiat palam, non verò clam.*
60 *Decima quinta præſumptio, remiſſivè.*
61 *Decima ſexta præſumptio, remiſſivè.*
62 *Decima ſeptima præſumptio, remiſſivè.*
63 *Decima octava præſumptio, remiſſivè.*
64 *An præſumatur ſimulatio, ſi vendens, vel donans maneat in poſſeſſione rei? remiſſivè.*

1 UT facilius ſimulationes probentur, & facientes puniantur, ſtatuitur in hac lege, quòd ſi aliquis, qui ſimulationem fecerit, illam Regi, vel illius judicibus notitiaverit, antequam fuerit accuſatus, vel ante gratiam alicui factam, pœnæ in hac Ordinatione contentæ illi indulgentur, nec aliquam pœnam incurret, dummodo prædictam ſimulationem probet in termino ad ipſum aſſignato, qui terminus à lege conſtitutus eſt peremptorius; *l. ult. ff. decret. ab ordin. faciend.*

Quando in prædicto termino ſimulatio non probatur, confeſſio, quam quis de ſe ipſo facit dicendo, quòd ſimulationem fecerat, non præjudicabit, ut probatur ex hac lege verſic. *E poſto que.* 2

Sed pars diffamata ſuam injuriam proſequi poteſt, quæ judicanda erit ſecundum qualitatem perſonarum *Ord. hîc verſic. Poderá*; quia injuriam facit arguens delictum, quod non probat Bald. & alii *in l. 2. in princip. ff. de liber. & poſthum.* 3

Simulatio in dubio non præſumitur, ſed eam alleganti incumbit onus probandi, præſertim, quando opponitur adverſus inſtrumentum, quod habet præſumptionem pro ſe, ut cum multis tradit Farin. *de falſitate, & ſimulat. quæſt.* 162. *n.* 94. Altim. *tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *n.* 29. 4

Cum ſit difficilis probationis ſimulatio præſumptionibus, & conjecturis probatur Farin. *ſuprà n.* 97. Nogueirol. *alleg.* 10. *n.* 69. *& alleg.* 20. *n.* 166. & tradit cum multis Altim. *ſuprà n.* 30. 5

In hac re alii diſtinguunt, ut ſimulatione per teſtium allegata, ſufficiant probationes per conjecturas, ſecus per contrahentes; quia tunc requiruntur plenæ probationes, ut tradit Altim. *ſuprà n.* 31. cum aliis. 6

Quæ quidem ſimulatio debet ab opponente opponi, & exprimi ſpecies ſimulationis, & non ſufficit probatio in genere, ſed in ſpecie. Altim. *d. tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *n.* 32. 7

Amplia primò, ut etiam conjecturis probetur ſimulatio, quando facta eſt in fraudem uſurarum; quia tunc probatio præſumptiva habetur pro præſenti probatione; *text.* 8

in cap. ad noſtram in verb. quod patet extra de empt. & vend. tradit Farin. *ſuprà n.* 100.

9 Amplia ſecundò, quòd conjecturæ ſufficiant ad probandam ſimulationem contractus, etiam, quòd non ſint plenè, & perfectè probatæ, quoniam in hac materia procedit regula, quòd ſi non proſunt ſingula, multa collecta juvant, præſertim quando ſunt plures, & tendentes adeundem finem probationis. Altim. *ſuprà n.* 33. & Farin. *ſuprà n.* 102.

10 Amplia tertiò; quòd ad probandam ſimulationem duæ conjecturæ, etiam imperfectæ ſufficiant; ut cum multis DD. Altim. *ſuprà n.* 34. Farin. *ſuprà n.* 106.

11 Et quando conjecturæ ſint ſufficientes ad probandam ſimulationem, judicis arbitrio relinquitur. Farin. *ſuprà n.* 105. & 108. Valaſc. *conſ.* 154. *n.* 21.

12 Amplia quartò, ut ſtantibus pluribus præſumptionibus, ſeu conjecturis ſimulationis, deferatur parti juramentum in ſupplementum plenæ probationis ſecundum. Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio concl.* 263. *n.* 30.

13 Amplia quintò, ut ſimulatio per publicam vocem, & famam probetur; ut cum multis Altim. *d. tom.* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *n.* 54. Farin. *ſuprà n.* 114.

14 Amplia ſextò, quòd ſimulatio probetur per confeſſionem partis. Nogueirol. *alleg.* 10. *n.* 61. Altim. cum multis *ſuprà n.* 56.

15 Amplia ſeptimò, quòd ſimulatio probetur per confeſſionem partis extrajudicialem, etiam abſente parte cum multis Farin. *ſuprà n.* 118. Altim. *etiam ſuprà n.* 57.

16 Amplia octavò, quòd probetur pariter per teſtes ſimulatio, ut cum multis Farin. *ſuprà n.* 119. Altim. *ſuprà n.* 59.

Limita primò in teſtibus ſingularibus, qui non probant ſimulationem. Farin. *ſuprà n.* 124. 17

Limita ſecundò, quòd teſtes non probent ſimulationem, niſi exprimant rationem eorum dicti; ut tradit Farin. *ſuprà n.* 126. 18

Limita tertiò, quòd teſtes non probent ſimulationem, niſi deponant de tempore tractatus ſimulationis. Bald. *in l. pacta noviſſima, n.* 6. *cod. de pact.* Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio, concl.* 260. *n.* 34. 19

Limita quartò, quòd teſtes probantes ſimulationem, præſertim adverſus inſtrumentum debeant eſſe idonei, & excellentes Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio, concl.* 263. *n.* 32. & Farin. *ſuprà n.* 128. Altim. *ſuprà n.* 63. 20

Limita quintò, quòd teſtes, probantes ſimulationem, vel etiam ſimulationis conjecturas, duo requiruntur, & non plures, nec unus ſufficit. Tuſch. *concl.* 259. *n.* 3. Altim. *ſuprà n.* 63. Farin. *etiam ſuprà n.* 130. 21

Adverte, quòd licèt ſimulatio probetur conjecturis, ſic tamen probata aliis conjecturis contrariis tollitur, & præſumptio excluſiva ſimulationis tollit præſumptionem ſimulationis incluſivam. Farin. *ſuprà n.* 144. 22

Nota primò, quòd juramentum ſimpliciter præſtitum in inſtrumento de illo non contraveniendo, non tollit exceptionem ſimulationis, ſi de ea appareat verè, vel præſumptivè. Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *p.* 2. *n.* 67. 23

Nec juramentum firmat contractum ſimulatum non ſolùm de jure Civili, ſed nec etiam de jure Canonico. Farin. *ſuprà n* 69. 24

Item nec hæredes jurantis prohibentur allegare ſimulationem contractus celebrati à defuncto, etiam 25

non

non petita abſolutione. Farin. *ſuprà n.* 71.

26 Item neque præſtito juramento, eſt neceſſaria abſolutio ad hoc, ut jurans poſſit ſimulationem allegare. Farin. *ſuprà n.* 72.

27 Nota ſecundò, quòd renuntiatio exceptionis ſimulationis nihil operatur, & illam non tollit, ſed imò potius arguit ſimulationem, quando de ea appareat per probationes, & indicia. Altim. *ſuprà n.* 16.

28 Neque renuntiata cenſetur ſimulatio per ſolutionem factam occaſione ſimulati contractus, ut tradit Altim. *ſuprà n.* 17.

29 Item neque approbatus cenſetur, & ratificatus contractus ex eo, quòd contrahentes aliquid fecerunt in excutionem talis contractus. Tuſch. *lit. S. concl.* 262. *n.*19.

30 Simulationem præſumere de facili non licèt, ſicut nec fraudem, nec dolum, & numquam ſimulatio eſt præſumenda, niſi expreſsè probetur. Valaſc. *conſ.* 154. *n.* 23.

31 Nota tertiò, quòd ſimulatione probata, reſtituitur res, & fructus. Cœpol. *de ſimulat. contr. p.* 2. Altim. *ſuprà n.* 25.

32 Simulatio clara retardat executionem inſtrumenti. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 100. *n.* 17. *& ſeqq.* Donad. *de renunt. tom.* 2. *cap.* 23. *n.* 17. *& ſeqq.* Leotard. *de uſur. quæſt.* 7. *n.* 24.

Quænam ſint conjecturæ, & præſumptiones, quibus probatur ſimulatio?

33 Prima, & principalis ſimulationis conjectura ſumitur ex iis, quæ in continenti, ex vicinitate, & celeritate actuum, ac ex brevitate temporis, in quo plures celebrantur contractus unus poſt alium ſecundum. Bald. *in l. per diverſas in fin. cod. mandat.* & ibi ponit exemplum in pecunia numerata, ſed ſtatim reſtituta.

Secunda conjectura erit, quando in inſtrumento reperiuntur plures inſolitæ clauſulæ, quæ propterea arguunt ſimulationem; *Gloſ. in l. ſi quis in gloſ.* 1. *ff. de condit. inſtit.* Farin. *ſuprà n.* 155. 34

Amplia hanc ſecundam conjecturam, quòd clauſula inſolita in favorem ejus, qui eſt ſolitus fœnerari, inducat probationem juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium facit opinio; *Gloſ. in l. cum allegas, cod. de uſur.* & cum aliis Farin. *ſuprà n.* 158. 35

Limita primò hanc ſecundam conjecturam, ut ſola non ſufficiat ad plenam probationem ſimulationis. Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio, concl.* 262. *n.* 35. & cum multis Farin. *ſuprà n.* 159. 36

Limita ſecundò, quia quòd clauſula ſit inſolita, non præſumitur, & allegantì eam eſſe inſolitam, incumbit onus probandi ex allegatis per Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio, concl.* 262. *n.* 34. *&* 28. ubi quòd clauſulæ neceſſariæ non dicuntur inſolitæ; ut cum multis docet Farin. *ſuprà n.* 160. 37

Limita tertiò, quia non omnes inſolitæ clauſulæ ſimulationem arguunt, ſed illæ tantum, quæ tendunt ad maiorem occultationem ſimulationis. Tuſch. *ſuprà verb. ſimulatio, concl.* 262. *n.* 25. cum aliis Farin. *ſuprà n.* 161. 38

Limita quartò, quia ſi clauſulæ inſolitæ ſint plures arguunt ſimulationem, ſecus quando eſt una; *Gloſ. & DD. in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* Tuſch. *ſuprà n.* 25. & Farin. *ſuprà* cum multis *n.* 162. 39

Tertia erit ſimulationis conjectura ex pactis inſolitis. Ambroſ. *de vignat. in cap. ſalubriter, n.*99. 40

&

& ſeq. extra de uſur. tradit cum multis Farin. *ſuprà n.* 164.

41 Hæc tamen ſola conjectura, ſive præſumptio non ſufficit ad arguendum contractum ſimulatum ſecundum. Cœpol. *in tract. de ſimulat. contract. n.* 47. *ad fin. verſic. Hæc tamen præſumpt*; tradit Farin. *ſuprà n.* 166.

42 Quarta conjectura ſimulationis eſt, quando in inſtrumento reperitur clauſula verè, & non in fraudem. Ambroſ. *de vignat. in cap. ſalubriter, n.* 100. *verſic. Quinimo extra de uſur.* Tiraq. *de retract. convent. in præfactione n.* 19. & cum aliis optimè Farinac. *ſuprà n.* 167.

43 Quinta conjectura ſuccedit deſumpta ex qualitate perſonæ pacta; quia ſit ſolitus ſimilia facere. Add. *ad Cœpol. in tract. de ſimulat. contract. n.* 5. *verb. Fraus, verſic. item præſumitur ex qualitate perſonæ*; docet bene Farin. *ſuprà n.* 169.

44 Sic ſimiliter, & è contra excluditur præſumptio ſimulationis ex qualitate perſonæ, quæ ſit bonæ famæ, nobilis, & non ſolitæ ſimilia facere Ceph. *conſ.* 320. *n.* 31. *& ſeqq.* tradit ſupra laudatus Farin. *ſuprà n.* 172.

45 Sexta oritur conjectura ex paupertate venditionis, & ejus neceſſitate, quæ pariter contractum ſimulatum, & uſurarium arguit. Menoch. cum multis *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 1. *in fin. verſic. Præterea ſola illa venditoris indigentia.* Aretin. *de except. n.* 48. Farin. *ſuprà* cum multis *n.* 175.

46 Quæ quidem conjectura ſola non ſufficit ad detegendum contractum ſimulatum, & uſurarium. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 22. *n.* 81. *in fin.* Farin. *ſuprà n.* 176.

47 Septima ſimulationis conjectura eſt, quando pacta inſtrumenti claudicent, & ſunt inæqualia, puta quia omnia reſpicerent creditoris favorem, ſcilicet emptoris, & nullum eſſet in debitoris favorem, ſcilicet venditoris ex allegatis per Cœpol. *in tract. de ſimulat. contract. n.* 60. & cum aliis Farin. *ſuprà n.* 177.

Octava ſimulationis conjectura, 48
& præſumptio oritur ex interpoſitione perſonæ; quia unus modus principalis fraudandi, & ſimulandi eſt ille, qui fit de perſona ad perſonam; *text. in l.* 2. *cod. plus val. quod agitur.* Cœpol. *de ſimulat. contract. n.* 74. *verſic. Iſtæ duæ ultimæ præſumptiones.* Farin. *ſuprà n.* 184.

Nona oritur præſumptio ſimu- 49
lationis, quando contractus eſt initus inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas. Cœpol. *de ſimulat. contract. num.* 78. Farin. *ſuprà n.* 187.

Sed quòd hæc ſola præſumptio 50
probet plenè ſimulationem, non eſt ullo pacto dicendum, quia imò contractus non præſumitur ſimulatus, etiam quòd ſit ſimulatus inter perſonas ſuſpectas ſecundum. Bald. *in l. quod autem, §. ſi tibi maritus, ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Farin. *ſuprà n.* 188.

Decima ſimulationis conjectura 51
eſt illa, quæ oritur ex confeſſione de recepto, non conſtito de reali numeratione; *Gloſ. in l. qui teſtamentum in princip. ff. de probat.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 23. *n.* 31. *in fin. verſic. Quarta eſt conjectura.* Thuſc. *pract. concl. verb ſimulatio, concl.* 264. *n.* 13. Maſcard. *de probat. concl.* 815. *n.* 20. & cum his & aliis Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *n.* 189.

Undecima ſimulationis præſum- 52
ptio eſt quando venditio modico tempore duravit, & ſic ex redemptione

ptione rei venditæ, infra modicum tempus facta; iſte enim eſt unus modus, unaque ſpecies ſimulationis. Cœpol. *de ſimulat. contract.* *n.* 79. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 34. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122 *n.* 112. Maſcard. *de probat. concl.* 438. *n.* 15. 16. *&* 17. Farin. *ſuprà n.* 193.

53 Sed declaranda eſt hæc præſumptio, ut procedat, quando à principio conventum fuit, quòd vendita res infra modicum tempus reſtituatur venditori; nulla autem conventione præcedente, oritur ſolùm quædam præſumpta ſimulatio, quæ ſola non ſufficit ad detegendum contractum ſimulatum, & uſurarium ſecundum. Cœpol. *de ſimulat. contract. n.* 79. *verſic. Et adverte.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 114. Maſcard. *de probat. concl.* 438. *n.* 20. ubi quod ſi conſtat de præcedenti pactione ex hac retro venditione non oritur ſimulationis præſumptio, niſi aliæ concurrant conjecturæ.

54 Duodecima ſimulationis præſumptio oritur ex modicitate pretii ſecundum; *Gloſ. in cap. ad noſtram verb. dimidiam de empt. & vendit.* Tuſch. *pract. concl. verb. ſimulatio*, *concl.* 262. *n.* 44. & tradit Farin. *ſuprà n.* 196.

55 Contrarium, quòd ex ſola modicitate pretii tam de jure Civili, quam Canonico, nulla ſimulationis oriatur præſumptio tradunt Innocent. *in cap. ad noſtram verb. dimidiam extra de empt. & vendit. & ibi Hoſtienſ. n.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 443. *n.* 7. *verſic. Iſtud limitatur*, & alii multi, quos refert Farin. *ſuprà n* 197.

56 Ratio eſſe videtur, quia contrahentibus licitum eſt in pretio ſe decipere, quòd quando verum ſit, & de hac materia vide Cœpol. *in tract. de ſimulat. contract. n.* 18. *& ſeqq. uſque ad* 28. Stracc. *de mercat. p.* 2. *tit. de ſtat. mercat. n.* 6. *& ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 443. *n.* 10. *& ſeqq.* & cum his, & aliis Farin. *ſuprà n.* 198.

Decima tertia ſimulationis præſumptio oritur ex venditione fundi melioris, vel domus, ad quam venditor magnam affectionem haberet, nempè quia fuiſſet maiorum ſuorum, vel in ea educatus, quam veriſſimiliter non fuiſſet venditurus, habens alia bona, quæ vendi poſſent. Cœph. *de ſimulat. contract. n.* 51. Farin *ſuprà n.* 201. 57

Decima quarta ſimulationis præſumptio oritur ex actu clam, & occultè celebrato. Cœpol. *in tract. de ſimulat. contract. n.* 66. *&* 67. *& ſeqq.* & idem eſt ſi inſtrumentum diu ſtetit occultum, tunc enim pariter præſumitur ſimulatum; ut omne cum multis tradit Farin. *ſuprà n.* 205. 58

Sic ſimiliter è contra, quando contractus eſt factus palam, & non clam, excluditur omnis mala ſimulationis præſumptio. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 94. Tuſch. *pract. concl. verb ſimulatio*, *concl.* 262. *n.* 52. niſi actus fuiſſet palam geſtus pro maiori cautela, & ut magis occultaretur ſimulatio, tunc enim maior fraus dicitur commiſſa. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *n.* 35. tradit Farin. *ſuprà n.* 206. 59

Decima quinta oritur præſumptio ſimulationis ex loci qualitate, ubi celebratur contractus. Cœpol. *de ſimulat. contrat. n.* 68. *& ſeqq.* & ponit exemplum, quando contractus fuit celebratus in loco, in quo ſimulati, & uſurarii contractus celebrari ſolent. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *n.* 95. & cum aliis Farinac. *ſuprà n.* 214. 60

Decima ſexta ſimulationis, & uſuræ, ſeu pignoratitii contractus con- 61

conjectura oritur ex præcedente tractatu. Bald. *conſ.* 21. *verſic. Venio igitur*, *lib.* 4. & ponit exemplum, quando contrahentes egerunt ante celebratum inſtrumentum facere contractum pignoris, & non venditionis. Cœpol. *de ſimulat. contract. n.* 15. *in princip.* tradit cum aliis Farin. *ſuprà n.* 216.

62 Decima ſeptima erit præſumptio ſimulationis, ſeu potius probatio ſimulationis, quando probatur non solùm fuiſſe tractatum inter partes de faciendo contractum ſimulatum, & uſurarium, ſed etiam quòd ſic firmatum, & conventum fuit. Cœpol. *in tract. de ſimulat. contract. n.* 13. *&* 14. ubi, quòd teſtes de præcedente tractatu, & conventione deponere debent de tempore præcedentis tractatus, & conventionis, aliàs non probant. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 122. *n.* 19. *&* 21 tradit Farin. *ſuprà n.* 223.

63 Decima octava oritur præſumptio ſimulationis ex præcedentibus, & ſequentibus. Bald. *conſ.* 21. *col.* 2. *ante medium*, *verſic. Nam animus*, *lib.* 4. *per text. quem allegat. apud celſum princip. ff de except. dol. & in l. Fulcinius*, §. *quid ſit latitare*, *ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur*, *& in verſic. Item ex præcedentibus*; ubi quòd ex præcedentibus, & ſequentibus præſumitur medius actus fictitius, & coloratus; *text. in l. & qui ſub imagine*, *cod de diſtract. pign.*

64 An, & quando ſimulatio contractus præſumatur ex eo, quòd venditor, ſeu donans remaneat in poſſeſſione rei venditæ, ſeu donatæ? Conſule Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *p.* 5. *ex n.* 228. cum multis ubi pro rugula tradit, quòd præſumitur ſimulatio, quem vide cum ampliationibus, & limitationibus.

Ad tit. 72.

De contractibus vulgò *deſaforados.*

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Conventio cum debitore ſub certa pœna, quòd ſi certo die non ſolvat, executio fiat, non valeat, neque executio fieri poteſt, niſi prius condemnatus, & citatus fuerit vocatus ad judicium, ſuper executione.*

2 *Oſtenditur quædam difficultas contra diſpoſitionem hujus Ordinationis.*

3 *Alia difficultas* ex l. 3. cod. de pignor.

4 *Reſponſio ad primam difficultatem traditur, remiſſivè.*

5 *Reſponſio* ad l. 3. cod. de pignor. *remiſſivè.*

6 *Clauſula in contractibus, ne audiatur debitor, niſi prius deponat debitum principale penes tertium, vel creditorem eſt valida.*

7 *Ad hæredes tranſit activè, & paſſivè.*

8 *Quando plures hæredes, quilibet auditur deponendo ſuam partem, quamvis reliqui non deponant.*

9 *Si contractus principalis non tenet, nec etiam clauſula. Principale non valens, nec acceſſorium, ibid.*

10 *Clauſula prædicta depoſitaria non habet locum, ſi reus judicium, ſeu forum declinat.*

11 *Nec quando objicit impedimenta,*

ta, quæ incontinenti probat, remiſſivè.

12 *Neque quando debitum non eſt liquidum.*

13 *Pactum, de quo in noſtra lege, eſt contrarium defenſioni, quæ nemini denegatur, & ideo non admittitur.*

1 PRobatur ex hac lege, quòd conventio facta cum debitore ſub certa pœna, ut ſolvat, quod debet, in certo die, & ſi non ſolverit, quòd poſſit fieri executio contra eum, non valet, etiam ſi talis conventio eſſet ſtatim per ſententiam judicata; & non obſtante tali contractu, vel ſententia executio nullatenus fieri poteſt, niſi prius condemnatus fuerit vocatus in judicium, & citatus ſuper ipſa executione. Cald. Per. *de renovat. quæſt.* 11. *n.* 4. *& de empt. cap.* 25. *n.* 53. *& quæſt. for. quæſt.* 8. *n.* 4.

2 Sed contra diſpoſitionem hujus Ordinationis ſe ſe offerunt duæ difficultates. Prima eſt ex *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 76. §. 2. *&* 3 ubi probatur valere pactum, quòd ſi debitor non ſolverit tempore conſtituto, in ejus perſona poterit fieri executio: ergo à fortiori debet valere pactum, quòd fiat executio in illius bonis.

3 Secunda eſt, quòd urget *l.* 3. *cod. de pignor.* quæ concludit valere pactum quòd creditor poſſit facere executionem propria authoritate in bonis debitoris, eo non citato.

4 Reſpondetur terminos eſſe diverſos; pactum enim, quòd capiatur perſona debitoris, etiamſi bona habeat, non tollit debitoris defenſionem; ſed tantummodo mutat modum defenſionis. Cæterum pactum, de quo hæc *Ord.* in effectu tollit defenſionem debitoris; quia per illud, debitore non citato, debet fieri executio in ejus bonis, & ideo tale pactum non admittitur. Barb. *in l Alia*, §. *eleganter*, *n.* 46. *&* 47. *ff. ſolut. matr.*

Ad difficultatem *l.* 3. *cod. de pignor.* Reſpondetur, quòd ea lex tantùm probat valere pactum, quòd creditor poſſit accipere poſſeſſionem rei hypothecatæ propria auctoritate; pactum autem, quòd creditor, non audito, nec citato debitore, facere poſſit executionem in bonis illius, invalidum cenſetur per noſtram *Ord.* Barb. *ſuprà n.* 47. *verſic. Ad ſecundam.* 5

Utrùm valida ſit clauſula in contractibus appoſita, ne audiatur debitor volens excipere contractum, niſi prius deponat debitum principale ex eo petitum, vel penes tertium, vel penes creditorem, ut in clauſula fuerit deductum? Reſpondetur, quòd ſit valida, & obſervanda, & nihil contra legem continet; *l. juris gentium*, §. *Prætor*, *ff. de pact.* *l.* 1. §. *ſi convenit*, *ff. depoſit.* Cardoſ. *verb. clauſula*, *n.* 26. *&* 27. Thom. Valaſc. *alleg.* 100. *n.* 1. Valaſc. *conſ.* 85. *n.* 7. Barb *in l. Alia*, §. *eleganter*, *n.* 47. *ff. ſolut. matr.* 6

Prædicta clauſula tranſit ad hæredes activè, & paſſivè, tanquam pars contractus; *l.* 2. §. *ex his*, *ff. de verb. oblig. l. unic. cod. ut action. ab hæred. l. veteris*, *cod. de contract. ſtipul* & cum aliis Thom. Valaſc. *ſuprà ſub n.* 1. Mor. *de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 112. 7

Et ſi ſint plures hæredes, quilibet ſuam partem tantùm deponendo audiatur, quamvis reliqui ſuas partes non deponant, ut cum Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 31. & aliis tradit Mor. *ſuprà n.* 112. quem vide circa hanc materiam per tot. 8

Quando autem contractus principa- 9

cipalis non tenet, & ipſo jure eſt nullus, nec clauſula illa valet; quia ſemper clauſula appoſita in contractu ſequitur naturam contractus principalis, & illi eſt acceſſoria, & quando principale non valet, nec acceſſorium; *cap. & ſi neceſſe de Donat. inter vir. & uxor. & cap. acceſſorium*, ubi notant omnes *de reg. jur. in 6.*

10 *Sed prædicta* clauſula non operatur effectum, quando reus conventus judicium, vel forum judicis declinat. Reinoſ. *obſerv.* 45. *n.* 4. Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 45. Cabed. 1. *p. deciſ.* 37. *n.* 6.

11 Item non operatur effectum, quando debitor objicit, & offert impedimenta, quæ ſtatim, & incontinenti probat; quia tunc audietur ſine depoſito, namque exceptiones incontinenti probatæ admittuntur, etiam illo caſu, ubi nulla admittitur exceptio; *l. ille à quo*, §. *ſi teſtamento*, *ff. ad Trebelian. l.* 1. *cod. quando provocar. non eſt neceſſe.* Reinoſ. *ſuprà* cum aliis *n.* 7.

12 Item non operatur effectum, quando debitum, cujus depoſitum petitur, liquidum non eſt. Reinoſ. *ſuprà n.* 20. Plures caſus, in quibus non operatur effectum prædicta clauſula, vide apud Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *ex n.* 35.

13 In terminis verò, de quibus loquitur noſtra *Ord.* non admittitur tale pactum, utpote contrarium defenſioni, quæ nemini eſt deneganda, cum ſit omni jure permiſſa; *l. ut vim* 3. *ff. de juſt. & jur. l.* 1. §. 1. *ff. de vi & vi armat.* & tradit cum multis Conciol. *verb. defenſio*, *reſolut.* 1. *n.* 1.

Ad tit. 73.

Quòd non fiant contractus, nec diſtractus cum juramento promiſſorio, vel bona fide.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *In Regno Luſitano in contractibus non apponitur juramentum promiſſorium, vel bona fides, & illos reddit nullos, ultra amiſſionis rerum, vel pecuniæ pœnam contrahentium.*

2 *Diſpoſitio textus locum non habet in juramento aſſertorio, vel declaratorio.*

3 *Traditur ratio cur prohibeatur juramentum promiſſorium interponi in contractibus, remiſſivè.*

4 *Non procedit in juramento aſſertorio alicujus rei præteritæ, vel præſentis, remiſſivè.*

5 *Lex procedit in contractu valido, non verò in invalido, in quo juramentum apponi poteſt.*

6 *Contrarium eſt verius, & defenditur.*

7 *Lex non diſtinguens, nec nos diſtinguere debemus.*

8 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*

9 *Limita legem Regiam in contractibus ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, remiſſivè.*

10 *Noſtra lex condita fuit ad conſervandam juriſdictionem, ne lis propter juramentum ad forum Eccleſiaſticum trahatur.*

11 *In*

11 *In contractibus Eccleſiaſticis juramentum promiſſorium impunè apponitur, ceſſatque contractus nullitas.*

1 PRobatur ex hac lege, quòd non fiant in hoc Regno Luſitano contractus, ſeu diſtractus, obligationes, pacta, quietationes, promiſſiones, ſcripturâ, vel verbo, in quibus contractibus apponatur juramentum promiſſorium, vel bona fides, & ſi ſecus factum fuerit, tales contractus annullantur, & amiſſionis rerum, vel pecuniæ pœna contrahentes multantur. Portug. *prælud.* 2. §. 4. *n.* 19. Mor. *de execut. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 27. Thom. Valaſc. *alleg.* 72. *n.* 31. Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 74. *ff. ſolut. matr.* Oliv. *de for. Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 30. *in princip.* Valaſc. *conſ.* 16. *n.* 14. *Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 13.

2 Diſpoſitio hujus textus ſolùm locum habet in juramento promiſſorio, minime verò in aſſertorio, vel declaratorio, ut probatur ex hocmet textu. Valaſc. *conſ.* 99. *n.* 12. Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 80 *in fin. ff. ſolut. matr.* Mor. *de execut. lib.* 2. *cap.* 19 *n* 29. Coſt. *in l. ſi ex cautione*, *fallent.* 10. *n.* 4. *cod. de non numer. pecun.*

3 Ratio cur in hac lege Regia prohibetur juramentum interponi à partibus ſuper contractibus, eſt ne laici, & eorum cauſæ, vel lites prætextu juramenti trahantur ad forum Eccleſiaſticum, & diminuatur juriſdictio ſecularis; *cap. fin. de for. compet. in* 6. Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 22. Mor. *ſuprà n.* 28.

4 Quæ quidem ratio ceſſat in juramento aſſertorio alicujus rei præteritæ, vel præſentis; namque propter illud cauſa non trahitur ad judicium Eccleſiaſticum, ſed tantùm propter juramentum promiſſorium; & ideo juramentum aſſertorium licitè interponi poterit. Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 80. *verſic. Et pariter*, *ff ſolut. matr.* Coſt. *l. ſi ex cautione*, 10. *fallentia*, *n.* 4. *p.* 119. *cod. de non numer. pecun.* Valaſc. *conſ.* 99. *n.* 12.

5 Intellige noſtram legem, ut procedat, ſi contractus ſit validus; ſi verò contractus ſit invalidus, poteſt juramentum apponi, & valebit; ex traditis à Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 27. *verſic. Item exceptio.* Mor. *lib.* 2. *tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 30. Cald. *de empt. cap.* 33. *n.* 29.

6 Sed contrarium refert Valaſc. *conſ.* 99. *n.* 10. ſcilicet, ut procedat prohibitio tam in contractibus validis, quàm invalidis; quia illæmet rationes, quæ vigent in prohibitione juriſjurandi in contractibus validis, ne occaſione juramenti devolvatur juriſdictio ad forum Eccleſiaſticum, vigent etiam in contractibus invalidis; ut tradit ipſe Valaſc. *d. n.* 10. Mor. *ſuprà d. n.* 30. *verſic. Hæc tamen limitatio.*

7 Urget etiam generalitas noſtræ legis, quæ nullam diſtinctionem facit inter utroſque contractus, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; *l. de pretio*, *ff. de public. in rem act. l. non diſtinguimus*, *ff. de recept. arbitr l. Præſes*, *ff. de offic. Præſid.* & tradit Valaſc. *ſuprà d. n.* 10.

8 Lex enim generaliter loquens, generaliter intelligi debet; *d. l. de pretio*, *ff. de public. in rem act. l. in fraudem*, §. *ult. ff. de teſtam. milit. l.* 1. §. *generaliter*, *ff. de legat. præſt.* Et cum noſtra lex Regia generaliter loquatur, de utroque contractu tam valido, quàm invalido intelligitur, quæ quidem rationes me urgent ad aſſerendum noſtram legem habere locum in utroque contractu tam valido, quàm invalido.

9 Limitatur noſtra lex Regia in contractibus factis ſub juramento in rebus ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus; quia cognitio ipſarum rerum pertinet ad Eccleſiaſticum; *cap. ſi Clericus laicum de for. compet.* Barb. *ſuprà in d. l.* 1. *p.* 1. *ſub n.* 80. *verſic. Neque ad finem, ff. ſolut. matr.*

10 Ord. enim noſtra condita fuit ad Regiam conſervandam juriſdictionem, ne per juramentum cauſa ad forum Eccleſiaſticum trahatur; quæ quidem ratio omninò ceſſat in contractibus factis ſuper rebus Eccleſiaſticis. Mor. *lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 28. Barb. *ſuprà.*

11 Ideoque ſuper prædictis contractibus impune apponi poterit juramentum, ceſſabitque in hujuſmodi caſu contractus nullitas; ut tradunt Mor. & Barb. *ſuprà* cum aliis.

Ad §. I. & unic.

SUMMARIUM.

1 *Tabelliones contractus juratos, vel bona fide facientes non ſolùm ſolvere debent quantum partes, ſed etiam ſua officia amittunt, remiſſivè.*

2 *Diſpoſitio legis locum habet in quaſi contractibus.*

3 *Sed non procedit in contractibus celebratis inter Clericum, & Clericum.*

4 *Neque in teſtamentis, codicillis, vel alia quacumque ſpecie ultimæ voluntatis.*

5 *Rex diſpenſare ſolet, licèt cum difficultate in hac lege, remiſſivè.*

1 Probatur ex hac lege, ne Tabelliones contractus, vel bona fide conficiant, aliàs tantùm ſolvent, quantùm quælibet pars ſolvere tenebatur, & ſua officia amittent, quarum penarum duæ partes ad Cameram Regiam pertinebunt, & ad accuſatorem altera tertia pars. Vide concordiam cum Rege invictiſſimo Joanne I. *in art.* 44.

Diſpoſitio noſtræ legis procedit, & locum habet etiam in quaſi contractibus ex identitate rationis. Valaſc. *conſ.* 99. *n.* 11. Barb. *ad princip. hujus tit. n.* 2. 2

Sed limitatur primò noſtra lex Regia in contractibus celebratis inter Clericum, & Clericum; in iſtis enim jubetur Tabellionibus, quòd tales ſcripturas conficiant, & in illis ponant quæcumque juramenta, quæ partes expreſſerint, ſed ea conditione, quòd ibi non comprehendatur aliquis ſecularis, nec aliqua bona profana, ut patet ex *d. art.* 44. quem tradit Per. *de Man. Reg. p.* 1. 3

Limitatur ſecundò, ut non procedat diſpoſitio noſtræ legis Regiæ in teſtamentis, vel codicillis, vel alia qualibet ſpecie ultimæ voluntatis; quia in his teſtamenta jurata impunè Tabelliones conficere poſſunt ſine aliqua pœna hujus legis. Barb. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 80. *ff. ſolut. matr.* optimè tradit Cald. *in l. ſi curatorem, verb. Minoribus, cod. de integr. reſt. min. n.* 6. quem vide. 4

Et licèt per hanc legem, & *Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 13. diſpoſitum ſit, ne Tabelliones inſtrumenta conficiant, in quibus contrahentes aliquid firment juramento; attamen ſolet Rex diſpenſare in hac lege, ut Tabelliones juramenta apponere poſſint in ſcripturis abſque pœna, ut probatur ex §. 87. *Regim. Senat. Palat.* quod non facilè concedi ſolet. 5

Ad tit. 74.

De facientibus ceſſionem bonorum.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ad ceſſionem bonorum nullus debitor eſt admittendus, aliàs nulla erit.*

2 *Primus caſus, in quo debitor ceſſionem bonorum facere poteſt, oſtenditur, remiſſivè.*

3 *Secundus caſus, in quo permittitur debitori ceſſio bonorum, oſtenditur, remiſſivè.*

4 *Prædictum beneficium facit, nequis detrudatur in carcerem, & ſi eſt carceratus; liberetur.*

5 *Extinguit debitum ex impotentia debitoris, ne conveniatur ultra quam facere poteſt, & deducto ne egeat.*

6 *Debitor non carceratus non admittitur ad ceſſionem bonorum.*

7 *Cedens bonis, & poſtea alia bona acquirens non deſinit eſſe obligatus, ſed tenetur in quantum facere poteſt.*

8 *Debent relinqui ei tota bona, quibus honeſtè vivat ſecundum ejus dignitatem, ne fame pereat, & omne relinquendum judicis arbitrio.*

9 *Nulla apparet maior utilitas, quàm ut fame liberentur homines.*

Nihil eſt crudelius fame, ibid.

10 *Tempore famis omnia ſunt communia, & licitum eſt furari.*

11 *Debitor potens ex officio, & proprio labore honeſtè vivere, bona ei omnia auferri poſſunt pro ære ſolvendo.*

12 *Quicumque bonis cedere poteſt ad evitandos carceres, remiſſivè.*

13 *Ceſſio bonorum dupliciter fit, remiſſivè.*

14 *An cedens bonis pænitere, vel renuntiare poſſit? remiſſivè.*

15 *Facta ceſſione in judicio, judice approbante, nulla admittitur pœnitentia, remiſſivè.*

16 *Cedens actiones ceſſas exercere non poteſt, niſi re integra pænituerit, ante creditorum concurſum.*

17 *Penes cedentem inefficax remanet directa actio; ſecus re integra, remiſſivè.*

18 *Res integra quando dicatur, remiſſivè.*

19 *Quando poſt ceſſionem, omnia ſunt in eodem ſtatu, quo erant tempore ceſſionis, dicitur res integra.*

20 *Ceſſio ſimplex bonorum in judicio, vel extra judicium fieri poteſt, per epiſtolam, vel nuntium, abſente creditore.*

21 *Facta ceſſione per debitorem, non poſſunt creditores bona diſtribuere, ſed vendere judicis authoritate, & pretium dividere; aliter bona ab eis avocantur, quin obſtet præſcriptio.*

22 *Quando bona creditoribus dantur in ſolutum, dominium acquiritur; & bona diſtribuere voluntate ſua.*

Quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, ibid.

Quia remedio ceſſionis bonorum, malitias, & fraudes faciebant debitores in damnum, & præjudicium ſuorum creditorum, ideo ſtatuitur in hac lege 1

ge, quòd debitor ceſſionem ſuorum bonorum facere non poſſit, & ſi illam fecerit, nullius effectus erit; illuſtrat Almeid. *num. quin. cap.* 4. *n.* 24. factum enim contra jus, pro non facto habetur; *cap. quæ jus de reg. jur. in* 6. *l. jubemus*, §. *prædia, cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

2 Sed ne debitores omni deſtituantur auxilio, & ad evitandas carcerationis moleſtias, aliquos caſus noſtra lex Regia permittit, in quibus ceſſionem bonorum debitor facere poteſt. Primus eſt, quando debitor probaverit, quòd tempore contractus tanta bona habebat, per quæ creditores eſſe poterant ſecuri de ſua ſolutione, & quia ſupervenit ei aliquis caſus damni, vel amiſſionis illorum ſine culpa ſua, per quem diminuta, vel ammiſſa fuere, ſolvere non poteſt, tunc ad ceſſionem admittendus eſt, ut probatur ex noſtra lege verſic. *Salvo.* Almeid. *ſup. d. n.* 24.

3 Secundus caſus eſt, quando ſtatim tempore obligationis quovis modo contractæ, creditori palam fecit debitor, ſe non habere bona, vel illa aliis creditoribus habere hypothecata, & hic eſt ſecundus caſus; quia in omnibus iſtis ad ceſſionem bonorum admittendus eſt debitor, ut probatur ex hac *l. verſic. Ou ſe o devedor.* Almeid. *ſuprà d. n.* 24.

4 Hæc ceſſio bonorum eſt remedium, ſive beneficium debitoribus pro carceribus evitandis conceſſum, & ut carceratus à carceribus eximatur; *text. in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* Bart. *in rubr. ff. de ceſſ. bon.* Manz. *in patrocin. debit. decad.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. & n.* 11. Tuſch. *lit. C. concl.* 217. *& ſeqq.* Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 2.

5 Fallit, quòd extinguatur creditum, & debitum ex impotentia debitoris habentis privilegium, ne conveniatur ultra quam facere poteſt, & ſic deducto ne egeat. Merlin. *de pign. lib.* 5. *quæſt.* 53. Caſtagn. *tract. deducto ne egeat. quæſt.* 1. Rot. *deciſ.* 231. *p.* 6. *recent.*

Debitor verò, qui non eſt carceratus, non auditur, nec admittitur ad talem ceſſionem bonorum. Giurb. *deciſ.* 41. *n.* 5. Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 73. *n.* 12. Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 852. 6

Sed quamvis in caſibus in noſtra lege expreſſis ceſſionem bonorum facere poſſit quis, ſi poſtea alia bona acquiſierit, non deſinit eſſe obligatus, ſed tenetur per illa ad debitum, non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, ut patet ex noſtra lege verſic. *E quando*; *text. in l. is qui bonis, ff. de ceſſ. bon.* Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 52. Reinoſ. *obſerv.* 42. *n.* 27. Cancer. *cap.* 9. *n.* 4. 7

Hoc eſt, debent relinqui debitori neceſſaria, & tot bona, ex quibus honeſtè vivere poſſit ſecundum ejus dignitatem, & qualitatem, ne fame pereat, quod omne relinquitur arbitrio boni judicis, ut probatur ex noſtra lege; *l. in condemnatione, ff. de reg. jur. text. in l. qui bonis*, & ibi Bart. *ff. de ceſſ. bon.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. *n.* 25. & cum aliis Cancer. *ſuprà n.* 5. 8

Nulla enim eſt maior utilitas, quam quòd fame liberentur homines. Neviz. *conſ.* 66. *n.* 38. quia nihil eſt durius fame, & crudelior eſt mors propter famem, quàm propter bellum, vel peſtem; ut cum multis Dec. *conſ.* 555. *n.* 12. Begnudel. *verb. fames, n.* 5. 9

Et tempore famis licitum eſt furari, & omnia ſunt communia, & poſt famem venit triſtiſſima peſtis. 10

tis. Begnudel. *verb. fames*, *n.* 16. cum multis.

11 Verum ſi talis debitor poſſit ex officio, artificio, vel alio labore proprio, honeſtè vivere, poſſunt bona ei auferri pro ſolvendo ære alieno, ut cum multis tradit Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 860.

12 Quilibet bonis cedere poteſt ad evitandos carceres, ſive ſit paterfamilias, ſive filiusfamilias maſculus, vel fœmina, Eccleſia, vel privatus, univerſitas, vel ſingularis perſona. Gratian. *diſc.* 222. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. *n.* 12. Sabell. *reſol. cap.* 54. *n.* 1. *& in ſumma tract.* §. *ceſſio*, *n.* 1. Altim. *ſuprà n.* 854.

13 Prædicta ceſſio bonorum dupliciter fieri poteſt, ſcilicet voluntariè, & neceſſariò: voluntaria dicitur ſimplex, neceſſaria illa, quæ vocatur judicialis; tradit cum aliis Altim. *ſuprà n.* 863.

14 In voluntaria ceſſione, re integra admittitur pœnitentia, ut debitor redeat ad jura ceſſa, cum ſit privilegium debitori conceſſum, poteſt ei, pendente lite, debitor renuntiare, licèt creditoribus invitis. Mell. *de induc. quæſt.* 4. *n.* 17. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 15. Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 54. Gratian. *diſc.* 486. *n.* 24. *ſeq.* Salgad. *labyr. cred. p.* 3. *cap.* 16. & cum iſtis, & aliis Altim. *ſuprà n.* 864.

15 At verò in illa ceſſione facta per debitorem in judicio coram judice approbante, & coram creditoribus, ut in concurſu creditorum, ubi debitori adminiſtratio eſt interdicta, bonorum dominium creditoribus quæſitum, nullatenus admittitur pœnitentia. Bald. *in l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* Mell. *de induc. d. quæſt.* 4. *ſub n.* 18. Salgad. *ſuprà d.* 3. *p. cap.* 16. *n.* 14. Altim *d. tom.* 7. *rubr.* 1. *quæſt.* 47. *n.* 865. *p.* 5.

Sicque cedens exercere non poteſt actiones ceſſas; bonorum enim ceſſio litis ingreſſum impedit, niſi quando cedens, re integra, ſe pœnituerit ceſſionem feciſſe, antequam creditorum concurſus fiat. Gratian. *diſc.* 486. *n.* 24. *&* 25. & tradit cum multis Altim. *ſuprà n.* 866. 16

Ita ut, quòd penes eum, qui ceſſit bonis adeo inefficax remanet directa actio, & inutilis, ut ab eo nec moveri, nec intentari poſſit; ut cum multis tradit Olea *de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 11. ſecus re integra Amat. *deciſ.* 93. *n.* 1. idem Altim. *ſuprà verſic. Cedens bonis.* 17

Res integra tunc dicitur antequam ceſſionem creditores acceptaſſent, & concurſum feciſſent. Olea *d. quæſt.* 1. *n.* 15. Luc. *ad l.* 3. *cod. de novat. n.* 13. *&* 23. Gratian. *diſc.* 8. *n.* 11. & tradit cum multis Altim. *ſuprà d. n.* 866. *verſic. Res integra.* 18

Unde quando poſt ceſſionem nihil eſt venditum, aut inter creditores diſtributum, ſed omnia jura, & bona ſunt in eodem ſtatu, in quo erant tempore ceſſionis, res dicitur integra. Gratian. *diſcept. for. cap.* 486. *n.* 25. Mell. *de induc. quæſt.* 4. *n.* 18. Olea *d. quæſt.* 1. *n.* 16. 19

Nota, quòd ſimplex bonorum ceſſio poteſt fieri à debitore in judicio, & extra judicium per epiſtolam, & per nuntium, & etiam abſente creditore; *text. in l. in omni*, *cod. qui bon. ced. poſſ.* & ibi DD. *text. in l. ult. ff. de ceſſ. bon.* Salgad. *labyr. cred. p.* 3. *cap.* 16. *n.* 16. *&* 1. *p. cap.* 1. *n.* 55. 20

Nota iterum, quòd ſi debitor ceſſit bonis, non debent creditores diſtribuere bona ejus, ſed debent ea vendere judicis authoritate, & pre- 21

pretium pro rata inter eos dividere; & ſi contrarium faciunt, poſſunt bona ab eis avocari, non obſtante præſcriptione longi temporis; *text. in l. legis Juliæ, cod. qui bon ced. poſſ.* & ibi Paul. de Caſtr. & Bart.

22 Secus dicendum eſt, quando fuiſſent creditoribus bona data in ſolutum, tunc enim dominium eorum acquirere poſſunt ex *d. l. & ibi gloſ. verſic. Si verò*, & illa diſtribuere prout voluerint; quia rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter; *l. in re mandata, cod. mandat. l. in traditionibus, ff. de pact.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Cedens bonis inventarium facere debet, manu propria, vel alina, in quo contineatur plena deſcriptio omnium bonorum, actionum, & creditorum, declarando alia bona, & actiones non habere.*

2 *Priuſquam fiat ceſſio, prius de debitis, & bonis conſtare debet.*
De debitis, & bonis plenè conſtare non poteſt, niſi facta integra, & plena illorum deſcriptione, ibid.

3 *Omnes creditores, quibus debitor declarat debere, citari debent ad ceſſionem.*

4 *Citatio ſemper fit, ubi pars principaliter lædi poteſt, aliàs actus non eſt validus.*

5 *Cedens bonis coram judice competenti remedio miſerabili, & flebili pro evitando carcere gaudebit.*

6 *Amplia primò in muliere, quæ poteſt cedere bonis.*
Poteſt carcerari pro debito procedenti ex ſua redemptione à captivitate, ibid.

7 *Meretrices publicæ carcerari poſſunt pro debito Civili, ſed non pro locatione veſtium.*

8 *Amplia ſecundò in minore, qui bonis cedere poteſt.*
Dummodo interveniat judicis decretum, ibid.

9 *Minor bona ſua adminiſtrans ſine curatore bonis cedere poteſt.*

10 *Amplia tertiò in filiofamil., qui bonis cedere poteſt.*

11 *Filiusfamilias non poteſt in præjudicium patris peculium profectitium cedere.*

12 *Amplia quartò in hærede adeunte hæreditatem ſine inventario abſque dolo creditores fraudandi; quia beneficio ceſſionis gaudet.*

13 *Referuntur carceris incommoda, remiſſivè.*

14 *Eſt ſepultura vivorum, bonorum conſumptio, inimicorum conſolatio, & amicorum experientia.*

15 *Hæredi permittitur adire hæreditatem ſine inventario.*

16 *Limita quando per dolum inventarium non fecit, quia beneficio ceſſionis non gaudet.*

17 *Amplia quintò in ſpoliatore condemnato ad reſtitutionem fructuum, qui beneficio ceſſionis gaudet, quando ſine dolo ſpolium commiſit.*

18 *Amplia ſextò in uſurario non diſſipante bona dolo, vel fraude, qui beneficio ceſſionis gaudebit.*

19 *Amplia ſeptimo in excommunicato, qui prædicto beneficio gaudet.*

20 *Amplia octavò, ut debitor in carcere detineri non poſſit, facta legitima ceſſione.*

21 *Am-*

21 *Amplia nonò, ut ceſſio bonorum primò, & ſecundò fieri poſſit, remiſſivè.*

22 *Limita primò, non vocatis creditoribus, vel maiori parte illorum, remiſſivè.*

23 *Quod quando ſit verum oſtenditur, remiſſivè.*

24 *Limitatur ſecundò, ſi debitor debita non agnoſcit, ſed negat, quia cedere non poteſt.*

25 *Quomodo debitum agnoſcatur, remiſſivè.*

26 *Præſtans fidejuſſorem debitum non confitetur.*

27 *Præſtans fidejuſſorem idoneum non carceratur, & ſi eſt in carcere, relaxatur.*

28 *Per confeſſionem, vel patientiam condemnationis debitum agnoſcitur.*

29 *Debitori, qui à principio negavit, & poſtea confeſſus fuit poſt ſententiam, an competat ceſſio?*

30 *Confeſſio poſt ſententiam prodeſt debitori, ſi habuit juſtam cauſam negandi.*

31 *Confeſſio in gradu appellationis ante ſententiam prodeſt.*

32 *Confeſſio facta quocumque tempore ſufficit ad ceſſionem bonorum.*

33 *Limita tertiò in occultante malitiosè vel creditores, vel bona, cui non competit ceſſio.*

34 *Cedens bonis omnium bonorum, & jurium ſuorum copiam creditoribus dare debet, confitendo debitam quantitatem.*

35 *Limita quartò in debitore ſpe ceſſionis bonorum debita contrahente.*

36 *Limita quintò in diſſipante bona in creditorum fraudem, remiſſivè.*

37 *Limita ſextò in obligato ad factum, qui bonis cedere nequit.*

38 *Intellige ut hic, remiſſivè.*

39 *Obligatus ad onus perſonale, vel perſonaliter ſerviendum bonis cedere nequit.*

40 *Limita ſeptimò in debitore Eccleſiæ.*
Eccleſia aliorum debitrix poteſt cedere bonis, ibid.

41 *Omnes, quibus competit privilegium, quòd non poſſint conveniri, niſi in quantum facere poſſunt, non admittuntur ad ceſſionem.*

42 *Milites non poſſunt cedere bonis.*

43 *Dummodo debita in caſtris, vel domo contraxerint ob militiam.*

44 *Socius omnium bonorum non poteſt cedere bonis, nec conveniri ultra id, quod facere poteſt.*

45 *Parentes, & aſcendentes cedere bonis non poſſunt.*

46 *Nec patroni, ejus parentes, vel liberti bonis cedere poſſunt.*

47 *Nec maritus bonis cedere poteſt ad inſtantiam uxoris.*

48 *Quid de ſocero à genero, vel à nura convento.*

49 *Et de genero à ſocero convento.*

50 *Quid de donatore à donatario convento.*

51 *Clericus pro debito non tenetur bonis cedere ad evitandos carceres.*
Nec tenetur ultra quam facere poteſt, ibid.

52 *Debent ei relinqui tot bona in fructu, quot ſufficiant ad vitam ſuſtentandam.*

53 *Alimenta non tenetur capere à creditoribus, ſed ſunt aſſignanda ex ſuis bonis.*

54 *Clericus gaudet tali beneficio, licèt obligatus cum juramento integrè ſolvere.*

55 *Amplia in Clerico primæ tonſuræ.*

56 *Licèt renuntiaſſet à privilegio*

cap. Odoard., *promiſiſſetque non allegare tale privilegium.*
57 *Tale beneficium competit, pendente judicio, poſt ſententiam, & rem judicatam.*
58 *Quamvis Clericus eſſet excommunicatus.*
Excommunicatus poteſt excipere, ibid.
59 *Licèt debitum dependeret à delicto, vel quaſi.*
Aliter quando pœna eſſet fiſco applicanda, ibid.
60 *Limita primò in Clerico debitore penſionis, qui non gaudet beneficio d. cap.*
61 *Limita ſecundò in Clerico debitore alicujus, qui eſt pauperior Clerico.*
62 *Limita tertiò in Clerico conjugato, qui non gaudet beneficio d. cap., & carcerari poteſt etiam per judices ſeculares.*
63 *Limita quartò in Clerico perjuro, vel ſuſpecto de fuga, qui carcerari poteſt.*
64 *Limita quintò in Clerico negante debitum, qui beneficio d. cap. non gaudet.*
65 *Limita ſextò in laico fidejuſſore Clerici, qui non gaudet beneficio d. cap.*
66 *Limita ſeptimò in Clerico debitore ratione depoſiti apud ſe facti.*
67 *Limita octavò in Clerico terminum ſuſcipiente poſtquam fuit condemnatus ad ſolvendum.*
68 *Limita nonò in Clerico dolo verſato cum creditore, qui non gaudet beneficio d. cap.*
69 *Bona conſumens, vel occultans in fraudem creditorum non gaudet beneficio hujus cap.*
70 *Limita decimò in Clerico hærede, non confecto inventario, qui non gaudet tali privilegio.*
71 *Limita undecimò in Clerico convento actione reali, qui privilegio hujus cap. non gaudet.*
72 *Limita duodecimò in Clerico, ludo, vel luxuriosè vivente, omnia bona ſua conſumendo.*
73 *Limita decimo tertiò in Clerico bona aliena adminiſtrante, & malam rationem de adminiſtratis reddente.*
74 *Limita decimo quartò in Clerico negotiatore excercente illicitas negotiationes.*
75 *Limita decimo quintò in Clerico ſuſcipiente habitum poſt condemnationem ad ſolvendum.*
76 *Agricolæ poſſunt cedere bonis.*
77 *Limita octavò in debitore plenariè habente unde creditoribus ſolvat.*
78 *Limita nonò in debitore perjuro promittente ſolvere ad certum tempus, remiſſivè.*
79 *Limita decimò in emphyteuta.*
80 *Limita undecimò in illo, cui aliquod onus imponitur.*
81 *Limita duodecimò in deportato reſtituto ad bona per Principem, niſi bona ſint deperdita, ibid.*
82 *Limita decimo tertiò in fidejuſſore.*

PRobatur ex hac lege, quòd ille, qui ad ceſſionis bonorum remedium confugit, inventarium facere debet manu propria, ſi ſcribere ſciat, & aliena, quando ignorat, vel per publicum Tabellionem, quod contineat omnium bonorum, & actionum plenam deſcriptionem, quæ tempore ceſſionis poſſidet, nec non omnium creditorum, & quantitatum, quarum eſt debitor, & illarum, quæ illi debentur, illudque aſſignatum judici tradat, cui de jure cognitio pertinebit, declarando alia bona, & 1

actio-

actiones non habere; *text. in l. pen. ff. de ceſſ. bon. gloſ. in l. 1. cod. eod.* Mell. *de induc. quæſt.* 2. *n.* 35. *&* 36. Barb. *in l. maritum*, *n.* 1. *ff. ſolut. matr.* Altim. *tom.* 7. *rubr.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 900. Salgad. *labyr. cred. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 18. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 1. *&* 2.

2 Ratio eſt, quia priuſquam fiat ceſſio bonorum, de debitis, & bonis prius conſtare debet; *text. in l. qui cedit bonis*, *ff. de ceſſ. bonor. gloſ. in l.* 1. *cod. eod.* Cov. 2. *var. cap.* 1. *n.* 5. Barb. *in l. maritum* 13. *n.* 1. *ff. ſolut. matr.* & cum de bonis, & debitis plenè conſtare non poſſit, niſi illorum fiat à debitore integra, & plena deſcriptio, ſeu inventarium, ideo meritò noſtra lex in præſenti confectionem inventarii pro forma ceſſionis requirit. Boler. *de decoct. debitor. fiſcal. tit.* 1. *quæſt.* 3. *per tot.* ita Guerr. *ſuprà n.* 2.

3 Ad hanc ceſſionem bonorum omnes creditores citari debent, id eſt perſonæ, quibus ipſe debitor declaraverit ſe debere, citabuntur ad præfatam ceſſionem, ut probatur ex noſtra lege Regia. Mell. *de induc. quæſt.* 2. *n.* 37. *&* 38.

4 Quia citatio ſemper fieri debet, quando principaliter pars lædi poteſt, & aliter actus non valet; *l. de unoquoque*, *ubi DD. ff. de re jud. l. emptor fundi*, *cod. de evict.* & cum creditores in ceſſione bonorum principaliter lædi poſſint, ideo citatio in illis fieri debet.

5 Potiſſimus effectus, qui reſultat ex ceſſione bonorum, præter alios, qui hîc pro regula conſtituitur, eſt, quòd quicumque debitor, qui confecto inventario de omnibus bonis, debitis, & creditoribus, bonis ceſſerit coram judice competenti, remedio miſerabili, & flebili ceſſionis bonorum pro evitando carcere conceſſo gaudet; *l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ. l. pen. cod. eod.* Barb. *in l. maritum*, *ff. ſolut. matr. n.* 1. Cov. 2. *var. cap.* 1. *n.* 5. & ibi Far. *n.* 36. Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 2. Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 52. & cum multis Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 3.

Amplia primò in muliere, quæ licèt pro debito civili, ſive privato carcerari non poſſit; *Ord. hoc lib. tit.* 76. §. 6. Auth. *novo jure*, *cod. de cuſtod. reor.* §. *neceſſarium*; attamen mulier carcerari poteſt pro debito procedenti ex ſua redemptione à captivitate; *text. in l. ſi quis ingenuam*, *ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ.* 6

Nota, quòd meretrices publicæ expoſitæ carcerari poſſunt pro debito civili, præter locationem veſtium; *Ord. ſuprà d.* §. 6. Cardoſ. *verb. carcer*, *n.* 6. Cald. *in l ſi curatorem*, *verb. ſine curatore*, *n.* 108. *cod. de reſtit. in integr.* 7

Ampliatur ſecundò in minore, licèt enim minor 25. annorum pro debito civili incarcerari non poſſit; ut cum multis Guerr. *ſuprà de inventar. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 10. attamen is ad inſtantiam creditorum judicis authoritate, & decreto poteſt cedere bonis, ut à vexatione executionis liberetur; ut cum aliis tradit ipſe Guerr. *ſuprà n.* 11. 8

Et optima cum ratione poteſt minor 25. annorum facere ceſſionem, quando bona ſua adminiſtrat ſine curatore, tuncque cum carcerari poſſit ex debito civili, non denegatur ei ceſſionis beneficium; ut tradit Guerr. *ſuprà* cum aliis *n.* 12. 9

Ampliatur tertiò in filiofamilias ex *text. in l. cum filiifamilias*, *cod. qui bon. ced. poſſ.* quia cum filiifamilias habere poſſint ſubſtantias, quæ patribus acquiri vetitæ ſunt, nec non peculium, vel caſtrenſe, 10

vel quòd patre volente poſſident, nulla apparet ratio, cur illis deneganda ſit ceſſio bonorum; ut probat *text. in d. l. filiifamilias*, *cod. qui bon. ced. poſſ.* quia propter debita contracta ratione peculii carcerari poſſunt. Menoch. *caſ.* 183. *n.* 12. Pariſ. *vol.* 1. *conſ.* 94 *n.*56. & tradit Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 13.

11 Sed filius bonis cedens non poterit in præjudicium patris cedere creditoribus peculium profectitium, ſive debitum per filium contractum commune eſſet patris, & filii. Bald. *in d. l. cum filiifamilias*, *cod. qui bon. ced. poſſ.*

12 Ampliatur quartò in hærede, qui hæreditatem defuncti ſine legis beneficio, & inventarii adivit ſine dolo, ut creditoribus fraudaret, qui dolus non probatur ex eo ſolùm, quòd inventarium non fecit, quia pœnas, quas Imperator hæredi appoſuit inventarium non fæcienti, non debemus ex noſtro capite augere, & multiplicare; ex *text. in cap. odia de reg. jur.* Guerr. *ſuprà n.* 23.

13 Neque debemus laxare habenas ad extendendam carcerationem, ad infligendamque afflicto afflictionem, ſed imò potius reſtringere debemus, cum carceratorum miſerrima, & infelix ſit conditio; quia in carcere pauperes ærumnæ, & miſeriæ aſſiduè premunt, infinitiſque miſeriis continuò cruciantur; ſola namque carceris manſio mala dicitur; *text. in l. item apud* §. *quæſtionis*, *ff. de injur.* adeoque torturæ æquiparatur. Bald. *in l ſi Clericos*, *cod. de Epiſcopal. aud.* imò & morti æquiparatur; ut cum multis Farin. *quæſt.* 24. *n.* 24.

14 Et eſt carcer locus horribilis, tum propter privationem converſationis hominis; tum etiam propter immunditiam, quæ in carceribus reperitur, & eſt carcer ſepultura vivorum, conſummatio bonorum, conſolatio inimicorum, & experientia amicorum; ut optimè tradit Farin. *ſuprà n.* 2. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 25.

Præcipuè cum hæredi permittatur à lege viam juris antiqui amplectendo adire abſque inventario; ex §. *ſed noſtra inſtit. de hæred. qualit. & different.* & non poteſt in dolo aliquo eſſe, qui ſecundum legem facit; *text. in l. Grachus*, *cod. de adulter.* Bald. *in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* 15

Limita quando dolo ſine inventario ad fraudandos creditores aditur hæreditas; quia doloſus hoc miſerabile juris ſubſidium non habet ſecundum eundem Bald. *ſuprà.* Apicel. *tit.* 4. *n* 67. & cum iſtis Guerr. *ſuprà n.* 27. 16

Ampliatur quintò in ſpoliatore condemnato ad fructus ſpoliatos reſtituendos, niſi dolo, & invaſione ſpolium commiſiſſet. Apicel. *tit.* 4. *n.* 67. Guerr. *ſuprà n.* 28. 17

Ampliatur ſextò in uſurario; uſurarius namque ſi bona dolo, & fraude non diſſipavit, vel cum intentione veniam conſequendi à debitore, vel à Principe ſub uſuris pecunias non mutuavit, hujus ceſſionis beneficio gaudebit ſecundum Apicel. *tit. de ceſſ. bon. n.* 71. Archidiacon. *in cap. quamquam*, *verſic. Sed num quid de uſur. in* 6. 18

Ampliatur ſeptimò in excommunicato, qui etiam ad ceſſionis bonorum beneficium admittendus eſt, admittenduſque, ut de carcere liberetur. Aretin. *in* §. *fin. inſtit. de act.* & cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 30. 19

Ampliatur octavò, ut facta legitima ceſſione debitor in carcere detineri non poſſit. Pichard. *in* §. *cum eo quoque*, *lib.* 4. *inſtit. tit.* 6. Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 51. *&* 52. & cum mul- 20

multis Guerr. *ſuprà n.* 32.

21 Ampliatur nonò, ut etiam poſtquam facta eſt prima ceſſio, cedens bonis, ita denuo aliis debitis gravatur, ut ad evitandam quoad novos creditores carcerationem, ſecunda ab eo reſpectu illorum fiat ceſſio, cum hoc facere poſſit, ex quo ille actus eſt reiterabilis; tradit cum multis Guerr. *ſuprà n.* 42. Si alias ampliationes volueris, conſule Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *ex n.* 4.

22 Limitatur primò regula ſupra poſita; quando ceſſio facta fuerit, non vocatis creditoribus, vel ſaltem maiori parte illorum, & quibus magis debetur, qui cum debitore litigant, nec eſt neceſſe, quòd omnes creditores coram judice vocentur, ſed ſufficit, illi, qui inſtant, ſeu ii, qui contra debitorem litigant, ſeu cum quibus pendet cauſa; *text. in l. is qui bonis, ff. de ceſſ. bonor.* juncta *Gloſ.* ibi.

23 Quod verum eſt; ſi aliorum debita agnoſcat debitor in judicio indicando eorum credita, æquè cum citatorum creditis; quia non præjudicat illis, quorum debita non agnovit; *text. in l. pen. ff. de ceſſ. bon.* Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 10. *principali capell.* Tollozan. *deciſ.* 28. *n.* 63. & 64.

24 Limitatur ſecundò; quando debitor debita non agnovit, ſed imò potius negat; tunc enim ceſſio locum non habet; ut cum multis tradit Pegt. *for. cap.* 3. *n.* 494. *gloſ. in l. pen. ff. de ceſſ. bon.* Ceval. *commun. quæſt.* 128. *n.* 2. Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 8. Moſtaſ. *de cauſis piis lib.* 7. *cap.* 5. *à n.* 35.

25 Duobus modis debita agnoſcuntur, extrajudicialiter illa confitendo, ſive cautionem interponendo, vel fidejuſſorem præſtando. Portug. *de Donat. Reg. cap.* 42. *n.* 74. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 157.

Nihilominus verius eſt, quòd 26 præſtans fidejuſſorem regulariter debitum non fatetur; quia potuit alio animo fidejuſſorem dare, nempe cauſa vitandæ inſtantiæ, importunitatis creditoris, & poſtea non eſſe debitorem monſtrare; *l. litibus*, §. *fin. cod. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Hering. *ſuprà d. cap* 5.

Et in iis caſibus, in quibus debi- 27 tor vel cautionem præſtat, vel fidejuſſorem dat idoneum, non eſt carcerandus debitor, ſed imò potius ſi ſit in carcere venit relaxandus. Vaſaſc. *conſ.* 13. *per tot.* Barb. *in l. ſi conſtante, ff ſolut. matr. n.* 108. Boler. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 36 37. & 38.

Judicialiter agnoſcuntur debita 28 à debitore, vel illa in judicio confitendo, vel factis legitimis probationibus patiendo ſe condemnari. Bart. *in l. pen. ff. de ceſſ. bon.* Imol. *in cap. Oduard. de ſolut.* DD. *in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ* & cum iſtis Guerr. *ſuprà de invent. d. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 50.

Utrùm ille, qui à principio ne 29 gavit, & poſtea confeſſus fuit poſt ſententiam; quia fuit convictus per teſtes, vel alias ſpecies probationum, gaudeat ceſſionis bonorum beneficio? Bald. *in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* diſtinguit inter caſum, quo debitor juſtam cauſam negandi habuit, & ante ſententiam pœnituit, confeſſusque eſt, & illo caſu admittitur ad ceſſionis beneficium, & inter illum caſum, quo non habuit juſtam cauſam negandi, nec ante ſententiam pœnituit, & eo caſu inquit Bald. beneficio non gaudere, nec etiam quando confeſſus fuit ſe eſſe debitorem de rigore ſententiæ, ſed non inſpecta cauſa veritate; negat enim ſe naturaliter teneri, ideoque non admittitur ad ceſſionis beneficium ex *d.* Bald. Apicel. *tit.* 4. *n.* 6.

Unde confeſſio facta poſt ſen- 30 ten-

tentiam debitori prodeſt ad ceſſionem, quando uſque ad eam juſtam cauſam negandi habuit. Apicel. *ſuprà d. n.* 6.

31 Sicut etiam debitori prodeſt confeſſio facta in gradu appellationis ante finalem ſententiam; quia per appellationem pronuntiatum extinguitur; *text. in l.* 1. *de appellat.* ideoque in caſu appellationis gaudebit beneficio ceſſionis debitum confitendo. Aretin. *in* §. *fin. inſtit. de act.* Guerr. *ſuprà n.* 53.

32 Et juxta veriorem, & communem ſententiam, in quibuſcumque caſibus, in quibus ceſſio bonorum admittitur, omni, & quocumque tempore fieri poteſt; ut tradit cum multis Guerr. *ſuprà de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 54.

33 Limitatur tertiò, quando debitor occultat malitiosè, vel aliqua bona, vel aliquos creditores. Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 52. Guerr. *d. cap.* 11. *n.* 55.

34 Debet enim debitor omnium bonorum, & jurium ſuorum copiam creditoribus dare, & debitam quantitatem confiteri; *text. in l. qui ced. ff. de ceſſ. bon.* & tradit cum multis Guerr. *ſuprà d. n.* 55.

35 Limitatur quartò, in debitore, qui ſpe ceſſionis bonorum debita contraxit; tradit cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 58.

36 Limitatur quintò, in debitore, qui diſſipavit bona in creditorum fraudem; *text. in l. fin.* §. *fin. ff. quæ in fraudem cred.* vel bona occultavit, vel ea creditoribus indicare recuſavit; *Gloſ. in l.* 1. *& pen. cod. qui bon. ced. poſſ.* Guerr. *ſuprà n.* 59.

37 Limitatur ſextò, in debitore obligato ad factum, qui bonis cedere non poteſt, & ſi cedit, non liberatur, tenetur enim præciſè ad factum; notant DD. *ad text. in l. ſtipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. is qui bonis*, §. *Sabinus*, *ff. de ceſſ. bon.*

Quod intelligitur, dummodo habeat facultatem faciendi, aliter propter impoſſibilitatem ad intereſſe deveniretur, ſicque, impoſſibilitate attenta, ad factum obligatus ad bonorum ceſſionem admitteretur, intereſſe conſiderato, quod ob non faciendi impoſſibilitatem præſtari debet, & creditor tot bonis ſuis accipiet, quantum ejus intereſſe factum non præſtaret, debitorque bonis cedat. Bald. *in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* Jaſ. *in* §. *fin. inſtit. de act.* Guerr. *ſuprà n.* 65. 38

Ex hoc ſequitur, quòd obligatus ad onus perſonale, & ad perſonaliter ſerviendum non poteſt cedere bonis; tradit cum multis juribus Guerr. *ſuprà n.* 66. 39

Limitatur ſeptimò, in debitore Eccleſiæ, cum enim Eccleſia ſuum debitorem convenire non poſſit, niſi in quantum facere poteſt. Abb. *in cap. cum homines de Decim. Gloſ. in cap. quicumque quæſt.* 10. non indiget ejus beneficio, ac proinde illo uti non valet; *ex* §. *fin. inſtit. de act.* licèt Eccleſia aliorum debitrix poſſit cedere bonis; *l. ſi quis autem in auth.* Guerr. *ſuprà*, *n.* 71. ubi multa. 40

Ex quibus infertur primò, quòd omnes, quibus competit beneficium, quòd non poſſint conveniri, niſi in quantum facere poſſunt, ad ceſſionem bonorum non admittuntur; quapropter Doctores, quibus de jure competit privilegium, quòd non teneantur ultra id, quòd facere poſſunt, & ut non poſſint pro debito civili carcerari, bonis cedere non poſſunt; *Gloſ. & DD. in l. medicos, cod. de profeſſor. & medic.* Guerr. *ſuprà n.* 73. *&* 74. ubi dummodo, vel actu legant in ſtudiis publicis, vel advocationem 41

exer-

exerceant, quamvis mercaturam etiam exerceant.

42 Infertur ſecundò, quòd milites militiæ armatæ, tam pedites, quàm equites ſtipendiarii, etiam noſtri tempòris, qui continuò ad bella parati ſunt, quibus competit privilegium militare. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 129. *per tot*, non poſſunt bonis cedere, quia conveniri non poſſunt ultra id, quod facere poſſunt; *text. in l. miles*, *text. in l. item miles*, *ff. de re judic. l ſi caſtrenſis*, *ff. de pecul.* & cum his Guerr. *ſuprà n.* 75.

43 Qùod intelligendum eſt, dummodo debita illa in caſtris, vel domo, manendo contraxerint ob militiam, ut pro armis, & aliis ad militiam pertinentibus; ut notant DD. *in d l. miles*, *ff. de re judic.* Apicel. *in tutam. paupert. tit.* 4. *de ceſſ. bon. n.* 54. Moſtaſſ. *de cauſ. piis lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 7. Guerr. *ſup. d. n.* 75. *verſic. Dummodo.*

44 Infertur tertiò, quòd ſocius omnium bonorum non poteſt bonis cedere; quia quoad ea, quæ ad ſocietatem pertinent, conveniri nequit, niſi in quantum facere poteſt; *text. in l. ſunt qui*, *ff. de re judic. text. in l. verum*, *ff. pro ſoc.* §. *ſed & ſiquis inſtit. de act.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 1. Gutierr. *de juram. confirm. p.* 3. *cap.* 15. *ex n.* 1. tradit Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 76.

Infertur quartò, quòd parentes,
45 & omnes aſcendentes cedere bonis non poſſunt, cum à filiis, & liberis non poſſint conveniri, niſi in quantum facere poſſunt; ex *d.* §. *ſed & ſiquis inſtit. de act. l. ſunt qui*, *ff. de re judic. l. parentes*, *ff. de ſolut.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 78 *n* 3. *&* 4. & cum aliis Guerr. *ſup. n.* 78.

46 Infertur quintò, quòd patroni, ejus parentes, & liberi cùm non poſſint conveniri à liberto, niſi in quantum facere poſſunt; §. *ſed & ſiquis inſtit. de act.* Moſtaſſi *de cauſ. piis*, *cap.* 6. *n* 19. non poſſunt bonis cedere contra libertatem. Guerr. *ſuprà n.* 81.

Infertur ſextò, quòd maritus 47 non teneatur bonis cedere ad uxoris inſtantiam, cùm ab illa conveniri non poſſit, niſi in quantum facere poteſt; *l. maritum*, *ff. ſolut. matr. l. non tantum*, *ff. de judic.* & cum aliis Guerr. *ſuprà n* 82.

Infertur ſeptimò, quòd ſocer 48 bonis cedere non valeat à genero conventus, vel à nura, cùm conveniri non poſſit, ultra id, quod facere potuiſſet; *l. ſed hoc ff. de re judic. l. ex diverſo* 17. *ff. ſolut. matr.* Guerr. *ſuprà n.* 84.

Infertur octavò, quòd gener 49 conventus à ſocero pro dote non poteſt cedere bonis, cùm à ſocero conveniri non valeat, ultra id quod facere poteſt; ex *l. quia parentis*, *ff. ſolut. matr.* Caſtilh. *de alim. tit.* 1. *cap.* 37. §. 2. *n.* 9. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 16. *&* 17. & cum aliis Guerr. *ſuprà n.* 86.

Infertur nonò ex eadem ratio- 50 ne, quòd donator conventus à donatario non poteſt cedere bonis; quia ab eo conveniri non poteſt, niſi deducto ne egeat; *text. in l. inter*, §. 1. *l. cum ex cauſa*, *l. Neſſennius*, *ff. de re judic. l. Divus* 28. *ff. de reg. jur.*

Infertur decimò, quòd Clerici 51 non tenentur pro debito cedere bonis ad evitandos carceres, cùm gaudeant beneficio, ſive privilegio *capit. Odoard. tit. de ſolut.* cujus vigore non tenentur ultra, quam facere poſſunt, ne deſerant ſervitium divinum, & ne opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogantur, & donec diſcutiatur, an illo gaudere debeant, carcerandi non ſunt, ut tradit cum multis Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 941.

Illique relinqui debent tot bo- 52
na

na in fructu, quot ſufficiant pro ſuſtentatione ad vitam. Card. de Luc. *de alienat. diſc.* 38. *n.* 8. *de penſ.* & attendi debet quoad alimenta ratio nobilitatis illius. Card. de Luc. *diſc.* 38. *n.* 10. & Altim. *ſuprà verſic. Et illi.*

53 Quæ quidem alimenta capere non tenetur à manibus creditoris, ſed ſunt aſſignanda ex ſuis bonis. Card. de Luc. *de penſ. diſc.* 18. *n.* 8. Altim. *ſuprà verſic. Quæ alimenta.*

54 Et Clericus gaudet tali beneficio, licèt eſſet obligatus cum juramento ad integrè ſolvendum Ciarlin. *contr.* 101. *n.* 5. Fagnan. *in d. cap. Odoard. n.* 70. *& ſeq.* Altim. *ſuprà n.* 944.

55 Quod ampliatur in Clerico primæ tonſuræ; tale enim beneficium eſt conceſſum ſimpliciter Clericis, & ille talis eſt. Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 33. Ciarlin. *contr.* 101. *n.* 7. Fagnan. *in d. cap. Odoard. n.* 20. *&* 21.

56 Quod locum habet, quamvis in ſpecie Clericus renuntiaſſet huic privilegio *cap. Odoard.* promiſiſſetque non allegare hoc beneficium, illo gaudet. Auguſt. Barb. *in d. cap. Odoard n.* 24. quia hoc beneficium fuit introductum favore totius Ordinis Clericalis, ne cogantur mendicare in opprobrium prædicti Ordinis, ut tradunt Auguſt. Barb. *ſuprà*, Barb. *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 20. *ff. ſolut. matr. verſic. Sed his non obſtantibus.*

57 Quod beneficium competit, & pendente judicio, & poſt ſententiam, & rem judicatam, imò in executione ſententiæ. Coſt. *de remed. ſubſid. cap.* 29 *n.* 5. & tradit Altim. *ſuprà n.* 951. ubi quòd etiam competti adverſus tres ſententias conformes.

58 Licèt Clericus eſſet excommunicatus; Ricc. *p.* 1. *reſol.* 262. *n.* 2. hoc enim beneficium non continet actionem, ſed exceptionem, & excommunicatus excipere poteſt. *cap. intelleximus de judic.* & ibi DD. Clericusque excommunicatus ſua privilegia retinet; ut cum multis Altim. *ſuprà n.* 952.

Et quamvis debitum eſſet de- 59
pendens à delicto, vel quaſi; quia *text. in cap. Odoard.* comprehendit quodcumque intereſſe; ut cum multis tradit Altim. *ſuprà n.* 953. ubi ſecus ſi pœna eſſet applicanda fiſco, tunc enim intrat regula, qui non habet in ore, luat in corpore cum aliis.

Limita primò in Clerico debi- 60
tore penſionis, in quo non habent locum diſpoſita *in cap. Odoard.* Auguſt. Barb. *in d. cap. n.* 6 Altim. *ſup. n.* 957. cum Gratian. *diſc.* 222. *n.* 50. *ſeqq.* & cum aliis multis.

Limita ſecundò, ubi Clericus 61
eſſet debitor alicujus, qui eſſet pauperior ipſo Clerico; ut cum aliis docet Auguſt. Barb. *ſuprà n* 7. Altim. *ſuprà n.* 959.

Limita tertiò in Clerico conju- 62
gato, qui capi, & carcerari poteſt, etiam pro debitis civilibus per judices ſeculares, ſi non habeat unde ſolvat; ut cum multis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 9. Altim. *ſuprà n.* 958.

Limita quartò, quando Cleri- 63
cus eſſet perjurus, vel ſuſpectus de fuga, & debitum deſcenderet ex dolo, tunc enim carcerari poterit; ut cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 10. Farin. *quæſt.* 27. *n.* 71.

Limita quintò, in Clerico ne- 64
gante debitum; ut tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 11. Gutierr. *de juram. confirm. cap.* 17. *n.* 2. Altim. *d. tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 960. cum aliis multis.

Limita ſextò in Clerico fidejuſ- 65
ſore Clerici, cui non proficit beneficium præd. *cap. Odoard.* cum aliis Auguſt. Barb. *ſuprà n* 12.

Limita ſeptimò, in Clerico de- 66
bitore ratione depoſiti penes ſe facti;

cti; quia adverſus exactionem talis debiti opponere non poterit de tali privilegio *cap. Odoard.* Altim. *ſuprà n.* 963. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 13. cum aliis.

67 Limita octavò, in Clerico ſuſcipiente terminum, poſtquam fuit condemnatus ad ſolutionem debiti; quia ipſe non poterit ſe lætari de beneficio *d. cap.* tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. n.* 14.

68 Limita nonò in Clerico dolo verſato cum creditore, veluti ſi tempore contractus ſe fingit non eſſe Clericum, altero contrahente id ignorante, aut abſcondit de bonis, ne ſolveretur debitum creditori, vel pendente judicio ſuper debito, bona in extraneos alienet gratia fraudandi creditorem; cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſup. n.* 17.

69 Nec Clericus, qui in fraudem creditorum bona conſumpſit, gaudere debet privilegio *cap. Odoard.* ſicut nec occultans illa, aut debita contrahens ſub ſpe gaudendi dicto privilegio; cum multis aliis tradit Auguſt. Barb. *ſup. n.* 18.

70 Limita decimò in Clerico hærede, non confecto inventario, qui non poteſt uti beneficio *cap. Odoard.* Auguſt. Barb. *ſup. n.* 19. Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 967, cum aliis.

71 Limita undecimò in Clerico convento actione reali. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 20. Fagnan. *in d. cap. Odoard. n.* 52. *&* 53. Altim. cum aliis *ſuprà n.* 966.

72 Limita duodecimò in Clerico, qui in ludo, vel luxurioſè vivente, omnia bona ſua diſſipavit, vel conſumpſit. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 21. Altim. *ſup.* cum aliis *n.* 968.

73 Limita decimo tertiò in Clerico adminiſtrante bona aliena, veluti quia fuiſſet tutor, vel curator, & malam rationem reddiſſet de adminiſtratis. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 22.

Limita decimo quartò in Clerico negotiatore exercente negotiationes illicitas *cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric.* Auguſt. Barb. *ſup. n.* 18. cum aliis Altim. *ſup. n.* 973. 74

Limita decimo quintò in Clerico, qui ſuſcepit habitum poſt condemnationem. Altim. *ſup. n.* 965. Alias limitationes circa Clericum cogita ex DD. hæc de Clericis pro nunc ſufficiant. 75

Infertur undecimò, quòd agricolæ bonis cedere poſſunt, cum poſſint in bovis ad arandum conveniri, & in frumentis ad ſeminandum neceſſariis, quando alia bona non habent; *Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 24. *l. executores cum auth. ſeq. cod. qui res pignori.* Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 90. 76

Et continuando limitationes ex *n.* 40. limitatur octavò in debitore, qui plenariè habet, unde creditoribus ſolvat. Bald. *in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* Guerr. *ſup. n.* 124. 77

Limitatur nonò in debitore perjuro, qui ſolvere promiſit ad certum tempus, ſi termino ſtatuto non ſolverit, eſt perjurus, & propterea bonis cedere non poteſt. Tiraq. *in l. ſi unquam, cod. de revocand. donat. n.* 146. & cum his, & aliis Guerr. *ſup. n.* 125. 78

Limitatur decimò in emphyteuta. Bald. *in cap.* 1. §. *calidis de probib. feud. alien.* ut cum aliis tradit Guerr. *ſup. n.* 126. ubi multa. 79

Limitatur undecimò in eo, cui aliquod onus publicum imponitur, vel collecta; *text. in l. propter honorem*, ubi DD. *cod. qui bonis ced. poſſ.* Guerr. *ſup. n.* 127. 80

Limitatur duodecimò in deportato reſtituto ad bona, Principis gratia, qui tenetur creditoribus abſque ceſſionis beneficio, niſi bona ſint deperdita. Guerr. *ſup. n.* 128. 81

82 Limitatur decimo tertiò in fidejuſſore, cui non prodeſt ceſſio bonorum debitoris; §. *fin. inſtit. de replicat.* Arouc. *alleg.* 67. *n.* 20. Guerr. *ſup. de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 130.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Quinquennale ſpatium à creditore debitori concedi poteſt ad intra illud debitum ſolvendum.*

2 *Induciæ quinquennales approbari, & confirmari debent à judice loci, cui competit cognitio.*

3 *Induciarum ſpecies oſtenditur.*

4 *Quæ dicantur conventionales induciæ.*

5 *Et quæ moratoriæ merè Regales, remiſſivè.*

6 *Quæ dicantur mixtæ induciæ, remiſſivè.*

7 *Princeps aliquando moratorias inducias, quæ verſantur circa debita Regalia, concedere ſolet.*

8 *Princeps ſuis debitoribus liberationem, & quietationem concedere poteſt.*

9 *Princeps juſtis de cauſis debitoribus particularibus moratoriam concedere poteſt, ne intra illam conveniri poſſint.*

10 *Moratoriæ dilationes à Principe conceſſæ gratioſæ appellari ſolent.*
Conceſſæ à maiori parte creditorum in juſtitia fundantur, ibid.

11 *Moratoriæ à Principe non conceduntur, ſi debitor paratus ſit cedere bonis.*

12 *Remedium ordinarium cum extraordinario non concurrit.*

13 *Moratoriæ ut concedantur, juſtæ cauſæ Principi narrari debent.*
Et conceſſis præſumitur in Principe juſta cauſa, ibid.

14 *Quando nullum tempus certum à Principe exprimitur, de quinquennio intelligitur.*

15 *Impetrans moratoriam à Principe cavere tenetur ſuis creditoribus de ſolvendo, tranſacto tempore.*

16 *Cautio debet eſſe cum pignoribus, vel fidejuſſoribus præſtitis.*

17 *Cautio præſtanda intelligitur, ſi petatur per creditores.*

18 *Princeps concedendo moratoriam, clauſula non obſtante, intelligitur remiſſa cautio.*

19 *Debitor, durante ſpatio quinquennali à Principe, vel creditoribus conceſſo, licèt à creditoribus conveniri non poſſit, ſuos debitores convenire poteſt.*

20 *Induciæ quinquennales executionem ſententiæ non impediunt.*
Reipublicæ intereſt ſententias executioni mandari, ibid.

21 *Non valet ſupremi magiſtratus reſcriptum ſententiæ executionem impediens.*

22 *Si concedatur reſcriptum, erit nullum, nec executioni mandandum.*

23 *Limitatur noſtra Ord. remiſſivè.*

24 *Tranſacto quinquennali ſpatio, ſi debitor non ſolvet, ad ceſſionem bonorum non erit admittendus.*

25 *Incarcerem detruditur debitor, donec ſolvat; non obſtante ceſſione.*

26 *Debitor incarceratus pro debito civili non habens unde ſe alat*

alat, à creditore alendus eſt.

27 *Amplia in carcerato nobili in domo, qui à creditore alimentari tenetur.*

28 *Nobilis in domo carceratus dicitur, ac ſi realiter eſſet in carcere publico.*

29 *Carceratus in domo, & carceratus in vinculo publico æquiparantur in jure.*

30 *Limita primò in debitore valente facere ceſſionem bonorum, qui non alimentatur à creditore.*

31 *Limita ſecundò quando denegatur remedium ceſſionis.*

32 *Limita tertio quando debitor alimentatur ab aliquo hoſpitali, vel confraternitate Miſericordiæ.*

33 *Carceratus relaxatur à carcere, quando alimenta non miniſtrantur à creditore.*

1 PRobatur ex hoc §. 2. quòd debitori ceſſionem bonorum facere volenti, dilatio, ſeu ſpatium quinquennale à creditore concedi poteſt, quando de hoc contentus fuerit, ut intra illud debitum perſolvat; *text. in l. fin. cod. qui bon. ced. poſſ.* Portug. *de Donat. Reg. tom. 2. cap. 42. n. 77.*

2 Quod quidem ſpatium, dilatio, ſive quinquennales induciæ à creditoribus conceſſæ per judices loci, quibus ſubjiciuntur ipſi creditores, confirmari, & terminari debent, vel per conſules, qui ſolent præeſſe mercatorum cauſis, ſecundum mores cujuslibet regionis. Mell. *de induc. quæſt. 1. n. 22. & quæſt. 16. n. 5. & ſeqq.*

3 Notatur ad hoc, quòd induciæ aliæ ſunt conventionales, aliæ merè Regales, aliæ mixtæ, aliæ tandem, quæ verſantur circa debita Regalia. Mell. *de induc. d. quæſt. 1. n. 21.*

Conventionales induciæ ſunt illæ, quæ ponuntur in voluntate, & conceſſione creditorum, aut maiori illorum parte, quando debitor vult cedere bonis; *text. in l. fin. cod. qui bon. ced. poſſ.* Mell. *ſup. n. 22.* & de iſtis conventionalibus induciis loquitur lex noſtra in hoc. §. 2. 4

Moratoriæ merè Regales induciæ illæ ſunt, quæ conceduntur à Principe debitoribus, prævia informatione de plenitudine poteſtatis, ne intra illorum metam poſſint creditores ſuos vexare debitores, qui illas ſupplicarunt. Mell. *ſup. n. 23.* & de his *Ord. lib. 3. tit. 37.* & ibi Silv. 5

Mixtæ induciæ ſunt, quibus multoties utuntur debitores, quando prævio creditorum conſenſu in illis concedendis, ut ad maiorem aſſequendam firmitatem, à Principe petunt, ut auctoritatem ſuam interponendo illas confirmet: multoties enim dantur actus, qui licèt principali non indigeant auctoritate; attamen, ut ſecuriores permaneant, Regia diſpoſitione corroborantur ad maiorem cautelam, quæ ſemper proficua eſt. Bald. *in l. teſtamentum, n. 5. cod. de teſtam. text. in l. Imperatores, ff. de privileg. cred.* Mell. *de induc. ſup. d. quæſt. 1. n. 24.* 6

Moratoriæ induciæ, quæ verſantur circa debita Regalia, licèt regulariter non concedantur, *Ord. lib. 3. tit. 37. §. fin.* attamen Princeps poteſt, & ſolet aliquando illas concedere; *Ord. lib. 2. tit. 52. §. 6 prope finem, & §. 10.* 7

Et quòd Princeps ſuis debitoribus inducias, quietationem, ac liberationem indulgere poſſit, nulli dubium eſt; *text. in l. 1. cod. de collat. donat. vel relevatorum lib. 10. l. forma, ff. de cenſ.* & tradit cum multis Mell. *de induc. quæſt. 34. n. 1.* 8

9 Sicut etiam debitoribus particularibus poteſt Princeps juſtis de cauſis, quæ illi narratæ fuerint, moratoriam dilationem concedere, ne intra illius metas poſſint à creditoribus ſuis vexari; ut tradit cum multis Mell. *ſup. n.* 3.

10 Et ex his ſequitur primò, inducias has gratioſas appellari ſolere, quia non ex juſtitia, ſed gratia Principis, emanant, quòd ſecus in induciis conceſſis à maiori creditorum parte; quia iſtæ fundantur in juſtitia juris ſcripti; *l. ult. cod. qui bonis ced. poſſ.* Mell. *ſuprà n.* 6. *&* 7.

11 Secundò, quòd prædicta moratoria dilatio non conceditur, quando debitor eſt paratus cedere bonis. Mell. *de induc. ſup. n.* 8.

12 Quia cum tunc jure ordinario ſit poſitum in creditorum dilatione, aut ſecundum aliquos in arbitrio debitoris cedere, aut inducias petere, uti non poterit remedio extraordinario; *arg. text. in l. in cauſæ*, ubi DD. *ff. de min.* Mell. *ſuprà n.* 9.

13 Sed ut prædictæ moratoriæ concedantur, & à Principe impetretur dilatio ad ſolvendum, juſtæ cauſæ Principi narrari debent, & niſi proponantur, narrenturque juſta impedimenta debitoribus impertiri non debent, nec ſolent; tradit Mell. *ſup. n.* 10. quibus conceſſis præſumitur in Principe juſta cauſa; *Gloſ. in l. relegati, ff. de pœn.*

14 Tertiò, quòd ſi non exprimatur tempus à Principe, de quinquennio intelligi ſolere, & non amplius concedi ſolet; ut tradit Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 38. *n.* 3. Mell. *ſup. n.* 11.

15 Quartò, quòd ille, qui conſequitur à Principe hoc beneficium, cavere tenetur ſuis creditoribus de illis ſolvendo, tranſacto tempore; ut cum multis Mell. *ſup. n.* 12.

16 Quæ quidem cautio debet eſſe idonea, præſtando pignora, aut fidejuſſores; *text. in l. ſi mandato Tirii*, §. *fin. ff. mandat.* Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 37. *in princip. n.* 2.

17 Hæc obligatio dandi cautionem intelligitur, quando à creditoribus fuerit petita; tradit Barb. *ſuprà* cum aliis *n.* 4. Mell. *ſuprà n.* 14.

18 Quod limitatur in caſu, quo Princeps moratoriam conceſſerit, clauſula non obſtante; quia tunc intelligitur cautionem remittere; ut tradit Mell. *ſup. n.* 16.

19 Nota, quòd licèt debitor, durante ſpatio quinquennali à Principe, vel creditoribus conceſſo, convenire, & moleſtari non poſſit; attamen ipſe ſuos debitores convenire poteſt, & quærere, unde ſolvat creditoribus ſuis; aliàs ſi præcluderetur via exigendi à ſuis debitoribus, fruſtratorium, inaneque remaneret tale beneficium. Mell. *de induc. quæſt.* 33. *n* 11. *&* 12. *& ex n.* 13. ad contraria reſpondet.

20 Prædictæ induciæ quinquennales executionem ſententiæ non impediunt, ut cum *Ord. lib.* 1. *in Regim. Senat. Palat.* §. 11. tradit Arouc. *alleg.* 52. *n.* 7. intereſt enim Reipublicæ ſententias executioni mandari. Peg. *tom.* 2. *ad d.* §. 11. *Regim. Senat. Palat.*

21 Quod adeo verum eſt, ut non valeat Principis reſcriptum ſupremi magiſtratus ſententiæ executionem impediens *l. reſcripta auth. quæ ſupplicatio, cod. de precib. imper. offer.* Peg. *ſup. n.* 2.

22 Et ſi non obſtante diſpoſitione *d.* §. 11. *Regim. Senat. Palat.* preces admittantur, & concedatur reſcriptum, erit nullum, & executioni non erit mandandum; ut tradit Peg. *ſup. n.* 3.

23 Limitatur noſtra *Ord.* ſcilicet, quòd ſpatio, ſive dilatione quinquen-

quennali non gaudet debitor, qui habet ſpatium aliquorum creditorum, & quòd ab aliis exequi poſſit, quando executio pendebat, bonaque mandata ſubhaſtari; ut tradit Phœb. *p.* 1. *areſt.* 97. Barb. *in caſtigat. & add. ad hanc Ord. n.* 244.

24 Probatur ultimò ex noſtra lege in hoc §. 2. quòd tranſacto, ſivè finito ſpatio quinquennali, debitore non ſolvente, ad ceſſionem bonorum in præjudicium creditorum non admittitur, quamvis illam facere intendat. Mend. à C. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *ſub n.* 67. *verſic. Nec etiam.*

25 Sed in carcerem detrudendus eſt debitor, donec ſolvat, non obſtante ceſſione, quam facere volebat, ut patet ex noſtra lege, verſic. *Mas ſerá prezo.*

26 Nota, quòd alimentare tenetur creditor debitorem incarceratum, quem ipſe creditor pro debito civili incarcerari fecit, quando debitor ita eſt pauper non habens, unde ſe alere poſſit; *gloſ. verb. agnoſcere in l. fin. cod. de erogat. milit. ann. lib.* 11. Valaſc. *conſ.* 1. *n.* 8. Gam. *deciſ.* 261. *n.* 1. Cardoſ. *verb. alimenta, n.* 8. Boer. *deciſ.* 303. *n.* 2. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 83. *n.* 1.

27 Ampliatur etiam, quòd non poſſit creditor excuſari ab alimentis præſtandis carcerato nobili in domo, eodem modo, quo tenetur illa ſubminiſtrare carcerato in publico. Phœb. 1. *p. deciſ.* 3. *n.* 2.

28 Nobilis enim carceratus in domo verè carceratus eſt, tanquam ſi eſſet verè, & realiter in carcere publico. Phœb. *d deciſ.* 3. *n.* 3.

29 Et carceratus in domo, & carceratus in vinculis publicis æquiparantur in jure; quia quoad nobiles nullus alius carcer invenitur, quam domus ſua; ut tradit Phœb. *ſup. n.* 9. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 30. *&* 31.

Limita primò in debitore, qui 30 facere poteſt ceſſionem bonorum; quia non tenetur creditor illum alimentare. Valaſc. *ſup. d. n.* 8. *verſic. Si enim.* Portug. *de donat. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 102.

Limitatur ſecundò, quando in 31 carcerato denegatur remedium ceſſionis bonorum, quia etiam illi denegantur alimenta, quæ petit à creditore. Gam. *deciſ.* 261. *n.* 3.

Limitatur tertiò, in debitore 32 alimenta ſuſcipiente ex aliquo hoſpitali, ſeu confraternitate Miſericordiæ, & ſit perſona, quæ ſine dedecore ab hoſpitali alimentari poſſit. Bald. *in l. unic.* § *ſed ſcimus, cod. de latin libert. toll.* tradit cum multis Cardoſ. *verb. alimenta, ſub n.* 8. Boer. *deciſ.* 303. *n.* 2. Portug. *ſup. n.* 102.

Sed in caſibus, in quibus credi- 33 tor tenetur debitorem incarceratum alimentare, ſi alimenta non miniſtrentur, relaxatur à carcere. Portug. *ſup. n.* 101. Phœb. 1. *p. deciſ.* 3. *n.* 1.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Pluribus creditoribus diſcordantibus, alii quinquennale ſpatium volentes, alii ceſſionem, vel quòd carceretur debitor, partem, cui plus debetur, confirmabit Judex.*

2 *Licèt ex altera parte ſit unicus creditor, & ex alia plures, non habetur reſpectus numeri creditorum, ſed ſummæ debiti.*

3 *Quod locum habet in pluribus creditoribus ex diverſis quanti-*

tita-

titatibus, in quibus amplior cumulus debiti minori præfertur.

4 *Sed quando par quantitas invenitur, diſpar creditorum numerus, quod pluribus placet, ſtatuitur.*

5 *Quid quando ex utraque parte æqualitas tam debiti, quàm numeri creditorum, remiſſivè.*

6 *Amplia primò, quando ſunt abſentes aliqui creditores, remiſſivè.*

7 *Amplia ſecundò, licèt creditores aſſentientes ſint chirographarii, alii verò hypothecarii.*

8 *Amplia tertiò contra creditores ex cauſa dotis.*

9 *Amplia quartò in ſpeciebus* in l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.

10 *Minor pars ſentiens concordiam maioris partis fundari in læſione, aut malitia proteſtare poterit.*

11 *Minor creditorum pars propter fraudem, & dolum in accordio maioris partis poteſt ab illo ad ſuperiorem appellare.*

12 *Ut admittatur appellatio, de ſententia, & dolo accordii conſtare evidenter debet.*

13 *Accordium maioris juſtum, & rationabile eſſe debet.*

14 *Prædicta appellatio non dicitur propriè appellatio, ſed provocatio.*

15 *Appellatione, & proteſtatione minori parti læſæ ſuccuritur. Proteſtatio jus proteſtantis conſervat, ibid.*

16 *Per appellationem devolvitur cognitio ad ſuperiorem.*

17 *An pendente appellatione accordium maioris partis ſuſpendatur?*

18 *Fidejuſſor poteſt appellare à ſententia lata contra principalem.*

19 *Induciæ conceſſæ creditoribus proſunt fidejuſſori.*

20 *Fidejuſſori competit induciaria exceptio competens principali debitori.*

21 *Principalis poteſt allegare exceptionem ſibi competentem ad defenſionem fidejuſſoris.*

SI plures ſint creditores diſcordes inter ſe, alii enim inducias, vel ſpatium quinquennale concedere volunt, alii potius ceſſionem accipere, vel quòd carceretur debitor, in hoc caſu ſtabit Judex illi parti, cui plus debitum fuerit, ipſam confirmabit, ut probatur ex hac lege in hoc §. 3. *text. in l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* Portug. *de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 78. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 60. Mell. *de induc. quæſt.* 8. *n.* 7. 1

2 Et quamvis ex altera parte unicus ſit tantum creditor, & ex alia dentur plures, ſi illi plus debeatur, quàm cæteris aliis, ipſe ſolus alios omnes antecellat, ipſiusque ſententia obtineat, ita ut non ſit habendus reſpectus numero creditorum, ſed ſolummodo ſummæ, & qualitati debiti, ut probatur ex noſtra lege verſic. *E ainda*; tradit expreſſè *text. in d. l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ. verſic. Et quidem.* Portug. *ſup.* & Mell. *ſup.* cum aliis.

3 Quando verò plures quidem ſunt creditores, ex diverſis autem quantitatibus; etiam amplior debiti cumulus minori ſummæ præferatur, ſive diſcrepans numerus ſit creditorum, ſive par, cum non ex frequentia, imò ordine fœneratorum, ſed ex quantitate debiti cauſa trutinetur; *text. in d. l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ. verſic. Si verò.*

4 Pari verò quantitate inventa, diſpari verò creditorum numero; tunc amplior pars creditorum obtineat, ita ut, quod pluribus pla-

ceat,

ceat, hoc ſtatuatur; probat *text. in d. l. ult. verſic. Pari autem, cod. qui bon. ced. poſſ.*

5 Quando verò undique æqualitas emergit tam debiti, quàm numeri creditorum, tunc eos anteponunt, qui ad humaniorem declinant ſententiam, non ceſſionem exigentes, ſed inducias, ſive quinquennale ſpatium, ut probatur ex hac lege in hoc §. 3. & expreſsè etiam *text. in d. l. ult. verſic. Sin verò, cod. qui bon. ced. poſſ.*

6 Ampliatur primò concluſio ſupra poſita *n.* 1. ut procedat, etiam quando pars creditorum eſt abſens; quia ſufficit, ut maior illorum numerus ſit præſens, ut abſentibus præjudicet; *text. in l. reſcriptum, ff. de pact.* Trentacinq. *reſol* 2. *n.* 8. *ſub tit. de ſolut.* Aretin. *in* §. *fin. n.* 9. *inſtit. de act.*

7 Ampliatur ſecundò, etiamſi creditores aſſentientes ſint tantummodo chirographarii, diſſentientes autem hypothecarii taciti, vel expreſſi; *text. in d. l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* & cum aliis Mell. *de induc. quæſt.* 8. *n.* 11.

8 Ampliatur tertiò, ut non ſolùm maioris partis accordium præjudicet creditoribus hypothecariis, verum etiam creditoribus ex cauſa dotis; quia non repiriuntur exempti, & ideo ſtandum eſt diſpoſitioni; *text. in d. l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* Mell. *de induc. ſup. n.* 16.

9 Ampliatur quartò, ut procedat, & habeat locum noſtra reſolutio in omnibus ſpeciebus, de quibus imperator in *d. l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* quæ quidem ſpecies referuntur à Mell. *de induc. d. quæſt.* 8. *n.* 19. de quibus ſuprà ex *n.* 1. *uſque ad n.* 5.

10 Attamen ſi minor pars creditorum ſenſerit concordiam maioris partis fundatam eſſe in aliqua evidenti læſione, aut malitia, proteſtare poterit, & ſervabitur diſpoſitum in titulo, quando appellari poterit ab actibus extrajudicialibus in *Ord. lib.* 3. *tit.* 78. ut probatur ex noſtra *lege in fin.* Mell. *de induc. quæſt.* 14. *n.* 11.

Stante ergo evidenti calumnia, aut fraude, inter creditores conſentientes, & debitorem induciarum, in iſtis terminis propter illam fraudem, & dolum in accordio commiſſum, poterit minor creditorum pars interponere ad ſuperiorem appellationem. Bart. *in l. ult. n.* 7. *ff. de appell. recipiend.* Strac. *de decoctor.* 6. *p. n.* 17. & cum aliis Mell. *de induc. d. quæſt.* 14. *n.* 3. 11

Quæ quidem appellatio minoris partis, ut admittatur conſtare debet evidenter de ſententia, dolo, ſimulatione, aut fraude accordii maioris partis injuſta; ut tradit Mell. *ſup. n* 4. 12

Quia accordium maioris partis juſtum, & rationabile eſſe debet, non injuſtum, & irrationabile. Mell. *ſup. de induc. n.* 5. 13

Prædicta appellatio, propriè, & juridicè loquendo, appellatio non eſt, ſed provocatio dicitur. Scacc. *de appellat. quæſt.* 2. *n.* 33. *&* 34. & cum aliis Mell. *ſup. n.* 6. 14

Nota, quòd per diſpoſitionem noſtræ legis duobus remediis ſuccurritur minori parti læſæ, ſcilicet vel proteſtatione, vel appellatione. Per primum conſervatur jus proteſtantis, quod vel judicio ordinario, vel ope exceptionis, aut alio modo poſſit diſſentire ab accordio maioris partis, remanente ſemper ſalvo jure antiquo; *l. ſi debitor*, §. 1. *ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. ſolvit. Ord. lib.* 3. *tit.* 91. ibi: *Proteſtou diante do Juiz haver ſua divida primeiro*; & cum aliis Mell. *ſup. n.* 25. 15

Per appellationem autem devolvitur conceſſionis induciarum cogni- 16

gnitio ad ſuperiores, ſed oportet, ut interponatur intra legitima tempora. Lancel. *de attent. appell. pend. ampl.* 15. *n.* 49. & ut ratificetur coram judice Mell. *ſuprà n.* 26. *&* 27.

17 Utrùm verò appellatione pendente à minori parte creditorum, quæ ſe dicit gravatam, ſortiri poſſit effectum accordium maioris partis, & an ea pendente, devolvat, & ſuſpendat ipsum accordium? Conſule Mell. *de induc. quæſt.* 15.

18 Nota, quòd fidejuſſor appellare poteſt à ſententia lata contra principalem debitorem; quia quando tertius læditur, ſemper admitti debet, ne alias, eo non audito, damnum patiatur, ſicque ubicumque de intereſſe docuerit, ei deferendum eſt; *l.* 1. *in princip. ff. de appellat.* Mell. *de induc. quæſt.* 14. *n.* 9.

19 Nota, quòd induciæ à creditoribus conceſſæ fidejuſſoribus proſunt; probat Mell. *de induc. quæſt.* 25. *ex n.* 7. & tradit cum multis Portug. *lib.* 3. *de Donat. Reg. cap.* 42. *n.* 92. 93. *&* 94.

20 Quia quando exceptio competit principali debitori, habita conſideratione ad obligationem, ea lætari poteſt fidejuſſor tanquam reali. Mell. *ſup. de induc. quæſt.* 25. *n.* 12. *&* 13.

21 Et quòd exceptionem induciariam principali debitori competentem poſſit allegare principalis ad defenſionem fidejuſſoris. Barb. *in l. maritum, n.* 87. *verſic. Quod tamen, ff. ſolut. matr.* Mell. *ſuprà n.* 13.

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Conſentientibus omnibus creditoribus debitorem habere ſpatium quinquennale, debitor acceptare tenetur, licèt nolit, neque recuſare poteſt; quia eſt electio creditorum.*

2 *Ejus eſt nolle qui poteſt velle, & velle non creditur, qui obſequitur alterius imperio.*

3 *Utrùm diſpoſitio textus obtineat, quando non omnes creditores in concedenda dilatione fuerint conformes, an ſufficiat maior pars?*

4 *Lex loquens de omnibus, intelligitur maior pars pro cumulo debiti, non perſonarum.*

5 *Creditores æquales in cumulo debiti, plurium numerus præfertur.*

6 *An in concedendis induciis omnes creditores tam præſentes, quàm abſentes ſint citandi, vel ſufficiat, quòd citetur maior pars?*

7 *Citatio eſt principium omnium actionum.*

8 *Eſt fundamentum judicii, ſine qua regulariter aliquid fieri non poteſt.*

9 *Tolli non poteſt, quia eſt introducta de jure Divino, & naturali.*

10 *Unuſquiſque, ad quem negotium tangit citandus eſt propter intereſſe.*

11 *Res inter alios acta, aliis non docentibus de jure ſuo, nocere non poteſt.*

12 *Quando maior pars minori præjudicare poteſt in illis, quæ ſunt communia pluribus, ut ſin-*

ſingulis, eſt de ſubſtantia actus, quòd omnes audiantur.
13 *Refertur contraria opinio.*
14 *Argumentum de remiſſione partis debiti ad inducias validum eſt.*
15 *Quæ fieri poſſunt præſente aliquo eo invito, multo magis eo abſente, vel ignorante.*
16 *Proponuntur varia exempla, remiſſivè.*
17 *Si præſentes eſſent creditores, abſentes impugnare non poſſunt conceſſionem maioris partis; illis abſentibus, elargiri poterunt induciæ.*
18 *Regula ſupra non obtinet in præjudicium abſentis, quando præjudicium eſt conſiderabile.*
19 *Citatio non eſt neceſſaria in actibus, in quibus, ſi præſens eſſet citandus contradicere non poterat.*
20 *Citatio non eſt neceſſaria, quando ex actu geſto, non principaliter, ſed in conſequentiam infertur præjudicium.*
21 *Sententia lata contra legitimum ſucceſſorem maioratus, feudi, aut emphyteuſis, ſucceſſoribus non citatis præjudicium infert.*
22 *Reſponſio ad objecta.*
23 *Reſponſio ad* text. in l. de unoquoque, ff. de re judic.
24 *Res inter alios actæ aliis non nocent quoad totale præjudicium, ſecus quoad quale.*
25 *An in concedendis induciis de veritate, & realitate debitorum conſtare debeat?*
26 *Confitens debitum judicialiter efficaciter tenetur.*
27 *Judiciales confeſſiones ad inſtar ſententiæ exequutioni mandari poſſunt.*
28 *Simulatio non eſt præſumenda.*
29 *Proponitur pro regula, quòd in concedendis induciis de veritate, & realitate debiti conſtare debet.*
30 *Præſumitur ſimulata confeſſio debitoris de per ſe.*
31 *Confeſſio debitorum præjudicium cauſare non poteſt veris creditoribus, de quorum cauſa conſtat.*
32 *Supponens ſe creditorem, falſitatem committit, & furti tenetur.*
33 *Non obſtant contraria.*
34 *An finitis induciis, duplicari, aut prorogari poſſint?*
35 *Moratoria dilatio à Principe conceſſa non poteſt duplicari, niſi adſit clauſula non obſtante.*
36 *Clauſula non obſtante operatur idem, quod de plenitudine poteſtatis.*
37 *Induciæ quando prorogari poſſint.*
38 *Creditorum placito induciæ prorogari poſſunt.*
39 *Terminus à lege præfixus debitori ad ſolvendum prorogari poteſt per creditorem.*
40 *Ceſſione bonorum finita, iterum debitor cedere poteſt.*
41 *An finitis induciis, præferri debeant creditores poſteriores anterioribus in bonis debitoris?*

PRobatur ex hac lege, quòd 1 in illo caſu, quo omnes creditores inter ſe conveniſſent, quòd debitor haberet ſpatium quinquennale ad ſolvenda omnia debita, tenebitur ipſe debitor illud acceptare, & ſi maximè nolit; electio enim hæc quinque annorum, aut cedere bonis permittitur creditoribus, ſiquidem ergo illi eligunt; quòd debitor fruatur dicto ſpatio quinque annorum, non poterit

terit illud recuſare debitor. Mell. *de induc. quæſt.* 4. *n.* 22. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 60. Barb. *ad hunc* §. 4.

2 Unde prædicta electio, ſive conceſſio illa induciarum quinquennalium tota pendet à voluntate creditorum, quam debitor non poteſt non acceptare; quia ejus eſt nolle, qui poteſt, & velle, & velle non creditur, qui obſequitur alterius imperio. Almeid. *num. quin. cap.* 4. *n.* 28.

3 Sed an diſpoſitio noſtri textus obtinere valeat, quando non omnes creditores in concedenda dilatione quinquennali fuerint conformes, ſed ſufficiat maior pars? Et videbatur dicendum, quòd omnes creditores debeant eſſe conformes, & non ſufficiat maior pars, ut ibi: *In caſu, quo omnes creditores convenißent, &c.* Et qui dicit omnes, videtur, quòd non ſit contentus maiori parte. Bart. *in l. omnes populi, ff. de juſt & jur. DD. in l. Lucius, ff condit, & demonſtr.* Mell. *de induc. quæſt.* 4. *n.* 24.

4 Cæterum cum lex noſtra Regia Luſitana non correctoria juris, ſed imò illi conformis appareat, verba illa ſunt legaliter intelligenda, & attento jure in materia, de qua loquimur, quando lex loquitur de omnibus, intelligitur maior pars pro cumulo debiti, non pro cumulo perſonarum; *text. in l. maiorem, ff. de pact.* Bart. *in l. reſcriptum, per text. ibi ff. eod.* faciunt ſupra dicta *n.* 1. 2. *&* 3. *in* §. 3. *hujus tit.*

5 Si verò creditores æquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum præferendus eſt, ut probatur ex *d. text. in d. l. maiorem, ff. de pact. verſic. Quod ſi.*

6 Circa prædicta quæres, an in concedendis induciis ſint citandi omnes creditores tam præſentes, quàm abſentes; vel ſufficiat, ut eorum maior pars citetur? In qua quæſtione duplex, & contraria eſt Doctorum opinio. Prima tenet omnes debitoris creditores eſſe citandos. Mell. *de induc. quæſt.* [illegible] *in princip.*

Probatur hæc ſententia primò, quia citatio eſt omnium actionum inſtituendarum principium. Imperator *in* §. *ult. Inſtit. de pæn. temer. litig.* Barb. *in l. ſiquis poſteaquam, n.* 26. *ff. de judic.* Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 1. *rub. n.* 2. 7

Eſtque caput, baſis, & fundamentum judicii, & ſine ea regulariter quidquam fieri non poteſt. Vant. *de nullit. tit. ex defect. proceſſ. n.* 27. 8

Et cum citatio introducta ſit de jure Divino, & naturali, tolli non poteſt; *text. in cap.* 1. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Pinel *in l.* 2. *p.* 1. *rub. n.* 21. *cod. de reſcind. vend.* & tradit cum multis Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 1. *rub. n.* 3. 9

Secundò, quia quiſque, ad quem negotium, de quo hîc tractatur, tangit, citari debet propter intereſſe; *text. in l. de unoquoque, ff. de re judic. l. nam ita Divus, ff. de adopt.* & cum multis Mell. *de induc. quæſt.* 6. *n.* 4. Giurb. *deciſ.* 1. *n.* 14. 10

Tertiò, quia vulgaris eſt juris concluſio, quòd res inter alios acta, aliis, qui de jure ſuo non docuerunt, nocere non poteſt; *l.* 1. *& per tot. cod. res inter alios acta, l.* 1. *&* 2. *cod. quibus res judicata non nocet, l. ſæpe, ff. de re judic.* Scacc. *de ſentent. ex re judic. gloſ.* 14. *quæſt.* 12. *ſub n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1273. *n.* 1. *&* 2. & cum multis Mell. *ſuprà n.* 5. ideoque omnes creditores tam præſentes, quàm abſentes citari debent in concedendis induciis. 11

Quar-

12 Quartò, quia reſolutio juris eſt, quòd in illis caſibus, in quibus maior pars poteſt præjudicare minori in his, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis, eſt de ſubſtantia actus, quòd omnes ſimul audiantur. Bart. *in l. omnes populi, ff. de juſt. & jur.* Mell. *ſup. n.* 7. ac proinde in caſu, de quo agitur omnes creditores citari debent tam præſentes, quàm abſentes.

13 Quibus non obſtantibus contraria opinio videtur verior, ſcilicet, ut non omnes creditores, ſed ſolummodo præſentes, ſi eorum debita aliis præponderent, ſint citandi in concedendis induciis; *text. in l. reſcriptum, ff. de pact.*

14 Qui quidem *text* licèt non loquatur de accordio creditorum circa quinquennales inducias, ſed circa pactum de remittenda parte debiti; attamen quoad effectum, de quo loquimur, eademmet, vel longe maior ratio militat; quia ſi pro remittenda debitorum portione, abſentium aſſenſus non expectatur, neque illorum citatio requiritur; multo magis pro obtinenda quinquennii dilatione idem erit dicendum. Afflict. *deciſ.* 288. *n.* 3. Brun. *de ceſſ. bon. quæſt.* 26. *n.* 1. & cum iſtis Mell. *de induc. ſup. quæſt.* 6. *n.* 13.

15 Probatur etiam, quia trita eſt in jure concluſio, quòd ea, quæ fieri poſſunt, præſente aliquo, eo invito; multo magis valent celebrari, eo abſente, vel ignorante, & non citato; *l.* 1. *ff. de fideicom. libert. l. qui poteſt, ff. de reg. jur. ubi gloſ.* varia exempla tradit.

16 Sicut creditor ex conventione poteſt vendere pignus, invito debitore, ſic etiam eo ignorante; idem in tutore, qui ſi invito pupillo rem aliquam poteſt diſtrahere, ita quoque eo abſente, vel inſcio; ſic tandem filius, qui hodie invito patre poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem; ex *text. in l.* 1. *& ibi gloſ. verb. ratam, cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt.* Cagnol. *in l. qui poteſt, ff. de reg. jur.*

Igitur cum & ſi præſentes eſſent creditores, abſentes non poſſent impugnare conceſſionem maioris partis creditorum præſentium dilationem quinquennalem debitori concedentium, à fortiori illis abſentibus, rectè induciæ elargiri poterunt. 17

Neque obſtat, quòd iſta regula non obtineat, quando tractatur de præjudicio abſentis. Trentacinq. *reſol.* 2. *n.* 9. *verſic. Secundo.* Dec. & Cagnol. *in d. l. qui poteſt. de reg. jur.* Reſpondetur enim in materia, de qua loquimur, non eſſe præjudicium conſiderabile comparativè ad creditores concedentes dilationem, eo vel maximè, quia debitum abſentium remanet in ſuo robore, ſolummodoque propagatur tempus debitori ad commodius ſolvendum. Deinde in dicta lege *reſcriptum*, etiam præjudicium maius dabatur in remittenda parte debiti, & tamen voluit *text.* ut præſentium pars maior abſentibus abeſſe poſſit. 18

Unde quia hæc ita de jure ſunt approbata à Doctoribus, recepta eſt inter illos reſolutio, quòd regulariter non eſt neceſſaria citatio in illis actibus, in quibus ſi præſens eſſet citandus contradicere, aut impedire non poterat. Tiraq. *tract. res inter alios actæ limit.* 2. Dec. & Cagnol. *in d. l. qui, ff. de reg. jur.* & cum multis Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 17. 19

Sic ſimiliter eodem modo, quando ex actu geſto non principaliter, ſed in conſequentiam, aliis abſentibus, vel præſentibus, infertur præjudicium, non oportet omnes citari 20

 tari

tari, ſed ſufficere illorum citatio-
nem, quibus maius infertur præ-
judicium ex *gloſ.* communiter re-
cepta in *l. de unoquoque*, *verb. quos*
cauſa, *ff. de re judic.* Giurb. *deciſ.*
1. *n.* 14.

21 Ex qua ratione receptiſſima eſt
Doctorum reſolutio, ſententiam la-
tam contra legitimum ſucceſſorem
in cauſa maioratus, feudi, aut em-
phyteuſis inferre præjudicium cæ-
teris ſucceſſoribus, etiam non ci-
tatis; *l. ex contractu*, *ff. de re ju-
dic.* Cancer. 2. *var. cap.* 16. *n.* 98.
Gom. *in l.* 40 *Taur. n.* 73. Menoch.
conſ. 501. & cum multis tradit
Giurb. *ſup. deciſ.* 1. *n.* 15. *&* 16.

22 Non obſtant adducta in contra-
rium pro prima opinione. Non pri-
mum de citatione, quæ eſt caput
judicii, & cujusque actus judicia-
lis; quia reſpondetur hoc eſſe ve-
rum, quando agitur de totali præ-
judicio, non verò quando venit in
conſequentiam, & in caſu noſtro
abſentes creditores læduntur per
accidens, non tamen in amiſſione
debitorum, in quibus jam ſupra
oſtendimus omnium citationem non
eſſe neceſſariam. Adde Borrel. *in
ſumma omnium deciſionum*, *tit. de
cit. n.* 294.

23 Non obſtat ſecundum, quia
text. in l. de unoquoque, *ff. de re
judic.* non obtinet, quando invitis
abſentibus (ſi præſentes eſſent)
actus celebrari poteſt, ut ſupra di-
ximus; quod idem tradunt *gloſ. in
l.* 1. *cod. qui & adverſus quos.*
Borrel. *ſup. tit.* 44 *n.* 350.

24 Tertium non obſtat, quia licèt
res inter alios actæ aliis non no-
ceant quoad totale præjudicium,
nocent tamen quoad quale; ut aſ-
ſerunt Menoch. & Scacc. *ſup. cit.*

Quartum etiam non offendit,
quia procedit in diverſis terminis,
ſcilicet utrùm omnes creditores,
quorum maior pars deſideratur, in
uno debeant conveniri loco, quo
caſu loquuntur Doctores ibi alle-
gati, de qua materia Mell. *de in-
duc. quæſt.* 10. ſicque eorum dicta
ex ſupra adductis convincuntur.

Quæres, in concedendis indu- 25
ciis an de veritate, & realitate de-
bitorum conſtare debeat? In quo
videbatur dicendum, quòd ſi plu-
res exiſtant numero creditores,
quibus aut propria confeſſione, aut
privatis ſcripturis debitor ſe illis
obligatum oſtendat, hanc partem
ſufficere, ut gaudere poſſit debitor
prætenſa induciarum gratia.

Probatur primò, quia ſi debi- 26
tor ex propria confeſſione apparet
obligatus, efficaciter, verèque vi-
detur teneri; *text. in l. unic. cod.
confeſſ. l. cum te*, *cod. tranſact.*
Gratian. *diſcept. for. cap.* 151. *n.*
13. ubi aiunt debitorem probari
illum, qui in judicio certam quan-
titatem creditori agenti debere
confeſſus eſt.

Facit trita omnium doctrina, 27
quæ docet judiciales confeſſiones
tantæ eſſe efficaciæ, ut ad inſtar ſen-
tentiarum executioni mandari poſ-
ſit; ut latiſſimè tradit Maſcard. *de
probat. concl.* 344. *&* 348. *per tot.*

Probatur ſecundò, quia extan- 28
te debitoris chirographarii confeſ-
ſione, vera, & realia eorum debi-
ta ſunt in dubio præſumenda; quia
ſimulatio tanquam delictum non
præſumitur; tradit Farin. *de falſit.
& ſimulat. quæſt.* 162. *ex n.* 94.

Sed his, & aliis non obſtanti- 29
bus, tenendum eſt, quòd ut cre-
ditorum aſſenſus in conceſſione in-
duciarum prævaleat, verè, & rea-
liter probandum eſt illos creditores
eſſe, cauſamque debiti, & crediti
liquere debere. Mell. *de induc.
quæſt.* 11. *n.* 7.

Quia ubicumque agitur de præ- 30
judicio creditorum, non ſufficit,
quòd aliqui ex his creditores per
con-

confeſſionem debitoris ſe oſtendant, hæc quoniam ſimulata, ac fraudulenta præſumitur; ut tradunt Stracc. *de decoctor. p. ult. n.* 17. Gratian. *diſcept. for. cap.* 391. *n.* 12. & cum aliis Mell. *ſup. n.* 8.

31 Confirmatur noſtra reſolutio ex eo, quia regulariter tenent Doctores debita, quæ ſolummodò conſtant per debitorum confeſſiones ſimulata, & fraudulenta præſumi, veriſque debitis, de quorum cauſa conſtat, præjudicare non poſſe in debitorum concurſu. Bald. *in l diverſis, cod. qui potiores in pignore habeantur.* Gam. *deciſ.* 226. *n.* 1. Per. *deciſ.* 107 *n.* 2. & cum aliis tradit Mell. *de induc. quæſt.* 11. *n.* 13.

32 Scire debes, quòd ille, qui ſe ſupponit creditorem, cum à parte rei non ſit, falſitatem committit. Mell. *de induc quæſt* 11. *n.* 24. & quòd magis eſt furti tenetur; *Gloſ. in l ſi vendidero, §. ſi Titius, verb. perperam, ff. de furt.*

33 In contrarium adducta non obſtant; procedunt enim, quando cum confeſſione debitoris concurrit veritas debiti, ut patet ex ſupra traditis.

34 Finitis induciis, utrùm duplicari, aut prorogari poſſint? Reſpondetur, quòd indultum creditorum inducias quinquennales debitoribus ſuis concedentium terminatur in prima vice, & illis finitis, nullus debitoribus remanet regreſſus ad alias conſequendas, & ſtatim per lapſum temporis fiunt moroſi, quaſi dies interpellet pro homine; *l. magnam, cod. de contrab. & commit. ſtipul.* tradit cum aliis Mell. *de induc. quæſt.* 27. *n.* 2. *& ſeqq.*

35 Amplia in moratoriis dilationibus à Principe conceſſis, quæ intelliguntur pro prima vice, & ſi pro ſecunda concedantur, non facta mentione primæ, erit gratia ſubreptitia, niſi in gratia appoſita fuerit clauſula, *non obſtante quinquennali dilatione*, quæ operatur conceſſionem ſecundæ dilationis, licèt prima non fuerit expreſſa; ut tradit Mell. *ſup. n* 6.

36 Clauſula enim, *non obſtante, &c.* operatur idem, quod de plenitudine poteſtatis, per quam auferri poteſt jus tertio quæſitum. Bald. *in l. ſi de teſtamento, cod. teſtament.* Mell. *de induc. ſup. n.* 7.

37 Concluſionem ſupra, quæ habet, finitis induciis, non eſſe locum prorogationi illarum, limita primò, quando tam legitima impedimenta allegaverit debitor, ut coacta ratione creditores illas debeant prorogare, vel in toto, vel in parte. Mell. *ſup. n.* 9.

38 Limita ſecundò, ut non procedat, ſi creditorum placito induciæ fuerint prorogatæ; proviſio enim hominis ceſſare facit proviſionem legis; *l. fin. cod. de fidejuſſ.*

39 Unuſquiſque in re ſua eſt dominus arbiter, & moderator juxta vulgare, ſicque videmus, quòd terminus à lege præfixus debitori ad ſolvendum prorogari poteſt; *arg. text. in l. Celſus, ff. arbitr.* Bart. *in l.* 1. §. *& poſt operis, ff. de nov. oper. nunt.*

40 Limita tertiò, ut non procedat in ceſſione bonorum, qui enim jam primò ceſſit, iterum cedere poteſt. Cephal. *conſ.* 192. *vol.* 2. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 27. *n.* 33. Mell. *quæſt.* 27. *n.* 17.

41 Finitis induciis quinquennalibus, an præferri debeant creditores poſteriores anterioribus in bonis debitoris, tam antequam poſtea quæſitis, & quid in prioribus dicendum ſit? Conſule Mell. *de induc. quæſt.* 21. *ubi n.* 1. ponit pro regula creditores anteriores in ſua hypotheca poſterioribus eſſe anteponendos.

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Debitor volens facere ceſſionem bonorum incarcerandus eſt, inſtante aliquo creditore.*

2 *An præſtando fidejuſſorem, in carcerem conjici poſſit, ſi non habeat unde ſolvat?*

3 *Debitor non carceratus ad ceſſionem bonorum non admittitur.*

1 PRobatur ex hac lege, quòd in omni caſu, quo debitor ceſſionem bonorum facere voluerit, præſertim inſtante aliquo creditore, incarcerandus erit, & incarcerato, tunc agendum erit, an illam facere poterit. Giurb. *deciſ.* 41. *n.* 5.

2 Quid, ſi fidejuſſores dederit, an poterit in carcerem conjici, quando non habet unde ſolvat? Dicendum videbatur, quòd non erit incarcerandus; ex traditis à Valaſc. *conſ.* 13. & à Barb. *in l. ſi conſtante in princip. n.* 108. *ff. ſolut. matr.* circa quæ cogita.

3 Ego verò pro conſtanti teneo, quòd ad ceſſionem bonorum non auditur, nec admittitur debitor, quin prius ſe carceratum conſtituat, inſtante aliquo creditore; ut ex noſtra lege deducitur. Cancer. 2. *var. cap.* 9. *n.* 27. Salgad. *labyr. cred. p.* 1. *n.* 10. Giurb. *deciſ.* 41. *n.* 5. & probavi ſuprà.

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Faciens ceſſionem bonorum, omnia debita fateri debet, omniaque bona, quæ tunc habet, creditoribus dimittere tenetur.*

2 *Neque unum denarium retineat.*

3 *Reſervando unum nummum, non tenet ceſſio.*

4 *Cedenti bonis, quæ relinquantur.*

5 *Dummodo non ſint magni valoris, remiſſivè.*

6 *Cedenti bonis inſtrumenta ſuæ artis relinquuntur.*

7 *Dominium retinet rerum, quæ alienari prohibentur, minimè illarum commoditates.*

8 *Debitor negans ſe debitorem beneficio bonorum non gaudet.*

9 *Facta ceſſione bonorum, poteſt creditor exigere debitum à filiis debitoris, quando ſunt divites.*

10 *Quia tale debitum in alimenta filiorum fuit converſum.*

11 *In dubio pater pecuniam videtur accipere pro filiis nutriendis.*

PRobatur ex hoc §. 6. quòd is, qui bonis cedere voluerit, in judicio ceſſionem faciet, omnia debita confitendo, & omnia bona creditoribus dimittendo, quæ tunc temporis habet; *Gloſ. in l. pen. ff. de ceſſ. bon.* Cov. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. *verſic. Is autem.* Bald. *in l. ult. cod. qui bon. ced. poſſ.* 1

Et ita omnibus bonis cedere debet, ut etiam neque unum denarium retineat; *Gloſ. in l. pen. ff. de ceſſ.* 2

ceſſ. bon. Barb. *in l. maritum*, *n.* 1. *ff. ſolut. matr.*

3 Quod ita verum eſt, ut ſi unum nummum reſervet debitor, ceſſio non tenet. Far. ad Cov. *lib.* 2. *cap.* 1. *ad n.* 5. *n.* 42. *verſic. Tamen.*

4 Solùm veſtes ordinariæ, & quotidianæ relinquendæ ſunt illi, qui bonis cedit, ut probatur ex noſtra lege. Barb. *in l. maritum*, *n.* 1. *ff. ſolut. matr.* Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n* 33. Far. *ſup. d. n.* 42.

5 Declara hoc, dummodo veſtes non ſint magni valoris, per quas aliqui creditores ſolutionem ſuorum debitorum habere poſſint, quod omne arbitrio judicis relinquendum eſt, ut dicit hæc *Ord.*

6 Item bonis cedenti etiam inſtrumenta ſuæ artis relinquenda ſunt, quibus victum quærere valeat. Guer. *ſup. n.* 33. & Far. etiam ſuprà *n.* 42.

7 Cedens bonis dominium etiam retinet rerum, quæ alienari prohibentur, ſed minime earum commoditatis. Bald. *in l.* 1. *verſic. Quæro nunquid ille*, *cod. qui bon. ced. poſſ.* Far. *ſup. n.* 42.

8 Adverte, quòd quando debitor debita non agnoſcit, ſed imò potius negat ſe talem, tunc ceſſio bonorum locum non habet. Peg. *for. cap.* 3. *n.* 494. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 46.

9 Nota, quòd licèt debitor ceſſionem faciat, poteſt tamen creditor exigere ſuum creditum ab ejus filiis, ſi ſint divites; ut tradit Mend. à C. 2. *p. lib.* 3. *cap* 22. *n.* 73.

10 Quod ita procedit, ſi dicas debitum in alimenta filiorum fuiſſe converſum. Bart. *in l. bis ſolis*, *ff. de condit. indeb.* Cœpol. *caut.* 246. Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap* 22. *n* 68.

11 Quia in dubio pater pecuniam accipiens videtur pro familia accepiſſe, hoc eſt pro liberis nutriendis. Bart. *in l. ſi filius*, *n.* 17. *cod. ad Maced.* & cum aliis tradit Mend. *ſup.*

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Committenti crimen ſtellionatus non prodeſt ceſſio.*

2 *Quid ſit crimen ſtellionatus, remiſſivè.*

3 *Traditur varietas, quam imitant deceptores, remiſſivè.*

4 *Quomodo jureconſulti appellant ſtellionatum, remiſſivè.*

5 *Ponitur exemplum, remiſſivè.*

6 *Debitor aſſerens idoneas facultates habere inducendo creditorem ad contrahendum, illi non prodeſt ceſſio bonorum.*

7 *Ceſſio bonorum locum non habet in debitis ex delicto deſcendentibus.*

8 *Mercatores falliti ad ceſſionem bonorum non admittuntur.*

9 *Doloſi, & fraudulentes decoctores propriâ culpâ, & dolo in paupertatem devenientes non admittuntur ad ceſſionem bonorum.*

10 *Decoctus aliquam partem debiti ſuo creditori ſolvens, & poſtea ad pinguiorem fortunam deveniens, reſiduum ſibi remiſſum per creditorem ſolvere tenetur.*

11 *Decoctores beneficio dilationis quinquennalis non gaudent.*

12 *Judex inventarium conficere tenetur, ubi primum ei conſtiterit mercatorem decoctum.*

13 *Quid facere debeat venditor mercium eas adhuc extantes inveniens, remiſſivè.*

UBi probatum fuerit aliquem comiſiſſe crimen ſtellionatus, 1 hoc eſt *bulram*, *e inliçador*, licèt debita ſua ex cauſa civili deſcendant,

princip. n. 108. *ff. ſolut. matr.* quod procedere videtur, quando condemnatus alienavit, vel occultavit bona ſua, & ex bonis fidejuſſoris poteſt victor ſuum creditum conſequi; ſed debitor non admittitur ad ceſſionem bonorum, niſi carceratus; ut dixi in §. 5. *n.* 3. *bujus tit.*

Ad §. X.

SUMMARIUM.

1 *Quando aliquid Regi debetur, non admittitur ceſſio.*

1 DEbitor fiſcalis, & qui Regi aliquid debet, ad ceſſionem bonorum non admittitur; ut probatur ex hoc §. 10. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 67. *&* 68. Mor. *de execut. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 59. *verſic. Quartus eventus.* Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 37. Ord. *hoc lib.* 4. *tit.* 76. §. 4. ubi largius dicam.

Ad tit. 75.

Quando valebit obligatio facta ab incarcerato.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Carcerati contractus factus in carcere privato inter illum, qui carcerari fecit, non valet, ſed eſt nullius effectus.*

2 *Ampliatur primò in carcerato in carcere publico, aut caſtello judicis auctoritate.*

3 *Ampliatur ſecundò, ut neque carcerati contractus valeat, etiamſi ſit extractus extra carceres, ſed cum cuſtodia.*

4 *Extractus ex carcere cuſtodem babens dicitur carceratus, remiſſivè.*

5 *Ampliatur tertiò, quòd neque contractus in carcere factus juramento firmetur.*

6 *Ampliatur quartò, ut neque carcerati contractus valeat, etiam quando in eo dicatur, quòd non vi, aut metu, ſed ſponte ſe obligavit.*

7 *Ampliatur quintò, quòd non valeat confeſſio in carcere facta.*

8 *Ampliatur ſextò, quòd neque ſit valida ſolutio in carcere facta.*

9 *Ampliatur ſeptimò, quòd neque ſit valida fidejuſſio ad inſtantiam carcerati aliquid promittentis.*

10 *Quando non valet contractus principalis, neque etiam acceſſorius fidejuſſionis.*

11 *Exceptio competens principali contrahenti, competit etiam fidejuſſori.*

12 *Limitatur primò, judice præſente, & de cauſa cognoſcente, & licentiam præſtante ad contrahendum.*

13 *Limitatur ſecundò, quòd procedat in carcere injuſto, non verò in carcere juſto.*

14 *Quis dicatur injuſtè carceratus, remiſſivè.*

15 *Obligatio valet, quando carceratio eſt juſta.*

16 *Limitatur tertiò in carcerato ſub bomenagio, qui liberè contrahere poteſt, ac ſi captus non eſſet.*

17 *Limitatur quartò in contrahente cum tertio.*

18 *Contractus eſt validus cum tertio non carcerante.*

19 *Li-*

19 *Limitatur primò quarta limitatio, ut non procedat, quando tertius, ad cujus commodum carceratus contrahit, particeps fuiſſet illius carcerationis.*

20 *Limitatur ſecundò, ut non procedat, quando carceratus cum illo tertio contraheret ad inſtantiam carcerantis.*

21 *Limitatur quintò, quando contractus carcerati utilitatem reſpiceret.*

22 *Limitatur ſextò in contractu tendente ad liberandum à carcere carceratum.*

23 *Limitatur ſeptimò, quando carceratus poſt liberatum à carcere contractum ratificavit.*

24 *Limitatur octavò in contractu facto ab uno carcerato cum altero carcerato.*

25 *Limitatur nonò, ut carceratus non prohibeatur facere teſtamentum.*

26 *Teſtamentum carcerati ad commodum detinentis non valet.*

27 *Juſtè carceratus non prohibetur teſtari ad favorem detinentis.*

28 *Injuſtè carceratus cum carcerante contrahere poteſt ob aliam cauſam.*

29 *Incarceratus juſtè contrahere, & facere compoſitionem poteſt cum accuſatore, præcipuè interveniente judicis auctoritate.*

1 Contractus celebratus in privato carcere inter carceratum, & illum, qui eum capi fecit, ſine judicis auctoritate eſt nullus, & nullius effectus; ut probatur ex *hac lege in hoc princip. text. in l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ.* Mend. à C. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 29. Farin. *de carcer. & carcerat. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 35. *num.* 21. Mor. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 107.

Amplia primò, quando quis capitur in carcere publico, aut caſtello judicis auctoritate; quia contractus celebratus cum eo, ad cujus inſtantiam captura decreta eſt, eſt nullus; ut probatur ex *hac Ord. verſic. E ſendo prezo.* Mor. *ſuprà n.* 108. Valaſc. *conſ.* 13. *n.* 2. 2

Amplia ſecundò, ut neque valeat cautela, qua utuntur aliqui facientes ponendo carceratum extra carceres, ſed in cuſtodia, & ab eo ſic extra carceres poſito contractum, ſeu promiſſionem extorquent, & facta promiſſione, ad carceres reducitur; quia talis contractus non aliter nullus eſt, ac ſi in carcere factus eſſet. Bart. *in l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ.* Farin. *ſup. n.* 5. 3

Quia iſtud extrahere carceratum ex carcere, donec contractum faciat, nihil valet, donec enim contrahens cuſtodem habet, adeo quòd ire non poſſit, quo vult, dicitur eſſe in carcere, & cum non ſit in libertate ſua, adhuc dicitur carceratus; ut cum multis tradit Farin. *ſup. d. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 35. *n.* 5. 4

Amplia tertiò, ut nec contractus in carcere factus firmetur juramento; ut ex Farin. *ſup. n.* 7. 5

Amplia quartò, ut neque carcerati contractus, & obligatio tanquam metu facta minimè valeat, licèt in eodem contractu dicatur, quòd non vi, aut metu, ſed ſponte ſe obligavit; quia eodem timore, quo carceratus inductus fuit ad contrahendum, cenſetur etiam inductus ad ſic affirmandum, quod ſponte contrahit, quamvis re vera per metum faciat. Farin. *ſup. n.* 13. 6

Amplia quintò, ut non valeat confeſſio facta in carcere; quia ſolus carcer præſumere facit confeſſionem, etiam ſponte factam, metu 7

tu fuiſſet extortam; *Gloſ. in l. qui*
in carcerem, *ff. quod met. cauſ.* &
tradit cum multis Farin. *ſup. n.* 16.
8 Amplia ſextò, ut non ſolùm
non valeat contractus, obligatio,
ſeu confeſſio facta per carceratum
in carcere ad favorem carcerantis,
ſed neque etiam valeat ſolutio; tra-
dit cum multis Farin. *ſup. n.* 19.
9 Amplia ſeptimò, ut neque va-
leat fidejuſſio facta ad inſtantiam
carcerati aliquid promittentis. Af-
flict. *deciſ.* 149. *n.* 2. *ad fin. verſic.*
Et ſi non valeat contractus.
10 Ratio eſt duplex; prima, quia
ubi non valet principalis contractus,
nec etiam valet acceſſorius fidejuſ-
ſionis; *l. ſi ſub impoſſibili*, *ff. de*
fidejuſſ. l. cum lex, *ff eod.*
11 Secunda ratio eſt; quia omnes
exceptiones competentes principa-
li contrahenti, competunt etiam
fidejuſſori; *l. omnes*, *ff. except. l.*
exceptiones 7. §. *rei*, *ff. eod.* Sed
ſic eſt, quòd principali carcerato
aliquid promittenti competit exce-
ptio metus, de qua in *d. l. qui in*
carcerem, *ff. quod met. cauſ.* ergo
illa met exceptio competere debet
fidejuſſori.
12 Limita primò, ſi præſens ſit Ju-
dex, qui capturam decrevit, vel
de cauſa cognovit, qui ſe infor-
met, an ille juſtè captus ſit, juſtè-
ve faciat contractum, & ſi ſibi vi-
debitur ad contrahendum licentiam
præſtabit, ex quo contractus vali-
dabitur, ut probatur ex hoc §. *ver-*
ſic. Salvo. Mor. *de execut. lib.* 2.
cap. 20. *n.* 108.
13 Limita ſecundò, ut procedat
in carcere injuſto; ſecus verò in
carcere juſto; quia in injuſtè carce-
rato intelligi debent *DD. ſuprà*,
quòd carceratus eſt injuſte carcera-
tus, ejus promiſſio, ac obligatio
prorſus nulla ſit, ut in terminis de
injuſtè incarcerato loquuti ſunt
multi, quos refert Farin. *ſup. n.* 28.

Injuſtè enim carceratus dicitur 14
non ſolùm ille, qui debitor non
eſt, ſed etiam ille, qui licèt debi-
tor ſit, non tamen ritè, ac juris
ordine ſervato captus fuit. Afflict.
deciſ. 149. *n.* 1.
Quando verò carceratio eſt juſ- 15
ta, tunc valida eſt obligatio ſecun-
dum multos, quos adducit Farin.
ſup. n. 29. ubi de juſtè carcerato
dante in ſolutum ſuo creditori ali-
quam rem, & quòd talis datio in
ſolutum valeat.
Limita tertiò in eo, qui captus 16
eſt in homenagio in domo ſua, vel
oppido, quo caſu liberè contrahe-
re poteſt, ac ſi captus non eſſet;
ut decidit noſtra *Ord. verſic. E iſto*
naõ haverá. Mor. *lib.* 2. *cap.* 20.
n. 110.
Limita quartò in contrahente 17
cum altero tertio, qui non carce-
ravit, & ad illius tertii utilitatem;
optimè Farin. *ſup. n.* 31. cum aliis.
Quando enim cum tertio non 18
carcerante contrahitur, valet con-
tractus, ut expreſsè declarant *Gloſ.*
in d. l. qui in carcerem, *ff. quod*
met. cauſ. multi relati à Farin. *ſup.*
n. 32.
Limita primò hanc quartam li- 19
mitationem non procedere, quan-
do ille tertius ad cujus favorem,
& commodum carceratus contra-
hit, fuiſſet etiam particeps illius
carcerationis; quia tunc non valet
contractus ad ejus favorem factus:
eadem enim ratio, quæ militat in
carcerante, militat etiam in parti-
cipe carcerationis; ut tradit cum
multis Farin. *ſup. n.* 33.
Limita ſecundò prædictam quar- 20
tam limitationem non procedere,
quando carceratus ad inſtantiam
carcerantis cum illo tertio contra-
heret; quia tunc nec etiam talis
contractus valet; optimè Farin. *ſu-*
prà n. 34.
Limita quintò, quando contra- 21
ctus

ctus reſpiceret carcerati utilitatem, quia tunc valet contractus; tradit cum multis optimè Farin. *ſuprà n.* 35.

22 Limita ſextò, quando contractus tendit ad liberandum à carcere carceratum; quia tunc contrahere poteſt cum illo, qui eum fecit carcerari. Bald. *in rub. cod. de reſcind. vend.* Barb. cum aliis ad hanc *Ord. n.* 2.

23 Limita ſeptimò, quando carceratus poſtquam ex carcere fuit liberatus, contractum ratificaverit; tunc valere talem ratificationem dixit *Gloſ. in l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ.*

24 Limita octavò, ut valeat contractus factus ab uno carcerato cum altero, ſic enim per *text. in l. nam & Servius, ff. de negot. geſt.* ſcriptum reliquit Bald. *in d. l. qui in carcerem* 2. *lectura ante n.* 1. *ff. quod met. cauſ* Farin. *ſup. n.* 40.

25 Limita nonò, ut carceratus non prohibeatur facere teſtamentum; *text. in l. qui à latronibus, ff. de teſtament.* cum aliis Farin. *ſuprà n.* 41.

26 Quæ quidem limitatio non procedit, quando carceratus faceret teſtamentum ad commodum detinentis; tunc enim nec valet ejus teſtamentum; tradit cum multis Farin. *de carcer. & carcerat. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 35. *n.* 42.

27 Sed hoc non procedit in carcerato juſtè, quia is non prohibetur teſtari etiam ad favorem detinentis; ut tradit cum multis Farin. *ſuprà n.* 43.

28 Valet etiam contractus factus ab injuſto carcerato cum carcerante ob aliam cauſam, quam fuiſſet carceratus. Gutierr. *de jur. confirm. cap.* 57. *n.* 4. cum aliis Altim. *tom.* 3. *n.* 439. *quæſt.* 14.

29 Incarceratus autem juſtè bene contrahere, & facere poteſt compoſitionem cum accuſatore, præcipuè ſi interveniat judicis auctoritas; quoniam qui ſua culpa in carceribus detinetur, non dicitur facere contractum per metum. Bart. *in l. qui in carcerem, n.* 1. *ff. quod met. cauſ.* ut cum aliis Cardoſ. *verb. carcer, n.* 14.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Carceratus in dominio alicujus Magnatis cum illo contrahere nequit, etiamſi judicis auctoritas interveniat.*

2 *Neque valet contractus factus per carceratum in carcere ad favorem potentis.*

3 *Limitatur, quando contractus eſſet ad utilitatem carcerati.*

Quando quis aprehenditur in dominio alicujus Magnatis juriſdictionem in territorio habentis, in hoc eventu probatur ex hoc §. 1. contractum per incarceratum geſtum non valere in domini illius utilitatem, etiamſi judicis interveniat auctoritas, ut patet ex textu. Mor. *de execut. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 111. 1

Amplia etiam, quòd non valeat contractus, vel conventio, aut obligatio facta per carceratum in carcere ad favorem potentis, qui detinebat in carcere, quia imò eſt nullus ipſo jure; ut tradit Begnudel. *verb. carcer*, §. 5. *n.* 9. 2

Limita, quando contractus factus eſſet ad utilitatem, & favorem carcerati, vel eſſet juſtus. Begnudel. *ſup.* & ego dixi ſuprà *n.* 21. *ad princip. bujus tit.* 3

Ad

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Carceratus contrahere poterit, cum quo voluerit, exceptis caſibus prohibitis in hoc tit.*
2 *Carceratus procuratorem conſtituere poteſt, remiſſivè.*
3 *Appellare poteſt à carceratione poſt triginta annos.*
4 *Intra decem dies à die latæ ſententiæ appellare debet, quando Judex pronuntiat carcerationem juſtam.*

1 OMnis carceratus obligationem, & quemcumque contractum facere poterit, cum quo voluerit, & valebit, ac ſi carceratus non eſſet, exceptis caſibus prohibitis in hac *Ordinatione*, ut probatur ex hoc §. 2.

2 Et ſic carcerati conſtituere procuratores, relevare fidejuſſores pro excarceratione datos, & alios contractus, validè facere poſſunt. Clar. §. *fin. quæſt.* 46. *n.* 6. *verſic. Scias etiam.* Begnudel. *verb. carcer.* §. 5. *n.* 37.

3 Nota, quod carceratus appellare poteſt à carceratione, etiam poſt triginta annos; quia gravamen eſt ſucceſſivum, & continuum. Begnudel. *verb. carceratus*, *n.* 6. Bajard. *quæſt.* 46. *n.* 5.

4 Limita, ſi Judex pronuntiaſſet carcerationem eſſe juſtam, quia tunc deberet appellare intra decem dies à die latæ ſententiæ. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 131. Bajard. *d. quæſt.* 46. *n.* 6.

Ad tit. 76.

De illis, qui carcerari poſſunt pro debitis civilibus, vel criminalibus.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Pro debito civili quis carcerari non poteſt ante ſententiam condemnatoriam, licet poſtea inveniatur non ſolvendo.*
2 *Debitor ante omnia eſt citandus, & condemnandus, non tamen ante incarcerandus, remiſſivè.*
3 *Si procedatur contra debitorem non citatum, nec condemnatum ad capturam, armis reſiſtere poteſt.*
4 *Carceratus propter debitum civile ante ſententiam relaxatur, nec ad inſtantiam creditoris recomendari poteſt.*
5 *Nulliter carceratus relaxari debet, ut non poſſit iterum capi.*
6 *Ad faciendum aliquem carcerari requiritur ſpeciale mandatum.*
7 *Procurator ſine ſpeciali mandato petere poteſt relaxationem carcerati.*
Pro carcerato quilibet procurare poteſt ſine mandato, ibid.
8 *Limita in debitore ſuſpecto de fuga, qui carcerari poteſt pro debito civili ante ſententiam.*
9 *Suſpectus de fuga carcerari poteſt die feriato in honorem Dei.*
10 *Et fieri probationes eodem tempore ſuper ſuſpicione fugæ poſſunt, remiſſivè.*

11 *Suſ-*

11 *Suſpectus de fuga capi poteſt à judice incompetenti.*

12 *Ad carcerandum ſuſpectum de fuga, ante omnia de tribus requiſitis copulativè conſtare debet, remiſſivè.*

13 *Ut procedatur ad capturam propter ſuſpicionem fugæ, debitum certum, & liquidum eſſe debet per chirographum, inſtrumentum, vel teſtes.*

14 *Si non ſit liquidum, ſufficit lis ſuper debito.*

15 *De ſuſpicione per teſtes, parte non citata, & juramentum partis conſtare debet.*

16 *Suſpicio fugæ ſupervenire debet poſt debitum contractum cum deterioratione ſubſtantiæ.*

17 *Creditor contrahens cum advena, & fugitivo ſibi imputet.*

18 *Debitore ab initio non ſuſpecto, ſed lite pendente non ſolvendo, bona ejus capiantur, & perſona.*

19 *Debitore in actuali fuga, admittitur ſolum juramentum creditoris ad probandum debitum.*

20 *Juramentum ſolum de per ſe non eſt ſufficiens ad probandam fugam propter præjudicium.*

21 *Statuta captura ex imperfecta probatione debiti, poſt illam intra triduum concludenter de credito, & deterioratione doceri debet.*

22 *Si non ſerventur requiſita in captura, mandatum, & captura annullantur.*

23 *Probatio crediti, & ſuſpicionis poſt capturam non ſufficit, ſed annullatur.*

24 *Injuſtè carceratus ante omnia relaxari debet, & reſtitui ad ſuam libertatem.*

25 *Judex facilis ad ſtatuendam capturam, debet eſſe facilis ad revocandam.*

26 *Quomodò puniatur Judex contrarium judicans in hac lege.*

1 PRopter debitum civile non poteſt quis in carcerem conjici, antequam per ſententiam judicis condemnetur, quæ tranſeat in rem judicatam, quamvis poſtea in executione inveniatur non habere unde ſolvat; ut probatur ex hac *Ord. text. in l.* 1. *cod. qui bon. ced. poſſ.* Cov. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. & cum his & aliis Barb. *in l. Hæres abſens*, §. *fin. ff. de judic. n.* 57. *&* 58.

2 Prius enim, & ante omnia debitor eſt citandus, & condemnandus per Judicis ſententiam, non tamen perſonaliter capi, nec incarcerari poteſt, ſive loquamur de magnis, & arduis cauſis, ſive parvis, & ſive talis cauſa pecuniaria deſcendat ex contractu, ſive ex delicto; *text. in l. plerique, ff. in jus vocand. text in l. nemo de domo, ff. de reg. jur.* Gom. 2. *var. cap.* 11. *n.* 51. & ibi Aylon. *n.* 52.

3 Quod adeo verum eſt, ut poſſit debitor non citatus, nec condemnatus armis reſiſtere propter injuriam propulſandam, ſi contra illum procederetur ad capturam. Bald. *in d. l. plerique, ff. in jus vocand.* & tradit Gom. *ſupra d. n.* 51.

4 Et ſi fortaſſè aliquis propter debitum civile capiatur ante ſententiam, debet ſtatim relaxari, neque poteſt ad inſtantiam alicujus creditoris in carcere recommendari. Fontanel. *deciſ.* 241. *n.* 23. Altim. *tom.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 84. cum aliis multis.

5 Nota, quòd quando captura eſt nulla, debet ita carceratus relaxari, ut non poſſit ſtatim iterum capi, aliàs non haberetur pro relaxato. Fon-

Fontanel. *ſup. n.* 22. Phœb. 1. *p. deciſ.* 54. *n.* 9. *&* 10.

6 Nota etiam, quòd ad faciendum aliquem carcerari, requiritur ſpeciale mandatum, ne faceret dominum cadere in pœnam, quando captura eſſet injuſta, aut nulla. Phœb. *ſup. d. deciſ.* 54. *n.* 11.

7 Aliud tenendum erit in procuratore ad faciendum relaxare carceratum; tunc enim non requiritur ſpeciale mandatum, ut tradit ipſe Phœb. *ſuprà*; quia quilibet pro carcerato procurare poteſt ſine mandato; *Ord. lib.* 1. *tit.* 91. §. 10.

8 Limitatur noſtra *Ord.* in debitore ſuſpecto de fuga, qui capi, vel carcerari poteſt pro debito civili, antequam ſit convictus, vel per ſententiam judicis condemnatus; ut declarat hæc *Ord. verſic. Salvo*, *& Ord. lib.* 3. *tit.* 31. §. 3. ubi Silv. & tradit Begnudel. *verb. carcer*, §. 2. *n.* 3.

9 Amplia, ut debitor ſuſpectus de fuga incarcerari, & capi poſſit, etiam in die feriato in honorem Dei. Cov. *lib* 2. *var. cap.* 20. *n* 14. Auguſt. Barb. *ad text. in l. Dies feſtos*, *n.* 9. Valaſc. *alleg.* 25. *n.* 6.

10 Et eodem tempore fieri probationes poſſunt ſuper ſuſpicione fugæ; quia qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens; *text. in l. ad rem mobilem*, *& l. legatum.* Altim. *tom.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 72.

11 Amplia etiam, ut debitor ſuſpectus de fuga capi poſſit à Judice incompetenti. Fontanel. *deciſ.* 241. *n.* 7.

12 Notatur ad hoc, quòd ut quis capi, & carcerari poſſit tanquam ſuſpectus de fuga, ante omnia de tribus requiſitis copulativè conſtare debet, ſcilicet primò de credito; ſecundò quòd bona æquivalentia debito non poſſideat; tertiò de deterioratione, ac ſuſpicione debitoris poſt contractum debitum, de quibus Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 31. §. 2. *n.* 2.

Ad hoc, ut Judex procedere debeat ad debitoris capturam propter fugæ ſuſpicionem, debitum certum, & liquidum eſſe debet ex chirographo debitoris, vel inſtrumento publico, vel teſtibus probato. Reinoſ. *obſerv.* 37. *n.* 22. Altim. *de nullit. ſentent. tom.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 41. 13

Si verò debitum non ſit certum, & liquidum, ſufficit, ſi adſit lis ſuper debito. Trentacinq. *var. reſol.* 10. *lib.* 3. & cum aliis Altim. *ſup. n.* 66. 14

Deinde debet etiam conſtare de ſuſpicione fugæ per teſtes examinatos, parte non citata, & per juramentum partis, & ſic ſummariè; ut optimè tradit Altim. *ſup. n.* 41. 15

Sed eſt neceſſe, quòd hæc ſuſpicio fugæ ſuperveniat poſt factum inſtrumentum, & debitum contractum, deteriorando ſubſtantiam ſuam; ut cum multis tradit Altim. *ſup. n.* 46. 16

Quia ſibi imputari debet creditor, quando contraxit cum advena, & fugitivo; ut cum aliis Altim. *ſuprà proximè.* 17

Quando tamen debitor ab initio non fuit ſuſpectus, ſed lite pendente fiat non ſolvendo, ſuſpectusque de fuga, poſſunt bona ejus, & perſona capi. Pech. *de jur. ſiſtend. cap.* 4. *n.* 5. & cum illo Altim. *ſup. n.* 50. 18

Nota, quòd aliquando ſufficit juramentum creditoris ad probandum debitum, quando debitor eſt in actuali fuga, quia non poteſt creditor habere promptè inſtrumenta, teſtes, & alia neceſſaria ad probandum debitum, & ideo propter periculum fugæ evidentis admittitur tale juramentum creditoris ſuper debito; tradit cum multis Altim. *tom.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 51. 19

&

& 56. Silv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 31. §. 2. & 3. *n.* 9.

20 Sed ſolùm juramentum no ſufficit de per ſe ad probandam fugam, cum generet magnum præjudicium, & ideo fieri non poteſt ex ſolo juramento creditoris. Altim. *ſup. n.* 54. cum *text. in l. bona fide, cod. de reb. credit. & l admonendi de jur. jur.*

21 Si procedatur ad capturam ex imperfectis probationibus, & credito plenè non juſtificato, debet poſt capturam intra triduum plenè, & concludenter de credito doceri, & deterioratione conditionis debitoris. Silv. *ſup. n.* 10.

22 Nota, quòd non ſervatis requiſitis in captura, mandatum de capiendo, & captura eſt nulla, & revocanda. Bart. *in l. ſi creditores, n.* 1. *verſic. Nam prius, ff. de privileg. cred.* Bald. *in l. apertiſſimi, n.* 9. *cod. de judic.* Menoch. *de arbitr. judic. caſ.* 87. *n.* 14. *lib.* 2. *cent.* 1. & cum iſtis Altim. *ſuprà n.* 79.

23 Neque ſufficit, ſi poſt capturam doceretur de credito, vel ſuſpicione, quia tanquam ex actis non juſtificata eſſet nulla. Altim. *ſuprà n.* 80.

24 Et ideo nulliter, & injuſtè carceratus eſt ante omnia relaxandus, quia judex vim inferre dicitur, eumque propria libertate ſpoliare; & propterea ad eam ante omnia eſt reſtituendus; ut dixi *ſuprà n.* 5. Altim. *ſup. n.* 81. cum Cœpoll. *conſ.* 19. *n.* 2.

25 Judexque ſicut fuit facilis ad decernendam capturam, ita debet eſſe facilis ad illam revocandam; *text. in l.* 1. & *hoc edictum, ff. ſi mulier ventris nomine.* Poſt. *de manut. obſerv.* 12. *n.* 43.

26 Probatur ultimò ex noſtra lege Regia, quòd, qui contrarium in hac lege fecerit, duo millia Regalia ſolvet, medietas ad accuſatorem pertinebit, & altera medietas ad captivos; quia lex non debet fraudari directè, nec indirectè. Cardoſ. *verb. lex, n.* 29.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Debitor condemnatus, ſi in executione bona non reperiantur ad ſolvendum, detruditur in carcerem, donec ſolvat.*

2 *Limitatur primò, bonis extantibus, niſi facta executione non ſit ſolvendo.*

3 *Limitatur ſecundò in debitore fidejuſſorem habente, qui non detruditur in carcerem.*

4 *Carcerem evitabit debitor faciens ceſſionem bonorum.*

5 *Carceratus è carcere liberabitur, ſi debitum viginti millia Regalium non excederit, durante captura per ſex menſes.*

6 *Si intra annum poſt adeptam libertatem non ſolvat, iterum in carcerem detruditur, donec ſolvat.*

7 *Lucrante intra annum aliquam rem, in executionem creditor capere poteſt.*

8 *Pueri carcerari non poſſunt ratione ætatis pro debito civili.*

9 *Neque minores pro debito civili carcerantur.*

10 *Item neque ſenex ſeptuagenarius.*

11 *Item neque Clericus pro debito civili carceratur.*

12 *Item Doctor ratione dignitatis carcerari non poteſt pro debito civili.*

13 *Limitatur in ſuſpecto de fuga, remiſſivè.*

1 PRobatur ex hoc textu, quòd debitor condemnatus per ſententiam tranſeuntem in rem judicatam, ſi in executione non reperiantur bona ſufficientia, ex quibus ſolvat, in carcerem conjicitur, donec ſolvat. Barb *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 44. *ff. ſolut. matr.* Cald. *de empt. cap.* 17. *n.* 28. Mor. *de execut. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 57. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 2.

2 Limita primò, extantibus bonis, quia debitor in carcerem non eſt detrudendus, niſi facta prius bonorum executione, inveniatur non ſolvendo. Barb. *ſup. d. n.* 44. Cald. *etiam ſuprà d. n.* 28.

3 Limita ſecundò in habente fidejuſſorem, qui non poteſt detrudi in carcerem, quia propter divitias fidejuſſoris videtur eſſe idoneus ad ſolvendum. Barb. *in l. ſi conſtante in princip. n.* 108. *ff. ſolut. matr.*

4 Et licèt debitor condemnatus per ſententiam bona non habeat, neque fidejuſſorem idoneum ad ſolvendum debitum, & propter id in carcerem conjici poſſit, prædictam carcerationem evitabit, cedendo bonis; ut probatur ex noſtra *lege verſic. Porém*, & ego dixi ſuprà *ad tit.* 74. *hoc lib.* 4. Mor. *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 59. *l.* 1. *cod. ceſſ. bonor.*

5 Evitabit etiam carcerationem, quando debitum condemnationis quantitatem viginti millium Regalium non excedit, captura durante per ſex menſes; quia nulla data fidejuſſione à carcere liberabitur; ut declarat hæc *Ord. verſic. E ſendo.* Mor. *ſup. n.* 58.

6 Si verò intra annum poſt adeptam libertatem debitum non ſolverit debitor, iterum ad carcerem detrudendus erit, donec ſolvat; ut etiam declarat hæc *Ord. verſic. E ſe dentro.* Mor. *ſup. verſic. Iterum*, *d. n.* 58.

Lucrante intra annum debitore 7
rem aliquam, in illa executionem creditor facere poterit; ut etiam declaratur in hac *Ord. verſic. E ganhando.*

Notatur ad hoc, quòd plures 8
perſonæ ſunt de jure communi, quæ pro debito civili carcerari nequeunt. Primò, ratione ætatis pueri carcerari non poſſunt. Bald. *in l.* 1. *n.* 10. *cod. qui bon. ced. poſſ.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 328. *n.* 17. Altim. *tom.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 90.

Secundò, minores, qui pro de- 9
bito civili non carcerantur. Begnudel. *verb. carcer*, §. 2. *n.* 16. Altim. *ſup. n.* 91.

Tertiò, ſenex ſeptuagenarius pro 10
debito civili ſecundum æquiorem opinionem carcerari non poteſt. Altim. *ſuprà* cum multis *n.* 92.

Quartò, Clericus pro debito ci- 11
vili incarcerari non poteſt, quia eſt miles cœleſtis militiæ, & non tenetur, niſi in quantum facere poteſt; *Gloſ. in l. miles*, *ff. de re jud.* Begnudel. *ſup. n.* 14.

Quintò, Doctor ratione dignita- 12
tis carcerari non poteſt pro debito civili. Bart. *in l. medicos*, *cod. de profeſſ. & medic. lib.* 10. Altim. *ſuprà n.* 97. Vide alios caſus, quos refert idem Altim. *ſup. ex n.* 90. *uſque ad n.* 110.

Quod limitatur, quando quis 13
eſt ſuſpectus de fuga, quia carcerari poteſt, non obſtantibus prædictis privilegiis. Nam carceratio debitoris ſuſpecti fit ad effectum, ne fugiat, ſed caveat, ſed ſi conſtaret, quòd nec cavere poſſet, tunc veniendus erit relaxandus is, qui non tenetur ultra quam facere poteſt; tradit cum multis Altim. *ſup. n.* 111.

Ad

Ad §. II. & III.

SUMMARIUM.

1 *Debitor in ſcriptura ſe obligans, ſi certo tempore non ſolvat, in carcerem detruditur, quamvis bona habeat, carcerari poteſt judicis mandato.*

2 *Licèt inter creditorem, & debitorem conveniatur, debitore non ſolvente, tempore taxato, poſſit creditor propria auctoritate debitorem capere, tale pactum non valet, ſed neceſſariò recurret ad judicem, qui ſuo miniſterio prehenſionem faciat.*

3 *Per hoc debitori non fit injuria.*

Neque tollitur defenſio, ſed mutatur modus defenſionis, ibid.

4 *Debitorem fugientem poteſt creditor propria auctoritate capere, ducereque ad publicum carcerem.*

5 *Creditor debitorem detinere non poteſt ultra ſpatium 24. horarum, remiſſivè.*

6 *Clericus in actu fugæ capi per ſuum creditorem poteſt, auctoritate propria ſine metu excommunicationis.*

7 *Conventio, debitore non ſolvente, tempore expreſſo, carcerari poſſit, ad hæredem non tranſit.*

8 *Propria auctoritate poteſt quis ad capturam procedere in perſonis ad perpetuam obedientiam pertinentibus.*

9 *Vir poteſt cum uxore adulterantem capere.*

Fur nocturnus à domus domino capi poteſt propria auctoritate, ibid.

10 *Unuſquiſque abſque auctoritate judicis monetarum falſarios, ſeu vilioratores &c. capere poteſt, remiſſivè.*

11 *Carcer privatus non committitur in eum rogantem creditorem ſuum, ut eum in domo detineat, ne carceratus ab aliis creditoribus arreſtetur.*

12 *Carcerem privatum non committit is, qui libidinis cauſa meretricem clauſam retinet.*

Quando debitor per ſcripturam ſe obligavit, quòd ſi certam pecuniæ quantitatem, promiſſo tempore, non ſolveret, ſtatim ad ipſius capturam procedi poſſit, ut in carcere detineatur, donec ſolvat, poteſt ad capturam procedi mandato judicis, etiam ſi debitor bona oſtenderet, ex quibus ſatisfacere poſſit; ut probatur ex hoc §. 2. Phœb. 1. *p. deciſ.* 15. *n.* 1. Mor. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 1. Barb. *in l. alia*, § *eleganter*, *n.* 44. *ff. ſolut. matr.* Cald. *for. lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 5. 1

Et licèt inter creditorem, & debitorem conventum fuerit, debitore non ſolvente, tempore expreſſo, quòd poſſit creditor propria auctoritate debitorem capere, & ad publicos carceres ducere, talis conventio, vel pactum non valebit, neque virtute illius creditor capere debitorem, ſed neceſſariò recurrat ad judicem, qui ſuo miniſterio prehenſionem faciat, licèt bona oſtenderet, ex quibus ſolvat; ut declarat, & probat hæc *Ord. in hoc* §. 3. Barb. *ſup. in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 36. *& ſub n.* 44. *verſic. Et hanc opinionem*, *ff. ſolut. matr.* Mor. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 2. 2

Neque per hoc debitori videtur facta injuria; *l. cum donationis*, 3

nis, *cod. de tranſact.* neque tollitur defenſio, ſed mutatur defenſionis modus; nempè, quòd de illa agatur poſt capturam. Barb. *ſup. d. n.* 44. *ff. ſolut. matr.*

4 Limitatur primò, ſi creditor debitorem fugientem inveniat, non habita judicis copia, tunc enim ipſum propria auctoritate capere poteſt, captumque ducere ad publicos carceres; ut probatur ex hac *lege verſic. Porém.* Mor. *ubi ſuprà ſub n.* 2. *verſic. Hoc tamen.* Fontanel. *deciſ.* 241. *n.* 7. Cancer. 2. *var. cap.* 10. *n.* 11. Auguſt. Barb. *in cap. lator. n.* 4. *de pign.*

5 Nec in alio loco ultra carcerem publicum debitorem ipſum creditor detinere poteſt, ultra viginti quatuor horarum ſpatium, aliàs pœnam carceris privati incurret; ut declarat hæc *Ord. verſic. E ſe o retiver.* Mor. *ſuprà.*

6 Quod extende ad Clericum debitorem fugientem, qui capi poteſt per creditorem propria auctoritate ſine metu excommunicationis; quia doloſè non facit, ſed jure permittente. Valaſc. *alleg.* 25. *n.* 5. Cancer. 2. *var. cap.* 10 *n.* 14. Mor. *ſup. d. n.* 2. *verſic. Hoc tamen.*

7 Nota, quòd conventio, ſive pactio, ut debitore non ſolvente, tempore expreſſo, carcerari poſſit, hæredem debitoris non ligat, nec capi poteſt, quia eſt conventio perſonalis. Bart. *in l. ſi deceſſerit*, *ff. qui ſatiſdare cog.* Mor. *proximè n.* 4. ubi refert aliam contrariam opinionem.

8 Extende etiam, ut poſſit quis propria auctoritate procedere ad capturam in illis perſonis, quæ ad obedientiam perpetuam pertinent, ut Monachus, ſervus, filiusfamilias, & uxor. Mor. *ſup. n.* 6.

9 Item etiam vir poteſt alium cum uxore adulterantem capere; *Ord. lib.* 5. *tit.* 95. §. 2. & non committit pœnam carceris privati retinendo ſic adulterantem, ut dicit *d. Ord.* ſicut etiam fur nocturnus, aut diurnus liberè à domus domino capi poteſt propria auctoritate; ut tradit Mor. *ſup. n.* 7. *cum l. itaque*, §. *lex*, *ff. ad l. Aquil.*

Nota, quòd unicuique privato abſque ulla judicis auctoritate, vel mandato, licitum eſt delinquentes capere, ut in monetarum falſariis, ſeu violatoribus; *l.* 1. *cod. de falſ. monet.* in latronibus, & viarum graſſatoribus; *l. capitalium*, §. *famoſos*, *ff. de pœn.* in incendiariis *d. l. capitalium*, §. *incendiarii*, in violentis fœminarum raptoribus; *l. raptores*, *cod. de Epiſc. & Cleric.* in arborum, & vinarum ſtolidis incenſoribus; *l.* 2. *ff. arbor. fur. cæſa*, in fure acclamante populo fugiente; *l. ſi quis in ſervit. ad fin. l. interdum*, §. *qui fures*, *ff. de furt.* in veneficis, & incantoribus; *l. fin. cod. de maleſic. & math.* & denique in flagranti crimine reperto, ut omne tradit Farin. *lib.* 1. *de carcer.*, *& carcerat. tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 23. 10

Notatur ad hoc, quòd creditor, qui auctoritate judicis debitorem ſuum cepit, & cum eum ad carceres vellet ducere, ab ipſo debitore rogatus fuit, ut in domo ſua ipſum cuſtodiret, donec ei ſolveret, ne ad carceres ductus ibidem ab aliis creditoribus arreſtaretur, carcerem privatum non committit, quia volenti nulla fit injuria, neque dolus; *l. cum donationis*, *cod. de tranſact.* ut optimè tradit Farin. *ſup. n.* 30. 11

Sicut neque carcerem privatum committit, qui domi retinet, ſeu alicubi clauſam meretricem libidinis cauſa. Farin. *ſup.* cum multis. 12

Ad

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *Debitor fiſcalis eſt carcerandus, donec ſolvat.*

2 *Sive debitum procedat ex delicto, ſeu quaſi delicto, contractu, ſeu quaſi contractu.*

3 *Debitor fiſcalis eſt carcerandus, etiamſi ſit dives, vel fidejuſſorem præſtet.*

4 *Debitori fiſcali non permittitur ceſſio bonorum, ſed denegatur, & non relaxatur, donec ſolvat.*

5 *Condemnatus non habens bona ad ſolvendam decimam ex ſententia condemnatoria pro ea non carceratur.*

1 PRobatur ex hoc §. 4. quòd pro omni debito Regio, ſive fiſcali poteſt debitor incarcerari, etiam ante ſententiam; ſed ubi primùm fuerit debitor fiſci ad carcerem eſt detrudendus, & ab eo non eſt relaxandus, niſi prius ſolvat. Valaſc. *alleg.* 13. *n.* 216. *&* 217. Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 67. *&* 68. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 5. *Ord. lib.* 2. *tit.* 53. *in princip.*

2 Quod locum habet, ſive debitum procedat ex delicto, ſive ex quaſi delicto, ſive ex contractu, ſive ex quaſi contractu, vel ex alia quacumque civili cauſa, ut probat hæc *Ord.* Guerr. *ſup. n.* 69.

3 Quamvis debitor ſit dives, & offerat fidejuſſorem idoneum, quia carcerandus eſt; ut tradit Boler. *de decoct. debit. fiſcal. tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 4. *& per tot.* Guerr. *ſuprà n.* 68.

4 Neque debitori Regio, ſive fiſcali permittitur facere ceſſionem bonorum, ſed imò potius illi denegatur, & in carcerem detrudendus, nec relaxandus, donec ſolvat; ut declarat hæc *Ord. verſic. E neſte caſo.* Guerr. *ſup. n.* 67. Mor. *lib.* 6. *cap.* 12. *ſub n.* 59. *verſic. Quartus eventus.*

5 Limitatur in debitore decimarum ex ſententiis condemnatoriis, qui licèt bona non habeat, ex quibus ſolvere poſſit, pro eis non carceratur; ut declarat hæc *Ord. verſic. E iſto ſe naõ entenderá*, & idem diſponit alia *Ord. lib.* 1. *tit.* 20. §. 3. *verſic. Sem por iſſo o condemnado poder ſer prezo*, & ibi Peg. *n.* 21. Valaſc. *alleg.* 13. *n.* 218. *& alleg.* 83. *n.* 3.

Ad §. V

SUMMARIUM.

1 *Propter debitum deſcendens ex delicto, vel quaſi condemnatus in carcerem detruditur, donec ſolvat, nec prodeſt ceſſio bonorum.*

2 *Depoſitarius rem depoſitam domino tradere recuſans ſine juſta cauſa, incarceratur, donec tradat, remiſſivè.*

3 *Neque excarceratur offerendo fidejuſſores, neque bonis cedere poteſt.*

4 *Faciens aliquem injuſtè tam civiliter, quàm criminaliter, incarcerari ad damna, & intereſſe tenetur.*

5 *Creditor ſequeſtrationem in bonis injuſtè faciens ad damna, & intereſſe tenetur.*

Damna juramento liquidantur, ibid.

6 *Incarceratus injuſtè ab aliqua parte, aut ſequeſtratione in bonis*

bonis facta tenetur ad expenſas, & actionem injuriarum.

7 *Judex aliquem indebitè incarcerari mandans tenetur in ſyndicatu.*

1 COlligitur ex *hac lege in hoc* §. 5. quòd quando debitum deſcendit ex delicto, vel quaſi, in quo quis condemnetur, tunc indiſtinctè detruditur in carcerem, donec ſolvat, & locum non habet ceſſio bonorum. Vallaſc. *alleg.* 25. *n.* 8. Mor. *lib.* 6. *cap.* 12. *ſub n.* 59. *verſic. Tertius eſt.* Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 100.

2 Sic depoſitarius recuſans tradedere domino rem depoſitam ſine juſta, & legitima ratione, vel illa utens ſine expreſſa voluntate domini carcerandus eſt, uſque ex carcere rem tradat, & damnum ſolvat propter uſum contra voluntatem ipſius domini, ut probatur ex *hac lege.* Guerr. *tract.* 4. *de rat. reddend. lib.* 6. *cap.* 8. *à n.* 10. & 22. & *lib.* 5. *cap.* 6 *n.* 58.

3 Et in his caſibus excarcerandus non eſt, quamvis fidejuſſores offerat, neque bonis cedere poterit; ut declarat hæc *Ord. verſic. E naõ ſerá ſolto.* Guerr. *ſup. d. n.* 100. & Mor. *d. l.* 6. *cap.* 12. *ſub n.* 59. *verſic. Tertius.*

4 Nota, quòd ſi quis injuſtè incarceretur ab aliqua parte tàm civiliter, quàm criminaliter, tenetur ad damna, & intereſſe. Peg. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 33. §. *ult. cap.* 2. *n.* 40. & *for. cap.* 16. *n.* 87.

5 Hoc idem procedit, quando fit ſequeſtratio in bonis injuſtè, quia tunc creditor tenetur ad damna, & intereſſe; ut tradit cum multis Peg. *for. ſup. d. cap.* 16. *n.* 88. & 89. ubi quòd hæc damna juramento liquidari poſſunt.

6 Et non ſolùm tenetur ad damna, & intereſſe faciens aliquem injuſtè incarcerari, vel ſequeſtrationem in bonis injuſtè, ſed etiam ad expenſas, & actionem injuriarum. Peg. *for. ſup. n.* 85. & *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *n.* 41. *l. injuriarum*, §. *ſi quis per injuriam*, *ff. de injur.*

Nota iterum, quòd Judex, qui aliquem indebitè incarcerari mandat, tenetur in ſyndicatu, & puniendus eſt. Peg. *ſup. ad d. Ord. d. cap.* 2. *n.* 39. Farin. *lib.* 1. *de carcer. & carcerat. tit.* 4. *quæſt.* 37. *n.* 134. & *ſeqq.* ubi qualiter puniatur. 7

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Mulier pro debito civili non carceratur.*

2 *Licèt renuntiet privilegio, ne in carcerem conjiciatur pro civili debito.*

3 *Prædictum privilegium mulieri conceditur propter ſexus honeſtatem, quapropter renuntiari non poteſt.*

4 *Mulier pro debito publico, & fiſcali carcerari nequit.*

5 *Limitatur primò in meretrice publica, vel luxioriosè viventе, quæ pro debito civili, & criminali carcerari poteſt.*

6 *Intelligitur in meretrice ſoluta, non in maritata.*

7 *Si maritus ignoret, & particeps non fuerit meretricii. Quando maritus eſt ſocius, & particeps turpitudinis uxoris ſuæ, carceratur mulier pro debito civili, ibid.*

8 *Mulier in carcerem publicum una cum viris non conjicitur, ſed in locum à virorum carcere ſeparatum.*

9 *Li-*

9 *Limitatur ſecundò in muliere obligata pro debito adminiſtratæ tutelæ filiorum, renuntiato Velleiano, quæ carcerari poteſt.*
10 *Adminiſtrator convertens pecunias adminiſtrationis in proprios uſus, dolum, & fraudem committit, & dicitur prædo, & privilegium amittit.*
11 *Limitatur tertiò in muliere bona occultante, quæ carcerari poteſt pro debito civili.*
12 *Limitatur quartò in collectis, gabellis, & tributis.*
13 *Limitatur quintò, in debito deſcendente ex delicto, remiſſivè.*
14 *Judex mulierem honeſtam contra juris diſpoſitionem incarcerari jubens punitur.*
15 *Quæ dicatur mulier meretrix.*
16 *Mulier aliquos homines ſine pretio admittens non dicitur meretrix, ſecus ſi admittat plus 40.*
17 *Mulier meretrix à vicinitate expelli poteſt per vicinos proximiores honeſtos.*
18 *Meretrix poteſt retinere ſibi datum, & petere promiſſum. Non ſolùm in foro contentioſo, ſed in foro conſcientiæ, ibid.*
19 *Mulier pro debito deſcendente ex locatione veſtium in Civitate Oliſiponenſi non carceratur.*

1 Mulier pro debito civili incarcerari non poteſt, quamvis ſit condemnata per ſententiam, ut probatur ex hac lege, & *Ord. lib.* 3. *tit.* 31. §. 4. *auth. nov. jur. cod. de cuſtod. reor. text. in auth. ut nulli judic.* § *neceſſarium, collat.* 9. Guerr. *de invent. lib* 4. *cap.* 11. *n.* 7. & *tract* 4. *lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 2. Cardoſ. *verb. carcer, n.* 6. Gom. *in l. Taur.* 62. *n.* 1. Mor. *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 64.

Amplia primò, etiam ſi mulier renuntiaverit privilegio, ne in carcerem detrudatur pro civili debito, quia prædicta renuntiatione non obſtante, carcerari nequit pro debito civili. Barb. *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 24. *ff. ſolut. matr.* Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *n.* 3. *cod. de offic. diverſ. judic.* 2

Quia hoc privilegium mulieri conceditur propter ſexus honeſtatem; *d. l.* 1. *cod. de offic. diverſ. judic.* & ideo illi renuntiari non poteſt. 3

Amplia ſecundò, ut non ſolùm mulier carcerari non poſſit pro debito civili alicujus privatæ perſonæ, ſed neque etiam pro debito publico, & fiſcali. Auguſt. Barb. *in d. l.* 1. *n.* 4. & *in auth. ſed hodie n.* 2. *cod. de offic. diverſ. judic.* Mor. *d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 64. *verſic. ubi ampliat.* 4

Limita primò in muliere publica meretrice, vel inhoneſtè, & luxurioſè vivente, quæ pro quacumque cauſa tàm civili, quàm criminali carcerari poteſt; ut declarat hæc *Ord. verſic. Salvo.* Auguſt. Barb. *in d. l.* 1. *n.* 8. *cod. de offic. diverſ. judic.* Cardoſ. *verb. carcer, n.* 6. Gom. *in l* 62. *Taur. n.* 1. *verſic. Quod tamen intellige.* 5

Intellige in muliere meretrice ſoluta, non verò in maritata, ſive conjugata, quia maritata minimè carcerari poteſt, licèt luxurioſè vivat. Auguſt. Barb. *ſup. d. n.* 8. *verſic. Niſi.* Gom. *ſup. verſic. Quòd iterum.* Farin. *lib.* 1. *de carcer. & carcerat. tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 56. 6

Quod procedit, quando maritus eſt ignorans, & non participans meretricii, ac inhoneſtæ vitæ, quam tenet uxor, & in hoc caſu meretrix maritata non carceratur; ſi verò maritus eſt ſocius, & particeps turpitudinis, & meretriciæ vitæ ſuæ uxoris, tunc carcerari poteſt meretrix 7

trix

trix maritata; ut optimè tradit Farin. *ſup. n.* 58.

8 Sed quando mulier ſoluta, ſive maritata pro debito civili, & pecuniario carcerari poteſt, non debet in publicum carcerem unâ cum viris, ſed in locum à virorum carcere ſeparatum conjici debet; *text. in l. quoniam, cod. de cuſtod. reor.* ut tradit cum multis Farin. *ſup. n.* 59.

9 Limita ſecundò in muliere obligata pro debito adminiſtratæ tutelæ filiorum, renuntianteque Velleiano, & omni legum auxilio ſibi competenti, tunc enim incarcerari poteſt. Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, n.* 18. *ff de teſtam. tut. & in auth. patri, & aviæ, cod. quando nupt. offic. fung. poſſ.* Cardoſ. *verb. carcer, n.* 6. *verſic. Si autem,* Gom. *in d. l.* 62. *Taur. n.* 2. Salgad. *in labyr.* 1. *p. cap.* 41. *ſub n.* 10. *verſic. Et in expreſſo.*

10 Quia omnis adminiſtrator convertens pecunias adminiſtrationis in proprios uſus, & propriam utilitatem committit dolum, & fraudem, amittitque privilegium, & dicitur prædo. Salgad. *ſup. n.* 11. *& n.* 12.

11 Limita tertiò in muliere bona occultante, tunc enim ipſa etiam pro debito civili carcerari poteſt. Fontanel. *tom.* 1. *de pact. nupt. clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 24. Gutierr. *de juram. confirm. cap.* 16. *n.* 35. & cum his Arouc. *in l.* 9. *ad fin. ff. de ſtat. homin. tom.* 1. *n.* 40.

12 Limita quartò, in collectis, gabellis, & tributis, pro quibus mulier poteſt incarcerari; ut tradit Barb. ad hanc *Ord. verſic. Nota.*

13 Limita quintò, quando mulier tenetur pro aliquo debito deſcendente ex delicto, tunc enim poſt condemnationem non ſolvens carcerari poteſt; tradit cum multis Farin. *de carcer. & carcerat. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 60. quod indiſtinctè procedit in delictis. Cardoſ. *verb. carcer, n.* 6. *verſic. ubi ſuprà.*

Nota, quòd Judex, qui mulierem honeſtam contra juris diſpoſitionem incarcerari jubet, punitur ſecundum Farin. *ſup. d. quæſt.* 27. *n.* 45. 46. *&* 47. & ſecundum multos, quos refert Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *n.* 9. *cod. de offic. diverſ. judic.* 14

Nota, quòd mulier meretrix illa dicitur, quæ ſtat in lupanari, vel loco publico cauſa quæſtùs; *text. in l. palam, ff. de ritu nupt.* Item illa, quæ ſaltem duos admittit ad ſe accedere pro pretio, & pecunia. Gom. *in l.* 62. *Taur. n.* 3. 15

Quæ verò admittit aliquos homines ſine pretio non dicitur meretrix, niſi admiſerit plures quàm 40. Gom. *ſup. d. n.* 3. *verſic. Item.* 16

Adde, quòd talis meretrix tanquam inhoneſta perſona, malique exempli poteſt à vicinitate expelli per vicinos honeſtos proximiores; tradit Gom *d. verſic. Item.* 17

Adde etiam, quòd talis meretrix retinere ſibi poteſt datum, & ſimiliter petere poteſt promiſſum; *text. in l.* 4. § *ſed quos meretrici de condit. ob turp. cauſ.* Gom. *ſup.* ubi quòd meretrix non ſolùm retinere poteſt data, & petere promiſſa in foro contentioſo, ſed etiam retinere poteſt, & petere in foro conſcientiæ; ut Gom. *ſup.* in verſic. *Item talis,* & verſic. *Imò.* 18

Quamvis meretrix pro debito civili carcerari poſſit, attamen pro debito deſcendenti ex locatione veſtium in hac Civitate Oliſiponenſi non carceratur; ut probatur ex noſtra *lege verſic. Nam ſendo.* Guerr. *de invent. lib.* 4. *cap.* 11. *ſub n.* 7. cum aliis. 19

Ad

Ad tit. 77.

De illis, qui in carcere recommendari poſſunt.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Carceratus juſtè ex cauſa civili, vel criminali in carcere recommendari poteſt pro quocumque debito.*

2 *Ut carceratus pro debito civili in carcere recommendetur, ſtatim creditor debitum probatum oſtendere debet ſcripturà, vel intra duos dies teſtibus.*

3 *Non conſtante de debito per ſcripturam, vel teſtes incarceratus in carcere non recommendatur pro debito civili.*

4 *Injuſtè incarceratus in carcere non recommendatur.*

5 *Judex aliquem indebitè carcerando tenetur in ſyndicatu, & committit ſpolium, & ante omnia reſtituitur.*

6 *Probatio debiti ſuperveniens poſt capturam, Judex licitè carceratum detinere poteſt, & excuſatur per ſupervenientem juſtificationem capturæ.*

7 *Quod procedit ut hic, remiſſivè.*

Captus indebitè non poteſt arreſtari pro alio debito, vel delicto, ibid.

8 *Carceratus in cuſtodia arreſtari non poteſt.*

1 CArceratus juſtè ex cauſa civili, vel criminali in carcere recommendari poteſt ex quocumque debito, quamvis deſcendat ex cauſa civili; ut probatur ex hac *lege in hoc princip.* Cardoſ. *verb. carcer*, *n.* 8.

Sed ad hoc, ut carceratus recommendari poſſit in carcere pro debito civili, debet ſtatim creditor debitum oſtendere per ſcripturam publicam, quando quantitas talis fuerit, quæ ſcripturam requirat, vel intra duos dies peremptorios probet per teſtes, ubi quantitas ſcripturam non requirit; ut probatur ex hac *lege verſic. Com tanto.* Cardoſ. *ſup. n.* 8. 2

Quòd ſi de debito non conſtet per ſcripturam, vel teſtes, non poteſt incarceratus recommendari in carcere pro debito civili; ut declarat hæc *Ord. verſic. E naõ moſtrando.* Cardoſ. *d. n.* 8. *verſic. Non poteſt.* 3

Neque incarceratus injuſtè, ſive contra jus in carcerere commendari poterit. Phœb. *areſt.* 134. 1. *p.* Barb. *in caſtigat. & add. ad hanc Ord. n.* 253. Farin. *lib.* 1. *de carcer. & carcerat. tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 151. 4

Et Judex aliquem indebitè carcerans tenetur in ſyndicatu, & illi vim facit, & ſpolium libertatis, & ante omnia eſt à carcere dimittendus, reſtituendusque ſuæ libertati, etiamſi à judice fuerit ſpoliatus ordine juris prætermiſſo. Barb. *in caſtig. & add. ſup.* Cardoſ. *verb. carcer*, *n* 10. 5

Si verò poſt capturam ſuperveniat debiti probatio, & captura eſſet de novo facienda, Judex poteſt licitè carceratum detinere, neque per injuſtam capturam in aliquo tenetur; in iſto enim caſu malè captus bene detinetur, ſicque Judex excuſatur per ſupervenientem juſtificationem capturæ; ut declarat Farin. *ſup. d. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 151. 6

Quod procedit, quando indebitè 7

tè captus detinetur pro eodem debito, vel cauſa, pro qua fuit captus, quia tunc ſuperveniente capturæ juſtificatione, ac probatione debiti, & cauſæ principalis, malè captus, bene detinetur; ſecus ſi malè captus pro uno debito, vel delicto arreſtaretur pro alio debito, vel delicto; quia tunc cum prima captura non juſtificetur, ſed ſemper ſit nulla, ideo non poteſt pro alio debito, ſeu delicto detineri, vel arreſtari; ita tradit Farin. *ſup. n.* 152. ubi bene.

8 Neque carceratus in cuſtodia recommendari, ſive arreſtari poteſt; ut tradit judicatum Phœb. 2. 2. *p. areſt.* 51. *&* 1. *p. areſt.* 152.

Ad §. Unic.

SUMMARIUM.

1 *Debitor, qui in carcere recommendari poteſt, offerendo pignora in judicio, vel cedendo bonis, ſtatim liberatur, ſi pro alio carceratus non fuerit.*

2 *Debitor condemnatus per ſententiam, & incarceratus offerendo pignora, vel fidejuſſorem, non liberatur à carcere, niſi vendantur pignora, & victor ſatisfactus ſit de debito.*

3 *Notificato victore ad recipiendam pecuniam, brevi tempore aſſignato, ſi non recipit, debitor liberatur à carcere.*

1 QUando debitor in carcere recommendari poteſt, offerendo, ſive deponendo pignora in judicio ſufficientia ad debitum, pro quo recommendatus fuerit, vel cedendo bonis, in caſibus, ubi ceſſionem facere poteſt, ſtatim excarcerabitur à carcere, ſi pro alio non fuerit carcecatus; ut diſponitur in hac lege Regia.

Quod limitatur in debitore condemnato per ſententiam, qui licèt pignora, vel idoneos fidejuſſores offerat, à carcere non liberabitur, niſi prius vendantur pignora, & victor ſatisfactus ſit de ſuo debito; ut tradit Phœb. judicatum 2. *p. areſt.* 39. 2

Sed hodiè eſt in uſu jubere judices victori notificare ad recipiendam pecuniam depoſitam, aſſignato brevi tempore, & ſi intra illud non recipiat, proceditur ad ulteriora, & ad liberandum debitorem à carcere; ut tradit Phœb. ipſe *in d. areſt.* 39. *verſic. Sed jam hodiè.* 3

Ad tit. 78.

De Compenſationibus.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit compenſatio, remiſſivè.*

2 *Melius eſt non ſolvere, quàm ſolutum repetere.*

3 *Oppoſita compenſatione cum alio ſimili credito, extinguitur debitum creditoris.*

4 *Vim ſolutionis habet compenſatio.*

5 *Dicitur ſolutio.*

6 *Eſt vera ſolutio, quæ omni tempore admittitur.*

7 *Locum habet in actionibus realibus, & perſonalibus.*

8 *De quantitate ad quantitatem, non de quantitate ad ſpeciem allegatur.*

9 *Limita quando judicaretur, quòd*

quòd pro una ſpecie ſolveretur illius æſtimatio, remiſſivè.

10 *Quantitas, quæ dicatur, remiſſivè.*

11 *Si debeo tibi centum aureos in certa quantitate pecuniæ, tu mihi in alia ſimili quantitate maiori, vel minori, fit compenſatio uſque ad concurrentem ſummam.*

12 *Debitum ex teſtamento compenſari poteſt.*

13 *Compenſatio ipſo jure non inducitur, ſed eſt alleganda.*

14 *In delictis fit compenſatio ipſo jure, licèt non opponatur à parte.*

15 *Compenſatio fit ipſo jure, etiam parte non opponente, ſi quis curſum uſurarum impedire voluerit.*

16 *Sicut etiam fit ipſo jure, ſi tractetur de liberatione pignoris.*

17 *Æſtimatio fructuum debita ab eo, cui legatum quantitatis relinquitur, compenſari poteſt ipsà quantitate.*

18 *Locum habet compenſatio, quando debitum eſt liquidum, vel ſtatim liquidabile.*

19 *Liquidandum de proximo pro liquido habetur.*

20 *Exceptio compenſationis quando opponi poſſit, remiſſivè.*

21 *Compenſationis exceptio poſt publicatas atteſtationes, concluſum in cauſa, & ſententiam in rem judicatam tranſeuntem opponi poteſt.*

22 *Item in cauſa dotis.*

23 *An compenſatio fieri poſſit à debitore, qui juravit ſolvere?*

24 *Limitatur primò, remiſſivè.*

25 *Limitatur ſecundò, remiſſivè.*

1 Compenſatio eſt debiti, & crediti adinvicem, hoc eſt ab utraque parte inter ſe contrahentes contributio; vel eſt debiti cum debito mutua ſolutio, & reciproca commutatio: dicitur quaſi communis penſatio: vel eſt debiti ad debitum: hinc inde facta deductio, nempe debeo tibi decem, tu mihi viginti, peto à te viginti, tu deduces decem: vel eſt debiti, & crediti inter ſe contributio, ut deducitur ex hac lege *text. in l. 1. ff. de compenſat.* Guerr. *de diviſ. lib. 8. cap. 7. n.* 1. Altim. *tom. 7. rub.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 1. *&* 2. Cardoſ. *verb. compenſatio, n.* 1.

Optima ratione, & æquitate in- 2
troducta fuit à jure compenſatio, quia intereſt noſtra potius, & melius non ſolvere, quàm ſolutum repetere, ut probatur ex hac lege *text. in l. 3. ff. de compenſat.*

Et compenſatione oppoſita per 3
debitorem repræſentando aliud ſimile creditum contra creditorem, extinguitur ſuum debitum. Altim. *ſup. n.* 4. *&* 18.

Compenſatio vim habet ſolu- 4
tionis factæ, non verò faciendæ; ut tradunt DD. *in l. quidam æſtimaverunt, ff. ſi cert. pet.* Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 6. *&* 7. Conciol. *alleg.* 23. *n.* 41.

Item compenſatio dicitur ſolu- 5
tio; *text. in l. ſi debitor. ff. qui potior. in pign. l. vel permutare, ff. de liber. cauſ.* Guerr. *ſup.* cum multis *n.* 7. Conciol. *ſup. n.* 45.

Item compenſatio eſt vera ſo- 6
lutio, quæ omni tempore admittitur, licèt modus ſolvendi ſit fictus. Guerr. *ſup. n.* 25. Conciol. etiam *ſup. n.* 48.

Amplia primò, ut compenſatio 7
locum habeat tàm in realibus, quàm in perſonalibus actionibus; ut probatur ex noſtra lege Regia *verſic. E a compenſaçaõ, l. ult. cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 5. præcipuè in compenſatione voluntaria; ut tradit *ipſe*

Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6.

8 Sed allegari oportet compenſatio de quantitate ad quantitatem; ut declarat hæc *Ord. verſic. Com tanto que ſe allegue*; non verò de quantitate ad ſpeciem; ut tradit Barb. *ad hanc Ord. n.* 3. cum aliis Cardoſ. *verb. compenſatio*, *n.* 4.

9 Limitatur, quando judicatum fuiſſet, quòd pro una ſpecie ſolveretur illius æſtimatio; quia tunc bene poterit fieri compenſatio de æſtimatione illa ad aliam quantitatem, jam enim ſpecies illa convertitur in quantitatem; *l. ſi ambo*, §. *quoties*, *ff. de compenſat.* & tradit Cardoſ. *ſup.*

10 Quantitas ſecundum noſtram legem eſt res, quæ conſiſtit in numero, veluti pecunia, vel in pondere, uti cera, aut in menſura, veluti oleum, & aliis ſimilibus; ut declarat noſtra *Ord.* Guerr. *tract. de rat. redd. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 5.

11 Unde, ſi tibi debeo centum aureos in certa quantitate pecuniæ, ceræ, olei, & ſimilium, tu mihi quinquaginta in alia ſimili quantitate maiori, vel minori, uſque ad concurrentem ſummam fit compenſatio, ſalva manente debiti maioritate ad creditorem, ut probatur ex noſtra lege; Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 12. Auguſt. Barb. *ad text. in l. etiamſi*, *n.* 4. *cod. de compenſat.*

12 Amplia ſecundò in debito ex teſtamento, quod poteſt compenſari; *l. etiamſi*, *cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. cum multis Guerr. *ſup. n.* 11.

13 Quæ quidem compenſatio non inducitur ipſo jure, ſed ab homine opponi, ſive allegari debet, ut patet ex noſtra lege *verſic. Com tanto.* Guerr. *ſup. proximè n.* 14. Gam. *deciſ.* 91. *n.* 2. *l. ſi conſtat*, 4. *cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 12.

Contrarium obſervatur in delictis, in quibus compenſatio inducitur ipſo jure, quamvis non opponatur à parte, veluti de negligentia ad negligentiam, de culpa ad culpam, & de dolo ad dolum; cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi conſtat*, *n.* 20. *cod. de compenſat.* Guerr. *proximè n.* 16. Begnudel. *verb. compenſatio*, *n.* 12. 14

Sicut etiam compenſatio ipſo jure fit, licèt à parte non opponatur, quando volumus uſurarum curſum impedire. Cardoſ. *verb. compenſatio*, *n.* 5. Auguſt. Barb. *ſup. proximè n.* 21. Begnudel. *etiam ſuprà n.* 16. 15

Item ipſo jure fit compenſatio, quando tractatur de liberatione pignoris. Guerr. *ſup. n.* 17. & Auguſt. Barb. *ſup. n.* 23. *ad text. in l. ſi conſtat. cod. de compenſat.* 16

Amplia tertiò, quòd æſtimatio fructuum debita ab eo, cui legatum quantitatis eſt relictum, compenſari poſſit cum illa quantitate; *text. in l. ſi propter* 8. *cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. 17

Amplia quartò, ut locum habeat compenſatio, ſufficit, quòd debitum ſit liquidum, vel ſtatim liquidabile. Barb. *in l. Divortio*, §. *ob donationes*, *n.* 27. *ff. ſolut. matr.* Auguſt. Barb. *in l. ult. cod. de compenſat. n.* 17. 18

Quia objici poteſt compenſatio ad debitum liquidum de non liquido, ſed quòd de proximo liquidari poteſt, liquidandum enim de proximo habetur pro liquido. Gratian. *diſcept. for. cap.* 138. *n.* 40. Guerr. *ſup. n.* 22. & 23. Auguſt. Barb. *etiam ſuprà in d. l. ult. cod. de compenſ. n.* 18. 19

Amplia quintò, ut exceptio compenſationis opponi poſſit non ſolùm tempore litis conteſtatæ, & quolibet alio tempore ante rem judicatam, ſed etiam poſt rem judicatam, 20

catam, & adverſus judicati exceptionem, ſicut contra inſtrumentum garentigium, pro quo executio petitur. Auguſt. Barb. *ſup. d. l. ult. cod. de compenſat. n.* 21. Guerr. *de diviſ. d. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 24.

21 Amplia ſextò, quòd compenſationis exceptio opponi poſſit poſt publicatas atteſtationes, poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam, quæ in rem judicatam tranſivit; ut tradit Auguſt. Barb. *proximè n.* 22. cum aliis.

22 Amplia ſeptimò, quòd in cauſa dotis opponi poſſit; *text. in l. neque ſcriptura, cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3. Guerr. *ſup. n.* 26.

23 Utrùm compenſatio fieri poſſit ab illo debitore, qui juravit ſolvere? conſule Begnudel. *tom.* 1. *verb. compenſatio, n.* 1. ubi refert duas opiniones, amplectendo contrariam, tanquam communiorem, & tutiorem, quæ compenſationem non admittit.

24 Limita primò cum eodem Begnudel. *n.* 2. ſi ſuam opinionem amplectere volueris, in debitore paupere, quia tunc, ſtante inopia, compenſare poſſet; ut cum multis ibi tradit.

25 Limita ſecundò, ut procedat hæc opinio, quando quis ſimpliciter cum juramento promittit in ſpecie, quòd velit ſolvere; ſecus quando promiſiſſet tantum in genere, quòd ſatisfacere velit, ut cum multis tradit Begnudel. *ſup. n.* 3. *& n.* 4. tertiam limitationem aſſignat. Limitationes, quas hìc deſiderare poteras ad noſtram *Ord.* collige ex dicendis *in* §§. *ſeqq.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *In depoſito non admittitur compenſatio, quamvis quantitas ſit liquidiſſima.*

2 *Ampliatur primò in depoſito confeſſato habente privilegia veri depoſiti, remiſſivè.*

3 *Contrarium traditur, & quomodo ſit intelligendum n.* 4. *&* 5. *remiſſivè.*

6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in depoſito vero, nec in confeſſato.*

7 *Ampliatur ſecundò, ut neque compenſatio admittatur, licèt ſit depoſitum quantitatis.*

8 *Ampliatur tertiò quando res deperdita ſit, & ad æſtimationem agatur.*

9 *Ampliatur quartò, remiſſivè.*

10 *Ampliatur quintò, ut non admittatur compenſatio, licèt debitum ex una cauſa in depoſitum convertatur.*

11 *Limitatur primò in actione depoſiti contraria.*

12 *Limitatur ſecundò in depoſito ad tertium perveniente, & eſſet quantitatis.*

13 *Sublimitatur prædicta limitatio, quando primus depoſitarius apud alium depoſuerit, & deponenti actiones directas ceſſerit.*

14 *Limitatur tertiò, ſi depoſitum eſſet ſubrogatum, dependens, ſeu correſpectivum ad alium contractum.*

15 *Qui compenſationem opponit, debitum fateri cenſetur.*

Pro-

Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 6.

8 Sed allegari oportet compenſatio de quantitate ad quantitatem; ut declarat hæc *Ord. verſic. Com tanto que ſe allegue*; non verò de quantitate ad ſpeciem; ut tradit Barb. *ad hanc Ord. n.* 3. cum aliis Cardoſ. *verb. compenſatio*, *n.* 4.

9 Limitatur, quando judicatum fuiſſet, quòd pro una ſpecie ſolveretur illius æſtimatio; quia tunc bene poterit fieri compenſatio de æſtimatione illa ad aliam quantitatem, jam enim ſpecies illa convertitur in quantitatem; *l. ſi ambo*, §. *quoties*, *ff. de compenſat.* & tradit Cardoſ. *ſup.*

10 Quantitas ſecundum noſtram legem eſt res, quæ conſiſtit in numero, veluti pecunia, vel in pondere, uti cera, aut in menſura, veluti oleum, & *aliis ſimilibus*; ut declarat noſtra *Ord.* Guerr. *tract. de rat. redd. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 5.

11 Unde, ſi tibi debeo centum aureos in certa quantitate pecuniæ, ceræ, olei, & ſimilium, tu mihi quinquaginta in alia ſimili quantitate maiori, vel minori, uſque ad concurrentem ſummam fit compenſatio, ſalva manente debiti maioritate ad creditorem, ut probatur ex noſtra lege; Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 12. Auguſt. Barb. *ad text. in l. etiamſi*, *n.* 4. *cod. de compenſat.*

12 Amplia ſecundò in debito ex teſtamento, quod poteſt compenſari; *l. etiamſi*, *cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. cum multis Guerr. *ſup. n.* 11.

13 Quæ quidem compenſatio non inducitur ipſo jure, ſed ab homine opponi, ſive allegari debet, ut patet ex noſtra lege *verſic. Com tanto.* Guerr. *ſup. proximè n.* 14. Gam. *deciſ.* 91. *n.* 2. *l. ſi conſtat*, 4. *cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 12.

Contrarium obſervatur in delictis, in quibus compenſatio inducitur ipſo jure, quamvis non opponatur à parte, veluti de negligentia ad negligentiam, de culpa ad culpam, & de dolo ad dolum; cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi conſtat*, *n.* 20. *cod. de compenſat.* Guerr. *proximè n.* 16. Begnudel. *verb. compenſatio*, *n.* 12. 14

Sicut etiam compenſatio ipſo jure fit, licèt à parte non opponatur, quando volumus uſurarum curſum impedire. Cardoſ. *verb. compenſatio*, *n.* 5. Auguſt. Barb. *ſup. proximè n.* 21. Begnudel. *etiam ſuprà n.* 16. 15

Item ipſo jure fit compenſatio, quando tractatur de liberatione pignoris. Guerr. *ſup. n.* 17. & Auguſt. Barb. *ſup. n.* 23. *ad text. in l. ſi conſtat. cod. de compenſat.* 16

Amplia tertiò, quòd æſtimatio fructuum debita ab eo, cui legatum quantitatis eſt relictum, compenſari poſſit cum illa quantitate; *text. in l. ſi propter* 8. *cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. 17

Amplia quartò, ut locum habeat compenſatio, ſufficit, quòd debitum ſit liquidum, vel ſtatim liquidabile. Barb. *in l. Divortio*, §. *ob donationes*, *n.* 27. *ff. ſolut. matr.* Auguſt. Barb. *in l. ult. cod. de compenſat. n.* 17. 18

Quia objici poteſt compenſatio ad debitum liquidum de non liquido, ſed quòd de proximo liquidari poteſt, liquidandum enim de proximo habetur pro liquido. Gratian. *diſcept. for. cap.* 138. *n.* 40. Guerr. *ſup. n.* 22. & 23. Auguſt. Barb. *etiam ſuprà in d. l. ult. cod. de compenſ. n.* 18. 19

Amplia quintò, ut exceptio compenſationis opponi poſſit non ſolùm tempore litis conteſtatæ, & quolibet alio tempore ante rem judicatam, ſed etiam poſt rem judicatam, 20

entam, & adverſus judicati exceptionem, ſicut contra inſtrumentum garentigium, pro quo executio petitur. Auguſt. Barb. *ſup. d. l. ult. cod. de compenſat. n.* 21. Guerr. *de diviſ. d. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 24.

21 Amplia ſextò, quòd compenſationis exceptio opponi poſſit poſt publicatas atteſtationes, poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam, quæ in rem judicatam tranſivit; ut tradit Auguſt. Barb. *proximè n.* 22. cum aliis.

22 Amplia ſeptimò, quòd in cauſa dotis opponi poſſit; *text. in l. neque ſcriptura, cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3. Guerr. *ſup. n.* 26.

23 Utrùm compenſatio fieri poſſit ab illo debitore, qui juravit ſolvere? conſule Begnudel. *tom.* 1. *verb. compenſatio*, *n.* 1. ubi refert duas opiniones, amplectendo contrariam, tanquam communiorem, & tutiorem, quæ compenſationem non admittit.

24 Limita primò cum eodem Begnudel. *n.* 2. ſi ſuam opinionem amplectere volueris, in debitore paupere, quia tunc, ſtante inopia, compenſare poſſet; ut cum multis ibi tradit.

25 Limita ſecundò, ut procedat hæc opinio, quando quis ſimpliciter cum juramento promittit in ſpecie, quòd velit ſolvere; ſecus quando promiſiſſet tantum in genere, quòd ſatisfacere velit, ut cum multis tradit Begnudel. *ſup. n.* 3. *& n.* 4. tertiam limitationem aſſignat. Limitationes, quas hîc deſiderare poteras ad noſtram *Ord.* collige ex dicendis *in* §§. *ſeqq.*

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *In depoſito non admittitur compenſatio, quamvis quantitas ſit liquidiſſima.*

2 *Ampliatur primò in depoſito confeſſato habente privilegia veri depoſiti, remiſſivè.*

3 *Contrarium traditur, & quomodo ſit intelligendum n.* 4. *&* 5. *remiſſivè.*

6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in depoſito vero, nec in confeſſato.*

7 *Ampliatur ſecundò, ut neque compenſatio admittatur, licèt ſit depoſitum quantitatis.*

8 *Ampliatur tertiò quando res deperdita ſit, & ad æſtimationem agatur.*

9 *Ampliatur quartò, remiſſivè.*

10 *Ampliatur quintò, ut non admittatur compenſatio, licèt debitum ex una cauſa in depoſitum convertatur.*

11 *Limitatur primò in actione depoſiti contraria.*

12 *Limitatur ſecundò in depoſito ad tertium perveniente, & eſſet quantitatis.*

13 *Sublimitatur prædicta limitatio, quando primus depoſitarius apud alium depoſuerit, & deponenti actiones directas ceſſerit.*

14 *Limitatur tertiò, ſi depoſitum eſſet ſubrogatum, dependens, ſeu correſpectivum ad alium contractum.*

15 *Qui compenſationem opponit, debitum fateri cenſetur.*

Pro-

1 Probatur ex hoc §. 1. quòd in depoſito non admittitur compenſationis exceptio ad retardandam ejus reſtitutionem, licèt quantitas, quam depoſitarius compenſare contendit, liquidiſſima ſit; *text. in l. pen. cod. depoſit. text. in l. ult. cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 3. *&* 24. Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 23. *n.* 4 *verſic. Dixi.* Barb. *in l. Divortio*, §. *ob donationes*, *n.* 13. *&* 14. Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 38. Hermoſilh. *in l.* 5. *gloſ.* 5. *tit.* 3. *n.* 1. Altim. *tom.* 4 *quæſt.* 21. *n.* 99.

2 Amplia primò compenſationis exceptionem non admitti etiam in depoſito confeſſato, & facto per conſtitutum, ſcilicet quando de actuali numeratione, aut traditione non conſtat; quia hujuſmodi depoſitum quoad præjudicium ipſius depoſitarii, privilegia habet veri depoſiti; ſecus quoad tertii præjudicium. Hermoſilh. *ſup. n.* 2. & cum multis Guerr. *de diviſ. ſup. n.* 40. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi quis vel pecunias*, *n.* 8. *cod. depoſit.*

3 Sed obſtat, quòd privilegium compenſationis exceptionem excludens tantùm habet locum in depoſito vero, & non in confeſſato, quia quando non apparet de depoſito per numerationem, locum non habent leges dicentes cauſam depoſiti eſſe in aliquo privilegiatam; ut tradunt multi, quos refert Hermoſilh. *ſup. n.* 3.

4 Quæ quidem opinio intelligenda eſt, quando ex depoſito confeſſato tertii jus læderetur, vel quando eſſet facta confeſſio inter perſonas prohibitas, quo in caſu non habent locum privilegia veri depoſiti in depoſito confeſſato, alias contraria opinio verior, & tenenda eſt; ut ſic tradit Hermoſilh. *ſup. n.* 4.

5 Intellige etiam, niſi contrarium probatum eſſet, ſcilicet non fuiſſe factam numerationem. Cancer. 3. *var. cap.* 8. *n.* 45. Hermoſilh. *ſup. n.* 5.

Et ſicut in depoſito vero non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, ſic nec in confeſſato. Cancer. *ſup. n.* 46. Hermoſil. etiam *ſup. n.* 6. 6.

Amplia ſecundò, quòd compenſatio non admittatur, licèt depoſitum ſit quantitatis; *text. in l. ſi quis, vel pecunias, cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 10. Guerr. *ſup. n.* 41. Hermoſilh. etiam *ſup. n.* 7. 7

Amplia tertiò, quamvis res depoſita perdita ſit, & agatur ad æſtimationem, quia in hoc caſu compenſationi non eſt locus; tradit cum aliis Hermoſilh. *ſup. n.* 8. 8

Amplia quartò, quòd compenſatio non admittatur, etiamſi creditor deponentis, ob cujus contumaciam depoſitum fuit factum, illud petat; nam ut debitor liberationem conſequatur, depoſitum pecuniæ, ut ſpecies fieri debet; ut tradit Hermoſilh. *ſup. n.* 10. 9

Amplia quintò, quòd compenſatio non admittatur, licèt debitum ex alia cauſa in depoſitum convertatur; certum eſt enim, quòd depoſitum ex una cauſa conventione partium poteſt converti in aliam. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi quis vel pecunias*, *cod. depoſit. n.* 11. Guerr. *ubi ſup. n.* 42. Hermoſilh. *ſup. n.* 12. 10

Limita primò, quando agitur de actione depoſiti contraria, cum de fide rupta non agatur, locum habet compenſatio. Auguſt. Barb. *ſuprà n.* 12. Guerr. etiam *ſup. n.* 43. Hermoſilh. *d. l.* 5. *gloſ.* 5. *d. tit.* 3. *n.* 14. 11

Limita ſecundò, ſi depoſitum ad tertium perveniat, & ſit quantitatis, vel ad æſtimationem deveniatur; 12

tur; quia tunc compenſatio opponi poteſt, ex eo quòd adverſus tertium non competit actio depoſiti; tradit cum multis Hermoſilh. *n.* 15. Auguſt. Barb. *ubi ſup. n.* 13. Guerr. *ſup. n.* 44.

13 Hanc limitationem ſublimita, quando primus depoſitarius rem apud alium depoſuit, & deponenti actiones directas ceſſit, vel eum in ſuum locum poſuit; quia iſte tertius compenſationem objicere non poterit; *text. in l. ſi is apud quem, ff. depoſit.* Auguſt. Barb. *ſuprà.* Guerr. *ſup. n.* 45. Hermoſilh. *ſup. n.* 15. *verſic. Sublimita.*

14 Limita tertiò, quando depoſitum eſt ſubrogatum dependens, vel correſpectivum, ad alium contractum, regulatur enim ſecundum ipſius contractus naturam, ut ſi principalis contractus eſſet mutuum, emptio, vel ſimilis contractus, ut depoſitum per accidens ſubſequatur, tunc namque ſolùm ad exceptiones, quæ ex tali contractu competunt, attendi debet, & non ad naturam depoſiti. Gratian. *cap.* 273. *n.* 5. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 15. Guerr. *ſup. n.* 46. Hermoſilh. *ubi ſuprà proximè n.* 16.

15 Nota, & adverte, quòd compenſationem opponens debitum fateri cenſetur; ut cum multis tradit Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 156. Rocc. *diſp.* 155. *n.* 1. *tom.* 2. Palm. *alleg.* 188. *n.* 5.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Non admittitur compenſatio in re per violentiam poſſeſſa, latrocinio, vel furto.*

2 *Petenti quantitatem per violentiam occupatam, vel furatam alterius rei compenſatio opponi nequit.*

3 *Limitatur quando opponitur de ſimili vi, latrocinio, vel furto.*

4 *Furti quantitas per juramentum damnum paſſi probatur, violentia probata, &c.*

Neque etiam locum habet compenſatio in re per violentiam poſſeſſa, latrocinio, furto, vel in alio ſimili; numquam enim in odium hujuſmodi poſſeſſoris admittitur compenſatio; ut probatur ex hoc §. 2. Auguſt. Barb. *in l. ult. cod. de compenſat. n.* 26. Cardoſ. *verb compenſatio, n.* 7. Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 51. 1

Unde domino petenti quantitatem ſic per violentiam occupatam, furatam &c. compenſatio alterius rei opponi non poteſt, in qua ipſe dominus obligatus ſit ex alio titulo; ut declarat hæc *Ord. verſic E ſe o dono.* 2

Limita hoc, quando, qui exceptionem compenſationis objicit, de ſimili debito opponat compenſationis exceptionem, ſcilicet de ſimili vi, latrocinio, vel furto; quia tunc locum habebit compenſatio, uſque ad concurrentem quantitatem de quantitate ad quantitatem; ut declarat hæc *Ord. verſic. Salvo.* Cardoſ. *ſup. d. n.* 7. *verſic. Niſi.* Guerr. *ſup. n.* 52. 3

Nota, quòd furti quantitas probatur per juramentum damnum paſſi, probata violentia, dolo, & latrocinio; ut cum multis tradit Cardoſ. *verb. furtum, n.* 21. 4

Ad

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Debitum alimentorum compenſationem non admittit.*

2 *Oſtenditur cur in debito alimentorum non admittatur compenſatio, remiſſivè.*

3 *Ampliatur primò in penſionibus Clerico reſervatis pro penſionibus.*

4 *Ampliatur ſecundò in ſtipendiis, vel alimentis ſcholaſticorum.*

5 *Ampliatur tertiò in Doctoribus ſua ſalaria petentibus.*

6 *Ampliatur quartò in decimis.*

7 *Ampliatur quintò in alimentis præteritis.*

Neque in cauſa alimentorum admittitur appellatio in ſuſpenſivo effectu, ibid.

1 PRobatur ex hoc §. 3. quòd compenſatio locum non habebit in alimentis, ſive debeantur ex contractu, ſive ex teſtamento, vel alio quocumque modo; *text. in l. in ea, cod. de compenſat.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 12. Mend. à C. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 24. Giurb. *deciſ.* 4. *n.* 48. Altim. *tom.* 7. *quæſt.* 45. *n.* 193.

2 Quia debitum alimentorum eſt tam favorabile, quod non admittit compenſationem ex alio debito, quamvis opponatur de quantitate ad quantitatem, quod introductum fuit propter neceſſitatem alimentorum, & odium ſolventis; ut colligitur, & probatur ex noſtra lege *text. in l ob negotium, ubi gloſ.* & Barb. *ff. de compenſat.* Cardoſ. *verb. compenſatio, n.* 9.

3 Amplia primò, ut procedat in penſionibus, quæ Clerico reſervantur pro alimentis, in quibus non admittitur compenſatio. Auguſt. Barb. *ad text. in l. iu ea, cod. de compenſat. n.* 13. Guerr. *ſup. n.* 50.

Amplia ſecundò, in ſtipendiis, vel alimentis ſcholaſticorum, quæ compenſationem non admittunt. Auguſt. Barb *ſup. n.* 14. Guerr. *ſup. d. n.* 50. 4

Amplia tertiò in Doctoribus petentibus ſua ſalaria. Trentacinq. *reſol* 1. *n.* 9. Auguſt. Barb. *in d. l. in ea* 3. *n.* 15. *cod. de compenſat.* 5

Amplia quartò in decimis, in quibus compenſatio non admittitur, & procedit in decimis futuris; ut tradit Auguſt. Barb. *ſup. n.* 16. & 17. cum aliis. 6

Amplia quintò, in alimentis præteritis, quæ compenſationem non recipiunt, venter enim moram non patitur, ſed ſubſidium deſiderat, & ſi quis fame laboravit, non poteſt in priſtinum ſtatum reſtitui per oblationem alimentorum jam præteritorum, & ideo in cauſa alimentorum non admittitur appellatio in effectu ſuſpenſivo; ut cum Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt* 48. *à n.* 65. *cum ſeqq.* Bald. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr.* & ibi Petr. Barb. 1. *p. à n.* 56. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *p. cap.* 5 *n.* 83. & 3. *p. cap.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 22. tradit Portug. *de Donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 1. *n.* 129. & 130. 7

Ad §. IV.

SUMMARIUM.

1 *De liquido ad non liquidum non habet locum compenſatio.*

2 *Liquidum creditum quid, remiſſivè.*

3 *Limitatur quando conceditur ter-*

terminus novem dierum ad liquidandum.

4 *In executione non admittitur compenſatio in actu executionis.*

5 *Limitatur, quando cum alia ſententia liquida compenſare quis intenderit.*

1 COllige ex hoc §. 4. quòd de liquido ad non liquidum non admittitur compenſatio. Cardoſ. *verb. compenſatio*, *n.* 3. Barb. *in l. Divortio*, §. *ob donationes*, *n.* 31. *ff. ſolut. matr.* cum multis Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 33. *&* 34. Altim. *tom.* 7. *quæſt.* 45. *n.* 131.

2 Et liquidum debitum, ſive creditum, ut in compenſationem deduci poſſit, dicitur, quando conſtat per inſtrumentum, ſententiam, per confeſſionem partis, vel per alias ſimiles probationes; ut probatur ex noſtra lege. Menoch. *de arbitr. caſ.* 14. *per tot. & præcipuè n.* 6. cum multis Guerr. *ſup. n.* 35. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ult. cod. de compenſat. n.* 10.

3 Et licèt in terminis ſupra poſitis non admittatur compenſatio de liquido ad non liquidum, hoc limitatur, quando ad liquidandum debitum, conceditur terminus novem dierum, aliter non admittitur compenſatio; ut probatur ex noſtra lege Regia verſic. *Salvo.* Auguſt. Barb. *ſup. n* 19. Altim. *ſup. n.* 131. *verſic. In Luſitana.*

4 Sed in executione ſententiæ non admittitur compenſatio in eodem actu executionis, quia de jure noſtri Regni nullum datur tempus ad ſolvendum, niſi viginti quatuor horarum; *Ord. lib.* 3. *tit* 86. ex quo ſequitur, quòd nullum etiam tempus dari debeat ad liquidandam compenſationem in eodem actu executionis. Bart. *in l. aufertur*, §. *qui compenſationem*, *ff. de jur. fiſci.* Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 45.

Quod limitatur, quando quis cum alia ſententia liquida compenſare voluerit, quæ, quamvis ſit aliena, ſufficit, quòd ſit ceſſa; quia compenſatio ex illa non prohibetur; *text. in l. in rem*, *ff. de compenſat.* & tradit judicatum Mend. à C. *ſup. d. n.* 45. *verſic. Niſi.* 5

Ad §. V

SUMMARIUM.

1 *Compenſatio non admittitur in vectigalibus, debito frumenti, olei, pecuniæ publicæ, tributi, &c.*

2 *Ampliatur primò in debito pro muris, pontibus, galeis, armis, vel victualibus exercitui Regis; neque in debito cenſus Regis, communis, ſeu pedagii.*

3 *Ampliatur ſecundò in tributis fiſco debitis.*

4 *Ampliatur tertiò in debito annonæ.*

5 *Ampliatur quartò in debito deputato ad reparationem murorum, fontium, pontium, &c.*

6 *Ampliatur quintò in fiſco vendente rem ſuam.*

7 *Ampliatur ſextò in petente decimas.*

8 *In multis caſibus inter fiſcum, & privatum admittitur compenſatio.*

9 *Contra fiſcum locum habet compenſatio, ſi debitum fiſci ſit liquidum, & ejuſdem ſtationis.*

10 *Quando debitum non eſt liquidum, conceditur tantum tempus, quantum indulgeretur ad ſolvendum.*

11 *Si fiſcus ſuccedat debitori, & creditori diverſarum ſtationum compenſatio admittitur, & fidejuſſores liberantur.*

12 *Alius caſus, in quo admittitur compenſatio, eſt ad impediendum curſum uſurarum.*

13 *Debitor fiſcalis lucra ſibi delata in fiſci privilegium repudiare nequit.*

Aliud in debitore privati, ibid.

14 *Fiſcalis debitor non poteſt executivè perſonam exequi contra ſuos debitores.*

15 *Fiſcus non procedit executivè adverſus perſonam debitoris ſui debitoris.*

1 NEque locum habebit compenſatio in vectigalibus debitis frumenti, olei, pecuniæ publicæ, tributi, alimentorum, operarum mercede, tandem in fidecommiſſis Civitati, aut Villæ debitis; ut deducitur ex hoc §. 5. *text. in l. in ea, cod de compenſ.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 1. *l & Senatus* 1. *cod. eod.* Cardoſ. *verb. compenſatio, n.* 10. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *ſub n.* 15. *verſic. Ceſſat*, cum multis Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 28. Altim. *tom.* 7. *p.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 41.

2 Amplia primò in debito, quod pro muris, pontibus, galeis, armis, victualibus exercitui Regis, vel communis debetur, non admittit, enim compenſationem; ſicut neque debitum cenſus Regis, vel communis, ſeu pedagii. Mend. à C. *de annon. civil. in princip. n.* 17. *text. in l.* 3. *cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. 3. & 4. Guerr. *ſup. n.* 29.

3 Amplia ſecundò in tributis fiſco debitis, in quibus non eſt compenſationi locus; tradit Auguſt. Barb. *ſup. n.* 5. Altim. *d. tom.* 7. *quæſt.* 45. *n.* 41.

Amplia tertiò in debito annonæ, quod cum alio compenſari non poteſt; *text. in l.* 3. *cod. de compenſat.* tradit cum multis Mend. à C. *ſup. de annon. civil. in princip. d. n.* 17. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 6. 4

Amplia quartò, ut locum non habeat compenſatio in debito deputato ad reparationem, aut conſtructionem murorum, fontium, pontium, & ſimilium, vel ad munitiones victualium, ſtipendia militum, resque alias bellicas, aut in tributum quodcumque. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 8. Guerr. *ſup. n.* 30. 5

Amplia quintò, quòd fiſco vendenti rem ſuam opponi non poſſit compenſatio ab emptore; *text. in l.* 7. *cod. de compenſat.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2 Guerr. *ſup. n.* 32. 6

Amplia ſextò, in exigente decimas, cui non objicitur compenſatio; ut tradit Perigr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *ſub n.* 15. *verſic. Item.* 7

Sed licèt inter fiſcum, & privatum non detur compenſatio, ut ſupradictum extat, attamen in multis caſibus à jure expreſſis admittitur compenſatio; ut probatur ex hac lege verſic. *Salvo.* 8

Primus caſus, in quo compenſatio admittitur contra fiſcum, eſt quando debitum fiſci eſt liquidum, & ejuſdem ſtationis; ut tradunt DD. *in l. fin. ff. de compenſat.* Guerr. *ſup. n.* 27. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 15. & *verſic. Intellige.* Altim. *d. tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 44. 9

Si verò debitum liquidum non ſit, conceditur fiſcali debitori tantum tempus ad liquidandum, quantum indulgeretur ad ſolvendum; *l. aufertur*, §. *qui compenſationem, ff. de jur. fiſc.* ut declarat Peregr. *ſup. d. n.* 15. 10

Secundus caſus eſt, quando fiſcus ſuccederet debitori, & creditori 11

tori diverſarum ſtationum, quia tunc compenſatio admittitur, & ratione confuſionis fidejuſſores illius liberarentur. Peregr. *ſup. d. n* 15. *verſic. Si tamen.* Altim. *ſup. n.* 44. cum multis.

12 Tertius caſus, in quo admittitur compenſatio, eſt ad impediendum curſum uſurarum, etiamſi debitum, & creditum ſit diverſæ rationis; *l. idem, ff. de compenſat.* cum multis Altim. *ſup. n.* 45. *&* 52.

13 Nota, quòd fiſcalis debitor lucra ſibi delata in fiſci privilegium repudiare non poteſt; *l. in fraudem, ff. de jur. fiſc.* quamvis aliud ſit in debitore privati; *l. qui autem in princip. ff. de his quæ in fraudem cred.* Peregr. *ſup. n.* 17.

14 Nota etiam, quòd quamvis debitor fiſcalis ſummatim, & executivè conveniatur, & exigatur, non tamen ipſe debitores ſuos remediis fiſcalibus excutere valet, ſed illos jure ordinario coram ſuis judicibus convenire; tradit Peregr. *de jur. fiſc. ſup. n.* 18. *Ord. lib.* 2. *tit.* 52. §. 6.

15 Neque fiſcus executivè procedit in perſona adverſus debitorem debitoris fiſcalis. Peregr. *ſup. n.* 19. *& Ord. ſup. d. lib.* 2. *tit.* 52. §. 6.

Ad §. VI.

SUMMARIUM.

1 *Compenſatio fieri poteſt in debito ex uno depoſito ex alio depoſito, & quantitate furtiva ex alia quantitate furtiva.*

2 *Privilegium locum non habet reſpectu rei, quæ eodem gaudet privilegio, remiſſivè.*

3 *Compenſatio hypothecam extinguit.*

Probatur ex hac lege in hoc §. 6. quòd ſi in caſibus ſpecialibus, qui compenſationem non recipiunt, compenſatio fuerit oppoſita alterius caſus ſpecialis, & privilegiati, tunc fiet de uno ad alterum, ut in debito ex uno depoſito, vel quantitate furtiva fieri poteſt compenſatio ex alio depoſito, & ex alia quantitate furtiva, vel ablata, & ſic in ſimilibus caſibus tenendum eſt. Martins à Coſta *in add. ad tract. libel. annotat.* 12. *n.* 4. Gabr. Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 23 *ſub n.* 4. *verſic. Dixi, & ibi licèt in hoc.* 1

Unde quamvis caſus ſpeciales, de quibus ſupra in hoc *tit.*, compenſationem non admittant, attamen quando concurrunt duo debita, quorum utrumque privilegium habet, ut in eo non fiat compenſatio inter alia debita, fit compenſatio inter ipſa debita privilegiata; quia non eſt locus privilegio comparatione rei, quæ eodem gaudet privilegio, ut videtur ſancitum in exemplis in hoc §. 6. & in §. 2. ſuprà hujus tit. ubi dixi. 2

Nota, quòd compenſatio hypothecam extinguit. Menoch. *conſ.* 121. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 5. *quæſt.* 6. & cum illis Begnudel. *verb. compenſatio, n.* 15. 3

Ad §. VII. & VIII.

SUMMARIUM.

1 *Compenſatio ſolùm admittitur de quantitate ad quantitatem, non de una ſpecie ad aliam, nec de ſpecie ad quantitatem.*

2 *Species, de qua* Ord. *hîc, non ſolet dari numero, pondere, vel menſura, veluti equus, &c.*

&c. nec admittitur compenſatio.

3 *Species converſa in quantitatem admittit compenſationem.*

4 *Debita ſpecie principaliter, & facta illius æſtimatione partium conventione, vel judicis ſententià, compenſatio admittitur, remiſſivè.*

5 *Certa ſpecie debita, quæ haberi non poteſt, & redacta ad æſtimationem, locum habet compenſatio.*

6 *Ad æſtimationem devenitur, ubi juſſus reſtituere culpa, vel dolo deſiit poſſidere.*

7 *Ad æſtimationem devenitur per juramentum in litem ob contumaciam reſtituere nolentis.*

8 *Quando de genere ad genus admittitur compenſatio.*

9 *De fructibus ad fructus admittitur compenſatio, quando ſunt ejuſdem qualitatis.*

10 *De pecunia ad frumentum compenſatio non admittitur, ſi hoc extat.*

11 *Compenſatio meliorationum cum fructibus perceptis fit.*

12 *Compenſatio vim ſolutionis habet.*

13 *Injuſtè retinens alicujus rei poſſeſſionem compenſare non poteſt.*

14 *Quando agitur reivendicatione ad ſpeciem, illa extante, præcisè reſtituenda eſt res.*

Neque admittitur compenſatio, ibid.

1 QUamvis compenſatio ſolùm locum habeat de quantitate ad quantitatem, non verò de una ſpecie ad aliam, neque de ſpecie ad quantitatem, vel è contra, ut declarat hæc *Ord. l. quod dicitur, ff. de compenſat. l. ſi convenerit, ff. de pignor. act. l. ſi conſtat,* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3. *&* 9. *cod. de compenſat.* Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 53.

Et ſpecies, de qua hîc loquitur hæc *Ord.* compenſationem non admittens ſit res, quæ dari non ſolet numero, pondere, vel menſura, uti eſt equus, mancipium, liber, & alia ſimilia; ut tradit hæc *Ord.* 2

Attamen quando quis generaliter unum equum, vel unum mancipium deberet, non declarando magis unum, quam alterum, & ſic eſſet obligatus ad ſolvendum unum mancipium, vel unum equum, reducaturque ad æſtimationem, vel quia partes ita convenerunt, vel quia Judex ita per ſententiam judicavit, compenſatio locum habebit; quia jam ſpecies converſa fuit in quantitatem; ut probatur ex noſtra Ordinatione in hoc §. 7. Guerr. *ſup. n.* 54. Barb. *in l. Divortio, §. ob donationes, n.* 19. *&* 24. 3

Unde non obſtante, quòd principaliter videatur debita prædicta ſpecies, cum ſit facta illius æſtimatio per conventionem partium, vel per Judicis ſententiam, tuncque cum attenta executione ex utraque parte debeatur quantitas, admittitur propria compenſatio; *text. in l.* 1. *cod. ſi maior factus alien.* quia ſpecies in quantitatem transfuſa fuit, ut declarat hæc *Ord.* Barb. *ſuprà n.* 19. 4

Sic ſimiliter, quando certa ſpecies debetur ex utraque parte, veluti mancipium certum, & nominatum, equus, vel liber, & prædicta ſpecies debita haberi non poſſit, vel quia perempta fuit, vel quia haberi non poſſit, niſi cum difficultate, & ob id redacta ſit ad æſtimationem, tunc erit compenſationi locus uſque ad concurrentem quantitatem; ut probatur ex hoc §. 8. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 54. Barb. *in l. Divortio, §. ob donationes, n.* 11. *&* 19. 5

ff.

ff. ſolut. matr. Altim. *tom. 7. rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 192.

6 Item eadem ratione ſiquis juſſus reſtituere per judicem culpâ, vel dolo rem poſſidere deſiit, devenitur tunc ad æſtimationem; *text. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend.*

7 Sicut etiam propter contumaciam nolentis reſtituere, devenitur ad æſtimationem per juramentum in litem; *text. in l. ſi cum dos, §. fin. cum legib. ſeqq. ff. de act rer. amotar.*

8 Item de ſpecie debita in genere ad aliam ſpeciem etiam debitam in genere, admittitur compenſatio, ſi ſint ejuſdem qualitatis, & ſubſtantiæ. Barb. *in d. l. Divortio, §. ob donationes, ſub n.* 24 *verſic. Neque obſtat, ff. ſolut. matr.* Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 55. Auguſt. Barb. *in l. ſi conſtat. cod. de compenſat. n.* 6. *&* 7.

9 Item de fructibus ad fructus admittitur compenſatio, & de rebus, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, ad res, quæ etiam pondere, numero, & menſura conſiſtunt, dummodo ſint ejuſdem ſubſtantiæ, & qualitatis. Guerr. *ſup. n.* 56. Barb. *ſup.* 25. Auguſt. Barb. *in l. ſi conſtat., n.* 8. *cod. de compenſat.*

10 Sed quando quis frumentum debet, & illud extat, non poteſt pro eo pecuniam ſolvere; quoniam de pecunia ad frumentum non admittitur compenſatio, neque ſolvi poteſt unum pro alio, invito creditore. Barb. *ſup. n.* 25. & Auguſt. Barb. *ſup. n.* 7.

11 Item compenſatio meliorationum fit cum fructibus perceptis; *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 48. §. 7. ubi ego dixi.

12 Nota, quòd compenſationis exceptio habet vim ſolutionis, & compenſare, & ſolvere nihil differt; *l. amplius non peti, ff. rem ratam hab.*

Nota etiam compenſationem objicere non poſſe illum, qui retinet injuſtè poſſeſſionem alicujus rei; *text. in l. fin. cod. de compenſat.* Mend. à C. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 29. cum aliis. 13

Nota hîc ad noſtram legem, quòd licèt quando debetur certa ſpecies ex utraque parte, fieri poſſit compenſatio, facta æſtimatione, quia ſpecies haberi non poteſt, ut dictum eſt, hoc locum non habebit, ſi ageretur reivendicatione ad prædictam ſpeciem, & illa extaret; quia in tali caſu præcisè eſſet res ipſa reſtituenda; *text. in l. qui reſtituere, ff. de reivend.* tuncque non eſt admittenda compenſatio, hoc enim caſu non veniunt verba *l.* 1. *cod. de compenſat.* Barb. *in l. Divortio, §. ob donationes, n.* 12. 14

Ad tit. 79.

De Præſcriptionibus.

AD PRINCIPIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit præſcriptio, traditur.*
2 *Quid uſucapio oſtenditur.*
3 *Nulla differentia inter præſcriptionem, & uſucapionem juxta alios.*
4 *Ad quid fuit introducta præſcriptio, remiſſivè.*
5 *Modus acquirendi dominia uſucapione, vel præſcriptione approbatur à jure Civili, & Canonico, & tutâ conſcientiâ quis retinere poteſt.*
6 *Traditur objectio quædam contraria.*
7 *Reſponſio ad objectum contrarium, remiſſivè.*

8 *Dam-*

8 *Damnum, quod quis ex ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare.*
9 *Ex alieno damno nemo locupletari dicitur, ſi damnum ab illo, qui patitur, volitum fuit.*
10 *Qui præſcribere poſſint.*
11 *Quibus modis currat præſcriptio, remiſſivè.*
12 *Elapſis* 30. *annis, actio præſcribitur, & debitor ratione contractus, vel quaſi, ulterius non moleſtatur.*
13 *Præſcriptio* 30. *ann. introducta ad puniendam negligentiam, & tollendam temporis confuſionem.*
14 *Impedito agere non currit tempus præſcriptionis, neque negligere dicitur.*
15 *Intellige de impedimento, quod removeri non potuit, ſed præſcriptio currit, ſi impedimentum removeri potuit.*
16 *Duobus modis quis dicitur impeditus agere, primò quando non eſt orta actio.*
17 *Impeditus ſecundo modo dicitur, quando jam orta actio, ſed illi obſtat aliqua exceptio.*
18 *Impeditus tenetur probare impedimentum, neque ſufficit allegare.*
19 *Non dicitur impeditus impedimentum removere potens.*
20 *Licèt contra ignorantem, & abſentem præſcriptio currat, ex juſta cauſa ei conceditur reſtitutio.*
21 *Contra Eccleſiam Romanam non currit præſcriptio* 30. *ann., ſed centenaria.*
22 *Limita in rebus mobilibus, & rebus ab hæreticis confiſcatis, quæ ſpatio* 40. *ann. præſcribuntur.*
23 *Præſcriptio centenaria comparatur immemoriali, probata centum ann. poſſ., & contrario facto non conſtante.*
24 *Præſcriptio immemorialis eſt cujus nulla extat memoria hominum.*
25 *Excedere hominum memoriam eſt ſuperare* 100. *annos. Vita, & memoria hominum uſque ad* 100. *annos durare præſumitur, ibid.*
26 *Hodie homines vivere non ſolent, niſi uſque ad* 60. *aut* 70. *annos.*
27 *Centenaria præſcriptio non requirit, quòd centum annos excedat, aut hominum memoriam.*
28 *In præſcriptione centenaria neceſſariò requiritur titulus, qui probari debet, non verò in immemoriali, quæ habet vim tituli, & in illa præſumitur.*
29 *Immemorialis præſcriptio dicitur probata, dummodo initium memoriam ſenum, qui vivunt ex auditu, & relatione maiorum excedat.*
30 *Immemorialis, & centenaria præſcriptio differt in modo probandi, remiſſivè.*
31 *Teſtes quales eſſe debent, remiſſivè.*
32 *Et contrarium probare volens, quales teſtes producere debet, remiſſivè.*
33 *Centenaria ad effectum præſcriptionis quomodo probanda, remiſſivè.*
34 *Teſtes deponentes in centenaria, & immemoriali ætatem* 54. *annorum habere debent.*
35 *Diverſitas, quæ circa hoc invenitur, oſtenditur.*
36 *Præſcriptio* 40. *ann. ſufficit contra alias Eccleſias, Monaſteria, & pia loca.*
37 *Etiam quando Eccleſia præſcribit contra aliam Eccleſiam.*

38 *Pri-*

38 *Privilegium Eccleſiis conceſſum non extenditur ad bona privata, & patrimonialia Clericorum, in quibus ſufficit tempus ordinarium, quod requiritur ad præſcriptionem bonorum laicorum.*

39 *Exceptio præſcriptionis ante contrarietatem eſt opponenda.*

40 *Ad præſcribendum requiritur poſſeſſio, ſine qua non procedit præſcriptio.*

41 *In præſcriptione incorporalium ſufficit quaſi poſſeſſio, & etiam civilis.*

42 *Laicus decimas, aut jus decimandi præſcribere nequit.*

43 *Laicus jus decimarum poſſidendi eſt incapax.*

Sine poſſeſſione non datur præſcriptio, ibid.

44 *Poſſeſſio ad præſcribendum debet eſſe juſta, & ex juſta cauſa.*

45 *Quid ſit poſſeſſio, oſtenditur.*

46 *Poſſeſſio dicitur naturalis, & civilis.*

47 *Quomodo poſſeſſionem naturalem, & civilem quis ſimul retinere poſſit.*

48 *Poſſeſſio civilis, quæ dicatur, remiſſivè.*

49 *Quæ ſit naturalis, oſtenditur.*

50 *Per viſum, & aſpectum oculorum non poſſunt acquiri ea, quæ Cœlo, mari, terraque capiuntur, ſed requiritur actualis apprehenſio.*

51 *Inveniens theſaurum in aliquo non efficitur dominus, nec illius poſſeſſor per viſum, ſed requiritur naturalis apprehenſio.*

52 *Licèt adeſſet lex, vel ſtatutum ſimpliciter dicens, quòd tales res acquirantur per inventionem, quia requiritùr apprehenſio, niſi expreſſè contrarium diceret, remiſſivè.*

53 *Theſauro invento in loco Principis, vel publico Civitatis, dimidia pertinebit inventori, alia Pincipi, vel Civitati.*

54 *Judex executor pro executione ſententiæ non poteſt per viſum, & aſpectum poſſeſſionem transferre, ſed requiritur, quòd actualiter in poſſeſſionem mittat.*

55 *Ut acquiratur poſſeſſio in toto fundo, an ſufficiat intrare unam glebam fundi?*

56 *Intellige ut hic intelligitur, remiſſivè.*

57 *Alterum requiſitum ad præſcribendum eſt bona fides, & cum mala fide nec jure Canonico, nec Civili præſcribitur.*

58 *Debitores, vel poſſeſſores malam fidem habentes nullo tempore præſcribere poſſunt.*

59 *Præſcriptio non fuit introducta ad defendendam hominum malitiam, ſed illorum innocentiam, & defenſionem.*

60 *Nemo ex ſuo delicto lucrum, vel fructum conſequi poteſt.*

61 *Mala fide poſſidere eſt delictum grave in furibus, & injuſtis poſſeſſoribus.*

62 *Delinquens ex ſuo peccato, & ejus continuatione ex legis auctoritate præmium non acquirit.*

63 *Ampliatur primò, quòd non ſolùm in foro Eccleſiaſtico, ſed temporali præſcriptio cum mala fide probibeatur.*

64 *Ampliatur ſecundò in immemoriali.*

65 *Præſcriptio cum mala fide multò magis probibita eſt in præſcriptione immemoriali.*

66 *Ampliatur tertiò in actionibus perſonalibus.*

67 *Ampliatur quartò in ſtatuto, vel conſtitutione.*

68 *Ampliatur quintò in pacto retro*

tro vendendi clauſulis quod-cumque ſemper.

69 *Ampliatur ſextò in hærede, remiſſivè.*

70 *Mala fides actoris nocet ejus hæredi, remiſſivè.*

71 *Hæredes præſcribere non poſſunt rem mala fide à defuncto poſſeſſam, etiam à ſe incboando præſcriptionem.*

72 *Repræſentant hæredes perſonam defuncti etiam in mala fide.*

Defuncto malam fidem habente, hæredes præſcribere non poſſunt præſcriptione ordinaria longi temporis, ſed nec etiam longiſſimi temporis, ibid.

73 *Præſcriptio continuatur cum hærede ab illo tempore, quo defunctus poſſedit, remiſſivè.*

74 *Cum mala fide non currit præſcriptio, neque per mille annos.*

75 *Ampliatur ſeptimò in præſcribente contra fiſcum, remiſſivè.*

76 *Ampliatur octavò in contrahente cum minore, decreto non interpoſito.*

77 *Limitatur in hærede legatum præſcribente contra legatarium.*

78 *Bona fides præſumitur.*

79 *Licèt illam non alleget, qui præſcriptionem intendit.*

Præſumptio eſt juris tantum, & mala fides legitimis modis, vel indiciis probari poteſt, ibid.

80 *Licèt de jure Civili præſcriptio requirat bonam fidem à principio, de jure Canonico tàm à principio, quàm in progreſſu requiritur.*

81 *Præſcribens reſtituere non tenetur, licèt poſt completam præſcriptionem ſciat rem non eſſe ſuam, aut illius, à quo emit.*

82 *Mala fides adveniens poſt præſcriptionem completam non nocet.*

83 *Tertium requiſitum ad præſcribendum eſt titulus.*

84 *Titulus debet eſſe verus, & non præſumptus.*

85 *An dubitans rem ad ſe ſpectare, vel eſſe alterius, dicatur eſſe in bona fide?*

86 *Taliter dubitans peccat contra juſtitiam, & non eſt in bona fide.*

In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, ibid.

87 *Limitatur primò in præſcriptione longiſſimi temporis, in qua tàm de jure Civili, quàm Canonico non requitur titulus, ſed ſufficit bona fides, qua poſſeſſor credit titulum habere.*

88 *Quod multò magis procedit in præſcriptione immemoriali, quæ vim tituli præſumpti habet.*

89 *Limitatur ſecundò in præſcriptione ſervitutum.*

90 *Servitutes dividuntur in habentes cauſam continuam, quaſi continuam, & diſcontinuam, remiſſivè.*

91 *Servitutes cauſam, vel quaſi habentes præſcribuntur* 10. *annis inter præſentes, &* 20. *inter abſentes.*

92 *Qui dicantur præſentes, remiſſivè.*

93 *Servitutes cauſam diſcontinuam habentes, quo ſpatio præſcribantur?*

94 *Servitutes mixtæ, quo ſpatio præſcribantur? remiſſivè.*

95 *Sicut præſcriptione acquiritur ſervitus, ita præſcriptione amittitur, remiſſivè.*

96 *Limitatur ſolùm in ſervitutibus cauſam diſcontinuam habentibus ex imponentium conven-*

ven-

ventione, remiſſivè.

97 Diſcrimen inter ſervitutes ruſticas, & urbanas oſtenditur, remiſſivè.

98 Ratio diſcriminis traditur, remiſſivè.

99 Contra poteſtatem Papæ, Imperatoris, Regis, vel Principis non recognoſcentis ſuperiorem nulla currit præſcriptio.

100 Præſcriptio in his, quæ ſunt reſervata Principi in ſubjectionem, & in his ſpectantibus ad ſuam juriſdictionem, non currit; neque etiam immemorialis.

101 Subditi non præſcribunt obedientiam contra Prælatum, vel dominum, niſi privilegio, & indulgentia exempti ſint.

102 Non præſcribitur in acquirenda juriſdictione ſine Imperatoris authoritate, Regis, ſeu Principis.

103 Princeps in ſuo Regno eſt Monarcha, & dominus quoad juriſdictionem generalem.

104 Parochus præſcribere non poteſt, quominus Prælatus viſitet ejus Eccleſiam, nec ab illa exemptione recipitur appellatio.

105 Prælati inferiores contra Epiſcopum in juribus Epiſcopalibus præſcribere poſſunt.

106 Prælatus poteſt præſcribere decimas in Parochia aliena titulo ſpatio 40. ann. ſine illo per tempus immemoriale.

107 Laici decimas, &c. vel jura ſpiritualia præſcribere non poſſunt.

108 Non datur præſcriptio in re ſacra, loco Religioſo, rebus publicis populi Romani, homine libero, & ſervo fugitivo.

109 Neque contra matrimonium.

110 Neque limites, vel quod adhæret limitibus Epiſcopatuum, Provinciarum.

111 Neque colonus fundum, quem colit.

112 Neque currit præſcriptio in publicis functionibus, ſeu tributis agrorum.

113 Neque in via publica ex non uſu populi.

114 Neque contra jus publicum, vel locum publicum.

115 Neque præſcriptio longi temporis in aquæductu ad uſum Civitatis deſtinato currit.

116 Neque contra rem, quæ de jure communi poſſideri non poteſt.

117 Neque contra rem, quam lex, vel canon, vel teſtator alienari ſimpliciter prohibet.

118 Præſcriptio longi temporis in re pignorata, vel uſufructuaria non currit propter malam fidem.

119 Limita ſi tertius bona fide poſſideat.

120 Præſcriptio non currit in re ſpirituali juſto titulo acquiſita.

121 Neque in rebus fiſci.

122 Neque in rebus ſub conditione debitis, niſi poſt adimpletam conditionem.

123 Non currit præſcriptio, niſi à die, quo competit actio.
Alienata ante actionem revocantur poſtquam competit, ibid.

124 Non currit in actionibus realibus ſine poſſeſſione.

125 In actione perſonali non requiritur poſſeſſio ad præſcribendum.

126 In re vi poſſeſſa præſcriptio non currit, nec univerſalis ſucceſſor, aut ſingularis illam præſcribent.

127 Rem occupans manifeſto ſpolio eſt in mala fide, & non præſ-

præſcribit, *nec ejus hæres*, *licèt à ſe præſcriptionem incipere velit.*

128 *In poſſeſſione clandeſtina*, *vel quaſi*, *vel precaria non currit præſcriptio.*

129 *Neque currit præſcriptio in re communi*, *ut aliquis in communi poſſideat.*

130 *Neque contra maiorem in re individua cum pupillo.*

131 *Neque tempore hoſtilitatis*, *vel Eccleſia eſt in ſchiſmate.*

132 *Neque*, *vacante Eccleſia*, *aut habente Prælatum excommunicatum*, *ſuſpenſum*, *vel impeditum.*

133 *Neque tempore peſtis*, *& quis fugit timore.*

134 *Neque contra jura Imperii*, *vacante Imperio.*

135 *Neque contra Eccleſiam*, *vivente Prælato malè alienante.*

136 *Neque in rebus dotalibus*, *conſtante matrimonio.*

137 *Neque in rebus furtivis*, *vique expulſiva poſſeſſis.*

138 *Limitatur in re poſſeſſa longiſſimo tempore.*

139 *Neque contra bona Regiæ Coronæ.*

140 *Neque contra jus percipiendi gabellas.*

141 *Cum ſit odioſa*, *eſt reſtringenda.*

142 *Quæ pendent à gratia*, *& mera facultate noſtra*, *non præſcribuntur.*

1 PRæſcriptio *eſt quoddam jus ex tempore congruens*, *auctoritate legum vim capiens*, *id eſt firmitatem*, *pœnam negligentibus*, *& finem litibus imponens*, quæ locum propriè habet in rebus immobilibus. Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 1. cum multis Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 1. Cov. *Reg. poſſeſſor*, p. 1. §. *unic. n.* 4.

Uſucapio aliter definitur, quæ nihil aliud eſt, quàm *acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis tempore à lege definito*, quæ propriè locum habet in rebus mobilibus; *l.* 3. *ubi DD. ff. de uſurp. & uſucap.* Cardoſ. *ſup. n.* 2. Guerr. etiam *ſup n.* 2. 2

Sed ſecundum alios nulla conſtituitur differentia inter præſcriptionem, & uſucapionem; aliquando enim uſucapio, aliquando præſcriptio vocatur, quæ nomina ſunt ſynonima, & in jure promiſcuè accipiuntur; ita Begnudel. *verb. præſcriptio*, *n.* 1. Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 2. *tit.* 3. *n.* 3. *l. non ſolùm*, §. *ſi dominus*, §. *ſi mihi*, *ff. de uſucap. l. unic. cod. de uſucap. tranſform.* 3

Apud Romanos introducta fuit præſcriptio à *l.* 12. *tabullarum*, ut ait *Gloſ. in* §. 1. *in princip. verb. jure Civili*, *Inſtit. de uſucap.* ob multiplicem rationem; & primò quidem, ne dominia rerum ſemper eſſent in incerto. Secundò ob lites dirimendas, quod maximè Reipublicæ intereſt. Gaſparr. *ſup. n.* 5. quod patet ex *text. in l.* 1. *ff. de uſurp. & uſucap.* ibi: *bono publico uſucapio introducta eſt*, *ne ſcilicet quarum rerum diu*, *& ferè ſemper incerta dominia eſſent*: *cum ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium.* Alias rationes, ob quas introducta fuit præſcriptio, videre poteris in *text. in l. cum notiſſimi*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. & in text. in l. ut perfectius*, *cod. de annal. except.* & in *text. in cap. vigilanti de præſcript.* 4

Hic modus acquirendi dominia non ſolùm approbatur à jure Civili, ſed etiam à jure Canonico, ita ut tutâ conſcientiâ poſſit quis rem retinere, quam uſuceperit, vel præſcripſerit; ut patet ex *tot. tit. lib.* 5

lib. 2. *decretal. de præſcript.* Gaſparr. *ſup. n.* 6.

6 Sed obſtat contra prædicta, à jure naturali ſtatutum eſt, quòd nemo cum alterius jactura locupletetur; *l. nam hoc natura, ff. de condict. indebe.* jus autem naturale mutari non poteſt; ſed mutaretur, ſi ex diſpoſitione juris Civilis præſcribi poſſet res aliena ab illo, qui dominus non eſt, dominium, quod quis non habebat, per præſcriptionem, vel uſucapionem acquirendo; quia hoc nihil aliud verè eſt, quàm ex alterius damno lucrum adipiſci: ergo &c.

7 Reſpondetur tamen, quòd præſcribens, vel uſucapiens non fiat ditior ex alterius jactura, ſed dominium rei ex ipſiuſmet domini præſumpta voluntate acquirat, quia qui adeo circa res ſuas negligens eſt, ut per longum temporis ſpatium eas ab alio uſucapi, ſeu præſcribi patiatur, tacitè conſentire videtur, quòd dominium rei transferatur in ejus poſſeſſorem; J. C. *in l. alienationis, ff. de verb. & rer. ſignif.* ibi: *Vix eſt enim, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi.*

8 Et ideo nihil mirum, ſi hæc pœna culpabili dominorum negligentiæ in ſuis rebus adhibitæ à jure infligatur, quod juri naturali ipſi conſentaneum eſt, in quo diſponitur, quòd damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debeat, non aliis, imputare; *text. in cap. damnum de reg. jur. in* 6 *l. quod quiſque ex ſua culpa, ff. de reg. jur.*

9 Nunquam autem quis ex alieno damno locupletari dicitur, quando damnum illud ab eo, qui ipſum patitur, volitum eſt; ut tradit Gaſparr. *ſup. ſub n.* 8. *verſic. Nibil in fin.*

10 Omnes præſcribere poſſunt dominii acquirendi capaces exiſtentes; ideoque præſcribere non poſſunt ſervi; quia ſuo nomine poſſidere non poſſunt; *text. in l. qui in ſervitute, ff. de reg. jur.* ſine poſſeſſione verò non datur præſcriptio. Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 1. *n.* 2.

Multis modis currit præſcriptio, quia alia quadriennii; *text. in l.* 1. *& per tot. de quadr. præſcript.* alia longi temporis, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes; *text. in l.* 1. *& l. emptor. l. fin. cod. de præſcript.* 10. *vel* 20. *ann.* alia longiſſima 30. vel 40. *ann. l.* 1. ubi DD. & *l.* 2. *& per tot. cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & alia centenaria, alia immemorialis; *text. in cap. ad audientiam de præſcript.* 11

His poſitis: probatur ex noſtra lege in hoc principio, quòd quando quis alteri fuerit debitor alicujus certæ rei, vel quantitatis ratione contractus, vel quaſi contractus, obligari, vel contra ipſum litigium moveri poterit uſque ad 30. annos enumeratos à die, quo ipſa res, vel quantitas ſolvenda erat, & elapſis prædictis 30. annis, actio præſcribitur; neque ulterius erit moleſtandus debitor litigio ſuper re ipſa, vel quantitate; *text. in l. ſicut* 3. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & ibi Petr. Barb. *n.* 21. Gonzal. *in cap. vigilanti*, ſub *n.* 9. *de præſcript.* 12

Quæ quidem præſcriptio introducta fuit ad puniendam negligentiam illorum, contra quos præſcribitur, ad tollendamque temporis confuſionem; ut declaratur in hac lege *cap. vigilanti de præſcript.* Petr. Barb. *ad rubr. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. n.* 37. Conciol. *al. leg.* 14. *n.* 43. Bart. *in l. fin. in princip. ff. de eo per quem fact. erit.* Cravet. *conſ.* 111. *n.* 20. 13

Sed contra impeditos, & non 14

valentes agere non currit præſcriptio; non poſſunt enim dici negligere, neque impedito currit tempus; *l.* 1. §. *fin. cod. de annal. except.* Petr. Barb. *ad text. in l.* 7. §. *illud*, *n.* 1. *cod. de præſcript.* Per. *deciſ* 52. *n.* 4. Larr. *deciſ.* 49 *n.* 2. Cald. *conſ.* 30. *n.* 25.

15 Quod intelligendum eſt, quando tale impedimentum removeri non potuit; impedimentum enim, quod facilè removeri poterat, minimè excuſat; Larr. *ſup. n.* 4.

16 Duobus modis dicitur quis impeditus de jure agere: primò, quando adhuc non ſit orta actio, quia præpoſterum eſſet tractare de præſcriptione actionis, quæ adhuc non eſt in rerum natura. Bald. *l. in rebus*, *n.* 3. *cod. de jur. dot.* Burgund. *rub.* 11. §. 2. *n.*38. Petr. Barb. *in d.* §. *illud*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. n.* 2.

17 Secundo modo dicitur quis impeditus de jure agere, quando jam eſt orta actio, ſed tamen illi obſtat exceptio; quia quoad jus attinet, perinde eſt, ac ſi actio orta non eſſet; *l. nihil intereſt*, *ff. de reg jur.* Petr. Barb. *ſup. n.* 3.

18 Non ſufficit tamen, quòd impeditus alleget impedimentum, ſed probare tenetur ſe agere non voluiſſe, cauſaſque probare, propter quas fuit impeditus, & illas fuiſſe impedimenti cauſam; *tex. in l. ſed & ſi*, § *quoties*, *ff. ex quib. cauſ. maior.* Bart. *in l.* 2. §. *quod diximus*, *ff. ſi quis caut.* Cardoſ. *verb. impedimentum*, *n.* 2.

19 Teneturque probare, quòd toto tempore fuit impeditus, & agere non potuiſſet; non dicitur enim impeditus, qui impedimentum removere potuit; *text. in l. qui poteſt facere*, *ff. de reg jur.* Bald. *in l. quib. diebus*, *ff. de cond & demonſtr.* Bart. *in l. de pupillo*, §. *ſi quis ipſi prætori*, *n.* 6. *ff. de nov. oper. nunt.*

Nota, quòd quamvis contra ignorantem, & abſentem mero jure currat præſcriptio, tamen ex juſta cauſa ei competit beneficium reſtitutionis in integrum. Petr. Barb. *ad text. in l. ſicut* 3. *n.* 306. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Gam. *deciſ.* 93. *n.* 3. *in fin.* Hermoſilh. *ad l.* 54. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 11. 20

Sed prædicta præſcriptio 30. annorum, de qua hîc agit noſtra lex, non currit contra Eccleſiam Romanam, ſed requiritur præſcriptio centenaria, hoc eſt tempus centum annorum, & non minus. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. ad audientiam* 13. *n.* 1. *& ad text. in cap. cum vobis n.* 1. *&* 3. *de præſcript.* Begnudel. *verb præſcriptio*, §. 3. *n.* 19. Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 20. Gonzal. *ad d. text. in cap. cum vobis*, *n.* 8. 21

Quod limitatur, ſi de rebus mobilibus Romanæ Eccleſiæ agatur, aut de rebus ab hæreticis confiſcatis agatur; iſtæ enim licèt ad Romanam Eccleſiam pertineant per 40. annos præſcribuntur; *text. in cap. fin. de præſcript.* Gonzal. *ad text. in cap. cum vobis eod. tit. n.* 8. Begnudel. *ſup. d. n.* 19. 22

Hæc præſcriptio centenaria immemoriali comparatur, ſi probata poſſeſſione centum annorum, de contrario facto, aut jure minimè conſtiterit. Gonzal. *ſup. ad text. in cap. cum vobis*, *n.* 8. Cardoſ. *ſup. n.* 21. 23

Notandum eſt diſcrimen inter præſcriptionem centenariam, & immemorialem. Præſcriptio immemorialis dicitur illa, cujus initii nulla extat hominum memoria; *l.* 2. §. *idem labeo*, *ff. de aqua pluv. arcend. l. hoc jure*, § *ductus aquæ*, *ff. de aqua quotidian.* Cov. *Reg. poſſeſſor*, §. 3. *n.* 6. Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 3. *n.* 24. 24

Et cenſetur excedere hominum memoriam, ſi ſuperat, & excedit cen- 25

centum annos; ut cum *l. fin. cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Begnudel. *proximè*; vita enim, & memoria hominum uſque ad centum annorum curriculum durare præſumitur. Begnudel. *ſup.* Peg. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 50. *gloſ.* 1. *cap.* 9. *n.* 232. Guerr. *de diviſ. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 91. Giurb. *ad conſuetud. cap.* 4. *gloſ.* 1. *n.* 1.

26 Hodie verò, attento communi vivendi curſu, homines vivere non ſolent, niſi uſque ad ſexaginta, aut ſeptuaginta annos. Peg. *ſup.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 49. *& de arbitr. cent.* 15. *caſ.* 508. & cum his, & aliis Guerr. *proximè n.* 92.

27 In centenaria præſcriptione non requiritur, quòd excedat centum annos, & quòd illius initium ſit incognitum, aut quòd illud excedat hominum memoriam; ut cum Molin. *diſp.* 74. *n.* 76. Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 26. § 7 *n.* 127. tradit Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 3. *n.* 24. *verſic. In centenaria.*

28 Deinde centenaria præſcriptio titulum neceſſariò requirit, qui allegari, & probari debet; immemorialis verò titulum non requirit, nec eſt neceſſe illum allegare, & illum probare; quia vim tituli habet, qui in illa præſumitur; *Gloſ. in cap.* 1. *verb. titulus*, *& verſic. Niſi de præſcript. in* 6. Cov. *reg. poſſeſſor*, §. 3. *n.* 6. *&* 7. Laym. *lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 8. *n* 15. & cum iſtis Begnudel. *ſup. d. n.* 24 *ad fin.*

29 Immemorialis præſcriptio dicitur probata, licèt conſtet ante ducentos, vel plures annos poſſeſſionem incepiſſe alicujus rei, dummodo initium memoriam ſenum, qui nunc vivunt, etiam ex auditu, & relatione maiorum excedat; ut cum multis tradit Begnudel. *ſup. d. n.* 24. *in fin.* cum Laym. etiam *ſup.*

30 Immemorialis, & centenaria differunt etiam in modo illas probandi; immemorialis enim, ut à teſtibus probetur, requiritur illos deponere, ita ſemper vidiſſe, & audiviſſe à ſuis maioribus, ita eſſe, & nunquam vidiſſe, vel audiviſſe contrarium, & communem eſſe, & fuiſſe ſemper opinionem, & famam publicam, ſic fuiſſe, & non extare de contrario uſu, aut initio poſſeſſionis memoriam. Cov. *ſup. n.* 7. Begnudel. etiam *ſup. n.* 25. *gloſ. in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. *verſic. Memoria.*

31 Teſtes autem, qui hac de re teſtificaturi ſunt, ejus ætatis eſſe debent, quòd poſſint memores eſſe, & exponere, quid actum fuerit quadraginta annis; ut cum multis Cov. *d. reg. poſſeſſor*, §. 3. *n.* 7. *verſic. Teſtes.*

32 Si verò contra hoc quis contrarium probare voluerit, teſtes producere debet deponentes, quòd viderint tali tempore contrarium, & audiverint à ſuis maioribus contrarium ejus fuiſſe, & in paritate probationis præferuntur teſtes magis idonei, & qui deponunt ſuper affirmativa; ut tradit *Gloſ. in cap.* 1. *de præſcript. verſic. Memoria.* Begnudel. *ſup. d. n.* 25.

33 Centenaria ad effectum præſcriptionis probari poteſt, vel per publicum inſtrumentum, ex quo de poſſeſſione centum annorum conſtet, vel per teſtes, quorum depoſitiones ante illorum mortem ad perpetuam rei memoriam fuerint receptæ juridicè, & in ſcriptis redactæ; *text. in cap. ult. ut lit. non conteſt.* aut qui de integro centum annorum ſpatio deponunt; teſtis enim poteſt deponere de illis, quæ ante pubertatem vidit, dummodo tempore, quo deponit, pubes ſit. Bich. *deciſ.* 442. *n.* 15.

34 Hanc eandem probationem ad centenariam, & ad immemorialem requirit Bich. *ſuprà*, addens teſtes deponentes debere habere ætatem

tem quinquaginta quatuor annorum, & citat Rotam apud Caputaq. *deciſ.* 71. *n.* 1. *p.* 2. & apud Seraph. *deciſ.* 1179. *n.* 1. *& deciſ.* 557. *in fin. p.* 4. *diverſ.*

35 Sed in hoc aliqua diverſitas eſſe poteſt, quòd centenaria præſcriptio non tantùm probari poſſit eo modo, quo immemorialis eſt, ſed etiam per inſtrumentum, & ſcripturas juxta ſuperius dicta, immemorialis verò per ſcripturas probari non poſſit. Gabr. *lib.* 5. *de præſcript. concl.* 1. *n.* 81. *&* 83. Begnudel. *ſup. n.* 25 *in fin.* per quæ omnia ſatis differt præſcriptio centenaria ab immemoriali.

36 Sed contra alias Eccleſias, Monaſteria, & pia loca ſufficit quadragenaria præſcriptio; *text. in cap. de quarta de præſcript.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 6. cum aliis Begnudel. *d. verb. præſcriptio*, §. 3. *n.* 20.

37 Quod procedit, & locum habet, quando Eccleſia præſcribit contra aliam Eccleſiam; *text. in cap. illud autem in princip. de præſcript.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 3.

38 Sed hoc privilegium Eccleſiis conceſſum non extenditur ad bona privata, & patrimonia Clericorum; privilegium enim hoc non Clericis, ſed Eccleſiis, & piis locis fuit conceſſum, ideoque ad præſcribendum illorum bona, ſufficit tempus ordinarium, quod requiritur ad præſcribendum bona laicorum. Abb. *in cap. Sanctorum*, *n.* 6. *& in cap. ſi diligenti*, *n.* 36. *&* 37. *de præſcript.* Begnudel. *ſup. d. n.* 20. *in fin.*

39 Exceptio præſcriptionis, cum ſit de ſua natura peremptoria actionis, ante contrarietatem ad ipſam actionem opponenda eſt; *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 15. Guerr. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 3. *&* 14. Mend. à C. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 4.

De qualitatibus requiſitis ad præſcribendum.

Primum requiſitum ad præſcribendum eſt poſſeſſio, quia ſine poſſeſſione non procedit præſcriptio; *text. in l. ſine poſſeſſione, ff. de uſurp. & uſucap. cap. ſine poſſeſſione de reg. jur.* Bich. *deciſ.* 328. *n.* 14. Oldrad. *conſ.* 254. & cum his Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 2. *n.* 7. & cum multis aliis Rocc. *tom.* 2. *cap.* 167. *n.* 19. 40

Sufficit tamen quaſi poſſeſſio in præſcriptione rerum incorporalium, & ſufficit etiam civilis. Abb. *in cap. cauſam*, *n.* 6. *de præſcript.* & cum Cov. *in reg. poſſeſſor*, *p.* 2. *in princip. n.* 7. Begnudel. *ſup. d. n.* 7. 41

Unde fit, quòd laici decimas præſcribere non poſſint, etiam præſcriptione immemoriali ob defectum poſſeſſionis, hoc eſt jus decimandi, aut decimas percipiendi; *cap. pervenit*, *quæſt.* 3. *cap. ad hæc*, *cap. quamvis*, *cap. probibemus de Decim. cap. cauſam quæ de præſcript.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. Gonzal. *ad text. in cap. cauſam*, *n.* 6. *de præſcript.* 42

Ratio eſt, quia laici ſunt incapaces jus decimarum poſſidendi; *cap. probibemus de Decim.* & ſine poſſeſſione præſcriptio eſſe non poteſt; quia jus laicis reſiſtit, ne decimas poſſidere poſſint; ut ex dictis ſuprà. 43

Et licèt dici poſſit, quòd laici detinere poſſint rem cum animo ſibi habendi, ut videre poteſt in *tit. de cauſ. poſſ. & propriet.* tamen ad præſcriptionem non ſufficit quæcumque poſſeſſio, ſed debet eſſe juſta, & ex juſta cauſa. Begnudel. *ſup.* §. 2. *n.* 7. cum Cov. *in reg. poſſeſſor*, *p.* 3. *cap.* 17. *n.* 6. *&* 10. 44

Poſſeſſio eſt rei corporalis de- 45
tentio

tentio corporis, & animi, & juris, adminiculo concurrente. Begnudel. *verb. poſſeſſio*, §. 1. *n.* 1. vel ſic poſſeſſio eſt jus quoddam, quo aliquis rem corporalem verè in poteſtate habet, & dicitur corporalis rei detentio à pedum poſitione. Cardoſ. *verb. poſſeſſio*, *n.* 1.

46 Quæ quidem poſſeſſio duplex eſt, ſcilicet naturalis, & civilis; *l. clam poſſidere*, §. *quia ad nundinas*, *ff. de acquir. poſſ. text. in l. nemo*, *cod. de acquir. & retinend. poſſ.* Cardoſ. *verb. poſſeſſio*, *n.* 2.

47 Poſſeſſionem naturalem, & civilem poteſt quis ſimul retinere, ut ſi recedat à fundo, & alter etiam clam illum ingrediatur, tunc perdit naturalem poſſeſſionem, civilem tamen retinet; *text. in l. clam poſſidere*, §. *quia ad nundinas*, *& l. poſſeſſio*, *ff. de acquir. poſſ.*

48 Civilis poſſeſſio eſt, quæ ſolo animo retinetur, nanque quando quis res alicui dedit in feudum, vel emphyteuſim poſſidet civiliter; cum retinet directum dominium, qui ſolo animo retinetur; *text. in l. ſciendum*, §. 1. *ff. qui ſatiſd. cog. l licèt*, *cod. de acquir. poſſ.*

49 Poſſeſſio naturalis eſt illa, quam habet feudatarius, emphyteuta, uſufructuarius, & ſimilis, & corpore retinetur. Cardoſ. *ſup. n.* 5. Begnudel. etiam *ſup. n.* 1.

50 Nota, quòd ſi quis voluerit poſſeſſionem, & dominium in rebus vacantibus acquirere, quæ Cœlo, terra, marique capiuntur, vel habitis pro derelictis, quæ fiunt occupantis, acquirere non poterit per viſum, vel aſpectum oculorum; quia non eſt aliquis poſſeſſor, de cujus voluntate tradantur, ſed requiritur vera, & actualis apprehenſio; *text. in l.* 1. *ff de acquir. rer. domin.* §. *illud. Inſtit. de rer. diviſ.* Gom. *in l.* 45. *Taur. n.* 46.

51 Sicut etiam ſi quis inveniat theſaurum in aliquo prædio, vel fundo non efficitur dominus, nec poſſeſſor ejus per viſum cum animo poſſidendi, ſed requiritur vera, & naturalis apprehenſio; *text. in l.* 3. §. *Neratius*, *ff. de acquir. vel omitt. poſſ.* Gom. *in d. l.* 45. *n.* 47.

Et hoc in tantum eſt verum, 52
quòd in theſauro, vel aliis rebus vacantibus requiratur naturalis apprehenſio ad hoc, ut acquiratur ejus dominium, & poſſeſſio, ut procedat, licèt lex, vel ſtatutum ſimpliciter diceret, quòd tales res acquirantur per inventionem, & ſic, quòd fiant inventoris; quia etiam tunc requiritur, quòd ſequatur apprehenſio, niſi lex, vel ſtatutum expreſsè diceret contrarium; ut ex § *theſauros*, *Inſtit. de rer. diviſ.* Gom. *ſup. d. n.* 47. *verſic. Item adde.*

Nota, quòd ſi quis theſaurum 53
inveniat in aliquo loco Principis, vel in loco publico civitatis, dimidia pars pertinebit inventori, alia dimidia ipſi Principi, vel Civitati; §. *theſauros*, *Inſtit. de rer. diviſ. l.* 3. §. *fin. ff. de jur. fiſc.*

Nota etiam, quòd Judex exe- 54
cutor, vel nuntius pro executione ſententiæ non poteſt per viſum, & aſpectum poſſeſſionem transferre, ſed requiritur, quòd actualiter mittat partem in poſſeſſionem, cum talis judex, vel executor non poſſideat; ut optimè cum multis Gom. *in l.* 45. *Taur. n.* 54. cum quo intellige.

Nota iterum, quòd per ingreſ- 55
ſum, & pedum poſitionem acquiritur poſſeſſio, ut ſufficiat quamlibet partem, vel glebam fundi intrare, nec eſt neceſſe omnes ejus partes deambulare; ut probatur ex *l.* 3. *ff. de acquir. poſſ.* ibi: *Quod autem diximus*, *& corpore*, *& animo adquirere nos debere poſſeſſionem*, *non utique ita accipiendum*,

dum, ut qui fundum poſſidere velit, omnes glebas ejus circumambulet, ſed ſufficit quamlibet partem ejus fundi introire, dum ea mente, & cogitatione ſit, ut totum fundum uſque ad terminum velit poſſidere, & tradit Gom. *in d. l.* 45. *Taur. n.* 35.

56 Quod ita intelligendum eſt, quando talis fundus ejuſdem qualitatis, & naturæ eſſet contiguus; ſecus autem ſi intervallum eſſet in medio, veluti quia unus eſt in uno loco, & regione, alius in alio; quia licèt eodem nomine nuncupentur, apprehenſa unius poſſeſſio, non cenſetur quæſita in alio; *tex. in l. ſi quis duas*, §. *ſi quis partem, verſic. Planè, ff. commun. præd. text. in l. communi dividundo*, §. *Neratius, ff. commun. dividund.* ita Gom. *in d. l.* 45. *Taur. n.* 39 *verſic. Tertio intelligo.* Tranſeamus jam ad ſecundum requiſitum.

57 Secundum requiſitum ad præſcribendum eſt bona fides, ſine qua nemo præſcribere poteſt; quia cum mala fide nec jure Canonico, nec Civili valet præſcriptio; *text. in cap. quoniam de præſcript.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 2. *n.* 11. Gaſparr. *Inſtit. civil. tit.* 3. *n.* 10.

58 Debitores enim, ſive poſſeſſores, qui malam fidem habent, nullo tempore præſcribere poſſunt, neque in illis locum habet noſtra lex, ne detur occaſio ad peccandum, ut patet ex verſic. *Porém*; *text. in cap. quoniam de præſcript.* & ibi Auguſt. Barb. *n.* 4. Gabr. *com. lib.* 5. *tit. de præſcript. concl.* 1. *ex n.* 55. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 67. Cov. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 5. Guerr. *de invent. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 144. & *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 24.

59 Et meritò, cum præſcriptio non ſit introducta ad defendendam hominum malitiam, neque ad eum finem, ut alter alterius retineat, & contrectet, ſed ad tuendam alterius innocentiam, eorumque defenſionem pertinet, qui ignorantes bona fide, & legitima cauſa poſſeſſionem rei alienæ acquirunt. Pech. *de reg. jur. in reg. malæ fidei poſſeſſor.* Guerr. *de invent. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 144.

Nemoque ex delicto ſuo lucrum, vel fructum aliquem capere, & conſequi poteſt; *text. in l. ſive hæreditaria, ff. de negot. geſt.* 60

Sed mala fide poſſidere eſt delictum, & quid grave in furibus, raptoribus, & aliis omnibus injuſtis poſſeſſoribus; ut cum multis tradit Guerr. *de invent. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 145. & 146. 61

Nullus enim delinquens per ſuum peccatum, & ejus continuationem ex legis auctoritate præmium acquirit, vel aliquod commodum; *text. in cap. intelleximus de jud. cap. ex tenore de reſcript.* Auguſt. Barb. *in cap. quoniam de præſcript. ſub n.* 4. 62

Quod amplia primò, ut non ſolùm in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam in foro temporali præſcriptio cum mala fide prohibeatur, & non admittatur. Balb. *de præſcript. p.* 3. *principal. quæſt.* 13. Menoch. *conſ.* 143. *n.* 11. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 5. 63

Amplia ſecundò in præſcriptione immemoriali, quæ etiam cum mala fide prohibetur. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 25. Cov. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. § 8. *n.* 4. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 67. & cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. proximè n.* 6. 64

Ratio enim, quam ſupra tradimus, ob quam præſcriptio cum mala fide prohibeatur, multò magis in præſcriptione immemoriali viget, in qua peccatum malæ fidei poſſeſ- 65

poſſeſſoris eò gravius eſt, quò ille diutius alienum retinens commoratur; *text. in cap. ult. in princip. de conſuetud.*

66 Amplia tertiò in actionibus perſonalibus, in quibus etiam mala fides præſcriptionem impedit. Gabr. Per. *deciſ.* 36. *n.* 2. Cov. *reg. poſſeſſor. p* 2. § 11. *n.* 3. & cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. n.* 7.

67 Amplia quartò in ſtatuto, vel conſtitutione diſponente, ut debitum certo aliquo tempore præſcribatur, quia non valet, ſtante mala fide; tradit cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. n.* 8.

68 Amplia quintò in pacto retro vendendi cum clauſulis *quodcumque ſemper &c.* in eo enim bona fides requiritur, & non erit tutus emptor etiam ſpatio 30. annorum, quaſi ſciat ſubjectum reſtitutioni ad ſolutionem pretii per venditionem oblati, vel offerendi. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n.* 72. *verſic. Neque video*, & cum Menoch. *conſ.* 143. *ex n.* 39. Surd. *deciſ.* 25. *n.* 4. & 25. & aliis Auguſt. Barb. *ſup. in d. cap. quoniam, n.* 9. *de præſcript.*

69 Amplia ſextò in hærede, qui continuare non poteſt præſcriptionem, quando defunctus fuit in mala fide; *l. cum hæres, ff. de diverſ. tempor. præſcript.* Auguſt. Barb. *ſup. n.* 10.

70 Mala enim fides actoris nocet ejus hæredi, qui præſcribere non poteſt, non ſolùm utendo acceſſione temporis ejuſdem ſui actoris, ſed nec ejus perſona illam à ſe ipſo inchoando; ut optimè *l. vitia, cod. de acquir. vel retinend. poſſ.* Balb. *de præſcript.* 2. *p.* 3. *princip. quæſt.* 12. *n.* 12. Gratian. *diſcept. for. cap.* 203. *n.* 15. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 10.

71 Unde fit indubitatum, quòd nec ipſe, nec ejus hæredes præſcribere poſſunt rem mala fide poſſeſſam à ſuo defuncto, etiam per 30. vel 40. annos, quamvis præſcriptionem incipere velint à ſe juxta communem ſententiam. Valaſc. *conſ.* 95. *n.* 8.

Repræſentant enim hæredes defuncti perſonam, etiam in mala fide, quam habebat *l. cum hæres, ff. de diverſ. tempor. præſcript. l. vitia, cod. de acquir. poſſ.* & ideo ſi defunctus malam fidem habebat, ejus hæres præſcribere minimè poteſt, non ſolùm in præſcriptione ordinaria longi temporis, ſed etiam longiſſimi, & non ſolùm de jure Canonico, ſed etiam Civili; ut tradit Valaſc. *ſup.* 72

Continuatur præſcriptio cum hærede ab illo tempore, quo defunctus poſſedit, veluti ſi poſſeſſio currebat bona fide cum defuncto, continuatur cum hærede, dum perſiſtit in illa bona fide, & eodem modo, ſi poſſeſſio cum mala fide currebat cum defuncto, ita cum hærede currit; *l. hæres ejus, ff. de uſucap. l diutina, cod. de præſcript. long. tempor.* & §. *diutina, Inſtit. de uſucap.* 73

Præſcriptio cum mala fide nunquam currere poteſt, neque per mille annos; *cap. vigilanti, & cap. quoniam de præſcript.* tradit optimè Cardoſ. *verb. præſcriptio, n.* 11. Valenzuel. *tom.* 2. *conſ.* 187. *n.* 131. 74

Amplia ſeptimò in præſcriptione contra fiſcum, qui quamvis poſt 20. annos pœnas condemnatorum in re, vel in pecunia indictas exigere non poſſit, tamen requiritur bona fides in illas præſcribente, inſpecto jure Canonico. Bald. *in l. lata, n.* 58. *verſic. Sed quid de bannito in pecunia, cod. de iis qui accuſare non poſſ.* Auguſt. Barb. *ſup. n.* 11. 75

Amplia octavò in contrahente cum minore, decreto non interpoſito, 76

ſito; quia cenſetur in mala fide, nunquamque præſcribere poteſt; ut cum Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 87. Auguſt. Barb. *ſup. n.* 12.

77 Limita in hærede ſcienter legatum præſcribente contra legatarium, qui per 30. annos illud non petiit, quia illo tempore, vel repudiare, vel donatum hæredi velle videtur; ut cum Coſta *in repet.* §. *cum in bello, verb bona, ex n.* 7. Cov. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 5. & aliis Auguſt. Barb. *n.* 13.

78 Nota, quòd bona fides eſt præſumenda. Maſcard. *de probat. concl.* 224. *cum ſeqq. & concl.* 231. cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. n.* 14.

79 Intellige bonam fidem præſumi, quamvis illam non alleget is, qui præſcriptionem proponit. Tiraq. *de præſcript. gloſ.* 2. *verſic. Sed quæſtionis.* Intellige etiam hanc præſumptionem eſſe juris tantùm, ita ut mala fides ex adverſo legitimis modis, vel etiam indiciis probari poſſit. Gam. *deciſ.* 290. *n.* 2. *gloſ. verb. bona, in cap. ſi deligenti de præſcript.* Auguſt. Barb. *ſup. n.* 14. quem vide.

80 Nota, quòd quamvis de jure Civili præſcriptio requirat tantùm bonam fidem à principio, licèt in progreſſu interveniat ſcientia rei alienæ; *l. unic. cod. de uſucap. transform.* attamen de jure Canonico requiritur bona fides tàm à principio, quàm in temporis progreſſu; *text. in cap. vigilanti, & cap. fin. de præſcript. text. in cap. poſſeſſor. de reg. jur. in* 6. Gaſparr. *Inſtit. civil. tit.* 3. *n.* 10.

81 Nota, quòd præſcribens reſtituere non tenetur, etiamſi poſt completam præſcriptionem ſciverit, quòd res non erat ſua, aut illius, à quo emit; ut cum multis juribus Cardoſ. *verb præſcriptio, n.* 17.

82 Quia mala fides adveniens poſt præſcriptionem, vel uſucapionem completam advenit tunc, cum præſcribens, vel uſucapiens rei, quam præſcripſit, vel uſucepit, jam factus eſt dominus, & ideo res illa ex aliena evaſit propria præſcribentis, vel uſucapientis, res autem propria reſtituenda non eſt; ut cum Manz. *ad tit. de uſucap. n.* 41. & 42. Gaſparr. *ſup. n.* 13.

Tertium requiſitum ad præſcribendum eſt titulus; *text. in l. Celſus, l nunquam, ff. de uſucap. l. diutina, l. nec petentem, cod. de præſcript. long. tempor.* Gaſparr. *ſup. n.* 15. Begnudel. *verb. præſcriptio,* §. 2. *n.* 12. 83

Deinde ad præſcribendum, titulus debet eſſe verus, & non præſumptus, quem probare tenetur poſſeſſor, utpote in facto conſiſtens; *l. diutina, cod. de præſcript.* 30. *annorum, l.* 2. *de probat l.* 1. *ff. de except. l. qui accuſare, cod. de edend.* 84

Quæritur: an dubitans rem ad ſe ſpectare, vel eſſe alterius, dicatur eſſe in bona fide ad præſcribendum? Reſpondetur, ſi poſſeſſionem inchoat cum tali dubio, eſt in mala fide, & incipere præſcriptionem non poteſt. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 4. *n.* 55. & cum illo Begnudel. *verb. præſcriptio,* §. 2. *n.* 14. 85

Dubitans taliter, cum poſſidere incipit, peccat contra juſtitiam, ideoque non eſt in bona fide, quia bona fides ſtare non poteſt cum peccato; quando verò dubium ſupervenit poſſeſſioni inchoatæ, dicitur in bona fide, in pari enim cauſa melior eſt conditio poſſidentis, dummodò debitam adhibuerit diligentiam ad inveſtigandum utrùm res ſit aliena; ut tradunt DD. *ſup. cit.* Begnudel. *ſup. d. n.* 14. ubi optimè. 86

Limita primò in præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, quia nullo jure tàm Civili, 87

quàm

quàm Canonico requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides, qua poſſidens credit ſe titulum habere; *l. ſicut* 3. *&* *l. omnes*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Cov. *reg. poſſeſſor*, §. 5. *concl.* 2.

88 Quod multò magis procedit, & locum habet in præſcriptione immemoriali, quia immemorialis habet vim tituli præſumpti, hoc eſt privilegii à Principe conceſſi; ut cum Harpecht. *Inſtit. de uſucap. ex n.* 104. & Tranchedin. *conſ.* 15. *&* 13. tradit Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 2. *n.* 18. *in fin.* Cov. *proximè concl.* 3.

89 Limita ſecundò in præſcriptione ſervitutum, in quibus patientia, & taciturnitas domini ſcientis, & ſilentis loco juſti tituli, & traditionis habetur; *l. ſiquis diuturno*, *ff. ſi ſervitus vindicetur.* Gaſparr. *inſtit. civil. p.* 2. *tit.* 3. *n.* 17.

90 Notandum eſt Doctores diſtinguere ſervitutes in habentes cauſam continuam, quaſi continuam, & diſcontinuam. Cauſam continuam illas ſervitutes habere dicunt, quæ ſemper in uſu ſunt, nec ad ſui uſum factum hominis requirunt, ut eſt ſervitutis tigni immittendi, ratione cujus tignum ſemel immiſſum, in vicini pariete ſemper manet.

Cauſam quaſi continuam illis competere autumant, quæ pariter factum hominis non requirunt, ſed licèt in uſu actu non ſint, habitudine tamen, & potentia ſemper in uſu eſſe poſſunt, ut eſt ſervitus ſtillicidii avertendi, licèt enim hæc ſemper in uſu non ſit; quia ſemper non pluit, adhuc tamen, ſi ſemper plueret, ſemper in uſu eſſe poſſit. Cauſam diſcontinuam demum illas habere aſſerunt, quæ ad ſui uſum requirunt hominis factum, ut ſervitus itineris, & cum homo ſemper ire nequeat, hujuſmodi ſervitutes, nec ſunt, nec eſſe poſſunt ſemper in uſu; ita DD. & cum illis Gaſparr. *ſup. n.* 18.

Quibus permiſſis, dico primò, 91
quòd ſervitutes cauſam continuam, vel quaſi continuam habentes præſcribantur 10. annis inter præſentes, & 20 inter abſentes; *text. in l.* 2. *cod. de ſervit. &* *aqua*, & ibi Gaſparr. *ſup. n.* 19.

Præſentes dicuntur illi, qui in 92
eadem Provincia, hoc eſt ſub eodem Regimine, domicilium habent, licèt non ſint in eadem Civitate. Abſentes verò ſunt, qui in diverſis Provinciis domicilia habent, & ideo his longius conceditur tempus, ſcilicet 20. annorum; cum enim ſint abſentes, rebus ſuis adeſſe, easque à poſſeſſoribus repetere, non ita facilè, ut præſentes poſſunt; *text. in l. fin. cod. de præſcript. long. tempor.*

Dico ſecundò, quòd ſervitutes 93
cauſam diſcontinuam habentes præſcribantur ſolùm tanti temporis ſpatio, cujus initii memoria non extet; *text. in l. hoc jure*, §. *ſi aquam*, *verſic. Ductus aquæ*, *ff. de aqua quotidian. &* *æſtiva.* Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 74.

Dico tertiò, quòd ſervitutes 94
mixtæ, ſcilicet uſusfructus, uſus, & habitatio dicantur cauſam continuam habere, quamvis earum exercitium factum hominis requirat, cum enim perſonæ debeantur, ſemper animo retineri poſſunt; & hinc eſt, quòd non aliter, ac aliæ ſervitutes cauſam continuam habentes, præſcribantur ſervitutes mixtæ 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes; ex *text. in l. fin. cod. de præſcript. long. tempor.*

Adverte, ſive nota, quòd ſicut 95
præſcriptione amittitur ſervitus, ſi ſcilicet ille, cui, vel cujus prædio debetur, ea non utatur per 10. an-

nos inter præſentes, & 20. inter abſentes; *l.* 10. §. 1. *&* *l.* 18. *ff. quemadmodum ſervitutes amittantur*, nulla interim diſtinctione habita inter ſervitutes habentes cauſam continuam, vel habentes cauſam diſcontinuam; quia nempe facilius res ad ſuam naturalem libertatem revertitur, quam illa ſpolietur. Gaſpar. *inſtit. civil. p.* 2. *tit.* 3 *n.* 24.

96 *Limita tantummodò in ſervitutibus cauſam diſcontinuam habentibus ex imponentium conventione, veluti ſi* concedo tibi jus hauriendæ aquæ ex meo puteo ſemel in hebdomade tantùm; quia tunc non uſus per 20. annos tàm inter præſentes, quàm inter abſentes requiritur, ut extinguatur ſervitus, ob ſpecioſam rationem; *text. in l. fin. cod. de ſervit. & aqua.*

97 Notandum diſcrimen inter ſervitutes ruſticas, & urbanas, qnòd ſcilicet pro amittendis ſervitutibus ruſticis ſufficiat non uſus ex parte ejus, cujus prædio ſervitus ruſtica debetur; ad amittendas verò urbanas, ultra non uſus ex parte ejus, cujus prædio ſervitus urbana debetur, requiratur inſuper, quòd ex parte ejus, qui ſervitutem debet, ponatur aliquod impedimentum, ratione cujus ſervitus exerceri non poſſit, ut ſi v. g. ego ſervitutem viæ per fundum meum ad tuum habeam, & illa per decem annos inter præſentes non utar, ſervitus extinguitur, quia eſt ruſtica; ſin autem habeam ſervitutem pariter activam v. g. tigni immittendi, & illa per decem annos uſus non fuerim, non eſt extincta ſervitus, niſi etiam dominus prædii ſervientis exercitium ſervitutis impedierit, puta obturando foramen, in quod tignum erat immittendum; *text. in l. hæc autem, ff. de ſervit. urban. præd.*

Ratio diſcriminis eſt, quoniam 98
ſervitus ruſtica, puta viæ, conſiſtit in facto ejus, cui debetur v g. ineundo, vel aliquam rem per fundum ſervientem ducendo: urbana autem ſervitus non conſiſtit tantùm in facto ejus, cui debetur ſervitus ipſa, ſed ultra requiritur, quòd ædificia urbana, quæ ſervitutem debent, ſint adaptata ſervituti excipiendæ, ut tignum immittatur, requiritur foramen in vicini pariete exiſtens, in quod tignum immitti poſſit; ſed ut foramen præexiſtens obturetur, & ædificia aliàs apta ad ſervitutem excipiendam, inepta fiant, requiritur per neceſſe factum hominis reddentis inhabile prædium ſerviens ad ſervitutem excipiendam, & ideo ad eam amittendam, non ſufficit ſolus uſus ex parte domini prædii dominantis, ut dixi de ſervitute ruſtica, ſed requiritur inſuper impedimentum appoſitum ex parte domini prædii ſervientis. Perez. *in Erotematibus inſtit. Imperial. lib.* 2. *ſub tit. de ſervit.* §. *fin.*

Contra quos præſcriptio locum non habeat, & de rebus, quæ præſcribi non poſſunt.

Contra ſupremi poteſtatem Pa- 99
pæ, Imperatoris, Regis, vel Principis ſuperiorem non recognoſcentis currere non poteſt præſcriptio, etiam immemorialis; quia nemo in hoc ſæculo eſſe poteſt, qui ſit ſine Capite, & Vicarium Chriſti in toto orbe terrarum, & ſuum Regem in confinibus ſui Imperii non recognoſcat; *text. in cap. nulla*, ubi *gloſ. verb. acephalos*, *diſt.* 93. Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 23. Petr. Barb. *ad text. in l. competit. n.* 87. *cum ſeqq. cod. de præſcript.*

Ne-

100 Neque præſcriptio in his, quæ Principi ſunt reſervata in ſubjectionis ſignum, & in his, quæ ſpectant ad ſuam juriſdictionem ullo tempore currere poteſt, quia Rex, ſeu Princeps intentionem fundatam habet in jure communi, quòd omnia, quæ ſunt ſub finibus ſui Imperii, ſeu Regni pertineant ad ejus juriſdictionem, & ideo in illis non datur aliqua præſcriptio etiam immemorialis; *Ord. lib.* 2. *tit.* 45. §. 10. *l. competit*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Bart. *in l.* 1. *n* 13. *ff. de juriſd. omn. jud.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n* 22. *&* 36. Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 41. *n.* 8. *& deciſ.* 65.

101 Item neque ſubditi præſcribere poſſunt obedientiam contra Prælatum ſuum, ſeu dominum, niſi aliquo privilegio, ſeu indulgentia ſe exemptos oſtendant; *text. in cap. cum non liceat*, ubi *gloſ. verb. ſuæ Diœceſi de præſcript. text. in cap. de privileg.* Cardoſ. *verb. obedientia*, *n.* 5.

102 Item neque præſcriptio datur in acquirenda juriſdictione, ſine Imperatoris auctoritate, Regis, ſeu Principis, in confinibus ſui Imperii, neque ullus terrarum dominus, ſeu caſtrorum habere poteſt juriſdictionem ſine Principis auctoritate ex curſu tantum temporis, ſed Regalibus donationibus, quas oſtendere debet, quotieſcumque Regi, ſeu Principi placuerit. Reinoſ. *obſerv.* 65. *n.* 29. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *n.* 21. Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 25. Cov. *pract. cap.* 1. *n.* 9. Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 37. *ex n.* 10.

103 Princeps enim in ſuo Regno eſt Monarcha, dominuſque quoad juriſdictionem generalem, & protectionem omnium ſuorum ſubditorum. Valaſc. *ſup. d. quæſt.* 8. *n.* 21. *&* 22. Cardoſ. *ſup. n.* 25. *verſic. Quia*, ubi quòd in noſtra Luſitania conſtitutum eſt, quòd nulla poſſeſſio admittatur in contrarium. Vide Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 37. *ex n.* 10.

Item neque præſcribere poſſunt 104
Parochi, quominus viſitet Prælatus eorum Eccleſias, & in illis habeat procurationem ratione viſitationis, ita ut neque appellatio recipiatur ab illa exemptione; *text. in cap. accedens*, ubi *gloſ. fin. & cap. cum ex officii de præſcript.*

Sed Prælati inferiores præſcri- 105
bere poſſunt contra Epiſcopum in juribus Epiſcopalibus; *cap. auditis*, & ibi *gloſ. verb. jus Epiſcopale*, *& cap. cum olim de præſcript.* & cum aliis Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 27. ubi quòd tunc ſufficit præſcriptio 40. annorum, ubi dum tamen omni illo tempore Eccleſia non vacaret.

Sicut etiam præſcribere poteſt 106
unus Prælatus, ſeu Parochus decimas in Parochia aliena cum titulo ſpatio 40. annorum, aut ſine illo per tempus immemoriale; *cap. de quarta*, ubi DD. *& cap. ad aures*, ubi *gloſ. verb. quadragenalis de præſcript.* Cardoſ. *ſup. n.* 28.

Item neque laici decimas, pri- 107
mitias, ſive oblationes, vel alia jura ſpiritualia præſcribere poſſunt, quia laici poſſidere non poſſunt, nec in illis adjuvare poteſt præſcriptio, licèt ſit immemorialis; laici enim illarum rerum ſunt incapaces; *cap. cauſam*, ubi *gloſ. de præſcript. cap. tua nobis*, *cap. quamvis ſit grave*, *& cap. dudum*, ubi DD. *de Decim.*

Neque præſcriptio, ſive uſuca- 108
pio datur in re ſacra, neque in loco religioſo, nec in rebus publicis populi Romani, ſeu in rebus, quæ ſunt in uſu alicujus Civitatis aut in homine libero, ſeu ſervo fugitivo; *l. uſucap. ff. de uſucap. l.* 1. ubi

ubi *gloſ. in fin. cod. de præſcript. long. tempor. & in §. ſed aliquando*, ubi *gloſ.* 2. & 3. & DD. *Inſtit. de uſucap. l. quæ religioſis, ff. de reivind.*

109 Item neque currit præſcriptio contra matrimonium, ut ſi aliqui in gradu prohibito contraxerunt, juvari poſſint aliqua temporis præſcriptione; *cap. non debet*, ubi *gloſ. verb. nullo de conſanguin. & affin.* Neque in voto præſcribere quis poteſt, quominus illud adimplere teneatur; *cap. ſicut nobis*, ubi *gloſ. verb. tanto tempore de regul. & tranſeunt. gloſ. verb. nulla in cap. non debet de conſ. & affin.* Cardoſ. *verb. præſcript. n.* 31.

110 Item neque præſcribi poſſunt limites, vel quod adhæret limitibus Epiſcopatuum, Provinciarum, ſeu Parochiarum, ne confundantur termini Provinciarum, quando aliqua legitima probatione conſtare poſſit fines ſtatutos fuiſſe; *text. in cap. ſuper eo*, ubi *gloſ. verb. per Canones de Paroch.* fines verò prædiorum Eccleſiaſticorum ſpatio quadraginta annorum præſcribuntur; *cap. quia indicante*, ubi *gloſ. fin. de præſcript.*

111 Item neque præſcribere poteſt colonus fundum, quem colit, quia dominus civiliter poſſidet, & colonus naturaliter, & illa civilis poſſeſſio ſolo animo retinetur, licètque alius in fundo ſit, ſemper civiliter poſſidet; *l. poſſideri, §. in amittenda*, ubi *gloſ. verb. tamen, ff. de acquir. poſſ. l. ſciendum* §. 1. *ff. qui ſatiſd. cog.* Cardoſ. *ſup. verb. præſcriptio, n.* 33. ubi ſi tamen intervertatur poſſeſſio ab ipſo colono, tunc poterit præſcribere; *l. malè igitur, cod. de præſcript.* 30. *ann.* cum aliis multis.

112 Item neque currit præſcriptio in publicis functionibus, ſeu tributis agrorum in recognoſcendo dominum univerſalem; *text. in l. competit*, ubi DD. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Cardoſ. *ſup. n.* 35. ubi, quod præſcriptio 30. annorum datur in liberatione ſolutionis annuæ, vel menſis, ſeu alterius ſingularis; *l. cum notiſſimi, §. in his*, & cum aliis *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.*

Item neque datur præſcriptio 113 in via publica ex non uſu populi, quamvis centenaria ſit; neque poteſt aliquis ſe tueri curſu temporis, ut aliquid ædificatum habere poſſit, ſeu vires cum lignis ſuper viam publicam, ex quo via, iterve deterius fiat; *text. in l.* 2. §. *ait Prætor, ff. ne quid in loco publico, vel itiner. text. in l. viam publicam, ff. de via publ.* Cardoſ. *ſup. n* 36. ubi quòd ſi ſit conſuetudo, quòd pontes per viam, aut vires in lignis ſternentur, obſervabitur talis conſuetudo, licèt de jure fieri non poſſit. Bart. *in l* 2. §. *tractatum, ff. ne quid in loco publ.*

Item neque datur præſcriptio 114 contra jus publicum, ſeu locum publicum; *l.* 1. *l. prætoria, & l. præſcriptio*, ubi DD. *cod. de operib. publ. l. fin. ff. de uſucap. text. in l fin. cod. ſi contra jus, vel utilit. public. l. fin. cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

Item neque currit præſcriptio 115 longi temporis in aquæductu ad publicum uſum Civitatis deſtinato; *text. in l. diligenter*, ubi DD. *cod. de aquæductu lib.* 11. licèt præſcriptio immemorialis bene currat; *text. in l. hoc jure, §. aquæductus, ff. de aqua quot. & æſtiv. l. uſum aquæ, cod. de aquæduct. cod. lib.* 11.

Item neque currit præſcriptio 116 contra rem, quæ de jure communi poſſideri non poteſt; *text. in cap. cauſam de præſcript.* quia ubi non datur poſſeſſio, non poteſt dari præſcri-

ſcriptio, quæ ſine poſſeſſione non datur; *cap. ex literis in fin. de prob.* & *l.* 3. ubi DD. *ff. de uſucap.* Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 40.

117 Item neque currit præſcriptio contra rem, quam lex, vel canon, vel teſtator ſimpliciter ipſius rei prohibet alienari, quòd incipiat præſcriptio, quamvis inchoata antè prohibitionem valeat; *text. in l. ſi fundus*, ubi DD. *ff. de fund. dotal. gloſ. verb. non potuerunt*, *in l.* 2. *cod. de uſucap. pro empt.* & cum aliis Cardoſ. *ſup. n.* 41. ubi quod idem dicendum quando res aliqua pervenit ad perſonam privilegiatam; contra quam præſcribi non poteſt; quem vide.

118 Item neque currit præſcriptio longi temporis in re pignorata, nec uſufructuaria, quia creditor, & uſusfructuarius ſunt in mala fide, ſi rem pignoratam, & uſufructuariam ſuo nomine poſſidere voluerint; *l. pignori*, *ff. de uſucap. l. nec creditores*, ubi *gloſ. verb. longi temporis*, *cod. de pignor. act. l. cum ſit*, *cod. de uſucap. pro empt.* & cum aliis Cardoſ. *ſup. n.* 42.

119 Quod tamen limitatur, quando tertius bona fide poſſideat, quia tunc poterit longo tempore præſcribere; *text. in l.* 1. & 2. *cod. ſi adverſ. cred. præſcript. oppon.* Abb. *in cap. cum non liceat*, *n.* 12. *de præſcript.*

120 Item neque in re ſpirituali cum juſto titulo acquiſita procedit præſcriptio; *text. in cap. præterea*, ubi *gloſ. verb. ſubjectionem de tranſact. gloſ. verb. non obſtante*, *in cap. cum non liceat de præſcript.*

121 Item neque in rebus fiſci procedit uſucapio, aut longa præſcriptio; §. *res fiſci*, ubi *gloſ. verb. non poteſt*, ubi DD *Inſtit. de uſucap.* & *gloſ. verb. non obſtante*, *in cap. cum non liceat de præſcript.*

Item neque in rebus, quæ ſub 122 conditione debentur, niſi poſtquam adimpleta fuerit; *l. cum notiſſimi*, §. *illud autem*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & cum multis Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 46.

Item neque currit præſcriptio, 123 niſi à die, in quo competit actio; ut cum multis tradit Cardoſ. *ſup. n.* 47. ubi quòd alienata dum non competit actio, revocantur poſtquam actio competit; *l. ſi fundum*, *ff. de condit. & demonſtr. l.* 1. *cod. de bon. matern.*

Item neque currit præſcriptio 124 in actionibus realibus ſine poſſeſſione, ſaltem civili, quæ neceſſariò requiritur; *l. qui fundum*, *ff. pro empt. l. qui in ſervitute*, *ff. de reg. jur. l. licèt*, *cod. de acquir. poſſ.* & optimè Cardoſ. *ſup n.* 49.

Sed in actionibus perſonalibus 125 præſcribendis non requiritur poſſeſſio, quia in illis præſcriptio ſolùm currit ex negligentia creditoris debitum non petentis; *cap. dilecto filio*, & ibi DD. *de verb. ſignif.* Bart. *in l. ſequitur*, §. *ſi viam*, *n.* 3. *ff. de uſucap.* Jaſ. *in l. ſi conſtante*, *n.* 38. *ff. ſolut. matr.*

Item neque datur præſcriptio 126 in re vi poſſeſſa, nec illam præſcribere poteſt ille, qui per vim rem apprehendit, neque illius univerſalis ſucceſſor, aut ſingularis, qui à defuncto rem habuit ex cauſa lucrativa, vel quaſi lucrativa; quia ubi efficitur poſſeſſio vitioſa, illud vitium comitatur omnem poſſeſſorem; *text. in l. ſi partem*, *cod. de uſucap. pro empt. l. vitia*, ubi *gloſ. verb. à maioribus*, *cod. de acquir. poſſ. l.* 1. *cod. ſi per vim*, *vel alio mod.* §. *noviſſimè*, *Inſtit. de uſucap. l. bonæ fidei*, *ff. de acquir. rer. domin.*

Quia quando quis rem occupa- 127 vit per manifeſtum ſpolium, fuit in mala fide, & ita hæres illius, ideo nec

nec ipſe, nec ejus hæres præſcribere poteſt rem mala fide poſſeſſam à ſuo defuncto, etiam per ſpatium 30. annorum, quamvis hæres velit præſcriptionem à ſe incipere, namque hæres ſuum defunctum repræſentat, etiam in mala fide, quam habebat; *text. in l. cum hæres*, & ibi DD. *ff. de diverſ. tempor. præſcript.* Valaſc. *conſ.* 95. *n* 8. Cov. *reg. poſſeſſor* 2. §. 8 *n.* 3. Tiraq. *in tract. de præſcript. in princip. gloſ.* 2.

128 Item neque etiam datur præſcriptio in poſſeſſione clandeſtina, vel quaſi poſſeſſione, vel præcaria; quia, qui vi, clam, ſeu præcario poſſidet, præſcribere non poteſt, quoniam jure ſuo non utitur poſſeſſione illa; *l. fin ff. quemadmodum ſervit. amitt. l.* 1. & ibi DD. *ff. de itinere, actuque privat. l. ſervitutes, ff. de ſervit.* & ibi *gloſ. verb. certam, l clam poſſidere, ff. de acquir. poſſ.* Cardoſ. *ſup. n.* 52.

129 Item neque datur præſcriptio in re communi, ut quis in communi poſſideat; quia nullus poſſidere poteſt incertam partem fundi, nec ſe tueri præſcriptione, etiam immemoriali, ut ſtare in communi poſſit; *l. locus, & l. ſi quis fundum, & l. poſſideri, §. incertam, ff. de acquir. poſſ. & l. fin. cod. communi divid.* & cum multis juribus Cardoſ. *ſup. n.* 53. ubi quòd nec defunctus prohibere poteſt hæredibus diviſionem rerum hæreditariarum, niſi ad tempus *text. in l. qui ita in princip. ff. de cond. inſtit.* Bart. *in l. quintus, n.* 3. *ff. de ann. legat.*

130 Item neque currit contra maiorem in re individua cum pupillo, quia ſi maior habeat fundum communem cum pupillo, retinet ſervitutem, licèt uterque illa non uteretur, & ita in quacumque re individua; *l. ſi communem*, ubi DD. *ff. quemadmodum ſervit. amitt. text. in l. ſi in una, §. quod ſi, cod. ſi unus ex plurib. appell.*

Item neque currit præſcriptio tempore hoſtilitatis, neque quando Eccleſia eſt in ſchiſmate; *text. in cap. cum vobis de præſcript. & gloſ. verb. non obſtante, in cap. cum non liceat, eod. tit. l. ab hoſtibus, & l ait Prætor, §. item, ff. ex quib. cauſ. maior, & nullo juſto cod. de reivend. cod. de captiv. & poſtlim. reverſ.* cum multis Cardoſ. *ſup. n.* 54. 131

Item neque currit præſcriptio vacante Eccleſia, aut Prælatum habente excommunicatum, ſuſpenſum, inutilem, ſeu impeditum; *cap quia diverſitatem de conceſſ. præb. cap quia intelligentia de elect.* Barb. *in l. naturaliter, n.* 24. *ff. de uſucap.* Auguſt. Barb. *ad text. in cap. placuit, n.* 4. *de præſcript.* 132

Item neque currit præſcriptio tempore peſtis, quando quis fugit ex tali timore, & non eſt tunc, qui jus reddat; *text. in l. ſed & ſi per prætorem, § ſi feriæ, ff. ex quib. cauſ. maior*, tuncque reſtituitur integrum tempus, ut quis agere poſſit contra præſcriptionem, ſi tempore illo completa fuit DD. *in l. de ætate, ff. ad Treb.* Bart. *in l. naturaliter, n.* 23. *ff. de uſucap.* Cardoſ. *verb. præſcriptio, n.* 57. 133

Item neque currit præſcriptio contra jura Imperii, vacante Imperio, neque tempore, quo Imperator eſt in remotis, & in Regibus, & Principibus ſuperiorem in temporalibus non recognoſcentibus. Abb. *in cap. cum non liceat, n.* 16. *& in cap. cum vobis, n.* 11. *de præſcript.* Bald. *in l. naturaliter, n.* 25. *ff. de uſucap. & in l. cum notiſſimi, § imò, cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. & in l. fin. cod. de reſtit. in integr.* 134

Item neque currit præſcriptio contra Eccleſiam, dum vivit Prælatus, qui male alienavit; *text. in* 135

cap.

cap. nihil, & ibi *gloſ. verb. futuris de præſcript.* & cum aliis Cardoſ. *ſup. n.* 59.

136 Item neque præſcriptio datur in rebus dotalibus, conſtante matrimonio, cum tunc mulier agere non poſſit, niſi ſoluto matrimonio, aut poſtquam vir incipit malè uti rebus ſuis; *cap. pervenit*, ubi *gloſ. verb. fatigari de empt. & vend. in rebus*, §. *omnis*, *cod. de jur. dot. l. cum notiſſimi*, §. *illud*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & cum multis tradit Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 64.

137 Item neque currit præſcriptio in rebus furtivis, & vi expulſiva poſſeſſis, quamvis longo tempore bona fide poſſeſſæ fuerint; § *furtivæ quoque res*, *inſtit. de uſucap.*

138 Quod tamen limita, quando quis res poſſederit longiſſimo tempore 30. ſcilicet, vel 40. annorum ſpatio, quia tanto tempore vitium illud reale, quod uſucapionem non impediebat, eluit, & purgari, omnemque actionem tolli conſtat; *l. ſicut* 3. *l. omnes* 4. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Mynſinger. *ad d.* §. *furtivæ*, *n.* 5. Sed ad hoc bona fides intervenire debet, aliàs nulla præſcriptio currere poteſt, ut dictum eſt.

139 Item neque currit præſcriptio contra bona Regiæ Coronæ, quæ ſunt in patrimonio Regni; ut cum Surd. *deciſ.* 1. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 84. Valaſc. *conſ.* 167. *n.* 14. cum ſeqq. Auguſt. Barb. *verb. præſcript. pag. mihi* 179. *col.* 2. *pract. concl.*

140 Item neque currit præſcriptio contra jus gabellas percipiendi; tradit Auguſt. Barb. *ſup.*

141 Nota, quòd præſcriptio eſt odioſa, & reſtringenda; *cap. cum contingat de Decim.* & eſt impium præſidium. Juſtinian. *in auth. ut Eccleſia Romana cent. ann. gaud. præſcript.* tradit Rocc. *tom.* 2. *diſp. jur. cap.* 149. *n.* 55. & 56.

Item neque ea, quæ pendent 142 à gratia, & voluntate noſtra, præſcribi poſſunt, quia in actibus pendentibus à mera, & libera voluntate, nulla poteſt adverſario acquiri poſſeſſio; *l. Proculus*, *ff. de damn. infect. l.* 1. §. *denique*, & *l ſi in medio*, *ff. de aqua pluv. arcend.* Auguſt. Barb. *ſup.* Cald. *de renovat. lib.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 42. Reinoſ. *obſerv.* 65. *n.* 32. 33. & 34. & ideo præſcriptio dari non poteſt in actibus meræ facultatis. Mend. à C. *p.* 1. *cap.* 2. *n.* 10. optimè Schim. *tract. de præſcript. cap.* 4. *ſect.* 1. §. 3. *n.* 30.

Ad §. I.

SUMMARIUM.

1 *Præſcriptio interrumpitur citatione.*

2 *Ampliatur primò, licèt ſit generalis, nulla expreſſa cauſa.*

3 *Sed declarari debet in citatione, an conveniri debeat pro qualitate, vel ſpecie, & an per actionem realem, vel perſonalem, aliàs non interrumpitur.*

4 *Ampliatur ſecundò, licèt citatio judici non ſit relata, neque in actis ſcripta, quia interruptio inducitur ex citatione facta ejus mandato.*

5 *Ampliatur tertiò, licèt proceſſus ſit nullus, quia ſufficit citatio valida, ad hoc ut interrumpatur præſcriptio.*

6 *Etiam ſi citatio ſit nulla, parte tamen comparente, interrumpitur præſcriptio.*

7 *Licèt ex proceſſu nullo non interrumpatur præſcriptio, procedit*

cedit in præſcriptione, ad quam requiritur litis conteſtatio; non quando ſufficit citatio.

8 Limitatur primò, ut citatione interrumpatur præſcriptio, debet actor comparere in judicio accuſando contumaciam citati; aliàs citatione circumducta, non interrumpitur citatione.

9 Limitatur ſecundò, quòd procedat tantùm, ſi in judicio tractetur de actione, ad quam prætenditur præſcriptio.

10 Limitatur tertiò, in præſcriptione immemoriali, quæ citatione non interrumpitur, neque litis conteſtatione.

11 Limitatur quartò, ſi actor litem cæptam non proſequeretur, non interrumpitur præſcriptio citatione, neque litis conteſtatione.

12 Ceſſat præſcriptio, interruptione prabata.

13 Præſcriptio interrupta non eſſe debet, ſed continuata.

14 Civiliter, & naturaliter interrumpitur præſcriptio, remiſſivè.

15 Multis modis fit civilis interruptio.

Civilis interruptio non operatur, ultra quem non fuit facta, ibid.

16 Præſcriptio civiliter interrumpitur litis conteſtatione.

Litis conteſtatio nulla, & coram judice non ſuo non interrumpit præſcriptionem, ibid.

17 Ante litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, quando reus ſubterfugiis utitur, ne conteſtetur, quia habetur pro conteſtata.

18 In Regno Luſitano, in foro ſeculari, quando offertur libellus, Judex habet litem pro conteſtata, & fit interruptio.

19 Poſſeſſio naturaliter interrupta, iterum inchoatur, poſſeſſione bona fide acquiſita.

Interrupta litis conteſtatione, nec ab eodem, nec ejus hærede reſtaurari poteſt, ibid.

20 Præſcriptio ſtatuaria, ut odioſa, ſola citatione interrumpitur.

21 Interrumpitur per interpellationem extrajudicialem.

22 Præſcriptio ſtatuaria interrupta extrajudicialiter, incipit alia ſtatuaria, ſecus judicialiter.

23 Citatio judicialis interrumpit præſcriptionem, & actionem non perpetuat.

24 Præſcriptio ſtatuaria interrupta, etiam judicialiter, lite non conteſtata, denuo currit.

25 Interrumpitur præſcriptio, debitore pignora dante creditori ſuo.

26 Licèt præſcriptio litis conteſtatione interrumpatur, non procedit actore per ſententiam in lite ſuccumbente.

27 Interrumpitur præſcriptio mala fide.

28 Sicut etiam per proclama, ſi præſcribens credat contra ſe fieri; ſecus quando credit contra ſe non fieri.

29 An ſententia lata in favorem poſſeſſoris malæ fidei purget illius malam fidem? remiſſivè.

30 Definitio litis conteſtationis.

31 Litis conteſtatio eſt lapis, & fundamentum judicii.

32 Litis conteſtationi renuntiare partes non poſſunt.

33 Litis conteſtatione propriè judicium cæptum dicitur, impropriè citatione.

34 Lite mota, ſola citatione efficitur res litigioſa.

35 Li-

35 *Litis conteſtatione inſtantiæ quis obligatur.*

36 *Omnes fructus veniunt poſt litem conteſtatam.*

37 *Poſſeſſor tenetur reſtituere omnia, quæ petitor haberet, ſi tempore litis conteſtatæ reſtitutio fieret.*

Fructus collecti poſt litem conteſtatam reſtituuntur, ibid.

38 *Traditur ratio, ob quam Reus condemnatur in fructibus, lite conteſtata.*

39 *Litis conteſtatione mora contrahitur, neque admittitur illius purgatio.*

40 *Litis conteſtatione interrumpitur præſcriptio longi temporis.*

41 *Litis conteſtatione perpetuatur omnis actio perſonalis.*

42 *Lite conteſtata nec mutare, nec addere poteſt actor libellum.*

Non dicitur tunc res integra, ibid.

43 *Nec exceptiones declinatoriæ, ſeu dilatoriæ opponi poſſunt.*

44 *Lite conteſtata, procurator litis efficitur dominus, nec revocatur ſine juſta cauſa, & prævia citatione ad videndum revocari.*

45 *Quid hodie de conſuetudine, remiſſivè.*

46 *Lite conteſtata deveniri poteſt ad ſententiam definitivam.*

47 *Lite conteſtata reconventio non ambulat pari paſſu conventione.*

48 *Lite conteſtata recipiuntur, & fidem faciunt probationes.*

49 *Litis conteſtatio vera, & propria attendi debet ad prædictos effectus.*

50 *Reus ſubterfugiis differendo litem, & nolendo conteſtare, habetur pro conteſtata, & veræ litis conteſtationis effectus operatur.*

51 *Litis conteſtatio non requiritur ubi ſummariè proceditur, nec offertur libellus.*

52 *Nec quando agitur per viam inquiſitionis, ſive denuntiationis*

53 *Neque in cauſa beneficiali, &c.*

54 *Nec in cauſa tranſactionis, rei judicatæ, & litis finitæ, &c.*

55 *Nec in cauſa matrimoniali, ſi agatur de fœdere matrimonii, impediendum, dirimendum, vel declarandum.*

56 *Secus quando agitur de pœna matrimonii, remiſſivè.*

57 *Neque quando confitetur ante libellum, & reus eſt paratus ſolvere.*

58 *Neque quando quæſtio eſt de finibus agri, non de proprietate.*

59 *Neque quando jus agendi ad certam perſonam non dirigitur, ſed proceditur ex officio, & quando poſt oblatum libellum actor ſe abſentavit.*

60 *Neque quando publicum commodum offenditur.*

61 *Item neque in cauſa hæreſis, in qua hæreticus poſt mortem accuſari poteſt.*

62 *Neque ubi minor, judice providente, ſe ab hæreditate abſtinet.*

63 *Neque ubi agitur de gravamine articuli appellationis, ob quod fuit appellatum.*

64 *Neque in reſtitutione Trebellianicæ.*

1 PRobatur ex hoc §. 1. quòd ſi interrumpatur præſcriptio, citatione debitori facta ſuper debito, vel alio quocumque modo interrupta fuerit, de novo currere incipiet prædictum tempus præſcriptionis. Per. *deciſ.* 63. *n.* 7. Petr. Barb. *ad text. in l. ſicut* 3. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. n.* 258. Al-

tim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 43. *n.* 525. *verſic. Sola citatio.* Guid. Pap. *deciſ.* 416 *n.* 2. Reg. Marin. *ad revert. deciſ.* 224. *n.* 3. Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 26. *n.* 5. Cov. *reg. poſſeſſor p.* 2. § 12. *n.* 7.

2 Amplia primò, etiamſi citatio fuerit generalis, nulla expreſſa cauſa; quia hujuſmodi citatio præſcriptionem interrumpet; *text. in l. fin. cod. de annal. except.* Petr. Barb. *ad text. in l. ſicut* 3. *n.* 259. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.*

3 Quod non eſt ita ſimpliciter verum, quia oportet ad prædictum effectum quòd declaretur in citatione, an conveniri debeat citatus pro qualitate, vel pro ſpecie, item utrùm per actionem realem, vel perſonalem, aliàs non interrumpitur præſcriptio. Bart. *in l. fin. cod. de annal. except.* Balb. *de præſcript.* 3. *p.* 6. *princip* 4. *quæſt. princip ex n.* 23. Tiraq. *lib.* 1. *retract.* §. 8. *gloſ.* 2. *n.* 6. Petr. Barb. *ſup. n.* 260.

4 Amplia ſecundò, licèt citatio non ſit judici relata, neque ſcripta in actis; ſatis namque eſt conſtare, quòd de ejus mandato facta fuerit. Guid. Pap. *deciſ.* 488. *in fin.* Claud. *l. non ſolum*, §. *morte*, *n.* 115. Puteus *deciſ.* 385. *in* 3. *p.* & cum his Petr. Barb. *ſup n.* 262.

5 Amplia tertiò citationem prædictum effectum interruptionis producere, quamvis proceſſus ratione illius formatus fuerit nullus, quia ſatis eſt citationem per ſe eſſe validam. Bart. *in l. accuſaturus ad fin. ff. ad l. Jul. de adulter.* Aretin. *conſ.* 30. *n.* 10. Hypolit. *ſing.* 251. *in fin.* Menoch. *lib.* 3. *conſ.* 307. *n.* 58. & cum his Petr. Barb. *ſup. n.* 264.

6 Quod locum habet, etiamſi citatio fuerit, parte tamen comparente, tunc enim purgatur vitium; *text. in l. de unoquoque*, *ff. de re judic.* quo in caſu cenſebitur interrupta præſcriptio. Felin. *cap. illud*, *n.* 8. *de præſcript.* Claud. *in l. naturaliter*, *ff. de uſucap. n.* 34. Petr. Barb. *ſup. n.* 265.

Unde quamvis ex proceſſu nullo non interrumpatur præſcriptio; ut tenet Barb. *ad hanc Ord. n.* 3. propter defectum inepti libelli, & litis conteſtationis; ut tradit Petr. Barb. *n.* 266. hoc tamen procedit in præſcriptione, ad quam interrumpendam requiritur litis conteſtatio valida, quia ſi ſufficiat citatio, illa interruptionem inducet, ut tradit ipſe Petr. Barb. *ſup. d. n.* 266. 7

Limitatur primò, quòd ut per citationem interrumpatur præſcriptio, oportet quòd actor compareat in judicio, & contumaciam citati accuſet; *l. properandum*, §. *& ſi quidem*, *cod. de judic.* Felin. *in cap. illud*, *n.* 11. *de præſcrit.* Claud. *in d. l naturaliter*, *ff. de uſucap.* Petr. Barb. *ſup. n.* 269. aliàs non comparente actore in judicio, & contumaciam citati non accuſante, & ſic citatione circumducta, non interrumpitur; ut tradit Peg. *ad Ord. lib* 3. *tit.* 1. §. 6. *n.* 9. 8

Limita ſecundò, quòd procedat tantùm, quando in judicio tractatur de ea actione, adverſus quam prætenditur præſcriptio. Corneus *conſ.* 181. *n.* 79. *lib.* 2. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 10. *n.* 8. *lib.* 1. & cum his Petr. Barb. *ſup. n.* 270. 9

Limita tertiò, in præſcriptione immemoriali, quæ non interrumpitur per citationem, neque per litis conteſtationem, cum habeat vim privilegii; ut cum *text. in l. hoc jure*, §. *ductus aquæ*, *ff. de aqua quot. & æſtiv.* & aliis Petr. Barb. *ſup. n.* 271. 10

Limita quartò, quando actor litem cœptam non fuiſſet proſequutus, tunc enim non eſſet interrupta 11

rupta præſcriptio, etiam per litis conteſtationem. Gratian. *for. tom.* 1. *cap.* 2. *ex n.* 43. Scop. *ad eumdem*. Grat. *deciſ.* 4. *ex n.* 42. Surd. *conſ.* 51. *n.* 2. Altim. *tom.* 7. *p.* 5. *quæſt.* 43. *n.* 528.

12 Deveniendo iterum ad interruptionem præſcriptionis, quieſcit, & ceſſat hæc, ubi probata fuerit interruptio; *l.* 3. §. *ult. l. ſine* 25. *l. juſto ult. ff. de uſucap.* & cum multis juribus Gonzal. *ad text. in cap. illud autem de præſcript. n.* 3. Begnudel. *verb. præſcritio*, § 5. *n.* 49.

13 Quia præſcriptiones non debent eſſe interruptæ, ſed continuatæ ſine aliqua interruptione; *cap. illud autem*; *cap. auditis*, ubi DD. *de præſcript. l. unic. cod de uſucap. trasform. l. moræ*, & ibi *gloſ. cod. de reivend.* tradit cum multis jurib. Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.*77. Auguſt.Barb. *in Report. pract concl. verb.præſcriptio,pag.mihi* 179.*col.*1.

14 Sed ne dicas, quòd labori parco; ſcire debes præſcriptionem dupliciter interrumpi poſſe, naturaliter ſcilicet, & civiliter; naturalis præſcriptio dicitur, quando præſcribens poſſeſſionem amiſerit, & illam occupaverit tertius; *text. in l. naturaliter ff. de uſucap.* veluti ſi illam amiſit longo tempore, & non repetiit; *l furtum*, §. 1. *ff. de uſucap.* longa enim oblivio pro de relictione habetur; *l. ſi finita*, §. *non autem*, *ff. de damn. infect.* Idem ſi depoſuit animum poſſidendi, & expreſsè dixit ſe nolle poſſidere; *l.* 3. §. *in amittenda*, *l ſi quis*, §. *hæc eſt differentia*, *ff. de acquir. poſſ.* vel ſi rem, quam poſſidebat, amiſerit, ita ut ignoret ubi ſit omninò; *l.* 3. §. *Nerva*, *l. Pomponius*, *l. ſi id quod*, *ff. de acquir. poſſ.* vel ſi ita per inundationem maris, vel fluminis; *l. univerſas*, §. *item quod mari*, *ff. de acquir. poſſ.* & plures modos amittendæ poſſeſſionis affert Gonzal. *ſup. n.* 6. *ad text. in cap. illud autem de præſcript.* & hæc naturalis interruptio prodeſt omnibus, contra quos præſcribitur; ut probat *l. naturaliter*, *ff. de uſucap.*

Civilis interruptio multis modis fit, quos refert *Gloſ. in cap. illud autem de præſcript.* ſed hæc interruptio civilis facta in præſcriptione non operatur, niſi contra illum, contra quem facta eſt præſcriptionis interruptio; *l.* 1. ubi Bald. *cod. de præſcript. long. tempor.* Facchin. *lib.* 8. *contr. cap.* 34. Gonzal. *ſup. n.* 7. 15

Civiliter interrumpitur præſcriptio litis conteſtatione; *text. in l. Nec bona fide*, *cod. de præſcript. long. tempor.* Gonzal. *ſup. d. n.* 7. non tamen per ſolam litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio; quia lis conteſtata nulla coram judice non ſuo præſcriptionem non interrumpit; *l. ſi pater*, ubi *gloſ. fin. cod ne de ſtat. defunct.* Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 78. explicat, & optimè intelligit Per. *deciſ.* 63. *n.* 7. Gonzal. *ſup. d. n.* 7. 16

Bene tamen interrumpitur præſcriptio ante litis conteſtationem, veluti ſi reus ſubterfugiis uteretur, ne lis conteſtetur, neque ſtet per actorem, quominus conteſtetur, tunc enim pro conteſtata habetur; *l. ſi eum*, §. *qui injuriarum*, *ff. ſi quis caut.* Bald. *in l. moræ*, *ff. de reivend.* Reinoſ. cum multis *obſerv.* 63. *n.* 22. Tiraq. *de retract. lign.* §. 15. *gloſ.* 2. *n.* 5. *cum ſeqq.* 17

In noſtro Regno Luſitano in foro ſeculari fit interruptio per libelli oblationem, quia ubi primum offertur libellus in audientia, ſtatim Judex litem habet pro conteſtata; *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 5. *&* *tit.* 51. *in princip. eod. lib.* 18

Naturaliter interrupta poſſeſſio ite- 19

iterum inchoari poteſt, ſi uſucapiens denuo poſſeſſionem cum bona fide acquirat; *text. in l. ſi is qui*, §. *ſiquis*, *ff. de uſucap. l. qui fundum*, §. *qui bona*, *ff. pro empt.* interrupta per litis conteſtationem, iterum ab eodem, vel ejus hærede reſtaurari nequit; *l.* 1. *cod. de præſcript. long. tempor.* Gonzal. *ad text. in cap. illud autem de præſcript. n.* 7. *in fin.*

20 Præſcriptio ſtatuaria, cum ſit odioſa, & introducta in pœnam, odiumque creditoris negligentis agere, per ſolam citationem interrumpitur. Gutierr. *de jur. confirm. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. Carleval. *de jud. tit.* 3. *diſp.* 4. *n.* 23. & 31. Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *quæſt.* 43. *n.* 525. & *verſic. Citatione interrumpitur.*

21 Quæ ſtatuaria præſcriptio interrumpitur etiam per interpellationem extrajudicialem. Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 30. *n.* 45. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 5. *n.* 31. & cum aliis Altim. *tom.* 7. *rub.* 1. *p.* 5. *quæſt.* 43. *n.* 538.

22 Præſcriptio ſtatuaria interrupta extrajudicialiter, incipit alia ſtatuaria, ſecus quando judicialiter interrupta fuerit. Zach. *de ſalar. tom.* 1. *quæſt.* 105. *n.* 53. Mareſcot. *cap.* 67. *n.* 9. & *ſeqq. lib.* 2. Fenzon. *ad ſtat. Urb. cap.* 158. *n.* 65. & cum his Altim. *ſup. n.* 540.

23 Sola citatio, licèt judicialis, præſcriptionem interrumpit, ſed non perpetuat actionem. Petr. Barb. *ad text. in l. fin. n.* 2. & *ſeqq. cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Aretin. *conſ.* 30. *propè finem.* Balduc. *in deciſ. tit. de dote*, *tit.* 4. *deciſ.* 3. *n.* 10. Altim. *ſup. n.* 542.

24 Prædicta ſtatuaria præſcriptio interrupta, etiam judicialiter, ubi lis conteſtata non fuit, denuo currit. Rot. coram Merlin. *deciſ.* 124. *n.* 5. & *ſeqq.* & cum aliis Altim. *ſup. n.* 543.

Item interrumpitur præſcriptio, 25 quando debitor pignora præſtat ſuo creditori. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 21. *n.* 31. & *n.* 74. Gratian. *diſc.* 80. *n.* 38. & 39. & cum iſtis Altim. *ſup. n.* 553.

Quamvis autem interrumpatur 26 præſcriptio per litis conteſtationem in judicio, hoc tamen non procedit, nec locum habet, quando actor per ſententiam in lite ſuccubuit. Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 75. cum quo Altim. *ſup. n.* 554. tunc enim non dicitur interrupta præſcriptio. Merlin. *ſup. n.* 75. & cum aliis Altim. *ſup.* ubi niſi ſententia eſſet nulla, vel niſi ab illa eſſet appellatum, & proſequuta appellatio.

Item interrumpitur præſcriptio 27 ex mala fide, quocumque tempore intercurrat; *cap. vigilanti*, *cap. ſi diligenti*, & *cap. veniens de præſcript. l. non ſolùm*, *ff. de uſucap. auth. malæ fidei*, *cod. de præſcript. long. tempor.* & cum his, & aliis Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 5. *n.* 51.

Item interrumpitur præſcriptio 28 per proclama, quando præſcribens probabiliter credit contra ſe fieri, niſi probabiliter crederet contra ſe non fieri, nec eſſet in mala, aut dubia fide; ut cum Cov. *in reg. poſſeſſor p.* 2. §. 12. *de reg. jur. in* 6. Cyriac. *contr.* 376. Begnudel. *proximè n.* 52.

Utrùm ſententia lata in favorem 29 poſſeſſoris malæ fidei purget illius malam fidem? Reſpondetur negative; ut cum multis tradit Begnudel. *verb. præſcriptio*, §. 6. *n.* 68.

De litis conteſtatione ſpecialiter, ejuſque effectibus, & aliis utilibus.

Litis conteſtatio *eſt negotii prin-* 30 *cipa-*

cipalis apud Judicem competentem facta narratio, & ſubſequuta reſponſio, ſive negando, ſive confitendo, quæ quidem definitio probatur ex *Gloſ. verb. Reſponſiones, in cap. unic. de lit. conteſt. text. in l.* 1. *cod. eod.* & cum multis tradunt Cardoſ. *verb. lis, n.* 6. Reinoſ. *obſerv.* 63. *n.* 12.

31 Unde litis conteſtatio eſt lapis angularis, & fundamentum judicii, ipſiusque actus ſubſtantialis, & vehiculum ad ſententiam, ita ut, ea deficiente, totum judicium corruat; *text. in cap unic. de lit. conteſt.* DD. *in auth. offeratur, cod. de lit. conteſt. gloſ. verb. irritum, in cap. Dudum de elect. l. prolatam, cod. de ſentent. & interlocut. omn. judic.* & cum his, & aliis Reinoſ. *ſup. n.* 1. Cancer. *p.* 3. *cap.* 16. *n.* 1.

32 Litis conteſtatio adeo eſt actus ſubſtantialis judicii, ut illi per partes renuntiari non poſſit; ex *Gloſ. in cap. ex cauſis de offic. delegat. cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. *& cap. fin. de re jud.* & cum his, & aliis Cancer. *ſup. n.* 2.

33 Per litis conteſtationem verè, & propriè lis, & judicium cœptum dicitur, impropriè autem per citationem. Gutierr. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 38. *n.* 11. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 74. *n.* 1. Cabed. 2. *p. deciſ.* 15. *n.* 10. & cum iſtis Reinoſ. *ſup. n.* 2.

34 Et lite mota ſuper dominio alicujus rei per ſolam citationem efficitur res litigioſa; *auth. litigioſa cod de litigioſ.* Cabed. *ſup. n.* 11. *Ord. hoc lib.* 4. *tit.* 10. *in princip.* Menoch. *lib.* 2. *caſ.* 202. *n.* 18. Reinoſ. *ſup. n.* 3.

35 Per litis conteſtationem obligatur quis Inſtantiæ; *text. in l. is qui ſe obtulit*, ubi *gloſ. ff. de reivend.* Gail. *ſup. n.* 5. Reinoſ. *ſup. n.* 4. Multos effectus reſultantes ex litis conteſtatione ex ſequentibus collige.

Primus eſt circa condemnationem fructuum; quia poſt litis conteſtationem veniunt omnes, & univerſi propter malam fidem ex illa inductam; *text. in l. certum, cod. de reivendic. text. in l. ſed & ſi lege, §. etiam, ff. de pet. hæred. l. nemo, cod. de acquir. poſſ.* Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 155. *n.* 1. Reinoſ. *ſup. n* 5. 36

Poſſeſſor enim tenetur omnia reſtituere, quæ habiturus eſſet petitor, ſi tempore litis conteſtatæ reſtitutionem faceret; *text. in l. præterea, ff. de reivendic.* & ideo ei reſtitui debent fructus collecti poſt litem conteſtatam, quoniam eos percipere poterat, ſi eo tempore, ſibi reſtitueretur res, & conventus à lite deſiſteret; *l. nemo rem*, §. 1. & ibi *gloſ. ff. de verb. oblig.* Cabed. *ſup. n.* 2. 37

Sed vera ratio, propter quam Reus condemnatur in fructibus poſt litem conteſtatam, eſt, quia ex illa inducitur mala fides, & Reus tanquam malæ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus; ut expreſsè probat *text. in l ſed & ſi lege, §. ſi ante litem, ff. de pet. hæred.* ibi: *Poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe.* Phœb. 1. *p. deciſ.* 74. *n.* 6. 38

Secundus effectus eſt, quia præcipuè per illam conteſtationem contrahitur mora, ejusque purgatio non admittitur; *text. in l. alia in fin. ff. de novat.* Mend. à C. 2. *p. lib.* 3. *cap* 6. *n.* 1. *in fin.* Gozadin. *conſ.* 57. *n.* 18. Reinoſ. *ſup. n.* 6. 39

Tertius effectus eſt, quia per illam litis conteſtationem interrumpitur longi temporis præſcriptio; *text. in l.* 2. §. *pen. ff. pro empt. l. moræ litis, cod. de reivendic. l. neque, cod. de præſcript. long. tempor.* Cardoſ. *verb. lis, n.* 8. *verſic.* 40

Sex-

Sexto. Sccac. *de judic. lib.* 1. *cap.* 103. *n.* 8. *verſic. Quarto*, cum multis aliis Reinoſ. *ſup. n.* 7. Petr. Barb. *ad text. in l. ſicut* 3. *n.* 256. *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Auguſt. Barb. *ad text. in cap. illud*, *n.* 13. *de præſcript.*

41 Quartus effectus eſt, quia poſt litis conteſtationem perpetuatur omnis perſonalis actio uſque ad 40. annos; *l.* 1. *cod. de annal. except. l. ſæpe*, *cod de præſcript.* 30. *ann.* Reinoſ. *ſup. n.* 8. cum aliis.

42 Quintus effectus eſt, ut poſt litem conteſtatam non poſſit actor libellum mutare, nec addere tam in civilibus, quàm in criminalibus; ut tradunt DD. *ad text. in l. edicta*, *cod. de edend.* Gail. *obſerv.* 74. *n.* 4. *lib.* 1. Reinoſ. *d. obſerv.* 63. *n.* 9. Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 6. *ad finem*, *verſic. Item alius effectus*, *&* *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. *verſic. Nec enim*, ubi judicatum tradit, quia poſt terminum elapſum, non dicitur res integra. Bald. *in l. ſi eo tempore*, *cod. de remiſſ. pignor.* Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 1. *in fin.* Cardoſ. *verb. lis*, *n.* 8. *verſic. Quartò.*

43 Sextus effectus eſt, ut poſt litem conteſtatam exceptiones declinatoriæ fori, & dilatoriæ opponi non poſſint; *l. & ſi ſuſceperit*, *ff. de judic. l. ult. cod. de except. l. ita demum*, *cod. de procurat. Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 9. & cum aliis Reinoſ. *ſup. n.* 10. ubi licèt in ruſtico, cui leges favent, aliud ſit. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſ.* 194. *n.* 63.

44 Septimus effectus eſt, ut poſt litem conteſtatam procurator litis dominus effectus diceretur, & revocari non poſſit ſine juſta, & legitima cauſa, & prævia citatione ad videndum ſe revocari. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 101. *ſub n.* 42. *limit.* 2. *& cap.* 103. *n.* 8. *verſic. Sextò.*

Sed hodie de conſuetudine hujus Civitatis Oliſiponenſis, ego ſemper vidi procuratores, & Advocatos revocari ſine aliqua juſta, & legitima cauſa, tam ante litem conteſtatam, quàm poſtea, ipſis minimè citatis, & nunquam vidi ab ipſis contradici; ſed ut partes procuratores revocare poſſint, illis prius ſua ſalaria integrè ſolvere debent, ut etiam de conſuetudine practicari vidi. 45

Octavus effectus eſt, ut deveniri poſſit ad ſententiam definitivam, quia cum ante litis conteſtationem, cauſa principalis non dicatur deducta in judicium, meritò Judex ſuper ea pronuntiare non poteſt; tradit Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 103. *n.* 8. *verſic. Octavò.* 46

Nonus effectus eſt, ut poſt litem conteſtatam reconventio non ambulet pari paſſu cum conventione; ut tradit Scacc. *ipſe*, *verſic. Nonò*, *Ord. lib.* 3. *tit.* 33. §. 1. 47

Decimus effectus eſt, ut recipiantur, & fidem faciant probationes validæ; ut cum Spec. *tit. de lit. conteſt.* §. *effectus*, *ſub n.* 2. tradit Scacc. *ſup. d. n.* 8. *verſic. Undecimò.* 48

Adverte, quòd licèt oblato libello in judicio, antequam Reus reſpondeat, poſſit Judex litem habere pro conteſtata; *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 5. *& tit.* 51. *in princip. eod. lib.* & dixi ſuprà *n* 18 attamen quoad prædictos effectus attendere debemus ad veram, & propriam litis conteſtationem, quæ fit per reſponſionem rei ad libellum Actoris. Gam. *deciſ.* 147. *n.* 3. Reinoſ. *obſerv* 63. *ex n.* 15. Phœb. *deciſ.* 74. *n.* 1. *&* 2. 49

Sed quando Reus ſubterfugiis differt, vel nollet contumaciter litem conteſtare, tunc habetur pro conteſtata, operaturque effectus veræ litis conteſtationis, ut dixi ſuprà 50

prà *n.* 17. & cum Tiraq. *de retract. lign.* § 15. *gloſ.* 2. *n.* 5. tradit cum multis juribus Reinoſ. *ſup. n.* 22. Phœb. 1. *p. deciſ.* 74. *n.* 8.

51 Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ſummariis, quando proceditur de plano, & ſine figura judicii, nec offertur libellus in ſcriptis. *Clem. ſæpe*, ubi DD. *de verb. ſignif.* Bart. *in l. ſi conſtante*, *n.* 81. *ff. ſolut. matr. & in l intra dies*, *ff. de re jud. & in l Fulcinus*, §. *cum hoc*, *ff. ex quib in poſſ.* & cum multis aliis Cardoſ. *verb. lis*, *n.* 11.

52 Item neque etiam conteſtatur lis, quando agitur per viam inquiſitionis, electionis, publicationis, ſive denuntiationis; *text. in cap. novit de judic. & gloſ. verb. regulariter*, *in cap quoniam frequenter*, ubi DD *ut lit. non conteſt.* Cardoſ. *ſup. n.* 12.

53 Item neque in cauſa beneficiali, dignitatis, perſonatus decimarum, uſuræ, electionis, canonicatus, hisque ſimilia. Clem. *diſpendioſam ubi notant omnes de judic. cap. unic.* ubi DD. *de eo qui mitt. in poſſ libr.* 6. *cap. quoniam*, §. *porrò*, *ut lit. non conteſt.* Cardoſ. *ſup. n.* 13.

54 Item neque in cauſa transactionis, rei judicatæ, & litis finitæ, aut in exceptione peremptoria, aut ſententiis interlocutoriis, & emergentibus quæſtionibus; *text. in cap.* 1. *&* 2. ubi DD. *de lit. conteſt. lib.* 6. Abb. *in cap. quoniam frequenter*, *n.* 4. *ut lit. non conteſt.* & cum iſtis Cardoſ. *ſup. n.* 14.

55 Item neque in cauſa matrimoniali, quando agitur de fœdere matrimonii, ſive ad impediendum, ſive ad dirimendum, ſive ad illud declarandum; *cap.* 1. *& cap. quoniam*, §. *porrò*, *ut lit. non conteſt.* Clem. *diſpendioſam*, ubi *gloſ. verb. matrimoniis*, & DD. *de jud.* cum his Cardoſ. *ſup. n.* 15.

Quando autem agitur de pœna matrimonii, eo quòd contractum fuit contra prohibitionem Eccleſiæ, contrahentesque inciderunt in pœnam, & quando conveniuntur ad pœnam ſolvendam, eſt neceſſaria litis conteſtatio, aut quando agitur de crimine adulterii; *cap.* 1. ubi DD. ut *lit. non conteſt.* Clem. *diſpendioſam*, *& gloſ. verb. matrimoniis*, & DD. *in d.* Clem. *diſpendioſam de jud.* Cardoſ. *ſup. d. n.* 15. *verſic. Si vero.* 56

Item neque conteſtatur lis, quando reus confitetur ante oblationem libelli, & eſt paratus ſolvere, tunc enim non cogitur reus accipere judicium; *l. ſi reus*, ubi Bart. *n.* 1. *ff. de procurat.* Abb. *in cap. dubium* 2. *n.* 25. *de elect.* cum quibus Cardoſ. *ſup. n.* 16 57

Item neque lis conteſtatur, quando quæſtio eſt de finibus agri tantùm, & non de proprietate; *Gloſ. pen.* ubi Bart. *n.* 2. *in l. ſi quis ſuper cod. fin. regund.* & Abb. *in cap. quoniam frequenter*, *n.* 4. *ut lit. non conteſt.* cum quibus Cardoſ. *ſup. n.* 17. 58

Item neque quando jus agendi non dirigitur ad certam perſonam, ſed ſolùm judex procedit ex officio, & quando actor poſt libellum oblatum ſe abſentavit, & eſt neceſsè exercere litem uſque ad finem; *text. in cap. quoniam frequenter*, §. *ſunt*, & alii *ut lit. non conteſt. cap. cauſam quæ*, ubi DD. *de dolo*, *& cont. cap. ad noſtram de jurejur. auth. qui ſemel*, ubi Bald. & alii *cod. quomodo*, *& quand. Judex.* 59

Item neque, quando offenditur aliquod publicum commodum; *l. ne diu*, ubi Bart. *cod. de pœn. gloſ.* 1. *in cap. quoniam frequenter*, *ut lit. non conteſt.* Cardoſ. *ſup. n.* 19. 60

Item neque in cauſa hæreſis, 61

hæreticus enim poſt mortem etiam accuſari poteſt; *cap. ſane 24. quæſt. 2. gloſ. verb. regulariter, in cap. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt.* Cardoſ. *ſup. n.* 20.

62 Item neque quando minor, judice providente, ſe vult abſtinere ab hæreditate; *auth. ſic omnes* ubi Bart. Bald. & alii *cod. ſi minor ab hæred. ſe abſt. auth. ut ſponſal. larg. §. ad hæc*, ubi Bart. *collat.* 9. Cardoſ. *ſup. n.* 22.

63 Item neque quando agitur de gravamine articuli appellationis, ob quod gravamen fuit appellatum; *cap. interpoſita, §. ſane*, ubi *gloſ. verb. lite, & omnes de appellat. auth. ei qui appellat*, ubi DD. *cod. de temp. reparand.* Abb. *in cap. quoniam, n.* 3 *ut lit. non conteſt.*

64 Item neque in reſtitutione Trebellianicæ; *text. in l. ſancimus, §. cum autem*, ubi Bart. *& omnes cod. ad Treb.* Abb. *in cap. quoniam frequenter, n.* 4. *ut lit. non conteſt.* Cardoſ. *ſup. n.* 24.

Ad §. II.

SUMMARIUM.

1 *Contra minores quatuordecim annorum nulla currit præſcriptio, ſed dormit, & quieſcit.*

2 *Minore deveniente ad ætatem quatuordecim annorum, currere incipiet contra illum præſcriptio.*

3 *Sed ei conceditur reſtitutio intra quadriennium à tempore maioris ætatis computandum.*

4 *Minori competit reſtitutio in præſcriptione legali inchoata cum defuncto.*

5 *Intellige ut hic etiam.*

6 *Minori quatuordecim annorum non currit præſcriptio, nec eſt opus reſtitutione.*

7 *Præſcriptio ſemel cœpta currit contra minorem, ſi à pupillari ætate non incipiat, aliàs dormit.*

8 *Sicut etiam dormit, poſthumo extante in utero matris, & erit reſtituendus contra completam præſcriptionem.*

9 *Præſcriptio incepta tempore alterius, cui minor ſuccedit, nocet.*

10 *Neque præſcriptio datur in re vendita à minore ſine tutoris auctoritate, ſed tenetur pretium reſtituere factus locupletior.*

11 *Contra minorem advenientem ad maiorem ætatem currit præſcriptio, & non reſtituitur.*

12 *Præſcriptio conventionalis cœpta cum defuncto maiori, finita cum minore, currit ſine ſpe reſtitutionis.*

13 *Quadriennium non currit impedito, facto adverſarii.*
Impedito agere non currit præſcriptio, ibid.

14 *Tempus quadriennii currit à tempore ſcientiæ.*

15 *Minor probare tenetur eſſe intra quadriennium, parte opponente, aliàs non.*

16 *Minoritas quomodo ſit præſumenda, vel probanda?*

17 *Quæ ſit ætas, oſtenditur.*

18 *Reſponſio ad quæſitum, remiſſivè.*

19 *Minor ætas probatur publicis inſtrumentis.*

20 *Item per natales.*
Quod procedit quoad præſumptionem, non plenam probationem, ibid.

21 *Item patris libro, remiſſivè.*

22 *Item per aſpectum corporis, remiſſivè.*

23 *Item per teſtes, & nutricem.*

24 *Item per conſanguineos vicinos;*

&

& compatrem, qui baptizavit.

Item libro baptiſmi, ibid.

25 *Quid ſit reſtitutio, remiſſivè.*

26 *Reſtitutio minoribus conceditur intra quadriennium ad omnes actus geſtos cum tutoris, vel curatoris auctoritate, tàm in contractibus, & judiciis, quàm in ultimis voluntatibus.*

27 *Ampliatur primò in venditione, & alienatione rerum minorum.*

28 *Rebus minoris venditis per tutorem, vel curatorem cum læſione, minor reſtituitur, & res cum fructibus reſtituuntur.*

29 *Reſtitutio minori competit contra primum emptorem, & contra ſecundum.*

30 *Licèt mediocri damno ſit affectus, &c.*

31 *Ampliatur ſecundò in emptione.*

32 *Ampliatur tertiò in locatione, vel conductione.*

33 *Ampliatur quartò in permutatione.*

34 *Ampliatur quintò in ſocietate.*

35 *Ampliatur ſextò in emphyteuſi.*

36 *Ampliatur ſeptimò in donatione.*

37 *Ampliatur octavò in dote.*

38 *Ampliatur nonò in donatione propter nuptias.*

39 *Ampliatur decimò in depoſito, commodato, hypotheca, & diſtractione pignoris.*

40 *Ampliatur undecimò in mutuo.*

41 *Ampliatur duodecimò in mandato.*

42 *Ampliatur decimo tertiò in fidejuſſione à ſe facta.*

43 *Ampliatur decimo quartò in novatione, & delegatione.*

44 *Ampliatur decimo quintò in adoptione de ſe, vel à ſe facta.*

45 *Ampliatur decimo ſextò in ſolutione minori, tutori, aut curatori, vel ab ipſo minori facta.*

46 *Prima regula, in qua minor reſtituitur adverſus ſolutionem, traditur.*

47 *Secunda regula traditur, remiſſivè.*

48 *Tertia regula oſtenditur, remiſſivè.*

49 *Ampliatur decimo ſeptimò in quaſi contractibus.*

50 *Ampliatur decimò octavò quoad judicia, in quibus minor reſtituitur adverſus conſenſum in judicem ſuſpectum, & ſuſpicionem non allegatam.*

51 *Ampliatur decimo nonò, ut reſtituatur adverſus ceſſionem actionis.*

52 *Ampliatur vigeſimò, ut reſtituatur adverſus ſententiam, in qua habetur pro confeſſo.*

53 *Ampliatur vigeſimo primò, ut reſtituatur adverſus electionem unius actionis, & adverſus omiſſionem alterius.*

54 *Ampliatur vigeſimo ſecundò, ut reſtituatur adverſus libellum malè conceptum.*

55 *Ampliatur vigeſimo tertiò, ut reſtituatur in non opponendo exceptionem declinatoriam.*

56 *Si minori nihil intereſt litigare coram uno, vel alio judice, non reſtituitur, ceſſante læſione.*

57 *Ampliatur vigeſimò quartò, quòd minor læſus in non opponendis aliis exceptionibus dilatoriis reſtituatur.*

58 *Ampliatur vigeſimo quintò in non opponenda reconventione.*

59 *Ampliatur vigeſimo ſextò adverſus omiſſas exceptiones peremptorias.*

60 *Ampliatur vigeſimo ſeptimò adverſus omiſſam litis conteſtationem.*

Adverſus malè propoſitas, vel conceptas poſitiones, & articulos, ibid.

Adverſus reſponſionem malè factum in articulis, ibid

Adverſus rogationem in judicio perperam factam, ibid.

61 *Ampliatur vigeſimo octavò adverſus omiſſam contrarietatem, replicam, vel treplicam, & alium terminum peremptorium.*

Nec læſionem probare tenetur, ibid.

Minori reſtitutionem petenti, tres dantur reſtitutiones adverſus tres dilationes, ibid.

62 *Ampliatur vigeſimo nonò in confeſſione judiciali in articulis.*

63 *Ampliatur trigeſimò adverſus compromiſſum.*

Adverſus tranſactionem, ibid.

64 *Ampliatur trigeſimo primò adverſus omninò omiſſam probationem, ſine læſione reſtituatur.*

65 *Reſtitutio correo, & parti adverſæ prodeſt, niſi dolo minor probationem non fecit.*

66 *Ampliatur trigeſimo ſecundò, non ſolùm adverſus probationem omninò omiſſam ante publicationem, ſed etiam poſt publicatas, reſtituatur.*

67 *Ampliatur trigeſimo tertiò, ut Eccleſia ad teſtes poſt publicationem examinandos reſtituatur, remiſſivè.*

68 *Reſtitutio Eccleſiæ, Reipublicæ, Villis, Caſtris, & piis locis competit.*

69 *Ampliatur trigeſimo quartò, quòd minor reſtituatur adverſus ſententiam.*

70 *Ampliatur trigeſimo quintò, ut beneficium prædictum competat hæredibus minoris.*

71 *Ampliatur trigeſimo ſextò adverſus appellationem omiſſam.*

72 *Ampliatur trigeſimo ſeptimò adverſus appellationem non ſequutam.*

73 *Ampliatur trigeſimò octavò adverſus lapſum termini primi, & ſecundi fatalis.*

74 *Ampliatur trigeſimo nonò adverſus peremptionem inſtantiæ.*

75 *Ampliatur quadrageſimò adverſus additionem hæreditatis damnoſæ, repudiationem, & abſtenſionem.*

76 *Ampliatur quadrageſimo primò adverſus agnitionem, & non agnitionem poſſeſſionum.*

77 *Ampliatur quadrageſimo ſecundò adverſus reſtitutionem hæreditatis acceptæ.*

Adverſus repudiationem legati, vel optionem illius, ibid.

78 *Ampliatur quadrageſimo tertiò, adverſus legatum ſub conditione factum, repudiatum.*

79 *Ampliatur quadrageſimo quartò, adverſus non impletum teſtatoris præceptum.*

80 *Ampliatur quadrageſimo quintò, adverſus renuntiationem hæreditatis, legati, & fideicommiſſi.*

81 *Minor reſtituitur adverſus electionem, remiſſivè.*

82 *Ampliatur quadrageſimo ſextò, adverſus ſententiam ex inſtrumentis de novo repertis.*

83 *Ampliatur quadrageſimo ſeptimò, ad allegandam reviſionem poſt duos menſes.*

84 *Ampliatur quadrageſimo octavò, adverſus clauſulam depoſitariam, remiſſivè.*

85 *Ampliatur quadrageſimo nonò, adverſus lapſum ſex dierum ad impedimenta in executione.*

86 *Ampliatur quinquageſimò, ut in*

in Cancellaria prima, & ſecunda impedimenta opponere poſſit.

87 *Ampliatur quinquageſimo primò, adverſus lapſum temporis conventionalis, vel legalis.*

88 *Ampliatur quinquageſimo ſecundò, adverſus commiſſum, ob non factam ſolutionem.*

89 *Ampliatur quinquageſimo tertiò, adverſus non petitam inveſtituram, & renovationem.*

90 *Ampliatur quinquageſimo quartò, in delictis tàm in omittendo, quàm committendo, abſente dolo vero, vel præſumpto.*

91 *Ampliatur quinquageſimo quintò, in omnibus caſibus, in quibus non invenitur expreſſè prohibitum.*

92 *Furioſis, prodigis, fatuis, mentecaptis, & fræneticis, &c. competit reſtitutio.*

93 *Ampliatur quinquageſimo ſextò, ſive ſit læſus ob ſuam facilitatem, negligentiam, ſive ob dolum, & caliditatem ſui adverſarii.*

94 *Eccleſiæ, capitulo Eccleſiæ, Hoſpitalibus, locis piis, militibus, ruſticis, abſentibus, fiſco, & maioribus competit in integrum reſtitutio.*

95 *Reſtitutio à ſolo minore, vel procuratore, mandato ſpeciali, tutore, vel curatore, mandatum à lege habentibus, peti poteſt.*

96 *Per officium judicis coram judice rei petenda eſt.*

97 *Limitatur primò in minore ſervo.*

Niſi captus, vel læſus fuerit, cui fideicommiſſaria libertas debetur, ibid.

98 *Limitatur ſecundò, in minore maiori facto, remedio reſtitutionis renuntiato.*

99 *Renuntiatio reſtitutionis in minori ætate non valet.*

Niſi renuntiata cum juramento, ibid.

100 *Limitatur tertiò, ſi actus ſit nullus.*

101 *Limitatur quartò, quando datur remedium ordinarium, niſi reſtitutionis ſit pinguius ordinario.*

102 *Idem quando appellari, vel ſupplicari poteſt, niſi reſtitutionis remedium ſit pinguius remedio appellationis, vel ſupplicationis.*

103 *Limitatur quintò, in minore veniam ætatis impetrante, vel matrimonium contrahente.*

104 *Minor reſtitutionem petens ex læſione caſu fortuito non reſtituitur.*

105 *Limitatur ſextò in minore ſe maiorem dicente fallaci mendacio, ut alium ad contrahendum induceret.*

106 *Limitatur ſeptimò in minore, adverſarii dolo non interveniente, ſed lubrico fragilitatis conſilio maiorem ſe juramento affirmante.*

107 *Secus, ſi juramentum præſtitum fuit à minore, dolo adverſarii tantùm.*

108 *Limitatur octavò in minore maiori facto, ratificante contractum in minore ætate celebratum.*

109 *Secus, ſi dolo adverſarii minor maior factus inductus fuerit ad ratificandum.*

110 *Limitatur nonò in minore ædificante poſt nuntiationem.*

111 *Secus, quando reſtitutionem petit adverſus non petitam cautionem, ut non fiat demolitio.*

112 *Limitatur decimò in actibus non à ſe, tutore, vel curatore geſtis, ſed ab aliis, quorum*

rum fuit hæres, vel alio titulo ſucceſſit.

113 *Limitatur undecimò in non petente reſtitutionem.*

114 *Reſtitutio eſt petenda à minore, tutore, vel ejus curatore, procuratore, vel patre minoris, remiſſivè.*

115 *Limitatur duodecimò, ſi jam conceſſa fuit reſtitutio ſuper eodem articulo.*

116 *Superveniente nova cauſa, non ſemel, ſed ſæpius peti, & concedi debet reſtitutio.*

117 *Reſtitutione ſemel negata, amplius non conceditur.*

Supervenientibus diverſis cauſis, & diverſis articulis, in quolibet ſeparato conceditur ſemel ex nova cauſa, ibid.

118 *Nova cauſa ad reſtitutionem, quæ dicatur.*

119 *Limitatur decimo tertiò, adverſus ſententiam, qua denegata fuit reſtitutio.*

Datur tamen reſtitutio ad appellandum ab ea, elapſo termino, ibid.

120 *Limitatur decimo quartò, ſi non petita fuit reſtitutio intra quadriennium poſt impletam ætatem.*

121 *Reſtitutio petenda uſque ad 25. annum, & intra quadriennium computandum à die, quo lapſum eſt tempus 25. ann.*

122 *In minore veniam ætatis impetrante, currit quadriennium à tempore, quo impetravit.*

123 *In conjugato 20. ann. currit à die, quo uxorem duxit.*

124 *In læſione enormiſſima ultra quadriennium datur reſtitutio.*

125 *Contra Eccleſiam à die contractus, ſeu læſionis.*

Eccleſia non reſtituitur contra lapſum quadriennii ibid.

126 *Limitatur decimo quintò, adverſus geſta per procuratorem hæreditatis jacentis.*

127 *Neque reſtituitur minor emphyteuta adverſus commiſſum ſuo tempore in emphyteuſi accepta per maiorem, remiſſivè.*

128 *Limitatur decimo ſextò, adverſus parentes, & patronos.*

129 *Neque adverſus aſcendentes, quibus debetur reverentia.*

130 *Traduntur multi caſus, in quibus filius reſtituitur contra patrem.*

131 *Limitatur decimo ſeptimò, in fidejuſſoribus minorum.*

132 *Secus quando dolus adverſarii intervenit, & minor deceptus fuit.*

133 *Limitatur decimo octavò, ut reſtitutio minori conceſſa, non proſit maiori conſorti, vel ſocio.*

134 *Aliud in cauſa individua, remiſſivè.*

135 *Limitatur decimo nonò, in eo, cujus negotium minor geſſit, niſi minor beneficium reſtitutionis cederet.*

136 *Neque quando mandato domini maioris minor ejus negotia geſſit.*

137 *Limitatur vigeſimò, adverſus alium minorem, & illum, qui minoris privilegio utitur.*

138 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur ſuo privilegio.*

139 *Minor pecuniam minori præſtans, & eam perdens non reſtituitur.*

140 *Minor certans de damno vitando, alius de lucro reſtituitur adverſus minorem.*

141 *Limitatur vigeſimo primò, adverſus damnum ſibi contingens ex affectione, quam habet in re.*

142 *Minor rem maiorum ſuorum vendens reſtituitur.*

143 *Li-*

143 *Limitatur vigeſimo ſecundò, adverſus culpam, vel moram tutoris in materia juris patronatus.*

144 *Limitatur vigeſimo tertiò, quando lex expreſsè reſtitutionem denegat, aliud ſi tacitè.*

145 *Per prohibitionem appellationis, actionis, &c. non excluditur reſtitutio minoribus competens.*

146 *Limitatur vigeſimo quartò, in minore patri roganti, quòd potius ſororem, quam ipſum ad emphyteuſim nominet.*

147 *Secus quando minor jam eſſet à patre nominatus.*

148 *Neque reſtitutio datur adverſus beneficii curati reſignationem, ſecus ſi non ſit curatum.*

149 *Neque adverſus teſtamentum.*

150 *Limitatur vigeſimo quintò, in cauſis criminalibus, quando eſt actor.*

Secus quando minor eſt in abſentia condemnatus, ibid.

151 *Quod minor accuſans in criminalibus reſtituatur, traditur.*

152 *Limitatur vigeſimo ſextò in minore dolosè acceptantè tutelam.*

153 *Limitatur vigeſimo ſeptimò, in actu cæpto in minore ætate, ſed in maiori perfecto.*

154 *Limitatur vigeſimo octavò, in minore uxorem adulterantem non accuſante.*

155 *Neque minori propoſito mercaturæ nomine alieno, non verò proprio.*

156 *Neque adverſus unam ex pluribus rebus ſimul emptis.*

Neque adverſus tempus conventionale, ibid.

157 *Limitatur vigeſimo nonò, ut minor adverſus venditionem reſtitutus pretium cum uſuris reſtituere tenetur; & prædia cum fructibus.*

158 *Emptore minori ſolvente pretium, & perdendo, non tenetur emptori aliquid ſolvere, niſi factus locupletior.*

159 *Limitatur trigeſimò, adverſus alienationem, niſi refuſis expenſis meliorationis.*

160 *Limitatmr trigeſimo primò, adverſus emptionem, quòd emerit pluſquam oportebat, niſi rem cum fructibus reſtituat, remiſſivè.*

161 *Sed pretium non tenetur reſtituere, niſi probato verſo in utilitatem minoris.*

162 *Limitatur trigeſimo ſecundò, adverſus pecuniam mutuatam, niſi proventum ex pecunia reſtituat.*

163 *Limitatur trigeſimo tertiò, quòd minor reſtitutus adverſus acceptilationem, debitori quoque actio reſtituatur.*

164 *Limitatur trigeſimo quartò, remiſſivè.*

165 *Limitatur trigeſimo quintò, remiſſivè.*

166 *Reſtitutione conceſſa, non citatis creditoribus, minimè illis præjudicat.*

167 *Limitatur trigeſimo ſextò, remiſſivè.*

168 *Limitatur trigeſimo ſeptimò, remiſſivè.*

169 *Servus minoris ſubſtitutus, facta repudiatione, hæres neceſſarius effectus liber, & hæres manet.*

170 *Semel hæres non deſinit eſſe hæres.*

171 *Limitatur trigeſimo octavò, remiſſivè.*

172 *Limitatur trigeſimo nonò, adverſus ſolutiones creditoribus hæreditariis factas, & libertates ex teſtamento.*

173 *Limitatur quadrageſimò, remiſſivè.*

174 *Limitatur quadrageſimo primò,*

mò, quòd minori conceſſa reſtitutione, quia pro alio fidejuſſit, non liberatur principalis, ſed contra eum conceditur actio.

175 *Limitatur quadrageſimo ſecundò, adverſus caſum fortuitum, quando prudenter, & circunſpectè negotia ſua inſtituit, nec de nimia imprudendentia conqueri poteſt.*

176 *Limitatur quadrageſimo tertiò adverſus renuntiationem fideicommiſſi reciprocam, niſi ſtante aliqua conſiderabili imparitate.*

177 *Limitatur quadrageſimo quartò, adverſus matrimonium à ſe contractum, copula carnali non conſumatum.*

178 *Reſtituitur tamen adverſus ſponſalia de futuro, & ſententiam matrimonialem.*

179 *Limitatur quadrageſimo quintò adverſus ingreſſum, & profeſſionem in Religione.*

180 *Limitatur quadrageſimo ſextò, adverſus dolum verum in committendo, vel omittendo.*

Sed reſtituitur adverſus dolum præſumptum de præſenti, & de futuro, ibid.

181 *Limitatur quadrageſimo ſeptimò, remiſſivè.*

182 *Limitatur quadrageſimo octavò, ut non reſtituatur, niſi probet ſe minorem.*

183 *Limitatur quadrageſimo nonò, ut non reſtituatur, niſi læſum ſe probaverit.*

184 *Traduntur aliqui caſus, in quibus minor reſtituitur, ſine læſionis probatione, remiſſivè.*

185 *Limitatur quinquageſimò, ut non reſtituatur, niſi probet ſe læſum dolo adverſarii, vel nimia facilitate.*

186 *Limitatur quinquageſimo primò, niſi cauſa cognita.*

187 *Limitatur quinquageſimo ſecundò, remiſſivè.*

188 *Limitatur quinquageſimo tertiò, adverſus ſententiam contra patrem ex inſtrumentis de novo repertis.*

Neque adverſus latam in ſummariſſimo poſſeſſorio, ibid.

189 *Limitatur quinquageſimo quartò, adverſus executionem pacti.*

190 *Neque adverſus venditionem rei emphyteuticæ, remiſſivè.*

191 *Limitatur quinquageſimo quintò adverſus donationes renuntiationis bonorum, profitente in Religione.*

192 *Limitatur quinquageſimo ſextò, remiſſivè.*

193 *Limitatur quinquageſimo ſeptimò, adverſus contractum, renuntiationem, aut pactum de jure quærendo de futuro.*

194 *Limitatur quinquageſimo octavò, quòd non reſtituantur in criminalibus, niſi perſonaliter compareant.*

195 *Reſtitutio in integrum vendi poteſt.*

196 *Limitatur quinquageſimo nonò, quando ſe vendidit ad pretium participandum*

197 *Neque adverſus libertatem.*

198 *Reſtituitur adverſus ſententiam, qua pronuntiatur aliquem liberandum; non contra ſententiam libertatis.*

199 *Neque adverſus libertatem manumiſſo ex dolo præſtitam, ſed ob dolum convenit.*

200 *Limitatur ſexageſimò, poſtquam intentavit remedium* l. 2. cod. de reſcindend.

201 *Limitatur ſexageſimo primò, adverſus dolo gabellam fraudantem, ſecus ſi ſine dolo.*

202 *De aliis limitationibus, remiſſivè.*

1 **M**Inoribus quatuordecim annorum nulla currit præſcriptio, ſed imò potius durante illa minori ætate, dormit, & quieſcit præſcriptio ipſa, ut probatur ex hoc §. 2. *text. in l. ſicut* 3. *verſic. Sed pupillari ætate*, *cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* ubi Petr. Barb. *ex n* 331. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſancimus*, *ex n.* 1. *cod. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Cardoſ. *verb. præſcriptio*, *n.* 60. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. ſua facilitate*, *ex n.* 48. *cod. de in integr. reſtit.* Aylon. *ad Gom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 4.

2 Et ubi primùm ad illam ætatem quatuordecim annorum devenerit minor, tunc contra illum currere incipit præſcriptio 30. annorum; ut probatur ex hoc §. 2. verſic. *E tanto que.* Cald. *ſup. ex n.* 47.

3 Et licèt poſtquam ætatem quatuordecim annorum adimpleverit minor, contra eum currat præſcriptio, ei tamen conceditur reſtitutio intra quadriennium à tempore maioris ætatis computandum; ut probatur ex hoc §. verſic. *E poſto que*, circa quæ videndus Petr. Barb. *in l ſicut* 3. *cod. de præſcript. ex n.* 341. Cald. *ſup. ex n.* 47.

4 Sicut etiam, licèt minori etiam pupillo currat præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, attamen eidem minori competit reſtitutio; *text. in l. unic. cod. ſi adverſus uſucap.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 3. & ibi Aylon. *n.* 4. Cardoſ. *verb. præſcript. n.* 60.

5 Quod ita intelligendum eſt, quando ipſe minor ſit adultus, & maior quotuordecim annorum, in quo caſu contra illum currit præſcriptio, ſeu uſucapio rei mobilis inchoata cum defuncto, ſed cum reſtitutione; ut patet ex *d. l. unic. cod. ſi adverſus uſucap.* Flor. de Men. *var. lib.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 37. Gom. *ſup. d. n.* 3. Auguſt. Barb. etiam *ſup. verſic. Si verò ſit adultus.*

Quando verò impubes minor ſit quatuordecim annorum, nulla præſcriptio, nec uſucapio contra eum currit, neque tunc eſt opus reſtitutione. Auguſt. Barb. *in d. l. unic. cod. ſi adverſus uſucap. n.* 2. Gom. *ſup. n.* 3 *verſic. Sextò.* 6

Unde præſcriptio triginta annorum, & longioris temporis contra minorem incepta ſuſtinetur, & ſemel cœpta currit, dummodò à pupillari ætate non incipiat; nam ſi à defuncto incepit, tunc tutò dormit in pupillari ætate. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ult. cod in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. n.* 4. Cardoſ. *verb præſcriptio*, *n.* 60. Guerr. *tract.* 2. *de diviſ. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 9. 7

Ita ſimiliter incipit dormire præſcriptio, ubi primùm poſthumus eſt in utero matris, antequam naſcatur, ſicque minor erit reſtituendus adverſus completam præſcriptionem, dum aliquis erat in utro matris; *text. in l. etiam ei qui prius*, *ff. de minorib.* ubi *gloſ.* Cardoſ. *ſup. d. n.* 60. 8

Sed quando præſcriptio incipit tempore alterius, cui minor ſucceſſit, tunc illa mero jure currit, & nocet. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. ſua facilitate*, *n.* 46. Auguſt. Barb. *in l. unic. cod. ſi adverſus uſucap. n* 6. 9

Præſcriptio, ſeu uſucapio non datur in re vendita à minore ſine tutoris auctoritate, ſed tenetur tamen minor pretium reſtituere, quando factus eſt locupletior, niſi putet illum maiorem eſſe; ut cum *l.* 2. §. *ſi pupillo*, *ff. pro empt. & eum qui*, *cod. de auct. præſt.* & aliis Cardoſ. *ſup. verb. præſcriptio*, *n* 61. 10

11 Adveniente verò minori ad maiorem ætatem, incipit contra illum præſcriptio, à qua non reſtituitur; ut cum multis juribus Cardoſ. *ſup. proximè ad finem.*

12 Præſcriptio verò conventionalis incepta cum defuncto maiori, vel prædeceſſore minoris, & finita cum minore, illi currit abſque ulla ſpe reſtitutionis; *text. in l. Æmilius, ff. de minorib.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb ſua facilitate, n.* 49. *cod. de integr. reſtit. minor.*

13 Non currit prædictum quadriennium impedito facto adverſarii, vel judicis. Cald. *in d. l. ſi curatorem, verb. infra n.* 2. impedito enim agere non currit præſcriptio; *l.* 1. §. *ne autem, cod. de annal. except.* cum aliis Barb. *ad hanc Ord. n.* 3.

14 Neque currit probabiliter ignoranti; tempus enim quadriennii eſt utile, & currere incipit à tempore ſcientiæ. Cald. *proximè verb. infra n.* 3 Bald. *in l falſam, cod. ſi ex falſ. inſtrum. agat. n.* 3. & cum multis aliis Cald. *conſ.* 12. *in fin.*

15 Minor probare tenetur ſe eſſe intra quadriennium, quando pars oppoſuit minorem non eſſe; ſecus ſi non fuerit oppoſitum. Maſcard. *de probat. concl.* 1062. *n.* 32. *&* 34. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. infra legit. temp. n.* 19. Barb. *ad hanc Ord. n* 5.

16 Quæres: quomodo præſumenda, vel probanda ſit minoritas? Minor dicitur non ſolùm pupillus, & impubes, ſed etiam infans, & omnes, ſive maſculi, ſive fœminæ, uſque ad viginti quinque annos completos, ut patet ex toto *tit. ff. de minor.* § *nunc admonendi, Inſtit. quib. alien. licèt, vel non.*, Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19 *n.* 3. Guerr. *tract.* 3. *de dat. & oblig. tut. lib.* 5. *cap.* 11. *n* 1.

17 Ad quod notandum eſt, quòd ætas eſt menſuratio quædam temporis, à nativitate decurrens uſque ad obitum. Prima eſt, quæ dicitur infantia, & incipit ab ortu uſque ad ſeptem annos completos. Secunda eſt pueritia, quæ durat uſque ad quatuordecim annos in maſculis, in fœminis uſque ad duodecim, & appellatur proxima infantiæ. Tertia eſt, quæ dicitur adoleſcentia, ſeu pubertas, quæ incipit ab anno decimo quarto in maſculis, & in fœminis ab anno duodecimo, duratque uſque ad viginti quinque. Quarta eſt, quæ dicitur juventus, quæ incipit ab anno vigeſimo quinto, & durat uſque ad annum quinquageſimum. Quinta eſt ſenectus, quæ incipit ab anno quinquageſimo quarto, & durat uſque ad ſeptuageſimum. Sexta eſt, quæ dicitur decrepita, & incipit ab anno ſeptuageſimo, & durat uſque ad centum annos, quouſque homo vivere præſumitur; ut tradit Begnudel. *verb. ætas, n.* 1. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 1. *&* 2. Auguſt. Barb. *in Repert. pract. concl. verb. ætas.*

Quibus ſuppoſitis: Reſpondetur ad quæſitum ſuprà *n.* 16. quòd minor ætas probatur per evidentiam rei, ut cum aſpectus qualitas manifeſtam, & evidentem rem reddit, infertque neceſſariò minoritatem; ut probant Bald. *in l. ſi minorem, cod. de in integr. reſtit. verſic. Quæro, & in rubr. cod. de probat. in fin.* Abb. *in l. minor viginti quinque ann.* & cum his Maſcard. *de probat. concl.* 1063. *n.* 15. ubi quòd hæc evidentia omnem probationem contrariam excludit. 18

Item probatur minoritas per publica inſtrumenta; *l. omnes*, ubi Bald. *cod. de iis qui ven. ætat. impet. l. ſi alterius, ubi gloſ. cod. ſi minor ſe maiorem dix.* Maſcard. *ſup. n.* 16. 19

Pro-

20 Probatur inſuper minor ætas per natales, quæ vocantur ſcripturæ nativitatis; *l. neque*, *l. non epiſtolis*, *cod. de probat.* & cum multis Maſcard. *ſup. n.* 20. & quòd hic probandi modus procedat, quoad præſumptionem, non verò quoad plenam probationem, tradit Maſcard. *ſup. n.* 21.

21 Probatur etiam minor ætas per patris librum, in quo propria manu ſcripſit diem, menſem, & annum natalis filii ſui; tradit cum multis DD. Maſcard. *ſup. n.* 23. *&* 25. 27. *&* 28. declarat quomodo hoc procedat.

22 Probatur deinde minoritas per aſpectum corporis, qui illam patefacit, & indicat, facitque minoritatem præſumi; *text. in l. minor viginti quinque annis* 32. *adito præſide*, *ff. de minor.* Maſcard. *de probat. ſup. n.* 40. cum quo declara, ut *n* 41. 42. *&* 43.

23 Item probatur minoritas per teſtes, & per nutricem; ut cum multis Maſcard. *ſup. n.* 46. *&* 49.

24 Item probatur minoritas per conſanguineos vicinos, & compatrem, qui baptizavit; ut tradit cum multis Maſcard. *ſup. n.* 50. Item probatur ætas ex libro Baptiſmi; ut cum Luc. *in tract. de judic. diſcurſ.* 30. *n.* 8. *&* 9. Auguſt. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 32. *n.* 176. & Cyriac. *contr.* 157. tradit Guerr. *tract.* 4. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24. Auguſt. Barb. *in Report. pract. concl. verb. ætas*, *col.* 1. *pag. mihi* 6. Et ſi deſideras alios modos probandi ætatem, vel minoritatem conſule Maſcard. *de probat. concl.* 1063. Begnudel. *tom.* 1. *verb. ætas*, *n.* 21.

Traduntur caſus, in quibus reſtituuntur minores.

25 Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, cum tantundem reſtituere debeat, quantum abſtulit læſio; *text. in l. quòd ſi minor*, §. *reſtitutio*, ubi DD. *ff. de minorib.* tradit cum multis Cardoſ. *verb. reſtitutio*, *n.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum in integrum*, *n.* 4. *cod. ſi adverſus tranſact.* Giurb. *deciſ.* 19. *n.* 7. Fontanel. *deciſ.* 595. *n.* 9. Odd. *de reſtit. quæſt.* 1. *n.* 32. & tradit cum multis aliis Altim. *de nullit. contract. tom* 6. *rubr.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 38. *n* 1.

Minoribus conceditur reſtitutio 26
in integrum intra quadriennium, poſtquam vigeſimum quintum annum excellerint, ad omnes actus geſtos etiam tutoris, vel curatoris auctoritate, tàm in contractibus, & judiciis, quàm in ultimis voluntatibus, & delictis. Manz. *de in integr. reſtit. tom.* 3. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 120. Altim. *ſup. ex n.* 17. plures DD. refert Addit. *ad Reinoſ. obſerv.* 30. *ad n.* 1. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 2.

Quam quidem concluſionem 27
amplia primò, ut procedat, & locum habeat in venditione, ſeu alienatione rerum. Cald. *de empt. cap.* 13. *n.* 33. Hermoſilh. *in l.* 4. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ.* 12. *n.* 2. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 47. cum multis.

Quia ſi tutores, vel curatores 28
res minorum vendiderint cum læſione minoris, ipſe minor erit reſtituendus contra venditionem à tutore, vel curatore factam, ita ut reſciſa venditione res cum fructibus reſtituatur; *text. in l.* 2. & ibi Auguſt. Barb. *cod. ſi adverſus vendit.* Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *d. n.* 3.

Et hæc reſtitutio minori com- 29
petit, non ſolùm contra primum emptorem, ſed etiam contra ſecundum, ad quem res pervenit, ſi ſcivit rem eſſe minoris; ſi verò igno-

11 Adveniente verò minori ad maiorem ætatem, incipit contra illum præſcriptio, à qua non reſtituitur; ut cum multis juribus Cardoſ. *ſup. proximè ad finem.*

12 Præſcriptio verò conventionalis incepta cum defuncto maiori, vel prædeceſſore minoris, & finita cum minore, illi currit abſque ulla ſpe reſtitutionis; *text. in l. Æmilius, ff. de minorib.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb ſua facilitate, n.* 49. *cod. de integr. reſtit. minor.*

13 Non currit prædictum quadriennium impedito facto adverſarii, vel judicis. Cald. *in d. l. ſi curatorem, verb. infra n.* 2. impedito enim agere non currit præſcriptio; *l.* 1. §. *ne autem, cod. de annal. except.* cum aliis Barb. *ad hanc Ord. n.* 3.

14 Neque currit probabiliter ignoranti; tempus enim quadriennii eſt utile, & currere incipit à tempore ſcientiæ. Cald. *proximè verb. infra n.* 3 Bald. *in l falſam, cod. ſi ex falſ. inſtrum. agat. n.* 3. & cum multis aliis Cald. *conſ.* 12. *in fin.*

15 Minor probare tenetur ſe eſſe intra quadriennium, quando pars oppoſuit minorem non eſſe; ſecus ſi non fuerit oppoſitum. Maſcard. *de probat. concl.* 1062. *n.* 32. *&* 34. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. infra legit. temp. n.* 19. Barb. *ad hanc Ord. n* 5.

16 Quæres: quomodo præſumenda, vel probanda ſit minoritas? Minor dicitur non ſolùm pupillus, & impubes, ſed etiam infans, & omnes, ſive maſculi, ſive fœminæ, uſque ad viginti quinque annos completos, ut patet ex toto *tit. ff. de minor.* § *nunc admonendi, Inſtit. quib. alien. licèt, vel non.*, Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19 *n.* 3. Guerr. *tract.* 3. *de dat. & oblig. tut. lib.* 5. *cap.* 11. *n* 1.

17 Ad quod notandum eſt, quòd ætas eſt menſuratio quædam temporis, à nativitate decurrens uſque ad obitum. Prima eſt, quæ dicitur infantia, & incipit ab ortu uſque ad ſeptem annos completos. Secunda eſt pueritia, quæ durat uſque ad quatuordecim annos in maſculis, in fœminis uſque ad duodecim, & appellatur proxima infantiæ. Tertia eſt, quæ dicitur adoleſcentia, ſeu pubertas, quæ incipit ab anno decimo quarto in maſculis, & in fœminis ab anno duodecimo, duratque uſque ad viginti quinque. Quarta eſt, quæ dicitur juventus, quæ incipit ab anno vigeſimo quinto, & durat uſque ad annum quinquageſimum. Quinta eſt ſenectus, quæ incipit ab anno quinquageſimo quarto, & durat uſque ad ſeptuageſimum. Sexta eſt, quæ dicitur decrepita, & incipit ab anno ſeptuageſimo, & durat uſque ad centum annos, quouſque homo vivere præſumitur; ut tradit Begnudel. *verb. ætas, n.* 1. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 1. *&* 2. Auguſt. Barb. *in Repert. pract. concl. verb. ætas.*

Quibus ſuppoſitis: Reſpondetur ad quæſitum ſuprà *n.* 16. quòd minor ætas probatur per evidentiam rei, ut cum aſpectus qualitas manifeſtam, & evidentem rem reddit, infertque neceſſariò minoritatem; ut probant Bald. *in l. ſi minorem, cod. de in integr. reſtit. verſic. Quæro, & in rubr. cod. de probat. in fin.* Abb. *in l. minor viginti quinque ann.* & cum his Maſcard. *de probat. concl.* 1063. *n.* 15. ubi quòd hæc evidentia omnem probationem contrariam excludit. 18

Item probatur minoritas per publica inſtrumenta; *l. omnes*, ubi Bald. *cod. de iis qui ven. ætat. impet. l. ſi alterius, ubi gloſ. cod. ſi minor ſe maiorem dix.* Maſcard. *ſup. n.* 16. 19

Pro-

20 Probatur inſuper minor ætas per natales, quæ vocantur ſcripturæ nativitatis; *l. neque*, *l. non epiſtolis*, *cod. de probat.* & cum multis Maſcard. *ſup. n.* 20. & quòd hic probandi modus procedat, quoad præſumptionem, non verò quoad plenam probationem, tradit Maſcard. *ſup. n.* 21.

21 Probatur etiam minor ætas per patris librum, in quo propria manu ſcripſit diem, menſem, & annum natalis filii ſui; tradit cum multis DD. Maſcard. *ſup. n.* 23. *&* 25. 27. *&* 28. declarat quomodo hoc procedat.

22 Probatur deinde minoritas per aſpectum corporis, qui illam patefacit, & indicat, facitque minoritatem præſumi; *text. in l. minor viginti quinque annis* 32. *adito præſide*, *ff. de minor.* Maſcard. *de probat. ſup. n.* 40. cum quo declara, ut *n* 41. 42. *&* 43.

23 Item probatur minoritas per teſtes, & per nutricem; ut cum multis Maſcard. *ſup. n.* 46. *&* 49.

24 Item probatur minoritas per conſanguineos vicinos, & compatrem, qui baptizavit; ut tradit cum multis Maſcard. *ſup. n.* 50. Item probatur ætas ex libro Baptiſmi; ut cum Luc. *in tract. de judic. diſcurſ.* 30. *n.* 8. *&* 9. Auguſt. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 32. *n.* 176. & Cyriac. *contr.* 157. tradit Guerr. *tract.* 4. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24. Auguſt. Barb. *in Report. pract. concl. verb. ætas*, *col.* 1. *pag. mihi* 6. Et ſi deſideras alios modos probandi ætatem, vel minoritatem conſule Maſcard. *de probat. concl.* 1063. Begnudel. *tom.* 1. *verb. ætas*, *n.* 21.

Traduntur caſus, in quibus reſtituuntur minores.

25 Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, cum tantundem reſtituere debeat, quantum abſtulit læſio; *text. in l. quòd ſi minor*, §. *reſtitutio*, ubi DD. *ff. de minorib.* tradit cum multis Cardoſ. *verb. reſtitutio*, *n.* 1. Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum in integrum*, *n.* 4. *cod. ſi adverſus tranſact.* Giurb. *deciſ.* 19. *n.* 7. Fontanel. *deciſ.* 595. *n.* 9. Odd. *de reſtit. quæſt.* 1. *n.* 32. & tradit cum multis aliis Altim. *de nullit. contract. tom* 6. *rubr.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 38. *n* 1.

Minoribus conceditur reſtitutio in integrum intra quadriennium, poſtquam vigeſimum quintum annum exceſſerint, ad omnes actus geſtos etiam tutoris, vel curatoris auctoritate, tàm in contractibus, & judiciis, quàm in ultimis voluntatibus, & delictis. Manz. *de in integr. reſtit. tom.* 3. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 120. Altim. *ſup. ex n.* 17. plures DD. refert Addit. *ad Reinoſ. obſerv.* 30. *ad n.* 1. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 2. 26

Quam quidem concluſionem amplia primò, ut procedat, & locum habeat in venditione, ſeu alienatione rerum. Cald. *de empt. cap.* 13. *n.* 33. Hermoſilh. *in l.* 4. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ.* 12. *n.* 2. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 47. cum multis. 27

Quia ſi tutores, vel curatores res minorum vendiderint cum læſione minoris, ipſe minor erit reſtituendus contra venditionem à tutore, vel curatore factam, ita ut reſciſa venditione res cum fructibus reſtituatur; *text. in l.* 2. & ibi Auguſt. Barb. *cod. ſi adverſus vendit.* Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *d. n.* 3. 28

Et hæc reſtitutio minori competit, non ſolùm contra primum emptorem, ſed etiam contra ſecundum, ad quem res pervenit, ſi ſcivit rem eſſe minoris; ſi verò igno- 29

ignoravit in ſubſidium; *text. in l. in cauſæ*, §. *interdum*, *&* §. *Pomponius*, *&* *ſeq. ff. de minorib. l. ſi ex cauſa*, *ff. eod.* Odd. *de reſtit. quæſt.* 45. *art.* 2 Guerr. *ſup. n.* 4. tradit cum multis Hermoſilh. *ſup. n.* 8. Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *n.* 3. *cod. ſi adverſus vend. pignor.*

30 Quamvis mediocri damno ſit affectus minor, vel ſi conſiſtat læſio tantùm in eo, quòd habita fuit fides de pretio, vel quando minori vendere non expediebat, vel in eo, quòd poſtea læſio ſupervenit; ut cum Odd. *de reſtit. art.* 2. *ex n.* 1. *uſque ad* 12. Hiltrop. *de proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *ex n.* 74. & aliis tradit Guerr. *ſup. n.* 5.

31 Amplia ſecundò, ut procedat, & locum habeat in emptione, quoniam ſi in ea lædatur minor, reſtituendum eſt pretium cum uſuris, præſtita re vendita cum fructibus; *l. patri pro filio*, §. 1. *ff. de minorib.* Hiltrop. *de proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *ex n.* 77. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 57. *ex n.* 1. *uſque ad* 7. Guerr. *ſup. n.* 6

32 Amplia tertiò procedere, & locum habere in locatione, vel conductione; quia ſi in ea lædatur minor, erit reſtituendus; *text. in cap.* 1. *de reſtit. in integr.* Hiltrop. *ſup. n.* 79. Galeſ. *de reſtit. cap.* 2. *ex n.* 103 Guerr. *ſup n* 7.

33 Amplia quartò minorem reſtituendum eſſe in permutatione, quando in ea lædatur, reſtituendus venit; *text. in l. ait Prætor*, §. 1. *ff. de minorib.* Hiltrop. *ſup. n.* 79. Odd. *quæſt.* 56. *art.* 5. *per tot.* Guerr. *ſup. n.* 8.

34 Amplia quintò procedere in ſocietate, in qua minor læſus erit reſtituendus; *text. in l. ait Prætor*, §. 1. *ff de minorib.* Hiltrop. *ſup. n.* 79. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 56. *art.* 40. *per tot.* & cum his Guerr. *ſup. n.* 9.

Amplia ſextò procedere in emphyteuſi, in qua ſi minor fuerit læſus vel in accipiendo, vel in dando, erit reſtituendus; *text. in cap.* 1. *de reſtit. in integr.* Odd. *d. quæſt.* 56. *ex n.* 58. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. adverſarii dolo*, *n.* 82. *&* *verb. læſis*, *n.* 83. Guerr. *ſup. n.* 10. 35

Amplia ſeptimò procedere in donatione, in qua ſi minor fuerit læſus, erit reſtituendus. Hiltrop. *de reſtit. ſup n.* 80. *&* 81. *&* *tot. tit. cod. ſi adverſus donationem.* Odd. *de reſtit. quæſt* 58. *ex art.* 1. *uſque ad* 8 Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 1. Guerr. *ſup. n.* 12. niſi donatio ſit propter nuptias congrua, quia tunc non reſtituitur. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi quæ res cod. ſi adverſus donat. n.* 1. & cum multis Guerr. *ſup.* 36

Amplia octavò procedere in dote, quam mulier ad nubendum fecit, quia ſi in ea conſtituenda lædatur, erit reſtituenda; *text. in l. unic. cod. ſi adverſus dotem reſtitutio poſtulet.* & ibi Auguſt. Barb. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 5. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 59. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 34. & cum multis aliis Guerr. *ſup. n* 13. 37

Amplia nonò procedere in donatione proter nuptias, in qua ſi minor fuerit læſus, erit reſtituendus. Odd. *quæſt.* 59. *art.* 6. *per tot.* Galeſ. *de reſt. in integr. cap.* 2. Mauric. *de reſtit. in integr cap.* 207. & cum his Guerr. *ſup. n.* 14. 38

Amplia decimò procedere in depoſito, commodato, conſtitutione pignoris, vel hypotheca, & in diſtractione pignoris; ut cum Odd. *de in integr. reſtit. p.* 2. *quæſt.* 53. *ex art.* 1. *uſque ad* 6. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 113. Guerr. *ſup. n.* 16. 39

Amplia undecimò procedere in mutuo, quia ſi minor pecuniam mutuam accipiat, & eam inutiliter 40

ter conſummet minor, erit reſtituendus; *text. in l. patri*, §. 1. *ff. de minorib.* Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. ſua facilitate*, *n.* 30. Mantic. *de tacit lib.* 8. *tit.* 7. *ex n.* 26. Hiltrop. *ſup. ex n.* 85. *uſque ad* 91. Odd. *quæſt.* 51. *art.* 3. 4. 5. 6. & 7. & aliis Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 15.

41 Ampliatur duodecimò locum habere, & procedere in mandato; quia ſi in eo minor læſus fuerit, venit reſtituendus. Guerr. *ſup. n.* 17. cum quo diſtingue tres caſus *n.* 18. 19. 20. & 21. ad quem te remitto.

42 Amplia decimo tertiò procedere in fidejuſſione à ſe facta, in qua ſi minor fuerit læſus, vel ſua facilitate, vel adverſarii dolo, erit reſtituendus, ſine læſionis probatione; & hoc procedit, licèt pro patre fideijuſſiſſet, quando principalis debitor eſt ſolvendo, niſi minor fuiſſet fidejuſſor ejus, cui ſucceſſit, vel in rem ſuam, vel fidejuſſionem juramento firmaverit. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 54. *ex art.* 2. *uſque ad* 8. Guerr. *ſup. n.* 22. & 23.

43 Amplia decimo quartò procedere in novatione, ſeu delegatione, in quibus ſi minor fuerit læſus, erit reſtituendus; ut cum Odd. *ſup. d. quæſt.* 54. *art* 9. *per tot.* Guerr. *ſup. n.* 25. ubi idem in ſtipulatione, acceptilatione, liberatione, & in contractu literarum. Odd. *ſup. art.* 10. 11. & 12. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2.

44 Amplia decimo quintò procedere in adoptione de ſe, vel à ſe facta. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 55. *art.* 1. Guerr. *ſup. n.* 26. & idem in emancipatione, vel à ſe, vel de ſe facta. Odd. *ſup. art.* 2. *per tot.* cum quo Guerr. *ſup.*

45 Amplia decimo ſextò procedere in ſolutione minori tutori, aut curatori facta, vel ab ipſo minori facta; nam ſi minor læſus fuerit, erit reſtituendus; *text. in l.* 1. *cod. ſi adverſus ſolutionem*, ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 52. *ex art.* 1. *uſque ad* 13. Guerr. *ſup. n.* 27. ubi niſi juſſu judicis fiat, vel ſolutio fiat à minore alteri minori; ut cum multis DD. Guerr. *ſup. n.* 28.

Et quia materia iſtius ampliationis eſt utiliſſima, aliquas regulas aſſignare licèt, & prima ſit, quòd minor reſtituitur adverſus ſolutionem ſibi factam, ita taliter, ut non teneatur aliquid reſtituere de pecunia ſibi ſoluta, licèt convinceretur illam pecuniam aliquo tempore habere, & etiam ſi ſolutio tutori, vel curatori facta ſit, niſi facta fuiſſet in ejus pœnam, qui ſolvit, vel niſi minor pecuniam perdidiſſet, jam factus major, vel niſi fortuito caſu pecuniam amiſiſſet; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. adverſarii dolo*, *n.* 6. Odd. *d. quæſt.* 52. *art.* 1. *per tot.* Guerr. *ſup. n.* 29. & 30. 46

Secunda regula eſt, ut minor reſtituatur, data læſione, quando tutori, vel curatori ſolutio facta fuerit, niſi ſolutio ſit penſionum, aut redditum; ut cum *l. ſancimus*, *cod. de adminiſtr. tut.* Guerr. *ſup n.* 31. vel niſi de uſuris debitis intra biennium facta ſit; ex *l. conſtitutionem*, *cod. eod.* vel niſi reſtituatur fideicommiſſum; ex *l. pen. cod. ad Trebel.* vel niſi judicis juſſu facta ſit; ut cum Odd. *d quæſt.* 52. *art.* 2. & 3. *per tot.* & Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 195. Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 31. & 32. 47

Tertia regula eſt, quòd minor reſtituitur adverſus ſolutionem à ſe indebitè factam, quamvis ceſſet indebiti conditio, vel facta ſit ex cauſa pia, vel ex cauſa, quæ per infi- 48

inficiationem creſcit, vel fiat ei, cui erat omni jure debitum, ſed indebitum tantùm ope exceptionis dilatoriæ, vel etiam ei, cui debitum erat de jure Civili, indebitum verò de jure naturali, niſi fiat à minore minori, vel à minori pupillo furioſo, ſeu prodigo, vel niſi fiat ei, cui indebitum erat exceptionis peremptoriæ ratione; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. læſis*, *n.* 68. *&* 74. & Odd. *d. quæſt.* 52. *ex art.* 4. *uſque ad* 13. Guerr. *ſup. n.* 33. 34. *&* 35.

49 Amplia decimo ſeptimò procedere in quaſi contractibus, in quibus minor læſus venit reſtituendus, adverſus conſenſum præſtitum in contractibus aliorum, adverſus negotia pro aliis geſta, adverſus legatum, ſeu fideicommiſſum oneroſum acceptum, adverſus tutelæ acceptationem, adverſus aliam quamlibet oneroſam acceptationem, vel officii, vel dignitatis, & adverſus quemlibet actum, per quem quaſi contrahit; ut cum Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 61. *ex art.* 1. *uſque ad* 6. Hiltrop. *de proceſſ. civil. p.* 4. *tit.* 10. *n* 92. *&* 93. Guerr. *ſup. n.* 36.

50 Amplia decimò octavò procedere, quoad judicia, quòd minor reſtituatur adverſus conſenſum præſtitum in judicem ſuſpectum, & ſuſpicionem non allegatam à ſe, vel à tutore, aut curatore ſuo. Fontanel. *deciſ.* 19. *n.* 3. *&* 4. Cancer. 1. *var. cap.* 21. *n.* 41. Cov. *pract. cap.* 26. *n.* 4. Moſcatel. *deciſ.* 151. *n.* 29. tradit Guerr. *ſup. n.* 37. *& de recuſat. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 2.

51 Amplia decimo nonò, quòd minor læſus veniat reſtituendus adverſus ceſſionem actionis; ut cum Odd. *de reſtit. in integr.. p.* 2. *quæſt.* 54. *ex art.* 1. *à n.* 1. *uſque ad* 10. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 2. *quæſt.* 4. *ex n.* 29. Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 39.

Amplia vigeſimò, ut minor adverſus ſententiam, in qua habetur pro confeſſo, quia citatus comparere noluit, læſus ſit reſtituendus. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. læſis*, *n.* 4. *&* 5. Hiltrop. *de proceſſ. civil. p.* 4. *tit.* 10. *n.* 72. Aylon ad Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 49. & cum his, & aliis Guerr. *ſup. proximè n.* 40. 52

Amplia vigeſimo primò, quòd reſtituatur minor læſus adverſus electionem unius actionis, omiſſionemque alterius, quando actiones ſunt hujuſmodi, quòd electione unius, altera permittitur; ut cum *text. in l. mater*, *ff. de inoffícioſ. teſtam. l. habeat*, *ff. de inſtit. act. l. ſi mater*, *ff. de except. rei judic.* Odd. *quæſt* 64. *art.* 3. & aliis Guerr. *ſup. n.* 42. 53

Amplia vigeſimo ſecundò, quòd minor læſus veniat reſtituendus adverſus libellum malè conceptum ad hoc, ut mutare poſſit abſque expenſarum refectione; ut cum *text. in l.* 1. *in fin. ff. de edend. gloſ. in l. edicta*, *cod. eod.* Odd. *d. quæſt.* 64. *art.* 4. Guerr. *ſup. n.* 43. ubi quòd ſecus eſt per totum in tutore, & curatore, qui libellum mutare non poſſunt, niſi refectis expenſis. Bart. *in l. ſed ita*, *cod. de edend.* 54

Amplia vigeſimo tertiò, quòd minor læſus in non opponendo exceptionem declinatoriam, vel quia litigare cogitur coram judice, de cujus ſententia ſolvitur decima, vel coram judice extra locum, in quo habitat minor, vel curatorem, aut probationes habet, erit reſtituendus; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. vel adverſarii dolo*, *n.* 11. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 64. *art.* 5. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 3 *gloſ.* 3. *n.* 59. Latro *deciſ.* 149. *num.* 11. & aliis Guerr. *ſup.* 45. 55

Sed quando nihil intereſt mino- 56

ri litigare coram uno, vel alio judicio; & ſic quia ceſſat læſio, ceſſare etiam debet reſtitutio, & erit deneganda; ut tradunt ſupra dicti DD. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap* 13. *ex n.* 61. & aliis Guerr. *ſup. n.* 46.

57 Amplia vigeſimo quartò, quòd minor læſus in non opponendis cæteris exceptionibus dilatoriis, nempe excutionis litis pendentis, compromiſſi, legitimationis perſonæ, cautionis expenſarum, exhibitionis ſcripturarum, petitionis termini ad denuntiandum domino litem motam, quando procurator eſt generalis, obſcuritatis libelli, laudationis alterius in reum, & ſimilium, veniat reſtituendus, ut cum DD. ſupra, & aliis Guerr. *ſup. n.* 47.

58 Amplia vigeſimo quintò, quòd minor læſus in non opponenda reconventione reſtituatur; ut cum Luc. *in prax. judicial. cap.* 38. *n.* 4. Fontanel. *deciſ.* 19. *n.* 6. *& de pact. nupt. clauſ.* 9. *gloſ. unic. p.* 2. *n.* 17. Cortiad. *deciſ.* 242. *n.* 15. *&* 16. Guerr. *ſup. n.* 50.

59 Amplia vigeſimo ſextò, quòd minor læſus reſtituatur adverſus omiſſas exceptiones peremptorias, nempe rei judicatæ, jurisjurandi, tranſactionis, præſcriptionis, doli mali, litigioſi, Macedoniani, Velleiani, ſolutionis, compenſationis, liberationis, non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, ſimiliumque; *text. in l. peremptorias, cod. ſententiam reſcind. non poſſ. ubi gloſ. verb. peremptorias* Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 65. *art.* 10. *per tot.* Hiltrop. *in proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *n.* 73. Carleval. *de judic. tit.* 3. *diſp.* 17. *n.* 7. cum quibus Guerr. *ſup. n.* 49.

60 Amplia vigeſimo ſeptimò, quòd minor læſus reſtituatur adverſus omiſſam litis conteſtationem. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 65. *art.* 1. *per tot.* & adverſus malè propoſitas, vel conceptas poſitiones, & articulos in ſui præjudicium. Odd. *ſup. art.* 2. *per tot.* adverſus reſponſionem malè factam in articulis civilibus, & poſitionibus in criminalibus. Odd. *ſup. art.* 3. *per tot.* adverſus rogationem in judicio per peràm factam. Odd. *ſup. art.* 5. *per tot.* Guerr. *ſup. n.* 52. 53. 54. *&* 55.

Amplia vigeſimo octavò, quòd minor adverſus omiſſam contrarietatem, replicam, vel treplicam, vel alium quemcumque terminum, quantumque peremptorium, reſtituatur; *text. in cap. coram* 7. *de reſtit. in integr.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. ita taliter, quòd læſionem probare non teneatur, ut ſit reſtituendus. Auguſt. Barb. *ſup. n* 5. & cum aliis Guerr. *ſup. n* 56. ubi cum Mend. à C. 1. *p. lib.* 2. *cap.* 9. quòd minori reſtitutionem petenti contra dilationes, etiam non petenti, tres dantur reſtitutiones adverſus tres dilationes. 61

Amplia vigeſimo nonò, quòd minor læſus in confeſſione judiciali in articulis facta, vel per terminum, etiam cum aſſiſtentia curatoris, reſtituatur; *text. in l. ſi ex cauſa* 9. §. *nunc videndum, ff. de minorib.* Hiltrop. *de proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *n.* 72. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 65. *art.* 6. *per tot.* & cum his & aliis Guerr. *ſup. n.* 57. 62

Ampliatur trigeſimò, quòd minor læſus reſtituatur adverſus compromiſſum; *text. in l. ſi minor,* §. 1. *ff. de minorib.* & adverſus tranſactionem. Hiltrop. *ſup. ex n.* 45. ſive à ſe factam; Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 66. *art.* 4. *per tot.* ſive à ſe omiſſam; Odd. *ſup. art.* 5. *per tot.* & omne tradit Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 61. 62. *&* 63. 63

Amplia trigeſimo primò, quòd 64 mi-

minor læſus ob omninò omiſſam probationem ſine læſionis probatione ſit reſtituendus tàm in civilibus, quàm in criminalibus. Mend. à C. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 7. & cum Hermoſilh. *in l.* 33. *gloſ.* 3. *n.* 10. *tit.* 5. *p.* 5. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. implor. ex n.* 4. *& verb. ſua facilitate*, *n.* 19. & aliis Guerr. *ſuprà n.* 65. Fontanel. *deciſ.* 101. *n.* 23.

65 Quæ quidem reſtitutio prodeſt correo, partique adverſæ, niſi dolo ipſius, minor probationem non fecerit; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. adverſarii dolo*, *n.* 24. *&* 25. Guerr. *ſup. n.* 66.

66 Amplia trigeſimo ſecundò, quòd minor non ſolùm erit reſtituendus adverſus probationem omninò omiſſam ante publicationem proceſſus, ſed etiam poſt publicatas atteſtationes admittitur ad producendos novos teſtes, etiam ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis. Fontanel. *deciſ.* 102. *n.* 1 *&* 2. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. cum veniſſet* 25. *de teſtib. n.* 3. tradit cum multis Guerr. *d. tract* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 71. ubi quòd ita in utroque Senatu ſæpe ſæpius judicavit.

67 Amplia trigeſimo tertiò, ut Eccleſia ad teſtes poſt publicationem examinandos reſtituatur; ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *ſup. proximè n.* 5. ubi quòd univerſitas, & aliæ priviligiatæ perſonæ in integrum reſtituuntur adverſus omiſſam allegationem, probationem, & lapſum termini probatorii, ſi intra quindecim dies poſt factam atteſtationum publicationem, reſtitutionis beneficium à judice poſtulaverint, quibus elapſis, amplius non admittuntur.

68 Nota, quòd reſtitutio in integrum competit etiam Eccleſiæ, Reipublicæ, Villis, Caſtris, & omnibus locis piis. Bald. *in l. omnia privilegia*, *cod. de Epiſcop. & Cleric.* & cum multis Cardoſ. *verb. reſtitutio*, *n.* 5.

Amplia trigeſimo quartò, quòd 69 minor læſus reſtituatur adverſus ſententiam in rem judicatam tranſactam, ſive interlocutoriam, ſive definitivam, à quocumque judice prolatam; *text. in l. cum cod. ſi adverſus rem judicatam*, ubi Auguſt. Barb. & cum multis DD. tradit Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 76. *& tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *n.* 13. *&* 17.

Amplia trigeſimo quintò, ut 70 prædictum beneficium competat etiam hæredibus minoris, in eo negotio, quod fuit geſtum cum illo; *text. in l. minor* 19. *§. fin ff. de minorib.* Auguſt. Barb. *in l.* 6. *cod. de in integr. reſtit.* Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. minoribus*, *n.* 52. & cum multis aliis Guerr. *ſup. d. tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *n.* 18. *& tract.* 3. *lib.* 5., *cap.* 11, *n.* 114. etiam cum multis.

Amplia trigeſimo ſextò, quòd 71 minor læſus in non appellando veniat reſtituendus ad appellationem omiſſam. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. vel adverſarii dolo*, *n.* 18. ut cum multis Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 79. Auguſt. Barb. *ad text. in cap. beneficio* 10. *n.* 3. *de in integr. reſtit. & in Repert. pract. concl. verb. minor*, *pag. mihi* 148. *col.* 2. cum multis *text. in l.* 7. *§. item ſi non provocavit*, *ff. de minorib.*

Amplia trigeſimo ſeptimò, ut 72 minor reſtituatur adverſus appellationem non ſequutam; ut cum Garcia *de nobilitate gloſ.* 6. §. 1. *ex n.* 51. *&* §. 2. *in princip.* & aliis Guerr. *proximè*, *n.* 80.

Amplia trigeſimo octavò, ut mi- 73 nor læſus reſtituatur adverſus lapſum tàm primi, quàm ſecundi fatalis; ut cum Odd, *quæſt.* 70. *&* 71.

per

per tot. & Hiltrop. *in proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *ex n.* 66. Mend. à C. 2. *p. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 22. Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 70. §. 13. Guerr. *proximè n.* 81.

74 Amplia trigeſimo nonò, ut minor reſtituatur adverſus peremptionem inſtantiæ per lapſum trium annorum in civilibus, & biennium in criminalibus; ut cum *l. properandum, cod. de judic.* Hiltrop. *ſup. n.* 71. Odd. *quæſt.* 67. *per tot.* Guerr. *ſup. n.* 82. ſicut etiam adverſus executionem ſententiæ reſtituitur minor; ut cum multis Guerr. *ſuprà n.* 83.

75 Amplia quadrageſimò, quoad ultimas voluntates, quibus minor læſus reſtituitur adverſus additionem hæreditatis damnoſæ, vel repudiationem, ſeu abſtenſionem hæreditatis idoneæ; ut cum *l.* 7. §. *ſed & ſi, ff. de minorib. l.* 8. §. *ſin verò, cod. de bon. quæ liber. l. quod ſi*, §. *Scævola, ff. de minorib.* Manz. *de in integr. reſtit. tit.* 2 *n.* 9. *quæſt.* 75. *art.* 3. *per tot.* Mareſcot. 2. *var. cap.* 98. Guerr. *ſup. n.* 84. *text. in l.* 1. *cod. ſi ut omiſſ. hæredit.*

76 Amplia quadrageſimo primò, ut minor reſtituatur adverſus agnitionem, vel non agnitionem poſſeſſionum bonorum; *text. in l.* 2. *cod. ſi ut omiſſ. hæredit.* Manz. *ſup. d. n.* 9. Botillier. *theorem.* 108. *ex n.* 49. Guerr. *ſup. n.* 85.

77 Amplia quadrageſimo ſecundò, ut minor læſus reſtituatur adverſus reſtitutionem hæreditatis acceptæ ex Trebellianic. vel è contra Hiltrop. *ſup. n.* 98. ſicut etiam adverſus repudiationem legati, vel optionem legati; *text. in l.* 7. §. *Pomponius, ff. de minor.* Manz. *ſup. n.* 9. Hiltrop. *ſup. ex n.* 98. Guerr. *ſup. n.* 86. *&* 87.

78 Amplia quadrageſimo tertiò, ut minor reſtituatur adverſus legatum ſub conditione factum, reputatum, veniente conditione. Botillier. *ſup. ex n* 55. ſicut etiam reſtituitur adverſus alienationem relictorum ſub pœna amiſſionis; ut totum tradit cum aliis Guerr. *ſup. n.* 88. *&* 89.

Amplia quadrageſimo quartò, 79
quòd minor reſtituatur adverſus non impletum teſtatoris præceptum. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo, n.* 79. *verſic. Sed prædictis, cod. de reſtit. in integr.* & cum multis aliis Guerr. *tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. *ex n.* 112. *& tract.* 3. *lib.* 5. *cap* 11. *n* 90.

Amplia quadrageſimo quintò, 80
quòd minor læſus reſtituatur adverſus renuntiationes hæreditatis, vel legati, ſeu fideicommiſſi. Hiltrop. *ſup. ex n.* 105. Odd. *quæſt.* 85. *art.* 3. *&* 4. ſicut etiam adverſus renuntiationem quærelæ inofficioſi teſtamenti, vel litis. Odd. *d. quæſt.* 85. *art.* 5. *&* 6. *per tot.* Item adverſus optionem, uti minori optio legata eſt, & rem deteriorem ipſe elegit ex imprudentia. Hiltrop. *ſup. n.* 107. Guerr. *n.* 91. 92. *&* 93.

Item reſtituitur minor adverſus 81
electionem, puta quando minor debebat rem alternativè, fundum, aut domum, & meliorem reſtituit; ut tradit Hiltrop *ſup. d. n.* 107. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 228. Guerr. *ſup. n.* 94.

Amplia quadrageſimo ſextò, 82
quòd minor læſus contra ſententiam, contra eam, reſtituatur ex inſtrumentis de novo repertis; ut cum Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *ex n.* 11. Odd. *quæſt.* 73. *ex art.* 1. *uſque ad* 9. Parex. *de inſtrum. edict. tit.* 6. *reſolut.* 3. *n.* 67. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 35. *n.* 19. Guerr. *ſup. n.* 95.

Amplia quadrageſimo ſeptimò, 83
quòd minor admittitur ad allegandam reviſionem poſt duos menſes, reſtituto ſic minori. Mend. à C. *p.* 1.

p. 1. *lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 5. Per. *de reviſ. cap.* 13. *per tot.* & præcipuè *n.* 13. Guerr. *ſup. n.* 96.

84 Amplia quadrageſimo octavò, quòd minor reſtituitur adverſus clauſulam depoſitariam à ſe, vel ab ejus tutore, aut curatore poſitam. Mend. à C. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 49. Guerr. *ſup. n.* 97.

85 Amplia quadrageſimo nonò, quòd minor reſtituatur adverſus lapſum ſex dierum ad formanda impedimenta in executione. Mend. à C. 2 *p. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 121. Guerr. *ſup. n.* 98.

86 Amplia quinquageſimò, quòd minor poteſt in Cancellaria non tantùm prima, ſed ſecunda impedimenta opponere; *Ord. lib.* 3. *tit.* 88. *in princip.* & ibi Silv. *n.* 2. Guerr. *ſup. n.* 99.

87 Amplia quinquageſimo primò, quòd minor læſus reſtituatur adverſus lapſum temporis conventionalis, vel legalis. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 98. Guſm. *verit. jur. verit.* 35. & cum his, & aliis Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 101.

88 Amplia quinquageſimo ſecundò, quòd minor reſtituatur adverſus commiſſum ob non factam ſolutionem; tradit cum multis Guerr. *ſup. n.* 106.

89 Amplia quinquageſimo tertiò, quòd minor reſtituatur adverſus non petitam inveſtituram, & renovationem. Cald. *de renovat. quæſt.* 5. *n.* 21. & cum Guid. Pap. *deciſ.* 435. Corbul. *de cauſ. privat. ob non petit. inveſtit. n.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 41. Guerr. *ſup. n.* 109.

90 Amplia quinquageſimo quartò, quoad delicta, ut minor reſtituatur in delictis conſiſtentibus, tàm in omittendo, quàm in committendo, ſi ſit læſus, neque detur dolus verus, aut præſumptus; ut cum multis DD. Guerr. *ſup. n.* 110. Caroc. *de minorib. in delictis excuſat. quæſt.* 3. *& ſeq.* Lar. *de vit. homin. cap.* 16. *n.* 87.

Amplia quinquageſimo quintò, quòd minori competat reſtitutio in omnibus caſibus, in quibus non invenitur expreſsè prohibita, ut cum Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 82. Girond. *de gabell. p.* 3. *n.* 27. Afflict. *deciſ.* 370. *in princip.* Caſtilh. *contr. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 15. *text. in l. nec non in principio, verſic. Quæ clauſula, ff. ex quibus cauſ. maiores.* Guerr. *ſup. n.* 111. 91

Similiter competit reſtitutio furioſis, prodigis, fatuis, mentecaptis, fræneticis, dæmoniacis, ſenibus deliris, & omnibus, quibus bonorum adminiſtratio interdicta eſt, per procuratoresque reguntur; ut cum Donel. *lib.* 21. *comment. cap.* 5. Valaſc. *de privileg. quæſt.* 30. Eſcob. *p.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 4. *n.* 2. *& ſeq.* Guerr. *ſup. n.* 115. 92

Amplia quinquageſimo ſextò, quòd minor læſus reſtituatur, ſive ſit læſus ob ſuam facilitatem, & negligentiam tantùm, ſive ob dolum, vel caliditatem adverſarii ſui; ut cum *text. in l. ſi curat. cod. d. in integr. reſtit. l. quod ſi* 24. §. 1. *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 117. 93

Reſtitutio in integrum competit etiam Eccleſiæ, Capitulo alicujus Eccleſiæ, Hoſpitalibus, locis piis, militibus, ruſticis, abſentibus, fiſco, & maioribus; ut cum Odd. *de reſtit. in integr. cap.* 373. *n.* 4. *& ſeq.* Donel. *de reſtit. in integr. cap.* 375. *n.* 5. Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 57. *n.* 1. & aliis Guerr. *ſup. n.* 116. 94

Hanc reſtitutionem in integrum, vel ſolus ipſe minor per ſe ipſum, vel per procuratorem cum mandato ſpeciali petere poteſt, vel ſolus minoris tutor, vel curator; ut bene tradit Guerr. *ſup. n.* 118. *&* 119. Odd. *de reſtit. in integr.* 95

art.

art. 5. *&* 6. *per tot. l.* 1. *cod. ſi tutor, vel curat. interveniret.*

96 Quæ quidem reſtitutio petenda eſt per officium judicis coram judice rei; *text. in l. quod ſi minor* 24. §. *fin. ff. de minor.* & cum multis aliis Cardoſ. *verb. reſtitutio, n.* 11.

97 Limita jam primò concluſionem ſupra poſitam, quòd minor ſervus non reſtituatur; *text. in l.* 3. §. *ſervus, ff. de minorib.* niſi captus, vel læſus fuerit, cui fideicommiſſaria libertas debebatur; *l. ſi tamen, ff. de minorib.* vel niſi à domino inſtitutus damnoſam hæreditatem adit; *l. ait Prætor*, §. *ſed ſi, ff de minorib.* vel niſi minor poſtquam geſſiſſet, in ſervitutem redactus eſſet; *text. in l. non ſolum* 6. §. *proinde, ff. de in integr. reſtit.* Guerr. *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 67. 68. 69. *&* 70.

98 Limita ſecundò, quando minor jam maior factus, remedio reſtitutionis renuntiaverit, tunc enim non reſtituitur. Odd. *de reſtit. quæſt.* 26. *art.* 3. *per tot.* Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 120. *&* 121.

99 Quando verò in minori ætate beneficio reſtitutionis renuntiavit minor, tunc non valet talis renuntiatio. Odd. *d. quæſt.* 26. *art.* 4. *per tot.* niſi renuntiaverit cum juramento; Odd. *proximè art.* 6. & quando res non eſt integra, & minor agit de lucro captando, aliud verò quando agit de lucro vitando. Odd. *d. quæſt.* 26. *art.* 8. *per tot.* Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 6. *ex n.* 16. & cum his Guerr. *ſup. proximè n.* 122. *&* 123.

100 Limita tertiò, quando actus eſt nullus, puta geſtus à pupillo ſine tutore, vel à minore habenti curatorem ſine illo; ut cum Hiltrop. *in prax. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *ex n.* 115. Garc. *de nobilit. gloſ.* 6. §. 1. *ex n.* 1. *&* 21. Guerr. *ſup. n.* 124.

Limita quartò, quando ſubeſt remedium ordinarium, niſi reſtitutionis remedium ſit pinguius remedio ordinario, ſeu extraordinario; ut cum Odd. *quæſt.* 87. *ex n.* 1. *uſque ad* 122. Valenzuel. *conſ.* 3. *n.* 77. Guerr. *ſup. n.* 125. 101

Item quando appellari, vel ſupplicari poſſit, niſi remedium reſtitutionis ſit pinguius remedio appellationis, vel ſupplicationis; ut cum Fontanel. *de pact. nupt. p.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *n.* 104. Barb. *in l. quia tale, ff. ſolut. matr. Ord. lib* 3. *tit.* 41. §. 2. ubi Barb. *n.* 2. & cum multis aliis Guerr. *ſup. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 126. 102

Limita quintò, quando minor, vel veniam ætatis impetravit, vel matrimonium contraxit, qui pro maiori viginti quinque annorum habetur, & ideo contrahere poteſt, & eſſe in judicio, tanquam ſi fuiſſet maior ſine ſpe reſtitutionis; *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 27. *&* 28. Mor. *de execut. lib.* 2. *cap.* 20. *ex n.* 76. Reinoſ. *obſerv.* 30. *n.* 2. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. contractum feciſti, n.* 21. Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 40. 41. *&* 42. Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 127. *& lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 3. *&* 4. 103

Item quando minor reſtitutionem petit ex læſione, caſu fortuito contingenti, non reſtituitur. Hermoſilh. *in l.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 28. *p.* 5. *tit.* 5. & cum Scobar. *de purit.* 2. *p. quæſt.* 4. *art.* 4. *n.* 12. Odd. *quæſt.* 14. *per tot.* Guerr. *ſup. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 128. 104

Limita ſextò, quando minor ſe maiorem dixit fallaci mendacio, ut alium ad contrahendum ſecum induceret, quia tunc ei denegatur beneficium reſtitutionis; *text. in l.* 2. ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. *& l.* 3. ubi idem Auguſt. Barb. *n.* 1. *cod. ſi minor ſe maiorem dixit.* 105

Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. læſis*, *n.* 7. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 51. *n.* 31. Odd. *p.* 1. *quæſt.* 24. *art.* 6. Ægid. *in l. ex hoc jur. ff. de juſt. & jur. p.* 2. *n.* 27. Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 130.

106 Limita ſeptimò, ſi minor adverſarii dolo non interveniente, ſed lubrico fragilis ætatis conſilio maiorem ſe eſſe cum juramento affirmaverit, tunc ei neganda eſt reſtitutio. Auguſt. Barb. *ad text. in l. ſi alterius* 3. *cod. ſi minor ſe maiorem dixerit*, *n.* 7. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. læſis*, *n.* 8. & *verb. infra*, *n.* 20. & cum Jul. Caupon. *tom.* 4. *diſcept.* 278. Odd. *quæſt.* 24. *art.* 2. & aliis Guerr. *ſuprà n.* 133.

107 Secus verò eſt, quando tale juramentum præſtitum fuit à minore, dolo adverſarii tantùm, quia in tali caſu ipſi minori juranti non nocet. Auguſt. Barb. *in l.* 2. *cod. ſi minor ſe maiorem dixerit*, *n.* 3. & *in l.* 3. *n.* 8. 9. & 10. Guerr. *ſup. n.* 134. & cum multis Altim. *de nullit. contract. rubr.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 317. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *n.* 66. & *cap* 3. *n.* 6. dicentes, quòd in prædicto caſu minori non denegatur reſtitutio; ut etiam cum Caſtilh. *lib* 3. *cap.* 2. *ex n.* 1. *uſque ad* 91. & aliis Guerr. *ſup. n.* 134.

108 Limita octavò, quando minor maior factus ratum habuit, hoc eſt ratificavit contractum in minori ætate celebratum; quia tunc reſtitutionem perdit; ex *text. in l.* 1. & 2. *cod. ſi maior factus ratum habuit*, ubi Auguſt. Barb. Menoch. *recuper. remed.* 15. *ex n.* 110. Urceol. *for. cap.* 63. *ex n.* 29. Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 135.

109 Aliud dicendum eſt, quando dolo adverſarii minor maior factus inductus fuit ad ratificandum factum aliquod in minori ætate celebratum, tunc enim non amittit beneficium reſtitutionis in integrum; ut cum multis Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 2. *cod. ſi maior fact. ratum habuit*, *n.* 4. Mauric. *de reſtit. in integr. cap.* 312. *in fin.* Galeſ. *de reſtit. in integr. cap* 6. *ex n.* 13. *uſque ad* 65. Guerr. *ſup. n.* 137.

Limita nonò, quòd minori ædificanti poſt nuntiationem factam non conceditur reſtitutio in integrum ad fugiendum fabricati demolitionem. Cald. *in l. ſi curatorem*, *verb. vel adverſarii dolo*, *n.* 67. & 68. Larr. *deciſ.* 59. *n.* 22. Urceol. *cap.* 30. *n.* 4. & cum iſtis Guerr. *ſup. n.* 138. 110

Si verò reſtitutionem petat adverſus non præſtitam cautionem, ad hoc ut non fiat demolitio, donec cognoſcatur de jure ſuo, nam quoad hoc eſt reſtituendus. Urceol. *ſup. n.* 5. Fachin. *lib.* 8. *contr. cap.* 49. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 80. *art.* 5. Guerr. *ſup. n.* 139. 111

Limita decimò, quòd minori denegetur reſtitutio ex læſione orta ex contractu, judicio, aut alio quocumque actu non à ſe, vel ab ejus tutore, aut curatore geſto, ſed ab alio, cujus fuit hæres, vel in cujus locum quocumque alio titulo ſucceſſit, niſi quando læſio ſucceſſivum tractum habebat; *text. in l. ult. cod. ſi adverſus vendit.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. & 5. Barb. *in l. hæres abſens in princip. de judic. ex n.* 153. Fontanel. *deciſ.* 111. *n.* 8. & cum Luc. *obſerv.* 647. & cum multis aliis Guerr. *ſup. n.* 140. 112

Limita undecimò, quòd non petenti, non detur reſtitutio in integrum; *text. in l.* 1. *cod. de in integr. reſtit. poſtulat.* Odd. *de in integr. reſtit. quæſt.* 31. *art.* 1. Poſth. *reſol. civil. reſol.* 53. *n.* 113. 113

Re-

Rebuf. *in tit. de reſtit. in integr. art.* 1. *gloſ.* 3. *n.* 27. & cum iſtis Guerr. *ſup. n.* 141.

114 Et ideo petenda eſt reſtitutio, vel ab ipſo minore, vel ab ejus tutore, aut curatore, vel procuratore ſpeciali, vel à patre ipſius minoris, vel à Prelato, vel Æconomo Eccleſiæ, vel Syndico Univerſitatis, niſi incidenter petatur, tunc enim non requiritur ſpeciale mandatum. Odd. *quæſt.* 31. *ex art* 6. *uſque ad* 14. Manz. *in Bibliothec. jur. tract. de reſtit. in integr. tit.* 2. *ex n.* 133. *uſque ad* 143. & cum iſtis Guerr. *ſup. n.* 144.

115 Limita duodecimò, quando jam petita, & conceſſa fuit reſtitutio ſuper eadem cauſa, ver articulo; *Ord. lib.* 3. *tit.* 41. §. 7. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 200. *n.* 4. Mauric. *de in integr. reſtit. cap.* 260. & cum aliis Guerr. *ſup. n.* 146.

116 Quando verò nova cauſa ſuperveniat, tunc non ſemel, ſed ſæpius peti poteſt, & concedi debet; ex text. *in l. quàmquam* 2 *& l. in una* 3. *cod. ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtulat.* ubi Auguſt. Barb. Gam. *deciſ.* 110. *n.* 7. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. implorandum, ex n.* 33. Odd. *quæſt.* 16. *art.* 5. *ex n.* 23. *& art.* 6. *ex n.* 26. & cum iſtis Guerr. *ſup. n.* 147.

117 Unde licèt reſtitutio ſemel negata, amplius concedi non poſſit; ex *l.* 1. *cod. ſi ſæpius reſtit. in integr. poſtulat. cap. fin. de in integr. reſtit.* ubi Auguſt. Barb. attamen quando ſuperveniunt diverſæ cauſæ, & diverſi articuli, tunc in quolibet ſeparato concedi poteſt, dum tamen ſemel, & ex nova cauſa concedatur. Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 3. *cod. ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtulet. n.* 3. Cabed. *ſuprà deciſ.* 200. *n.* 4.

118 Nova cauſa ad obtinendam reſtitutionem dicitur non ſolùm, quæ ab initio aderat, ſed allegata non fuit, vel ſi allegata, probata tamen non fuit; ut tradit Auguſt. Barb. *proximè n.* 5. quem vide.

Limita decimo tertiò, ut adverſus reſtitutionem per ſententiam denegatam non detur reſtitutio; *text. in l.* 1. *cod. ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtulet.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 4. & cum Odd. *de reſtit. in integr. art.* 1. *& ſeqq.* Tiraq. *de retract. gloſ.* 7. *n.* 11. Donel. *lib.* 21. *comment. cap.* 12. & cum aliis Guerr. *ſup. n.* 149. 119

Limita decimo quartò, quòd non reſtituantur minores, & omnes, qui eorum exemplo reſtitutione gaudent, quando non petitur reſtitutio intra quadriennium poſt impletam legitimam ætatem; *text. in l.* 2. 3. *& ult. cod. ſi tutor, vel curator, l. fin. cod. de temporib. in integr. reſtit. pet. l. ſi res pupilares, ff. de minor. l. fin. cod. ſi adverſus vendit. Ord. lib.* 3. *tit.* 41. §. 6. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 19. *tit.* 2. *ex n.* 80. & cum his Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 152. *& & lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 138. 120

Unde reſtitutio petenda eſt, uſque ad vigeſimum quintum annum, & intra quadriennium continuum computandum à die, quo eſt lapſum tempus viginti quinque annorum; *text. in l. fin. cod. de tempor. in integr. reſtit. text. in cap.* 2. *de in integr. reſtit.* Cancer. 2. *var. cap.* 1. *n.* 233. aliàs denegabitur. 121

Et in minore impetrante veniam ætatis currit prædictum quadriennium à tempore, quo veniam impetratus fuit. Phœb. *deciſ.* 156. *n.* 11. Auguſt. Barb. *ad text. in l. fin. cod. ſi maior factus, n.* 21. Portug. *de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 30. 122

Item in minore conjugato viginti annorum currit quadriennium 123

ad

ad petendam reſtitutionem adverſus geſta ante matrimonium à die, quo uxorem duxit; tradit Portug. *ſup n.* 40. *&* 41.

124 Sed quando læſio eſſet enormiſſima, tunc ultra quadriennium minori datur reſtitutio; ut cum multis tradit Auguſt. Barb. *in l. fin. cod. de tempor. in integr. reſtit. n.* 6. Barb. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 41. §. 6. *n.* 5.

125 Contra Eccleſiam verò currit prædictum quadriennium à die contractus, ſeu læſionis; ut cum Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 7 Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 139. neque contra lapſum quadriennii reſtituitur Eccleſia, ne detur proceſſus in infinitum; ut cum Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 59. *&* *cap.* 60. Lar. *de vit. homin. cap.* 25. Guerr. *ſup. n.* 140.

126 Limita decimo quintò, quòd minori denegetur reſtitutio adverſus geſta per procuratorem hæreditatis jacentis; *text. in l. in integr. ff. de minorib. tex. in l. nam, & ſervus, §. qui, ff. de negot. geſt.* Salgad. *in labyr. cred. p.* 1. *cap.* 32. *ex n.* 40. & cum multis aliis Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 154.

127 Item non reſtituitur minor emphyteuta adverſus commiſſum ſuo tempore, quando emphyteuſis accepta fuit per maiorem, cum eoque contractus celebratus fuit; ut cum Barb. *in l. hæres abſens in princip. ff. de judic. n.* 153. 154. *&* 155. Guerr. *ſup. n.* 155. ſicut neque reſtituitur minor ex contractu paterno, licèt tempus ſolutionis incidat in tempus minoris ætatis, patre mortuo; ut cum *text. in l. Silianum, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur, l. fiſcus, ff. de jur. fiſc. l. Æmilius, ff. de minorib.* Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 189. Guerr. *ſup. n.* 156.

Limita decimo ſextò, quòd minori non detur reſtitutio contra parentes, & patronos; *text. in l. cum apud, cod. qui, & adverſus quos in integr. reſtit. non poſſ.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, ex n.* 155. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 1. *&* 2. Manz. *de reſtit. in integr. ex n.* 155. Guerr. *ſup. n.* 157. 128

Sicut etiam non datur reſtitutio contra omnes aſcendentes, quibus debita eſt reverentia de jure communi; ut tradit Cald. *ſup. verſic. Ex quo*, cum quo Auguſt. Barb. *ſup. n.* 3. 129

Sed quando peteretur reſtitutio adverſus patrem, vel ex cauſa abſentiæ, vel actionis via, vel ſuper patria poteſtate lis oriatur, vel quando parens tutelam filiorum gerens nuptias iteravit, tutelæ actionis à filio remiſſionem impetravit, vel quando pater nomine filii hæreditatem adivit, vel repudiavit, nam in omnibus his exceptionibus filius contra patrem reſtituitur; ut cum Mauric. *de reſtit. in integr. cap.* 224. *per tot.* & aliis Guerr. *ſup. n.* 158. Manz. *ſup. n.* 152. Auguſt. Barb. *ad text. in l. cum apud, cod. qui, & adverſus quos, ex n.* 1. *uſque ad n.* 7. 130

Limita decimo ſeptimò, ut fidejuſſoribus minorum non detur reſtitutio; *text. in l.* 1. ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. *&* *l.* 2. ubi idem Barb. *n.* 1. *cod. de fidejuſſ. min.* & cum Odd. *p.* 1. *quæſt.* 48. *art.* 2. Molin. *diſp.* 540. *ex n.* 26. Manz. *de in integr. reſtit. tit.* 2. *ex n.* 122. & aliis Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 159. 131

Quando verò dolus adverſarii intervenit, & minor fuit deceptus, vel quando ex reſtitutione damnum creditori non ſequitur, tunc minoris reſtitutio ejus fidejuſſori competit; 132

petit;

petit; ut ex DD. ſuprà Auguſt. Barb. *ad text. in l. 2. n. 2. & 5. cod. de fidejuſſ. min.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. minoribus, n. 51.* Odd. *ſup. quæſt.* 48. *ex art.* 1. *uſque ad* 10. Guerr. *ſup. n.* 160.

133 Limita decimo octavò, quòd reſtitutio data minori non proſit maiori conſorti, vel ſocio; *text. in l. unic. cod. ſi in communi, eademque cauſ. reſtit. poſtulet.* ubi Auguſt. Barb. *ex n.* 1. Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 10. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 25. *ex n.* 5. Menoch. *recuper. remed.* 15. *ex n.* 101. Manz. *ſup. d. tit.* 2. *n.* 126. *&* 127. Guerr. *ſup. n.* 161.

134 Si verò res, vel cauſa ſit individua, ut contractus, & ſervitus, tunc reſtitutio conceſſa minori prodeſt maiori conſorti, vel ſocio. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo, ex n.* 25. Gam. *deciſ.* 291. *n.* 1. Auguſt. Barb. *in d. l. unic. cod. ſi in communi, eademque cauſ. reſtit. poſtulet, n.* 9. Salgad. *p.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 30. *&* 31. Fontanel. *deciſ.* 112. 120. *&* 134. Cyriac. *contr.* 194. *& deciſ.* 183. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 10. *ex n.* 85. *uſque ad* 127. & cum his, & aliis Guerr. *ſup. n.* 162.

135 Limita decimo nonò, quòd ei, cujus negotium minor geſſit, non detur reſtitutio, niſi minori beneficium reſtitutionis, ita ei cedere poſſet, ut procuratorem eum in rem ſuam faciat; ut cum *text. in l. quòd ſi minor, ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 163.

136 Quando verò mandato domini maioris minor ejus negotia geſſit, non reſtituitur; *text. in l. cum mandato* 23. *ff. de minorib.* Manz. *ſup. n.* 130. Galeſ. *ſup. n.* 126. cum quibus Guerr. *ſup. n.* 164.

137 Limita vigeſimò, quòd minor non reſtituatur adverſus alium minorem, vel alium, qui minoris privilegio utitur, ut eſt Eccleſia, & omnes, qui per adminiſtratores reguntur; *text. in l. verum, §. item quæritur, ff. de minorib.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n.* 169. Guerr. *ſup. n.* 165.

Privilegiatus enim contra pariter privilegiatum ſuo privilegio non gaudet; *text. in l. ſed & milites in princip. ff. de excuſat. tutor. text. in l. aſſiduis, cod. qui potior. in pignor. l.* 2. *cod. de privileg. fiſc.* Cald. *ſup.* & Guerr. *ſup. n.* 166. 138

Et ideo ſi minor minori pecuniam dederit, qui eam perdiderit, non habet contra eum minor beneficium reſtitutionis; ut cum *text. in l. verum, §. item quæritur, ff. de minorib.* Manz. *ſup. n.* 156. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 18. *art.* 5. *&* 6. Guerr. *ſup. n.* 166. 139

Sed hoc quod dixi minorem non reſtitui adverſus alium minorem, vel privilegiatum contra pariter privilegiatum non gaudere ſuo privilegio, ita accipiendum eſt, quando utriusque par eſt ratio; ſecus verò ſi is, qui reſtitutionem deſiderat, certat de damno vitando, alter de lucro captando; quia tunc minor certans de damno erit reſtituendus contra minorem, ſicque privilegiatus contra pariter privilegiatum ſuo privilegio utitur; *l. ult. ff. ex quib. cauſ. maior, l. verum, §. item quæritur, verſic. Proinde, ff. de minorib.* ut tradit Cald. *ſup. d. n.* 169. Auguſt. Barb. *axiom.* 190. *n.* 3. cum multis. 140

Limita vigeſimo primò, quòd minor non reſtituatur ratione damni ſibi contingentis ex affectione, quam habet in re; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, ex n.* 4. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *art.* 10. Mauric. *de reſtit. cap.* 219. Caſtilh. *lib.* 5. *cap.* 85. *n.* 14. Guerr. *ſup. d. tract.* 3. *lib.* 141

lib. 5. *cap.* 11. *num.* 171.

142 Si autem minor rem, quæ fuit maiorem ſuorum vendidit, vel emere deſit, tunc enim reſtituitur; *text. in l. ſi in emptionem, ff. de minorib. l. ſi ſervus, ff. ad l. Aquil.* & cum Tiraq. *de utroque retract. in præfat. ex n.* 34. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 3. *ex n* 36. *& cap.* 8. *n.* 61. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 83. Guerr. *ſup n.* 172.

143 Limita vigeſimo ſecundò, quòd minor non reſtituatur adverſus culpam, ſeu moram tutoris in materia juris patronatus; ut cum Luc. *de jur. patronat. diſc.* 64. *num.* 9. Guerr. *ſup. n.* 173. ubi quòd neque quando præſentat indignum ſimul cum maioribus compatronis; cum Luc. *de jur. patron. diſc.* 47. *n* 8.

144 Limita vigeſimo tertiò, quòd minori non detur reſtitutio, ubi lex illam denegat expreſsè, aliter verò ſi tacitè, nam in integrum reſtitutio in dubio numquam cenſetur ſublata, per quæcumque verbi, quamvis ſublatum eſſet remedium dicendi de nullitate, vel recurrendi. Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 2. *n.* 5. Anſald. *de commerc. diſcurſ.* 92. *n.* 33. Aylon. ad Gom. 2. *var. cap.* 14. *n.* 50. Lar. *de vit. hom. cap.* 25. Souſ. *de reviſ. cap.* 37. & cum iſtis Guerr. *ſup. n* 175.

145 Ideoque per prohibitionem appellationis, actionis, exceptionis, vel alterius cujuſcumque remedii ordinarii, vel extraordinarii non cenſetur excluſa reſtitutio minoribus competens, licèt ſtatutum pleniſſimam ſecuritatem permiſerit, vel appellare prohibuerit, ſupplicare, reclamare, recurrere, reductionem petere, vel alio quocumque modo contravenire, vel dicat minores haberi pro maioribus, vel reſtitutionem in integrum prohibere ex capite læſionis enormis, vel enormiſſimæ; ut cum Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 5. *ex n.* 25. *uſque ad* 40. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 15. *ex art.* 1. *uſque ad* 10. Gam. *deciſ* 291. Guerr. *ſup. n.* 176.

Limita vigeſimo quartò, quòd minori patri roganti, quòd potius ſororem, quàm ipſum ad emphyteuſim nominet, non detur reſtitutio. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis. n.* 76. Guerr. *ſup. n.* 177. 146

Aliud dicendum, quando jam eſſet à patre nominatus, vel minor habens emphyteuſim ad eam in vita nominavit, etiam cum reſervatione uſusfructus; ut cum Cald. *ſup. d. verb. læſis, n.* 75. *&* 77. Guerr. *ſup. n.* 177. quia tunc reſtituitur minor. 147

Item neque reſtituitur minor adverſus beneficii curati reſignationem; ſecus quando beneficium curatum non eſſet, ut canonicatus, & ſimilia; ut cum Cald. *verb. læſis, n.* 40. Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 179. 148

Item neque reſtituitur minor adverſus teſtamentum, nam cum habeat viam ordinariam revocandi per ſecundum, ei concedi non debet extraordinarium reſtitutionis; *text. in l. in cauſæ in princip. ff. de min.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. hunc contractum, n.* 24 *verſic. Sed an ſaltem.* Gutierr. *de tutel. p.* 2. *cap.* 14. *n.* 17. Murga *de Benefic. quæſt.* 3. *n.* 723. Guerr. *ſuprà n.* 180. 149

Limita vigeſimo quintò, quòd minoribus accuſantibus non ſit concedenda reſtitutio in criminalibus cauſis, adverſus omiſſam allegationem, probationemque, vel ad repulſas objiciendas; ſecus verò, quando minor delinquens ſit in abſentia condemnatus, nam etiam poſt annum ſe præſentando admittitur ad probandam ſuam innocentiam 150

tiam

tiam ex reſtitutione in integrum; ut cum Cald. *in l. ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo, n.* 37. Bayus *in prax. Eccleſiaſtic. p.* 2. *quæſt.* 92. *ex n.* 1. *uſque ad* 5. & cum multis aliis Guerr. *ſup. n.* 181.

151 Sed quòd accuſans reſtitui poſſit in cauſis criminalibus ex capite minoris ætatis; tradit judicatum Phœb. 2. *p areſt.* 149. quod confirmat ex aliis.

152 Limita vigeſimo ſextò, quòd minori viginti quinque annorum dolosè acceptante tutelam, deneganda ſit reſtitutio. Aylon. *ad Gom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 39. Gutierr. *de tutel. p.* 1. *cap.* 7. *ex n.* 31. Guerr. *ſup. n.* 183. ſic ſimiliter adverſus pacem, ſeu tranſactionem, propter delictum, non reſtituitur minor. Aylon. *ſup. n.* 40. Gutierr. *de tutel.* 2. *p. cap* 1. *n.* 72. Farin. *in prax. quæſt.* 15. *ex n.* 26. Fachin. *lib.* 9. *cap.* 43. & 44. Cancer. *p.* 2. *cap.* 1. *n.* 248.

153 Limita vigeſimo ſeptimò, quoties actus, de quo agitur, cœptus ſit in minori ætate, in maiori tamen fuit perfectus abſque adverſarii dolo, & ſine dependentia ejus, quod factum fuit in minori ætate. Auguſt. Barb. *ad text. in l.* 1. *cod. ſi adverſus rem judicatam, n.* 7. cum Cald. *in l. ſi curatorem, verb. implorare, n.* 50. & cum Odd. *de in integr. reſtit. quæſt.* 25. *ex n.* 31. Menoch. *recuper. remed.* 15. *ex n.* 126. Galeſ. *de in integr. reſtit. cap.* 6. *ex n.* 28. & aliis Guerr. *ſup. n.* 186.

154 Limita vigeſimo octavò, quòd minori, qui uxorem adulterantem non accuſavit, non detur reſtitutio poſt quinquennium ad dotem illius; ut tradit Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n.* 22. Guerr. *ſup. n.* 187.

155 Item neque minori propoſito mercaturæ negotianti nomine alieno, non proprio, datur reſtitutio. Cald. *ſup. n.* 56. Neque adverſus ſolutionem legatorum ex teſtamento imperfecto relictorum. Cald. *ſuprà n.* 71. Guerr. *ſup. n.* 188.

Item neque adverſus unam ex pluribus rebus ſimul emptis minori competit reſtitutio. Cald. *ſup. n.* 79. neque adverſus Regni conſuetudinem. Cald. *ſup. n.* 87. neque adverſus tempus conventionale; ut cum Cald. *in l ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n.* 93. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 188. Guerr. *d. n.* 188. 156

Limita vigeſimo nonò, quòd ſi minor adverſus venditionem reſtituatur, pretium cum uſuris emptori reſtituere tenetur, ut emptor prædia cum fructibus reſtituere teneatur; ex *text. in l. quòd ſi minor, §. reſtitutio, l. ſi Judex, ex l tutor, §. fin. ff. de minorib.* cum quibus Guerr. *ſup. n.* 189. 157

Quando verò emptor pretium minori ſolviſſet, & pretium minor perdidiſſet, tunc enim non tenetur minor emptori aliquid reddere, niſi quatenus ex pretio locupletior factus fuerit; *l. ſi ſine hærede, §. interpoſito, ff. de adminiſtr. tut. l. patri, §.* 1. *in fin. ff. de minorib.* Hermoſilh. *in l.* 56. *gloſ.* 11. *ex n.* 141. *tit.* 5. *p.* 5. cum multis Giurb. *deciſ.* 103. *ex n.* 10. Aylon. *ad Gom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 45. & cum his, & aliis Guerr. *ſup. n.* 190. 158

Limita trigeſimò, quòd minor non reſtituatur adverſus alienationes, niſi refuſis expenſis meliorationis, quas bona fide feciſſe probaverit is, adverſus quem poſtulatur reſtitutio; ex *text. in l. ſi intra, §.* 1. *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 191. ubi aliàs exceptione doli mali repelli poteſt. 159

Limita trigeſimo primò, quòd minor non ſit reſtituendus adverſus emptionem ex eo, quòd rem emerit 160

rit pluſquam oportebat, niſi rem cum fructibus venditori reſtituat, quatenus ex fructibus locupletior factus fuerit, recepto pretio cum uſuris; *text. in l. patri* 27. §. 1. *ff. de minorib.* Auguſt. Barb. *ad text. in l. unic. cod. de reputat. quæ fiunt in judic. reſtit. in integr.* Guerr. *ſup. n.* 192.

161 Sed in hoc caſu, non tenetur minor pretium emptori reſtituere, niſi probet emptor illud verſum fuiſſe in utilitatem minoris. Giurb. *deciſ.* 103. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 616. *n.* 14. & cum aliis Auguſt. Barb. *ſup. n.* 5.

162 Limita trigeſimo ſecundò minorem non reſtitui adverſus pecuniam mutuam acceptam, niſi omne proveniens ex tali pecunia reſtituat, ex quo locupletior fuit; ut cum Manz. *de reſtit. in integr. t.* 2. *n.* 212. Guerr. *ſup. n.* 193. reſtitutione enim conceſſa, æqualitas obſervari debet ex utraque parte; ut tradit cum multis Guerr. *ſup. n.* 194.

163 Limita trigeſimo tertiò, quòd ſi minor viginti quinque annorum ſine cauſa debitori ſuo acceptum tulerit, & adverſus iſtam acceptilationem reſtituatur, debitori quoque tactio reſtituenda eſt; ut cum *text. in l. patri* 27. § *ſi minor*, *ff. de minorib.* Guerr. *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 196.

164 Limita trigeſimo quartò, quòd quando ſententia adverſus minorem eſt lata ex cauſaque judicati pignora ſint capta, & diſtracta, & poſtea minor adverſus ſententiam reſtituatur, non tantùm pecuniam ex cauſa judicati ſolutam ei reſtituendam, ſed ſubinde illa quoque; quæ diſtracta ſunt, revocanda eſſe, ſi interſit ipſius corpora habere, & grave ſit damnum minoris; *text. in l. ſi ex cauſa* 9. *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 197.

165 Limita trigeſimo quintò, quòd quando minor reſtitutionem petit adverſus ſententiam plura, & ſeparata capitula continentem, gravatus in uno, & relevatus in aliis, non erit reſtituendus, niſi quoad caput, in quo eſt læſus; *text. in l. etiam ſi* 29. §. 1. *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 198.

Nota, quòd quando in integrum reſtitutio conceſſa fuerit, non citatis creditoribus, & his, quorum intereſt, minimè his creditoribus præjudicare valet; *text. in l. etiam*, §. *ſi hæreditate*, *ff. de minorib.* 166

Limita trigeſimo ſextò, quòd licèt reſtituatur minor adverſus hæreditatis repudiationem, vel omiſſam bonorum poſſeſſionem, attamen non reſtituitur ad hoc, quòd non teneatur bona, quæ tempore mortis teſtatoris habuit, fratribus conferre; *text. in l.* 2. *cod. ſi ut omiſſam hæreditatem, vel bon. poſſ.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 2. Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *art.* 10. *quæſt.* 63. Guerr. *ſup. n.* 199. 167

Limita trigeſimo ſeptimò, quòd quamvis minor reſtituatur adverſus hæreditatis repudiationem, attamen ea, quæ à curatore bonorum geſta ſunt, non revocantur; *text. in l. in integrum* 22. *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 200. 168

Nota, quòd quando ſervus minoris ſubſtitutus, qui facta repudiatione, hæres neceſſarius efficitur, & poſtea minore in integrum adverſus repudiationem reſtituto, liber, & hæres manet; *text. in l. ait Prætor*, §. *ſed quod Papianus*, *ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 201. 169

Quia ſemel hæres factus non poteſt deſinere eſſe hæres; §. *reſtituta*, *Inſtit. lib.* 2. *tit.* 23. *de fideicommiſſ. hæredit. l. ei qui ſolvendo*, *ff. de hæred. inſtit. l. ait Prætor*, §. *ſed quod Papianus*, *ff. de* 170

mi-

minor. in fin. l. ſicut, cod. de repudiat, vel abſtin. hæred. Manz. *de reſtit. in integr. t. 2. n.* 124. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 62. *art.* 1. Guerr. *ſup. n.* 202. Barb. *axiom. jur. lit. H. n.* 41. cum quo *n.* 42. 43. & 44. limita, & intellige.

171 Limita trigeſimo octavò, quòd licèt minor reſtituatur adverſus additam hæreditatem, non ideo apud eum remanet quidquid ex hæreditate ad eum pervenit, ex quo factus fuit locupletior; *text. in l. unic. cod de reputat. quæ fiunt in judic. in integr.* ubi Auguſt. Barb. & cum aliis multis Guerr. *ſup. n.* 203.

172 Limita trigeſimo nonò, quòd licèt reſtituatur minor adverſus additionem hæreditatis, ſolutiones tamen creditoribus hæreditariis factæ, libertates ex teſtamento, & alia bona fide geſta non revocantur, ſed firma manent; *l. in integrum, l. ſi mulier. ff. de minorib.* Manz. *ſup. n.* 222. & 223. Guerr. *ſup. n.* 204.

137 Limita quadrageſimò, quòd quando minor prædium aliquod, vel aliam rem inconſultò in ſolutum dederit ob debitum tale, ex quo uſuræ debentur, prædium ipſum ipſi reſtituendum eſt unà cum fructibus, vel uſuris, & cum quantitate fructuum perceptorum compenſatis; *text. in l. minor* 40. *§. prædia, ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 205.

174 Limita quadrageſimo primò, quòd licèt minori concedatur reſtitutio ex eo, quia pro alio fidejuſſit, vel interceſſit, non liberatur debitor principalis, ſed in eum conceditur actio; *l. unic. cod de reputat. l. minor.* 48. *ff. de minorib.* Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt* 48. Guerr. *ſup. n.* 206.

175 Limita quadrageſimo ſecundò, quòd minor adverſus caſum fortuitum non reſtituitur, uti ſi prudenter, & circunſpectè negotia ſua inſtituerit, taliterque, quòd de nimia facilitate, & imprudentia conqueri non poſſit; *text. in l. verum, § ſciendum, ff. de minorib. l. ſi fideicommiſſo, cod. de tranſact.* & cum Cald. *in l. ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo, n.* 12. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 67. *ex n.* 17. Mauric. *de reſtit. in integr. cap.* 175. Hiltrop. *in proceſſ. judicial. p.* 4. *tit.* 10. *n.* 137. Guerr. *ſup. n* 207.

Limita quadrageſimo tertiò, quòd minor non reſtituitur adverſus renuntiationem fideicommiſſi à ſe factam, quando illud fuiſſet reciprocum, & interveniſſet mutua renuntiatio, niſi adeſſet aliqua conſiderabilis imparitas ex parte minoris. Auguſt. Barb. *ad text. in l. de fideicommiſſo* 11. *cod. de tranſact. num.* 9. & 10. cum Perigr. *de fideicommiſſ. art.* 52. *n.* 50. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 85 *ex n.* 25. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 590. *ex n.* 4. Tiraq. *in l. ſi unquam, cod. de revocand. donat. verb. donatione largitus, n.* 128. Guerr. *ſup. n.* 208. 176

Limita quadrageſimo quartò, quòd minor non reſtituatur adverſus matrimonium à ſe contractum, licèt copula carnali conſummatum non ſit. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 60. *art.* 1. & 2. Mauric. *de reſtit. in integr. cap.* 245. Guerr. *ſup. n.* 209. 177

Benè tamen reſtituendus erit adverſus ſponſalia de futuro, & adverſus ſententiam matrimonialem, & illius acta judicialia. Odd. *ſup. art.* 2. & aliis Guerr. *d. tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 210. 178

Limita quadrageſimo quintò, quòd neque minor reſtituatur adverſus ingreſſum, & profeſſionem in Religione, niſi dolo, vel metu gravi ſit inductus. Odd. *ſup. quæſt.* 60. *art.* 4. & 5. ſicut neque adverſus ſpiritualia; ut cum Cala *de reſtit. in integr. minorib. denegand.* 179

quæſt. 26. *n.* 23. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *n.* 142. Auguſt. Barb. *de univerſ. jur. Eccleſiaſt. cap.* 15. *ex n.* 134. & aliis Guerr. *ſup. n.* 211. *&* 212.

180 Limita quadrageſimo ſextò, quòd minor non reſtituatur adverſus dolum verum, ſive in committendo conſiſtat. Od. *quæſt.* 83. *art.* 1. *&* 2. reſtituitur verò adverſus dolum præſumptum de præſenti, vel de futuro, quando minori damnum affert de præſenti. Odd. *ſup. d. quæſt* 83. *art.* 4. *&* 5. ſicque reſtituitur adverſus non redemptum patrem, non petitum tutorem, non ſolutam gabellam, non vendicatam mortem defuncti, non impletum teſtatoris præceptum, adverſus contumaciam, moram, annotationem bonorum, & pœnam conventionalem, quando ſecluſo dolo vero id omiſit. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 82. *ex art* 1. *uſque ad* 10. *per tot.* & cum illo Guerr. *ſup. n.* 213. *&* 214.

181 Limita quadrageſimo ſeptimò, quòd non reſtituatur minor approbatus ad publicum officium, ſeu ad artem publicam adverſus ea, quæ pertinent ad officium, ſeu artem publicam; ut cum aliis Guerr. *ſup. n.* 215.

182 Limita quadrageſimo octavò, quòd non reſtituatur minor, niſi probet ſe minorem; *l. minor* 32. *l. intra* 39. *ff. de minorib. l. cum te, cod. de probat. l. minorem* 4. *cod. de in integr. reſtit.* & cum Cald. *in l. ſi curatorem, verb minoribus, n.* 10 *& verb. infra legitimum, n.* 19. Mauric. *de in integr. reſtit. cap.* 316. Manz. *de in integr. reſtit. t.* 2. *n.* 167. Guerr. *ſup. n.* 216. Odd. *de in integr. reſtit. quæſt.* 36.

183 Limita quadrageſimo nonò, quòd minor non reſtituatur, niſi læſum ſe probet; *l. minoribus, cod. de in integr. reſtit.* & cum Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 82. *n.* 14. Hermoſilh. *in l.* 4. *gloſ.* 12. *ex n.* 34. *tit.* 5. *p.* 5. & cum multis aliis Guerr. *ſup. n.* 218.

Quando verò actus ſit natura 184.
ſua læſivus, ut quando minor mutuum accepit ſub uſuris, vel fidejuſſit, vel probationem, aut appellationem omiſit, hæreditatemque addivit, vel confeſſus fuit in judicio, quòd contra eum probari non poſſit. Odd. *d. quæſt.* 36. *ex art.* 3. *uſque ad* 10. tunc non eſt neceſſarium probare ſe læſum, quia ex prædictis ſatis conſtat de læſione. Guerr. *ſup. n.* 219. cum aliis.

Limita quinquageſimò, quòd 185
non reſtituatur minor, niſi probet ſe læſum, vel dolo adverſarii, vel ſua nimia facilitate; ut cum Menoch. *præſumpt.* 82. *n.* 14. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 3. & aliis Guerr. *ſup. n.* 220.

Limita quinquageſimo primò, 186
quòd minor non reſtituatur, niſi cauſa cognita; *l. verum, l. ult. ff. de in integr. reſtit. l.* 1. *cod. ſi adverſus ſolutionem.* Guerr. *ſup. n.* 221.

Limita quinquageſimo ſecundò, 187
quòd minor veniens ad aſſiſtendum ſive actori, ſive reo, non reſtituatur quoad geſta, antequam ad judicium veniret; *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 32. niſi poſt ſententiam veniat; tunc enim contra eam audietur ex beneficio reſtitutionis, parte condemnata non audita; *Ord. d.* §. 32.

Limita quinquageſimo tertiò, 188
quòd minori non detur reſtitutio adverſus ſententiam latam contra patrem, etiam ex inſtrumentis de novo repertis. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2 *n.* 344. Bart. *in l. cum filius*, §. *in hac ff. de verb. oblig.* ſicut neque adverſus ſententiam latam in ſummariſſimo poſſeſſorio; ut cum Galeſ. *de in integr. reſtit. cap.* 2. *n.* 351. Cala *de reſtit. in integr.*

tegr. minoribus deneganda quæſt. 41. *ex n.* 26. tradit Guerr. *ſup. n.* 239 *&* 240.

189 Limita quinquageſimo quartò, quòd minori non detur reſtitutio adverſus executionem pacti. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n.* 77. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 115. *&* *quæſt.* 118. Menoch. *adipiſcend. remed.* 5. *n.* 3. & cum his Guerr. *ſup. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 241.

190 Item neque reſtituitur minor adverſus venditionem rei emphyteuticæ, quando requiſitus intra ſtatutum terminum legalem, illam emere neglexit; ut cum Galeſ. *d. cap.* 2. *n.* 191. *& l. Æmilius, ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 242. neque adverſus pœnam impoſitam cedentibus in potentiorem. Galeſ. *ſup. n.* 391. Guerr. *ſup. n.* 243.

191 Limita quinquageſimo quintò, quòd minori ingredienti, & profitenti in Religione, non detur reſtitutio adverſus donationes renuntiationis bonorum factas cogitatione ingreſſus, etiam ſi enormiſſimè læſus ſe probet. Guerr. *ſup. n.* 244. *& tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 87. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 27 *n.* 18.

192 Limita quinquageſimo ſextò, quòd minor factus maior renuntians beneficio reſtitutionis non concedatur reſtitutio; ſecus ſi adhuc minor renuntiavit beneficium reſtitutionis, vel impetraturo, vel impetrato; ut cum Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 6. *n.* 7. *&* 10. *& n.* 12. *&* 13. tradit Guerr. *ſup. n.* 245.

193 Limita quinquageſimo ſeptimò, quòd minor non reſtituatur ob contractum, ſeu renuntiationem, aut pactum de jure quærendo de futuro. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 2. *ex n* 134 *uſque ad* 137. Cala *de reſtit. in integr. minor. denegand. quæſt.* 12. *ex n.* 53. Gratian. *cap.* 148. *n.* 8. Cravet. *conſ.* 114. *ex n.* 15. & cum aliis Guerr. *ſup. n.* 246. *& in tract. de Recuſat. lib.* 3. *cap.* 4. *ex n* 21.

Limita quinquageſimo octavò, quòd minori non detur reſtitutio in criminalibus, niſi perſonaliter compareant; ut cum Galeſ. *de in integr. reſtit. cap.* 9. *n.* 21. Guerr. *ſup. n.* 247. 194

Quæ quidem reſtitutio inintegrum vendi poteſt; ut cum Tiraq. *de retract. p.* 1. §. 32. *n.* 71. Galeſ. *de reſtit. in integr. cap.* 10. *n.* 126. Bart. *in l. non ſolùm, ff. de reſtit. in integr. gloſ. in l pluribus, ff. de adminiſtrat. in integr.* Guerr. *ſup. n.* 248. 195

Limita quinquageſimo nonò, quòd minori maiori viginti quinque annorum denegetur reſtitutio, quando ſe vendidit ad pretium participandum; *text. in l ſi ex cauſa, §. Papianus, ff. de minorib.* Guerr. *ſup. n.* 251. 196

Neque minor reſtituitur adverſus libertatem; *text. in l. ſi ex cauſa, §. adverſus, ff. de minorib. text. in l. minor* 48. *ff. eod.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n.* 158. 197

Sed reſtituitur minor contra ſententiam, qua pronuntiatur aliquem liberandum, ſed non contra ſententiam libertatis; *text. in l. ſi poſt. cod. ſi adverſus libertatem*, ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. 198

Item minor adverſus libertatem manumiſſo ex dolo præſtitam non reſtituitur, manumiſſum autem ob dolum convenit; *text. in l. & ſi minor* 2. *cod. ſi adverſus libert.* ubi Auguſt. Barb. *n.* 1. *&* 2. 199

Limita ſexageſimò, quòd minori denegetur remedium reſtitutionis in integrum poſtquam intentavit remedium; *l.* 2. *cod. de reſcindend.* Galeſ. *de reſtit. cap.* 2. *n.* 26. Poſth. *de ſubbaſt. inſpect.* 37. 200

ex

ex n. 20. & cum his, & aliis Guerr. *n.* 252.

201 Limita ſexageſimo primò, in minore dolo gabellam fraudante, vel extrahente frumentum contra ſtatutum, ſecus ſi ſine dolo; ut cum Galeſ. *ſup. ex n.* 356. *l. ſi ex cauſa*, §. *ſi in commiſſum*, *ff. de minorib.* & aliis Guerr. *ſup. n.* 253.

202 Cæteras limitationes, quas hîc afferre poteram, habes in *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *ex n.* 67. Guerr. & *lib* 5. *cap.* 11. & omnia ſupra dicta ex ſtudio noſtro accipe benevolè lector, ne dicas me in quiete eſſe: ſi tibi placeant, vale; ſi verò diſpliceant, ſuſcipe hoc munus, tuaque laudabimus.

Ad §. III.

SUMMARIUM.

1 *Bona generaliter, vel ſpecialiter obligata quomodo præſcribantur?*

2 *Quid ſit hypotheca, remiſſivè.*

3 *Quomodo hypotheca differt à pignore, remiſſivè.*

4 *Dividitur in conventionem, ſpecialem, generalem, tacitam, prætoriam, & judicialem. Conventionalis, quæ dicatur, ibid.*

5 *Hypotheca generalis, quæ dicatur, oſtenditur.*

6 *Et quæ tacita, remiſſivè.*

7 *Ex lege, vel ſtatuto probari debet, aliter non competit.*

8 *Quid probare debeat, qui utitur ſpeciali hypotheca, remiſſivè.*

9 *Pignus prætorium quod dicatur, oſtenditur.*

10 *Dupliciter fieri poteſt, remiſſivè.*

11 *Reus comparens in reali infra annum, & in perſonali infra* 30. *annos recuperat tenutam, refectis expenſis, & data cautione.*

12 *Secus in ſecundo caſu, & immiſſione pro executione ſententiæ, remiſſivè.*

13 *Executio facta vigore inſtrumenti habentis vim ſententiæ, non revocatur, niſi debito ſoluto.*

14 *Hypotheca probanda eſt, & non præſumitur; probatur ex inſtrumento, teſtibus, & chirographo.*

15 *Generalis obligatio, & hypotheca omnia bona præſentia, & futura comprehendit.*

16 *Amplia primò ſive adjiciatur pronomen* ſua, *ſive non, remiſſivè.*

17 *Amplia ſecundò, ut comprehendat nomina debitorum, jura, actiones, & annuos redditus.*

18 *Si obligatio bonorum fiat ſimpliciter, ſecus ſi fiat obligatio mobilium, & immobilium, tunc jura, actiones, & nomina debitorum non comprehendit.*

19 *Publicatione bonorum ſimpliciter veniunt jura, & actiones; aliter quando publicantur mobilia, & immobilia.*

20 *Amplia tertiò, ut veniat ipſa pecunia quocumque modo quæſita.*

21 *Amplia quartò, ut veniant merces venales.*

22 *Sicut etiam venalia.*

23 *Item merces acquiſitæ poſt obligationem, ſi extent apud debitorem tempore natæ actionis, aliud in rebus inductis in domum locatam.*

24 *Limita primò, ut non comprehendantur, quæ debitor veriſimiliter in ſpecie non obligaret, remiſſivè.*

25 *Reſtrin-*

25 *Reſtringitur in obliganione generali collata poſt mortem obligantis, remiſſivè.*

26 *Quid in ultimis voluntatibus, remiſſivè.*

27 *Reſtringitur, ſive ſublimitatur prima limitatio, remiſſivè.*

28 *Limita ſecundò, quòd non comprehendat bona alienari prohibita, vel ſub pœna.*

29 *Limita tertiò in bonis feudalibus, quæ alienari, obligari, hypothecari, & pignorari prohibentur.*

30 *Reſtringitur primò, niſi vaſſallus feudum pignori dat, domino volente.*

31 *Reſtringitur ſecundò, ſi eſſent plures domini, & feudum eſſet dividuum.*

32 *Reſtringitur tertiò, ſi obligaretur pro neceſſitatibus, vel ſervitiis domini.*

33 *Reſtringitur quartò reſpectu fructuum, & commoditatum feudi.*

34 *Limita quartò in bonis libellariis, remiſſivè.*

35 *Limita quintò in bonis hæredis, quæ non veniunt in obligatione, & hypotheca omnium bonorum defuncti.*

36 *Limita ſextò in rebus ſubjectis reſtitutioni fideicommiſſariæ in conditionis eventum.*
Bona reſtitutioni fideicommiſſariæ ſubjecta, nulla expectata conditione, non poſſunt ſpecialiter, & expreſsè hypothecari, ibid.

37 *Limita ſeptimò in bonis dotalibus.*
Niſi fuerint marito tradita æſtimatione faciente, ibid.

38 *Limita octavò in jure patronatus, remiſſivè.*

39 *Limita nonò, in bonis neceſſariis pro uſu quotidianno debibitoris.*

40 *Tacita hypotheca, datur in bonis adminiſtratorum pro adminiſtratione.*

41 *Ampliatur primò in illatis, & invectis.*
Servit pro domùs penſione, & illius deterioratione in ruſtico, & urbano, ibid.

42 *Ampliatur ſecundò propenſione Eccleſiaſtica.*

43 *Ampliatur tertiò, ut tacita hypotheca competat pro pecunia ad conſervationem rei, &c. remiſſivè.*

44 *Ampliatur quartò, in bonis mariti pro dote, remiſſivè.*

45 *Tacita hypotheca mulieris pro dote, in bonis mariti inducitur à lege ſpeciali, & privilegio.*

46 *Exerceri poteſt contra tertium poſſeſſorem ſicut expreſſa.*

47 *Prædio pignori dato, veniunt inſtrumenta in eo exiſtentia.*
Meliorata veniunt in hypotheca favore creditoris, ibid.

48 *Ampliatur quintò in bonis matris tranſeuntis ad ſecunda vota, quæ ſunt tacitè obligata pro filiis primi matrimonii, pro conſervandis lucris.*

49 *Bona præſentia, & futura veniunt in tacita hypotheca.*

50 *Ampliatur ſextò, in bonis patris tranſeuntis ad ſecunda vota, remiſſivè.*

51 *Prælatus ſine neceſſitate bona Eccleſiæ ſpecialiter hypothecari nequit.*

52 *Tacita hypotheca contrahitur ratione doli commiſſi.*

53 *Hypotheca pro legatis contra hæredes eſt dividua.*
Contracta prius à teſtatore eſt individua, & etiam hypotheca dotis contracta à legante, ibid.

54 *Hypotheca locatoris in rebus illatis, & invectis præfertur omnibus aliis.*

55 *Res*

55 *Res empta ex pecunia pupilli eſt pupillo tacitè hypothecata, & in illa præfertur omnibus anterioribus creditoribus.*
56 *Augmentum in re hypothecata, cui cedat, remiſſivè.*
57 *Augmentum dotis habet privilegium tacitæ hypothecæ.*
Augmentum eſt acceſſorium dotis, & naturam principalis ſequitur, ibid.
58 *Limita in privilegio prælationis, & augmentum fit à viro.*
59 *An mulieri hæreticæ competat privilegium tacitæ hypothecæ dotis?*
60 *Mulier hæretica hæreſim abjurans, & ad fidem rediens, recuperat privilegium tacitæ hypothecæ pro dote.*
61 *Hypotheca bonorum in Civitate non extenditur ad bona extra Civitatem.*
62 *Hypotheca extinguitur ſolutione.*
63 *Facta in partes, extinguitur pro parte ſoluta, ſive fiat à debitore, ſive à creditore ſibi ipſi.*
64 *Datione in ſolutum extinguitur hypotheca ſive à judice, ſive à parte facta ſit.*
65 *Hypotheca tollitur per juramentum delatum per creditorem debitori juranti non debere.*
66 *Sententia abſolutoria lata in favorem debitoris tollit obligationem principalem, & hypothecariam.*
67 *Hypotheca extinguitur, re hypothecata pereunte.*
68 *Corruente principali, acceſſorium etiam corruit.*
69 *Hypotheca novatione legitimè facta extinguitur.*
70 *Limita primò in debitore ſimpliciter dante alia pignora poſt prima, quia priora non liberantur, remiſſivè.*
71 *Limita ſecundò in novatione neceſſaria, quæ fit litis conteſtatione.*
72 *Pignora non liberantur per litem conteſtatam, nec quando debitor per ſententiam eſt condemnatus.*
73 *Per litis conteſtationem, & ſententiam inducitur novatio neceſſaria, non voluntaria.*
Novatio neceſſaria non eſt extinctiva primæ obligationis, ſed accumulativa aliorum effectuum, ibid.
74 *Limita tertiò, ſi in novatione voluntaria expreſsè convenitur, ut pignora, & hypotheca prioris repetantur in obligante novante.*
75 *Limita quartò in novatione invalida, quæ non tollit pignora, vel hypothecam præcedentis obligationis.*
76 *Hypotheca extinguitur partium conſenſu.*
77 *Contracta in bonis feudalibus, & devolutis ad dominum, extinguitur, & dato à domino conſenſu hypothecandi, ſalvo ſuo jure.*
78 *Hypotheca extinguitur juramento deciſivo ſuper credito delato à creditore debitori.*
Sententià ad favorem debitoris lata, juſta, & in judicatum tranſacta, ibid.
Pacto de non petendo, ibid.
Licentia, & conſenſu rem hypothecatam alienandi, ibid.
79 *Quando creditor paſſus fuerit rem ſibi hypothecatam alteri obligari, ſuæ hypothecæ renuntiare videtur.*
Item quando patitur per debitorem vendi, tacitè hypothecæ renuntiare videtur, ibid.
80 *Obligans, vel hypothecans ſua bona favore alterius, quando libe-*

liberationem illorum petere poſſit.

81 *Hypotheca corruit ex falſa cauſa, & errantis nullus eſt conſenſus.*

Contractus principalis non tenens, nec acceſſoriæ obligationes, ibid.

82 *Hypotheca eſt onus reale in quemcumque rei poſſeſſorem tranſiens.*

Et illam habens dicitur habere jus in re, ibid.

83 *Habens jus in re, ipſam proſequi poteſt in quemcumque tranſeat.*

84 *Res creditori obligata, & poſtea alteri vendita, alienata, & tradita ſine conſenſu creditoris, cum obligatione, & onere tranſit.*

85 *Ampliatur primò, quòd hypotheca cum obligatione ad hæredes tranſeat, remiſſive.*

86 *Ampliatur ſecundò in hypotheca mulieris pro dote, quæ tranſit ad filios, & ſuos hæredes, etiam extraneos.*

Secus privilegium prælationis, cum ſit perſonale, ſolùm in filios tranſit, ibid.

87 *Ampliatur tertiò, quòd res cum ſuo onere tranſeat in ſingularem ſucceſſorem.*

88 *Ampliatur quartò, licèt in Eccleſiam, alium privilegiatum, & in fiſcum alienetur.*

89 *Ampliatur quintò, quòd non valeat pactum, quòd res in emptorem non tranſeat cum ſuo onere, remiſſivè.*

90 *Limitatur primò, quòd procedat in onere reali, non perſonali.*

91 *Limitatur ſecundò, quòd non procedat in onere temporali, remiſſivè.*

92 *Quomodo præſcribatur actio hypothecaria ab extraneo emptore, vel donatario titulo, & bona fide poſſidente.*

93 *Ampliatur primò, licèt ſit donatarius univerſalis.*

94 *Tempus* 10. *vel* 20. *annorum non currit, vivente debitore, ſed mortuo.*

95 *Quanto tempore præſcribat tertius poſſeſſor cauſam habens à debitore, remiſſivè.*

96 *Ampliatur ſecundò in hypotheca dotali, quæ præſcribitur inter præſentes* 10. *annis, &* 20. *inter abſentes.*

97 *Ampliatur tertiò, remiſſivè.*

98 *Limitatur primò, quòd hypotheca contra Eccleſiam, & pia loca non præſcribatur, niſi ſpatio* 40. *ann.*

99 *Limitatur ſecundò contra minorem non currere præſcriptionem* 10. *vel* 20. *ann., niſi poſt factus maior.*

100 *Tertius poſſeſſor ſine titulo, & bona fide quando præſcribat.*

101 *Debitor rem hypothecans, vel ejus hæredes, aut ſecundus creditor hypothecarius quanto tempore præſcribat.*

102 *Nullo tempore contra jus hypothecæ cum mala fide præſcribitur.*

103 *Præſcriptio quando incipiat reſpectu tertii, remiſſivè.*

104 *Datur hypotheca contra bona patris dotem pro filio recipientis.*

105 *Hypotheca competit pro alimentis uxori debitis proportionaliter ad fructus dotis.*

106 *Competit legatario pro conſecutione legati.*

107 *Competit mulieri pro lucro dotis.*

108 *Eadem res poteſt diverſis temporibus hypothecari.*

109 *Duobus creditoribus hypothecam habentibus in eadem re, quis*

quis ſit præferendus in ſolutione.

110 *De jure Luſitano creditor, qui prius pignorationem fecit virtute ſententiæ, præfertur in ſolutione.*

111 *Creditor hypothecarius, & privilegiatus negligens in exequendo, vel proteſtando ſciens litem moveri, jus amittit, & illi præponitur chirographarius, vel perſonalis, & integram ſolutionem ſui debiti conſequi debet.*

1 QUod pertinet ad bona alii obligata in generali, vel ſpeciali, & quomodo in illis currat præſcriptio, ſtatuit textus in hoc §. 3. quòd obſervetur diſpoſitum in titulo, quando res obligata venditur, vel alienatur, hoc eſt in *tit.* 3. *bujus lib.* ubi Silv. ad quem te remitto, & ibi invenies, quæ deſiderare poteras: ſed ne dicas me tranſire per hunc §. breviter, & nihil dico ultra remiſſionem ad illum titulum, ſequentia dicam.

2 Hypotheca eſt rei ſuppoſitio, vel ſubrogatio pro debito; ut cum Neguſ. *de pignor. p.* 1. *n.* 2. Gait. *de credit. cap* 4. *quæſt.* 4. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. Begnudel. *verb. hypotheca*, §. 1. *n.* 1.

3 Differt à pignore in eo, quòd illud ut plurimùm conſiſtat in re mobili, tradaturque creditori pro ejus aſſecuratione, hypothecata verò res maneat apud debitorem, & ut plurimum in immobilibus conſiſtat, licèt aliquando horum nominum promiſcuum ſit uſus; ut cum Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 3. Merlin. *loc. cit. n.* 5. Gait. *loc. cit. n.* 36. & 37. Begnudel. *ſup. d. n.* 1.

4 Quæ quidem hypotheca alia dicitur conventionalis, ſpecialis, & generalis, alia tacita, prætoria, & judicialis. Conventionalis eſt, quando res particularis, & certa obligatur expreſsè; *text. in l.* 1. *ff. de pignor.* Begnudel. *ſup. n.* 2.

Generalis hypotheca dicitur, quando partium conventione generaliter bona obligantur; ut ex *tot. tit. ff. & cod. de pignor.* & cum multis aliis Fontanel *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *p.* 1. *n.* 23. Begnudel. *ſup. n.* 2. 5

Tacita hypotheca eſt, quæ abſque expreſſa contrahentium conventione à lege inducitur ſuper bonis debitoris, ut cum Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 11. *n.* 3. & aliis tradit Begnudel. *ſup. n.* 3. 6

Tacita hypotheca, ut locum habeat, probari debet, vel ex lege, vel ex ſtatuto in caſu, de quo agitur, eſſe inductam; aliter non competit; ut cum Bart. *in l.* 2. *cod. in quib. caſ. pign. vel hypoth. tacit.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 36. *ex n.* 147. Begnudel. *ſup. d. n.* 3. cum aliis, ubi niſi militaret argumentum ab omnimoda paritate rationis. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 39. *n.* 13. Gratian. *diſc. for. cap.* 601. *n.* 9. 7

Qui uti vult ſpeciali hypotheca, in illaque ſe fundare, probare debet, quòd res hypothecata eſſet in dominio debitoris tempore obligationis, quòd probare non tenetur, qui generali hypotheca nititur; *text. in l.* 1. *ff. de pignor. & hypoth.* Statil. *de Salv. interd. inſpect.* 3. *cap.* 3. *n.* 6. & cum multis aliis Begnudel. *ſup. n.* 2. *verſic. Qui vult uti.* 8

Pignus prætorium vocatur, quod datur per judicem in rei contumaciam ex primo decreto, ſecuta immiſſione; *text. in l. non eſt mirum, ff. de pignor. act.* Begnudel. *ſup. n.* 4. 9

Hoc pignus prætorium dupliciter fieri poteſt, primò, quando creditor in debitoris contumaciam non com- 10

com-

comparentis, in poſſeſſionem bonorum mittitur. Secundò, quandò quis ponitur in poſſeſſionem mandati executivi in perſonali actione obtenti ſuper bonis debitoris; ut cum Menoch. *de recuper. remed.* 12. *n.* 16. *&* 18. *& de retin. remed.* 3. *n.* 225. Cyriac. *contr.* 77. *n.* 6. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 3. Begnudel. *ſup. n* 4.

11 In primo caſu, ſi compareat Reus contumax, infra annum in reali, & in perſonali infra 30. annos; poteſt recuperare tenutam, refectis expenſis, & data cautione de judicio ſiſti; *auth. & qui jurat, cod. de bon. auth. judic. poſſ.* Neguſ. *de pignor.* 3. *membr. p.* 3. *n.* 3. Begnudel. *ſup. d. n.* 4.

12 In ſecundo verò caſu, nempe quando facta immiſſio pro executione ſententiæ, ſecus eſt, in eo enim non auditur reus poſſeſſionem recuperare volens, quamvis offerat expenſas, & ſatiſdationem prædictam; ut cum Bart. *in l. properandum*, §. *fin. autem Reus*, *cod. de jud.* Neguſ. *ſup.* ſed opportet, quòd ſolvat illud, in quo eſt condemnatus. Neguſ. *ſup. d. n.* 3. Galeſ. *de oblig. camer. quæſt.* 37. *n.* 22. Begnudel. *ſup. d. n.* 4.

13 Idem videtur dicendum in inſtrumento garentigio, vel habente vim ſententiæ ex forma ſtatuti; quia facta immiſſione eorum vigore ex primo decreto, non erit locus revocationi tenutæ per ſolutionem, & cautionem de judicio ſiſti, ſed erit opus debitum ſolvere, pro quo eſt facta immiſſio; ut cum aliis tradit Neguſ. *ſup. n.* 4.

14 Hypotheca non præſumitur, ſed eſt probanda; probatur autem per inſtrumentum, & per teſtes, item per chirographum. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 12. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 33. Mantic. *deciſ.* 321. Begnudel. *ſup. n.* 5.

Hypotheca generalis, quæ bona comprehendat?

In generali obligatione, & hypotheca bonorum comprehenduntur omnia bona præſentia, & futura, quæ cadunt ſub obligatione; *text. in l. fin. cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Begnudel. *verb. hypotheca*, §. 2. *n.* 6. Neguſ. *de pignor. membr.* 2. *p.* 2. *n.* 1. 15

Ampliatur primò, ſive in prædicta obligatione fuerit adjectum pronomen *ſua*, ſcilicet dicendo, obligavit omnia bona ſua, ſive etiam non fuerit adjectum pronomen *ſua*, ſed ſimpliciter dictum fuerit, quòd talis obligavit omnia bona; quia etiam in iſto caſu præſentia, & futura comprehendit generalis hypotheca; ut probatur ex *d. l fin.* § *fin. cod. quæ res pignor. oblig. poſſ. text. in l.* 1. *in princip. ff. de pignor.* ubi Bart. Neguſ. *ſup. n.* 2. Begnudel. *ſup. n.* 6. *in fin.* 16

Ampliatur ſecundò, quòd etiam in generali obligatione bonorum veniant etiam nomina debitorum ipſius debitoris obligantis, jura, actiones, & annui redditus; *l.* 3. ubi Bart. Bald. *cod. de hæred. vel act. vend.* Bart. *in l. quintus*, §. *argento*, *ff. de aur. & argent. legat. l. nomen*, ubi Bart. *cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Neguſ. *ſup. n.* 8. Cyriac. *contr.* 338. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 25. *n.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 11. Cyriac. *contr.* 108. *n.* 17. Begnudel. *ſup. n.* 16. Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 326. 17

Quæ quidem ampliatio reſtringitur, ut procedat, quando obligatio bonorum fit ſimpliciter: ſecus verò, ſi fuerit obligatio bonorum mobilium, & immobilium; quia tunc non comprehenderentur jura, & actiones, vel nomina debito- 18

bitorum; actio enim, ſeu nomen debitorum dicitur tertia ſpecies, & non comprehenditur appellatione mobilium, vel immobilium; *l. à Div. Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re jud. l. quam Tuberonis*, §. *pen. ff. de pecun. legat.* & cum aliis Neguſ. *ſup. n.* 9.

19 Quod confirmatur; quia in publicatione, in qua ſimpliciter publicantur bona, veniunt jura, & actiones; ſecus verò eſt, ſi publicentur bona mobilia, & immobilia; ut cum multis tradit Neguſ. *ſup. n.* 10. ubi videre poteris aliam reſtrictionem in verſic. *Reſtringitur*.

20 Ampliatur tertiò, ut etiam in generali obligatione veniat ipſa pecunia quocumque modo quæſita; *text. in l cum tabernam*, § *fin.* ubi Bart. *ff. de pignor.* & tradit Neguſ. *ſup. n.* 11 Begnudel. *ſup. n.* 18. Gait. *de cred. cap* 4. *num.* 12. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. cap.* 12. *gloſ.* 5. *n.* 4. Statil. *de ſalv. interd. cap.* 2. *n.* 229. *&* *cap.* 4. *n.* 324 Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 9.

21 Ampliatur quartò, ut in generali obligatione, & hypotheca omnium bonorum veniant merces venales. Bart. *in l. generali*, §. *uxori*, *ff. de uſufr. legat.* Bart. *in l. ſi conſtante*, *ff. ſolut. matr.* Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 5. *n.* 2. Neguſ. *ſup. n.* 14. Begnudel. *verb. hypotheca*, §. 2. *n.* 17.

22 Extende etiam ut venalia etiam veniant in tacita hypotheca. Bald. *in l. ubi adhuc*, *cod. de jur. dot.* Bart. *in l. ſi conſtante*, *ff. ſolut. matr.* Cov. *ſup. n.* 2. Begnudel. *ſup. d. n.* 17.

23 Extende iterum ad merces acquiſitas poſt obligationem, dummodo extent apud debitorem tempore natæ actionis, ſecus in rebus inductis in domum locatam; *l debitor* 32. *ff. de pignor.* Bart. *in l. certi juris*, *quæſt.* 6. *n.* 12. *cod. locat.* ut cum Menoch. *de adipiſc. remed.* 3. *n.* 127. Begnudel. *ſup. n.* 17. ubi quod iſtæ non fuerunt invectæ animo, ut perpetuò ibi maneant. Strach. *de mercatur. p.* 1. *n.* 97. *&* 98. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 5. *n.* 168. Cavaler. *deciſ.* 277. *n.* 1.

Limitatur primò, quòd in generali obligatione, ſeu hypotheca non veniant, neque comprehendantur ea bona, quæ veriſimiliter debitor in ſpecie non fuiſſet obligaturus, uti veſtes, ſupellectilem, mancipia neceſſaria; *text. in l. denique*, *ff. de pignor. l. pen. ff. de privileg. cred.* Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 25. *n.* 6. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 5. *n.* 62. Menoch. *de adipiſc. remed.* 3. *n.* 140. Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſol.* 5. *n.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 3. cum quibus Begnudel. *ſup. n.* 13. Neguſ. *d. membr.* 2. *p.* 2. *n.* 34. *text. in l. obligatione generali*, *ff. de pignor.* 24

Quod reſtringe, quando obligatio generalis bonorum eſſet collata poſt mortem obligantis, quando enim confertur obligatio poſt mortem, ceſſat ratio, de qua in *d. l. obligatione*, ideoque veniunt in ea omnia etiam excepta in *d. l.* Neguſ. *ſup. n.* 35. 25

Hinc eſt, quòd in ultimis voluntatibus in generali diſpoſitione non excipiuntur ea, de quibus in *d. l. obligatione generali*, & aliis tribus ſequentibus; *l. nam quod*, §. *fin. cum l. ſeq. ff. ad Trebell. & l. his verbis*, *ff. de hæred. inſtit.* tradit Neguſ. *ſup. n.* 36. 26

Reſtringe, ſive ſublimita iſtam primam limitationem, quòd non procedat, quando in diſpoſitione, & obligatione generali bonorum eſſet adjecta dictio univerſalis *omnis*, qui enim omne dicit, nihil excludit, nec excipit; *l. à procuratore*, *cod. mandat. l. Julianus*, *l. teſtatorem* 27

torem in princip. ff. de legat. 3. l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. l. pediculis, §. *Labeo, ff. de aur. & argent.* Neguſ. *ſup. n.* 37. & cum multis Auguſt. Barb. *dict.* 241. *n.* 1.

28 Limitatur ſecundò, quòd obligatio, & hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendat bona alienari prohibita, ſive ſub pœna. Bart. *in l. codicillis, ff. de legat.* 2. ut cum multis Neguſ. *ſup. n.* 42. Begnudel. *ſup. n.* 8.

29 Limitatur tertiò, in bonis feudalibus, illa enim non veniunt in generali obligatione; quia hæc per feudorum conſtitutiones prohibentur non ſolùm alienari, obligari, vel hypothecari, ſed etiam pignorari; *text. in cap.* 1. *de prohib. feud. alien.* Giurb. *de conſuetud Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 2. *n.* 59. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *ex n.* 17. Tiraq. *de retr. lign.* §. 1. *gloſ* 3. *n.* 6 Neguſ. *ſup. n.* 43. Begnudel. *d.* §. 2. *n.* 9.

30 Reſtringe primò iſtam limitationem, niſi vaſſallus feudum pignori daret, domino nolente; tunc enim, cum dominus conſentiat, nulla ei fit injuria. Neguſ. *ſup. n.* 44.

31 Reſtringe ſecundò, quando eſſent plures domini, & feudum eſſet dividuum: tunc enim pignorari poſſet uni ex dominis, etiam aliis non conſentientibus. Neguſ. *ſuprà n.* 45.

32 Reſtringe tertiò, niſi feudum obligaretur pro neceſſitatibus, vel ſervitiis domini, vel niſi obligaretur abſque traditione animo luendi. Neguſ. *ſup. n.* 46. & 47.

33 Reſtringe quartò, reſpectu fructuum, & commoditatum feudi, licèt enim feudum reſpectu dominii, & proprietatis pignorari non poſſit; attamen reſpectu fructuum, & commoditatum illius pignorari poteſt. Neguſ. *ſup. n.* 48. Begnudel. *ſup. d. n.* 9. *verſic. fructus tamen.*

Limitatur quartò, in bonis libellariis, nam etiam illa non veniunt in obligatione generali; ut cum multis tradit Neguſ. *ſup. n.* 50. & *n.* 51. & 52. docet quis dicatur contractus libellarius; ad quem te remitto. 34

Limitatur quintò, quòd bona hæredis non veniant in obligatione, & hypotheca omnium bonorum defuncti; *l. Paulus, ff. de pignor.* Cyriac. *contr.* 282. *n.* 5. Neguſ. *ſuprà ſub n.* 53. *verſic. Sextò.* Begnudel *ſup. n.* 10. Statil. *de ſalv. deciſ.* 136. *n.* 10. Afflict. *deciſ* 200. *n* 1. & 2. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 16. 35

Limitatur ſextò in rebus ſubjectis reſtitutioni fideicommiſſariæ in conditionis eventum; tales enim res non veniunt in generali obligatione. Neguſ. *ſup n.* 53. 36

Bona verò, quæ ſunt reſtitutioni fideicommiſſariæ ſubjecta, purè nulla expectata conditione, non ſolùm non veniunt in generali obligatione, ſed non poſſunt ullo modo, etiam ſpecialiter, & expreſsè hypothecari; *text. in l. fin* §. *ſed quia noſtra, cod. commun. de legat.* Neguſ. *ſup. d. n.* 53. *verſic. bona autem.*

Limitatur ſeptimò, in bonis dotalibus, quæ non veniunt in generali hypotheca, vel obligatione omnium bonorum. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 18. Neguſ. *ſup. n.* 58. Begnudel. *ſup. n.* 11. Statil. *inſpect.* 3. *cap.* 1. *n.* 20. *de Salvian.* niſi illa fuerint tradita marito æſtimatione faciente. Begnudel. *ſuprà* cum Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 13. 37

Limitatur octavò, ut neque jus patronatus veniat in hypotheca ad favorem creditorum, non enim obligari, 38

gari, nec hypothecari poteſt. Neguſ. *ſup. n.* 60. Cap. cum Bertoldus *de ſent. & re jud.* Garc. *de beneſic. p.* 5. *cap.* 5. *n.* 10. Lambertin. *de jur. patr. lib.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 1. Begnudel. *ſup. n.* 12.

39 Limitatur nonò, quòd in generali obligatione, vel hypotheca non contineantur bona, quæ ſunt neceſſaria pro uſu quotidiano debitoris, uti ſunt veſtes, ſuppellex, lectus, &c. ut cum multis Begnudel. *ſup. n* 14. ubi quòd neque libri Doctoris, aut arma militis; quia ſine iis Doctor, aut miles vivere non poſſunt, niſi in ſubſidium aliorum bonorum. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 34.

De tacita hypotheca, & in quibus detur?

40 Tacita hypotheca datur in bonis adminiſtratorum pro adminiſtratione ad commodum illorum, quorum bona adminiſtrantur, uti tutoris, tutricis, vel curatoris; *text. in l. pro officio, cod. de adminiſtr. tut.* ut cum Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 16. Menoch. *conſ.* 851. *n.* 43. & aliis Begnudel. *verb. hypotheca*, §. 3. *n.* 23. Neguſ. *de pignor. membr.* 4. *p.* 2. *n.* 6.

41 Amplia primò, quòd tacita hypotheca efficiantur illata, & invecta, & dicuntur illata, quæ dorſo introducuntur; invecta, quæ manu inferuntur. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 1. Neguſ *ſup. n.* 128. Menoch. *de adipiſc. remed.* 3. *n.* 33. & cum aliis Begnudel. *ſup. n.* 21. ubi quòd hæc hypotheca non tantùm ſervit pro domùs penſione, ſed etiam pro illius deterioratione, & tàm in prædio ruſtico, quàm urbano.

42 Amplia ſecundò, quòd tacita hypotheca detur etiam pro penſione Eccleſiaſtica, etiam contra ſucceſſorem ſingularem in beneficio, ut cum Gig. *de penſ. quæſt.* 51. *n.* 11. Statil. *inſpect* 3. *cap.* 4. *n.* 608. & aliis Begnudel. *ſup. n.* 22.

Amplia tertiò, quòd tacita hypotheca competat pro pecunia data ad conſervationem rei. Item ad refectionem, uti navis. Item pro pecunia data ad alimenta. Item pro pabulo animalium. Item pro expenſis in fructibus conſervandis. Item Advocato pro mercibus, quamvis ſententiam favorabilem non reportaverit. Item pro melioramentis neceſſariis. Item pro decimis; ut cum Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 25. *n.* 8. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 70. *n.* 10. Pignatel. *contr. cap.* 26. *n.* 1. & aliis Begnudel. *ſup. n.* 25. 43

Amplia quartò, quòd tacita hypotheca detur in bonis mariti pro dote; *l. unic. cod. de rei uxor. act.* Merlin. *lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 6. quæ ad favorem mulieris incipit à die promiſſionis contra maritum. Merlin. *d. lib* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 74. Item in bonis Miniſtrorum Eccleſiæ pro adminiſtratione rerum Eccleſiæ; *cap. ex literis de pignor.* Item in bonis promittentis dotem, donec illam tradiderit, in bonis contrahentis cum fiſco; *text. in l.* 2. *cod. in quib. caſ. pign.* In bonis patris adminiſtrantis bona filii; *l. cum oportet, cod. de bon. quæ liber.* Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 2. Statil. *inſpect.* 3. *cap.* 4. Item in fundo conductoris pro canone, & damnis. Item pro ſalario. Statil. *inſpect.* 5. *cap.* 4. *n.* 682. & totum tradit Begnudel. *ſup. n.* 26. 44

Nota, quòd hypotheca tacita mulieris pro dote, & bonis paraphernalibus in bonis mariti eſt inducta à lege ſpeciali, & ex privilegio; ut cum aliis Begnudel. *ſup. n.* 27. 45

Jus tacitæ hypothecæ exerceri poteſt contra tertium poſſeſſorem, ſicu- 46

ſicuti expreſſa Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *n.* 7. Merlin. *lib.* 4. *quæſt.* 126. cum aliis Begnudel. *ſup. n.* 28.

